
Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXX
C
8
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

QUERCETANI REDIVIVI
TOMUS II.
HOC EST,

ARS MEDICA AUXILIATRIX,

Videlicet

DIÆTETICA,
PHARMACEUTICA,
&
CHIRURGICA.

FRANCOFURTI,
Sumptibus JOANNIS BEYERI,
ANNO M. DC. XLVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

QUERCETANI REDIVIVI.

DIÆTETICÆ

Cap. I.

De Diætetica Definitione ac Diſtributione.

ARtem Medicam medicatricem excipit auxiliatrix, quæ auxilia ad medicandum requiſita deſcribit.

Dicuntur alias Remedia ſeu Media quod ſint Medici veluti inſtrumenta.

Ars hæc auxiliatrix pro diverſitate auxiliorum tripartita eſt. Diætetica, Pharmaceutica & Chirurgica, quæ tribus tractatibus ſequentur.

Diæta, Pharmacia & Chirurgia.

Nimirum tribus hiſce mediis rite adminiſtratis non tantum ſanitas integra conſervatur, ſed & ex ſtatu morbido in integrum reducitur, adeoq; pars hæc penuarium eſt, unde medicus depromit, quibus ſanitatem conſervet, morbos futuros præcaveat, præſentes arceat ac removeat.

Diætetica eſt quæ Remedia exhibet ad Diætam pertinentia.

N. Inſcribitur à Quercetano, Diæteticon polyhiſtoricum. Etenim, cum ad vitam benè inſtituendam, & contra graviſſimos quoſque morbos tuendam, reſtituendamque ſanitatem, maximam eſſe vim in ſedula exemplorum, & varia hiſtoriarum lectione & obſervatione, quotidiè comperiamur, inquit Author, non abſurdum putavimus, noſtrum hoc DIÆTETICON, omnis generis elegantibus, & rudiorum præcipuè commodo ceſſuris, illuſtrare exemplis. Ut enim juventus alioqui effrænis; exemplis propoſitis flectitur & ad meliorem redit frugem: ita ægri viribus & animi & corporis deficientibus, præceptis medicorum ſalutaribus citiùs inſtaurantur, ſi animum illorum conſpicuum exemplum ſubeat. Hinc occaſio nobis data, in DIÆTETICON hoc noſtrum, varia genera exemplorum, paſſim ex hiſtoriis collectorum inſerendi: quæ non ſolùm ægris ad valetudinem recuperandam plurimùm ſint profutura, ſed & aliis quamvis doctioribus non ingrata futura.

Pars hæc medicinæ, Græcis Diæta, primum in praxi locum olim

Digitized by Google

obtinuit: rectè enim inſtituta, & obſervata, graviſſimos morbos imminentes declinat, vitamq; diuturnam tuetur.

Abſolvitur autem legitima ſex rerum non naturalium, ut vocant, adminiſtratione: Aëre videlicet, Cibo & Potu, Inanitione & Repletione, Somno & Vigilia, Labore & Quiete, & Animi perturbationibus.

Hæc ordine, Dei gratiâ tractatum hunc abſolvent, quem ſi quis tripartitum maluerit, in ſectiones tres non incommode dividere poterit; quarum prima Alimenta continet, i.e. Aerem ac Alimenta in ſpecie ſic dicta. 2. Motus ac quietes corporis. 3. Motus animi.

Quære. Nemo miretur ſi fuſius de ſingulis verba faciamus, ac argumentum uberius tractemus. Hac enim Medicinæ parte non tantum morbi profligantur, ſed proſpera etiam valetudo reſtituitur ac conſervatur. Omnibus itaq; ægritudinibus tum gravioribus tum levioribus, omni ætati, omniq; ſexui, junioribus ac grandioribus, pauperibus ac divitibus, rudioribus potiſſimum, hac noſtra tractatione ingenuè conſultum voluimus. Idcirco nihil omittemus, quod ad rem faciat, ut generalis hic regula ex vivendi ratione, omnibus ſive ægris, ſive ſanis ad ſui conſervationem præſcribatur.

CAP. II.

De Aere.

Officium Medici præcipuum eſt, hominem in ſtatu ſalubri conſervare, à morbis futuris præſervare, & denique è morbo ad ſanitatem reducere. Homo igitur cum ſecundum Hippocratem tribus nitatur alimentis, quibus curriculum vitæ peragitur; aere, cibo ac potu, ab aere, ceu communiſſimo, exordiri fas eſt.

Neceſſitas aeris.

Aer itaq; eſt ſpiritus noſtri non modo pabulum, ſed & ventilatio, cuius uſus non modo ſummè eſt neceſſarius, ſed & ad hominem afficiendum maximæ efficaciæ.

Hippocrates lib. de flat. Hominum & reliquorum animantium corpora inquit triplici alimento nutriuntur, cuius hæc ſunt nomina, cibus, potus & ſpiritus. Ac ſpiritus quidem qui in corporibus inſunt, flatus nominantur, qui vero extra corpus, aer. Hic dum flatus in corpore aerem Hippocrates appellat, cave vapores ſtrictè interpreteris, qui nonnunquam abdomini, aliis loco incluſi, murmura, inflationes ac tenſiones excitare ſentiuntur; his enim tantam virtutem, totq; morbos producendi poteſtatem adſcribere non ſapit acutiſſimum Hippocratis ingenium. Itaque ut per aerem extra hominem intelligit Elementum macrocoſmi, quod habitaculum

culum eſt ſpiritus illius univerſi, quo omnia repleri ac gubernari, ait: ita per aerem intra hominem elementum aeris ſeu principium elementale aereum innuere videtur, cui ſpiritus ſeu balſamus noſter nativus proximi inhæret, vel ſi mavis ex mente Erotiani (ut habet Foeſius) ipſummet ſpiritum.

Neceſſitas igitur aeris illius externi inprimis eſt ratione illius ſpiritus, quo ſpiritus noſter in perpetuo actu cõſtitutus, flammaq; vitali micans ceu pabulo indiget, non minus ac aere ceu vẽtilabro, &c. Et hæc neceſſitas ſpiritus omnibus corporibus tanta ineſt, inquit Hippocrates, ut ſi quidem aliis omnibus & cibis & potionibus quis abſtineat, duos tamen & tres vel plures dies poſſit vitam ducere. At ſi quis ſpiritus vias in corpus intercipiat, vel exigua diei parte homini pereundum ſit. Adeo neceſſarius eſt uſus ſpiritus in corpore. Ad hæc quoq; cum ab omnibus aliis actionibus homines quieſcunt, quod mutationibus innumeris vita ſit expoſita, ab hac tamen ſola actione nunquam deſiſtunt animantia, quin aut ſpiritum adducant aut reddant. Hinc omnibus animantibus cum aere maxima intercedit communio. *Hactenus Hippocrates* de aeris neceſſitate. Unde nõ difficile erit metiri, aerem ad corpus afficiendum ob perpetuam attractionem magni eſſe momenti, adeo ut idem Hippocrates medico, ſi quà in regionem peregrinã pervenerit, inter alia inprimis aerem conſiderare præcipiat. Hinc liquet itidem in curatione morborum non minimæ eum eſſe conſiderationis.

2. *Differentiæ.*

Differentiis aeris, cum aliàs prolixius propoſitæ ſint, immorari ſuperfluum eſt, nec huius loci utpote qui remediis aeris deſtinatus eſt.

Itaq; ſit 1. *Remedium.*

Aer purus ac nitidus tum ſanis, tum ægris convenit; at craſſus, impurus, inquinatus, omnibus inimicus. Seu ut præcipiunt Salernitani:

Lucidus ac mundus ſit rite habitabilis aer.
Infectus neque ſit nec olens fœtore cloacæ.

2. *Ad aerem noxium caliditate ac ſiccitate.*

Sit conclave terræ vicinius, domus ſubterranea, patula, ad ſeptentrionem verſa, ventilationes auræ, aquarum frigidarum de vaſis in vaſa transfuſiones, pavimento aquæ frigidæ v. g. aqq. roſarum, violarum, Nymphææ aſperſiones, herbarum frigidarum v. g. foliorum vitis, ſalicis ſtrationes, &c.

Aliter.

Aer refrigerari novem poteſt modis; 1. copia ac frequẽtia, 2. flabel-

Digitized by Google

fuerit, cubicula ſuffire ſuavibus odoribus, ut caryophyllorum, avicularum Cypriarum, aut ſuffumigio aliquo alio ex fragrantibus rebus ſuaviſſimi odoris concinnato. Hujus generis ſimplicia ſunt, grana juniperi, myrti, benioini, caryophyllorum, galliæ muſcatæ, & ſimilium.

Germani hypocauſtis ad temperandum frigus aëris utuntur, ut illis hyems vernum tempus, nec non æſtivum referat: Neque id tantum in hypocauſtis & domiciliis; ſed plenis campis moliuntur, ut acrimoniam frigoris multis fructibus noxiam moderentur. Sic olim Heidelbergæ & Caſſelli in hortis principum magna fiebat lignorum ſtrues, quæ in hypocauſtis quatuor angulorum horti, ut aër illius loci temperetur; opportune intendebatur, ut hybernis etiam diebus & mala medica, granata aut punica cum limonibus atque ficubus conſpici poſſent florere & matureſcere, uſque adeo ut ne hyeme quidem nati fructus, à Galliæ Narbonenſis fructibus bonitate vincerentur.

Ad aerem quoad qualitates hypoſtaticas.

Cum qualitates à fulgure & nebulis fœtidis ſubortæ, ſint ſolum ſuperficiariæ, extemporaneæ, & particulares, raro noxam imprimere valent, non incommodum tamen foret hoc aeris ſtatu domi ſeſe continere, vel ſi opus ſit exire, aerem fœtidum arcere poterimus, ſuffitu aut panno vel ſimili naribus adjuncto cujus beneficio aër aliquo modo calfiat & emendetur.

Ad aerem inquinatum & corruptum.

Aerem inquinatum purgant ac emendant: Ignis flammeus, ſuffitus, gelu, attractio contagij, affluentis fomitis interceptio.

Ignis natura eſt calfacere, attenuare, illuſtrare, purgare. Eſt enim corpus ſimpliciſſimum, ideoque omnia ad ſuam naturam ſeu ſimplicitatem reducere nititur. De quo Drebbelius *lib. de Elementorum natura c. 2.* Ignis, inquit, omnia & clarificat & mutat in eum ſtatum, in quo à Deo fuere collocata, & *Bartholomaeus Anglicus lib. 1. c. 3.* Ignis naturam habet purgativuam, metalla enim, quæ non poteſt conſumere à ſcoria & rubigine mundificat, expurgat & mundat. Idem l. 4. c. 1. Caliditatis vis eſt, inquit, inferiorum ad ſuperiora reductiva, attractiva; ſuperfluorum conſumptiva & ſordium purgativa &c. Ex hoc fundamento moris fuit apud Ægyptios, ut Sacerdote ſi quãdo morbus publicus ſeu peſtis invaleſcebat ad fanũ Iacheni medico ſacrum accedentes & ſacris ritè peractis, ex ara ejus igne petito & pyris in urbe accenſis, luem igni extinguerent. Fuit is Iachen famoſiſſimus & celeberrimus, ob peſtem curatam, unde & ipſi fuit dedicatum fanum, videatur *Suidas.* Sic Acronem Agrigentinum ferunt Medicum Athenis ſub ma-

gnam

Digitized by Google

nam peſtilentiam quod accendi apud ægrotos ignem præſcripſiſſet, atque eo ægrotis pleriſque opem tuliſſet ſalutarem, inclaruiſſe. Plut. de Iſide. Cœlus cap. 22. lib. 13. ex Suida.

Idem imitatus eſt Hippocrates in magna illa Athenienſium peſte, qui ligna odorata ac corollas magnis paſſim accenſis ignibus injici curarit.

Suffitus ad aerem inquinatum varij paſſim apud Practicos occurrunt, quorum alij agunt corruptioni reſiſtendo, alij contagium obtundendo vel peculiariter arcendo, alij aerem vaporibus replendo, quo minus halitibus noxiis pateat.

Formulæ aliunde peti poterũt, Peculiariter autem venenatum aerem arcere percipitur ſulphur, adeo ut loca ubi ſulphur è mineris eruitur, ac fuſionibus depuratur, vix vel rariſſime aere peſtilenti infeſtari conſtet, exemplo eſſe poterit Scaplenſularum cuprearum regio in Suecia, &c.

Attractionem contagioſorum halituũ alij aliter meditantur. Nõnulli panem recentem diſſectum in conclavi ſuſpendunt, quo malignitatem attrahi volunt, alij frigidam in conclave collocant, in cujus ſuperficie virus condenſetur, &c.

Affluentis fomitis noxij interceptio ſeu remotio fit variis itidem modis, pro diverſitate eius ortus.

Sic Empedocles Agrigentinus, Solinuntiis ex vicini fluvij peſtilentia laborantibus, duos quoſdam ex vicinis amnibus proprio ſumptu in fluvium corruptum immiſit, itaque factum ut ex commixtione ſalubris aquæ fætor ceſſavit & peſtis profligata fuerit. Laert. lib. 8.

Idem Empedocles Agrigentinus montis profundum quendam inter rupes hiatum, qui gravem & peſtilentem per campos Auſtrum inſpirabat, obſtruxit: quare peſtem exiſtimatus eſt ex eo tractu excluſiſſe. Plut. de curioſitate.

M. Ter. Varro, cum Corcyræ eſſet exercitus & claſſis & omnes domus repletæ eſſent ægrotis ac funeribus, immiſſo feneſtris novis Aquilone & obſtructis peſtilentibus, januaque permutata, ſuos comites & familiam incolumes reduxit. Varro lib. 1. de re ruſtica. c. 4.

Sic circa Celænas Phrygiæ oppidum, quum hiatus terræ & ingens vorago multos abſorberet, eſſetque reſponſum ab oraculo, Voraginem ipſum non prius clauſum iri, quam ad pacanda numina aliquis eo ſe dimitteret, Anchurus Midæ regis filius datis genitori & Cimotheæ uxori cõplexibus equũ aſcẽdit & eo ſe dimiſit. Plut. in parall.

Romę quũ ingẽs vorago paulatim excreſceret & peſtilentia augeretur, reſponſum eſt ab oraculo, hiatum non poſſe deſinere, niſi id quo Pop. Rom. maximè valeret, eo demitteretur. Quo audito, M. Curtius armatus equo inſidens illuc deſiliit. Liv. l. 17. Propert. l. 3. Ovid. in Ibin.

CAP.

Digitized by Google

Cap. III.

De Cibi ac potus neceſsitate.

De Neceſsitate cibi.

SEquitur de cibo & potu tractatio, quæ non minus videntur neceſſaria ad vitæ humanæ conſervationem, quam ipſe aer, licet is utilitate & ſubtilitate præcedat. Nimirū,

Cibo & potu quicquid nectaris noſtri & vitalis humoris, calore, laboribus vel inedia exhauſtum eſt, reſtituitur, priſtinaſq; vires corpus cibo recreatū, recuperat: languorēque ſuum ex recepta ſimili ſui ſubſtantia, vitalique balſamo deponit, & novas vires reperit. Iiſdem enim nutrimur, quibus conſtamus.

Num homo diu citra cibi potuſque uſum vivere poſſit.

Q. *An præſtare quis diu poſſit & vivere citra alimenti, aut potus cibiq; aſſumptionem?*

Hiſtoria de puella quadam Conſtanenſi.

℞. Afferam hûc, quæ mihi Conſtanti vidiſſe contigit ante annos ſex, & quæ de re nova & parum uſitata breviter dici poſſunt, explicabo. Illic enim, ſuſcepto in illos tractus itinere, qui puellam tres aut quatuor annos natam, quæ jam ſine cibo ac potu per ſeſquiannum perſtiterat. Mirabantur omnes tam ſtupendum caſum, multique ſibi perſuadebant, aliter fieri non poſſe, quin alimentis clam paſceretur. Vbi verò ego ventriculum, hypochondria, meſenterij, & inferioris abdominis regionem attrectavi, dimovi illos à ſiniſtra opinione, aperte docens in illo abdomine uſque adeo depreſſo, & inſtar marmorei lapidis indurato, nihil colligi poſſe, cum nihil in illas partes trajici, nec influere queat: Subiit me quoque non levis tam novææ ſtupendæ rei admiratio, quî vita præſtare poſſet, in organis illis naturalibus, omnibus facultatibus ac functionibus deſtitutis. Tandem meditatus iſtius rei cauſas, intuli coagulatas illas partes & prorſus exſiccatas, non minus ſubſiſtere ac à corruptione ſe tueri poſſe, quā infans ille, qui in utero materno in lapidem converſus, ibi per multos annos citra ſui, matriſque corruptionem perſtitit, prout omnibus hujus rei nota eſt hiſtoria. Quod autem puella illa frueretur vitâ citra alimenti aut cibi uſum: ratio eſt: quod potiſſimæ corporis partes, in quibus vita potiſſimā ſuam ſedem habet, cor videlicet, pectus & caput, admodū vividæ & vitales perſtarent: quæ cum ut alia ignobiliora membra craſſum alimentum non deſiderent, quale ventriculus, hepar & lien, ut in quotidiana ciborum concoctione animadvertitur: quibus ut vita conſervetur, nec non cor, pectus ſeu pulmones, & caput, neceſſe eſt, ut in aëream & ſpiritualem ſubſtantiam à ventriculo & hepate præparentur: Alioqui ſi craſſior eſſet ciborum ſubſtantia, ab illis ſpiritualibus partibus non reciperetur, quæ ſimilibus, non aliis oblectari ſolent. Cum, inquam, eæ partes ſint ſpiritualiores, & magis aëreæ, ſpiritu etiam & aere eaſdem foveri, certo certius inferre licet. Hinc fit ut cor ſtatim præ-

Ratio cur homo vivere poſſit citra alimenti aut cibi uſum.

Digitized by Google

præfocetur, ſi ad momentum aeris ad cor meantis per pulmones aditus intercipiatur. Hinc docent etiam medici cerebrum odoribus foveri, & partes pectoris & cordis aereo ſpiritu recreari: quæ quidem partes cum vita fruuntur, eã non ſibi tantum retinent, ſed in totum corpus, ſi pateant meatus diffũdunt. At cum in illa puella, ſolæ illæ partes in tota capacitate abdominis ſitæ, extinctæ & demortuæ prorſus eſſent, & omnibus ſuis functionibus deſtitutæ, quæ neceſſariæ etiam non videntur ad cibi, cerebri, pulmonum & cordis, hoc eſt, ad aerei & ſpirituoſi attractionem & concoctionem, niſi de cibo craſſiore agatur, qui in ſpiritum & aerem præparari debet: mirũ amplius eſſe non debuit, ſi præcipuæ illæ & nobiliſſimæ totius corporis partes, vita fruantur, cum illis orgãnis carere poſſint ad vitam ſuam tuendam. Verum quidem eſt eas bona ſui nutrimenti parte deſtitui, quæ ex cibo à ventriculo, hepate, liene præparato, ad ipſas transfertur; ſatis tamen alimenti ab exteriore aere, & odoribus percipiunt, quo vivant ad aliquot annos.

Q. Cur extinctis tam nobilibus partibus, & toti corpori ſummè neceſſariis, quales ſunt ventriculus, hepar, lien, meſenterium, inteſtina, reliquum corpus non corrumpatur? Diximus ad alimenti aerei diſtributionem nobiliſſimas illas tres partes, facilè carere functionibus, & præſentia ventriculi & reliquorum: Ad quod demortuis his partibus reliquæ non intereant, ratio eſt, quia nullam aliis corruptionem inferunt, qua inficiantur ac depereant: imò tantum abeſt, ut corrumpant, ut contra balſamo ſuo eas potius foveant. Cùm enim mors iſtarum partium nihil aliud ſit, quàm facta, ſenſim carneę eſſentiæ in ſalinam aut lapidoſam ſubſtantiam converſio, quæ quidem ſalina ſubſtantia (ut ſalis proprium eſt) non corrumpit, ſed a corruptione cõſervat: nihil mirum, ſi lapidoſæ ejuſmodi partes ſeſe ipſas in corpore tueantur, & aliis nullam noxam inferãt. Fatebimur tamen, ut par eſt, cum hoc duplici medio vita corporis humani foveatur, aere videlicet externo, & cibo ingeſto, tum integram & perfectiſſimam in nobis vitam vigere, & corpus in omnes ſuas dimenſiones extendi, cùm utroque hoc medio homo uti poteſt.

In quo vita corporis humani perſiſtat.

Q. Quomodo partes in marmoream ſubſtantiam verti poßint.

℞. Cum omnia non ſint unius loci propria, differemus aliò hujus quæſtionis ſolutionem: de qua tamen hic obiter dicemus, in microcoſmo minerales etiam aquas contineri, quæ in ſalem & lapides, carneas ſubſtantias commutent: prout in macrocoſmo multas ſimiles videre licet, quæ quicquid in eas injicitur ſive ſint herbæ ſive ligna, congelant, & in marmora, ſaxa, lapides vel metallicam ſubſtantiam, pro ſua natura convertunt.

Num interna corporũ partes lapideſcere poſſint.

Eandem puellam aliquot poſt menſes, cum per eandem urbem tranſirem, in eodem ſtatu comperi, ita ut per integrum annum, me aliquando præſente & inviſente, talis perſi-

perſtiterit. Referebat illa melancholicum temperamentum, taciturna admodum, ut ne verbum quidem unquam vel vix hiſceret: pendente ſemper capite, reliquis membris, ut brachiis & cruribus moveri neſciis; quòd ſcilicet aereo tantum & ſpiritali cibo, non craſſiore, quo craſſiores & ſolidiores partes firmantur, ad motum corporis eſſet impotens. At (quod me magis in admirationem rapuit) ab eo tempore, quo mihi viſa eſt, intellexi: illam creviſſe, incedere etiam & tandem naturalem edendi ac bibendi appetitum recepiſſe. Hinc conſtat non prorſus in lapideam ſubſtantiam converſas fuiſſe illius puellæ partes, quemadmodum fœtus ille in utero totus in lapidem commutatus eſt, quod tamen fieri potuit, quodque ex inſigni duritie conijciebam: ſed tantum tartareis fœcibus, iiſque denſis ac ſpiſſis circumquaque involutas ad tempus: quæ vel natura, vel arte in liquorem ſolutæ, lenſim evanuerunt, & ex partibus excluſæ ſunt: unde repurgata membra ad priſtinas facultates, & deſtinatas functiones redierunt.

Alia opinio de eadem hiſtoria.

Agitur jam quoque tertius aut quartus annus, ex quo aliam vidi puellam, octodecim annos aut circiter natam, temperamento quoque melancholico, quæ citra cibum & potum ſupra triennium vixerat.

Alia hiſtoria de quadam alia puella, ab omni ciborum potuſque uſu abſtinente.

Illa ſenſim primò panis, deinde ciborum aliorum appetitum, vel fructuum etiam amiſerat. Ad aliquod tempus juſculis nutrita, paulatim etiam uſum illorum remiſit: Tandem aliquot cochlearia vini, aquæ diluti, ei oblata ſunt, donec & uſum illius prorſus etiam reſpuens, non ferente potum ſtomacho, ex dolore & cruciatu, quem illic præferebat: ita ut ad extremum *drims* citra ullius rei ingeſtionem: hac inedia aliquot dies duraverit, dein & hebdomadas, ac tandem integrum annum, quo citra ullius alimenti uſum, quàm aeris vivebat valetudine integrâ.

Puella hæc (quæ Apollonia Chrier nuncupabatur) nata erat in quodam pago ſeu oppidulo Galz dimo, ditionis Bernenſis, inter reliquas Helveticas potentiſſimæ. Senatus Bernenſis ſumma prudentia ac ſapientia præditus, accepta inaudita fama, juſſit Bernam & matrem & filiam adduci: quas in Xenodochio urbis collocari, & ibi obſervari à cuſtodibus voluit, num mater filiæ aliquid clam porrigeret, ne quid fraudis ſubeſſet. Cui rei cum per aliquot dies accuratè invigilatum eſſet, cognitum tandem verè fuit, & certiſſimè, illam citra ullam alimenti ingeſtionem vivere. Tanti miraculi rumor ſtatim totam Helvetiam, longiuſque pervaſit. Tunc ego Soloduri eram cum Illuſtriſſimo ac ſapientiſſimo viro Dn. de Sillery Galliæ Procancellario (domino, inquam, mihi plurimum colendo) quem illùc eram proea, qua me amplectitur amicitia, comitatus, in legatione ex regis mandato ſuſcepta.

Hic igitur Illuſtr. Dominus ſtupendæ rei fama perculſus, optavit, ut Bernam me conferrem ut ex teſte

Digitized by Google

oculato rei veritatem certius cognoſceret.

Obj. *Radicalis Humor, continuo fluxu indies exhauritur & diſſipatur, ergo debet rurſus reſarciri ac reparari; beneficio cibi aut potus, ſeu alimentorum ingeſtorum ſuffectione.*

Corporis partes juxta Anatomicorum doctrinam.

℞. Quomodo quæſo, ô Anatomici, ſtabit hæc veſtra diſtinctio ac diſtributio partium nobilium & principum, cerebri ſcilicet, cordis & hepatis, ſine quorum functionibus animal vivere non poſſe indubitanter aſtruitis; ſi nec citra functiones reliquarum partium, non minus, uti putatis, ad vitæ conſervationem utilium ac maximè neceſſariarum, ut ſunt ventriculus, ſplen, inteſtina, pulmones, renes, veſica, quibus ſecundum dignitatis ordinem, in vitæ œconomia attribuitis? Cum tamen ex his duobus exemplis, ſupra à nobis allatis, certius certo affirmari poſſit, adeò, ut id vel digitis palpitare, & niſi voluntaria caligine offundi velitis, oculis ipſis intueri poſſitis: quod vita ſubſiſtere & perſtare nihilominus queat, nec adhuc extinguatur, licet tum functiones jecinoris, ventriculi, lienis, renum & veſicæ ſint vel depravatæ & corruptæ, vel omninò etiam deſtructæ & ablatæ. Hæc duo raritatis, vel potius mirabilitatis exempla, confirmari adhuc poſſunt aliorum plurium exemplorum authoritatibus.

Populi quidam ex ſolo radicum florumque odore viventes.

Plinius *lib. 2. hiſt. natural.* & poſt ipſum Cæl. *lib. 24 cap. 21 ant. lect.* ſcribunt, quod in extremis Indiæ finibus, ab oriente verſus fontem & ſcaturiginem Gangis, populi quidam ſint, Aſtomi dicti, qui ſolummodo ex odoribus & ſubtilibus exhalationibus quarundam radicum, florum & fructuum, per narium inſpirationem attactis vivant.

Vita nutrimentum à Sole extractum.

Olympidorus Platonicus, interpres Ariſtotelis ſcripſit, quod homo quidam fuerit, qui toto ætatis ac vitæ ſuæ decurſu, nihil unquam manducarit, ſed in ſole ſemper verſatus, ex eo ſpirituale ſibi nutrimentũ attraxerit. *Plato* in Phædone ſimile quid habet.

Mulier quædam vixit citra cibum & potum.

Sed ut noſtri ſeculi hiſtorias & exempla, tanquam recentiora, tandem adducamus: Albertus Magnus *lib. de animalib.* ſcriptum reliquit, quod fuerit fœmina quædam Coloniæ in Germania, tempore Imperatoris Friderici undecimi, quæ interdum per viginti, ſæpenumero etiam per triginta dierum ſpacium, ab omni eſculentorum & poculentorum uſu abſtinuerit.

Alia hiſtoria.

Gerardus Bucoldianus, alijque complures authores graviſſimi narrant, quod anno Chriſti 1539. inter Spirenſium ſubditos, in pago quodam Rhodo, inventa ſit puella quædam, nomine Margarita, filia Suffridi VVeis & Barbaræ, quæ annum circiter decimum agens, levi quodam capitis ventriſque dolore tentata, ipſo die feſto S. Michaelis, cibũ capere, & manducare non abhorruit uſque ad feſtum nati Salvatoris noſtri: à quo die ciborum uſum cepit faſtidire & prorſus abdicare, ceſſantibus ſimul alvi excretionibus. Eadem poſt dies paſchales, recuſavit quoque poculento-

Digitized by Google

lentorum uſum, nullamque amplius urinam reddebat. Imperator Ferdinandus, obviam ire volens tali impoſturæ, ſi qua eſſet, mandavit medicis ſuis, ut hanc rem diligenti inquiſitione, ac ſummâ induſtriâ, penitius cognoſcerent.

Hæc hiſtoria non abſimilis eſt illi alteri, ſuprà commemoratæ, quæ in ditione Dominorum Bernenſium in Helvetia accidit.

Hinc videmus, nullam eſſe theſin ſive regulam in Medicina tam probabilem, certam ac firmam, quæ non exceptionem aliquam admittat.

De Neceſſitate potus.

Potus æquè neceſſarius eſt ac cibus. Potus neceſſarius eſt ad cibum, liquore aliquo imbuendum: ubi multos inveniri videmus, qui potius cibi quàm potus uſu, ad tempus carere poſſunt. Sic etiam nulli dubium eſt poſſe aliquem æque ſiti perire, ac fame. Id ſi neceſſitas poſtularet, exemplis in medium allatis, iiſque quàm pluribus, facilè demonſtrare poſſemus.

Q. An vita durare poſſit ſine potu?

Notum eſt omnibus, famem ipſa ſiti tolerabiliorem eſſe: attamen negari non poteſt, aliquos etiam repertos fuiſſe (quod etiam inter rara contingentia annumerandum eſt) uti Magonem Carthaginenſem, & Laſyrtam Laſionenſem, qui ſine ullo liquidorum uſu, totam ætatem exegerint: aſſumptis nihilominus & comeſtis cibis ſalitis; ut Athenæus annotavit. *Athen. lib. 2. c. 2.*

Cœlius ſcribit, quod quidam Neapoli, natione Tomacellienſis, totius vitæ curriculum abſque potu abſolverit.

Ariſtoteles quodam in loco mentionem facit cujuſdam Andronis Argienſis, qui per omnem vitæ decurſum nunquam ſitierit aut biberit, uſus interim multis cibis ſale confectis ac exſiccatis.

Idem profectus Hammonium, licet in itinere nullis prorſus oblatis aquis, ipſe ſola farina ſicca vivere, ab omnibus tamen liquidis omnino abſtinebat, quod & reliquo ætatis curſu continuo facere conſuevit.

Q. Quomodo vita ſine potu durare poſſit?

℞. Non hîc diutius in ejuſmodi cauſis Sitis tolerandæ inquirendis immorabimur, hoc ſaltem notandum voluimus, quòd hac in re natura, & temperamentum humidum ac pituitoſum, & ſolita ac conſueta vivendi ratio, plurimum poſſint. Quod facilè demonſtrari poſſit exemplis, ab hydropicis ſumptis, qui per potus abſtinentiam (licet intolerabili & ingenti torquecantur ſiti) tamē curati fuerint. Verum quidem eſt, illos ab initio extrema ſiti fuiſſe cruciatos; ſed paulatim, conſuetudine faciliimè à poculentis poſthac abſtinere poterāt. Imò fuerunt, qui ab hoc affectu liberati nunquam poſthàc, quamdiu viverēt, liquidis uti voluerunt, idque maximo quodam recidivæ metu; ut in hiſtoriis paſſim legitur, tùm de Iulio Viatore Equite Romano, tum de aliis pluribus.

Digitized by Google

CAP. IV.
DE PANE,
Cibi baſis eſt panis.

ANtequam antiquitas plenam habuerit multorum frumentorum leguminũ granorumq; aliorum varij generis cognitionẽ: plures glande veſcebãtur: alij peculiariter eorum fructuũ genere, quibus abũdabant, quẽadmodũ de *Argivis* ſcribitur, qui pyris paſcebantur; *Athenienſes* verò ficubus, quibus ita abundabant, ut illis pecora enutrirent. *Medis* pro cibo erant amygdalæ: *Æthiopibus* arundinum fructus: cardamum *Perſis*: Palmulæ *Babyloniis*: *Ægyptiis* lotus, ex cujus ſemine quædam panis ſpecies conficiebatur, ut ſcribit Aëtius *tetr.* 1. Succeſſu temporis *ariſta*, hoc eſt, frumenti omne genus melioris nutritionis inventum eſt, quod utilius ceteris omnibus vegetabilibus & granis præbet alimentum. *Alex. l. 3. cap. 11.*

Ex eo hodie conficitur panis noſter; illorum granorum uſus ubique nunc familiariſſimus eſt: atque inde *baſis* omnis nutritionis ſalubris & neceſſariæ ſtatuitur.

Inventio frugum Ethnicis. Finxerunt Ethnici Poetæ, olim *Cererem* primam frugum inventricem fuiſſe, granorumque colendorum, molendorum, nec non pinſendorum & in formam panis aptandorum ac coquendorum ſolertiam excogitaſſe: Hinc variis nominibus & titulis apud Poetas legitur inſignita, ut modo fulva, rubra & frugifera vocetur: quæ certè nomina ad varia meſſis tempora referenda ſunt, eò quod frumentum pro gradu maturitatis varios colores induat, uberemque frugum copiam exhibeat. Eadem ex alimento, quod accipimus πολυτρόφος nuncupatur; ὀνησιδῶρος, καρποφόρος, ζωοδῶρος καὶ βιοδῶρος, atque id genus aliis decoratur: ut inde, quam magna ad Rempubl. humanam ex agriculturæ inventione acceſſerit utilitas & compendium innoteſcat. Horum inventionum fidem facit Ovid. 3. Metam. his verſibus:

Prima Ceres unco terram dimovit aratro:
Prima dedit fruges alimentaq; mitia terris, &c.

Nos qui certiorem habemus de Deo *Chriſtianis.* cognitionem, quàm Ethnici illi, qui idolum de Cerere conſtituerunt, artem agriculturæ granorumque omnium cognitionem & uſum, quæ ad humanam vitam pertinent; ad Adamum ejuſque poſteros opportunius revocabimus, eiſque accepta feremus: ſacris quippe literis accepimus, poſt diluvium & longè ante quàm Chaldæi, Græci, Latini, eorumque idola Cybele, Ceres, & Bacchus extarent, edoctum Noe has artes reſtituiſſe, terram araſſe & vitem plantaſſe, unde agricola & vinitor dictus eſt: ejuſque temporibus panis, vini, aliorumque fructuum optimæ nutritionis, fit mentio, ut non ſit fas alio inventum tanti boni referre citra ſcripturæ ſanctæ contumeliã. Fatendum tamen earum rerum induſtriam, ubi cœpit orbis populis ſcaturire, auctiorem fuiſſe: extitiſſeque ſolertiores aliquos, & ſubtilius cole-

lendæ terræ, & ſolertiùs maturandarum frugum, atque præparandorum omnium in uſum hominis alimentorum, peritos, quos tamen non licet Ethnicorum more inter Deos recenſere, ſed ut inſtrumenta Dei ſummi opificis agnoſcere. Quare non niſi turpiſſimè & cum ſumma impietate lapſus eſt Janus ille, Latij Rex (ubi conſtructa pòſt Roma fuit) qui cùm agriculturæ & frugum ſerendarum rationem unà cum ſubditis ignoraret, artemque agrorum colendorum à Saturno profugo, regnoque à filio ſuo expulſo, didiciſſet, non tantùm illum ob inſignem utilitatem, quam acceperat, in ſocietatem ſui regni aſcivit, ſed in Deorum quoque numerum retulit.

Janus in Deorũ numerum relatus ob agriculturæ uſum qui à Saturno didicerat.

Quibus ex antecedentibus duos Ethnicorum errores agnoſcimus, prior eſt, quod illi panem & vinum reliquoſque fructus, nec non carnes & piſces à Deo ſummo creatore in uſum & utilitatem hominis creata eſſe, ignorarint: poſterior verò, quod perperam de alimentorum adeò ſalubrium præparatione ſenſerint, quæ ſingulari Dei Opt. Max. benignitate ſenſim hominibus fuit communicata; unde neceſſariò conſequitur, quod ad divini numen & inventionis frugum, & præparationis earum gloria ubique referenda ſit.

Antequam ciborum artificium ab omnibus gentibus cognitum fuiſſet: multæ earum diverſis in conſervationem vitæ ſuæ alimentis uſæ ſunt: *aliæ* ſiquidem in hunc finem agreſtes feras venabantur, ut Getuli: *aliæ* piſces, ut Ichthyophagi: *aliæ* teſtudines, qui Chelophagi dicebantur: *aliæ* locuſtas, ut Ægyptii.

Alex. l. 3. cap. 1.

Quin & hodie Indorum victus longè alius à noſtro, imò longè barbarior, ac inhumaniſſimus perſpicitur, ut qui carnibus etiam humanis paſci non horreant, quod teſtantur hiſtoriæ.

Indorũ victus qualis.

Sed barbaros iſtos homines, ac plus quàm ferinos cum crudeli vivendi genere relinquamus, tantumque de illarum gentium victus ratione loquamur, quæ in Europa ſitæ ſunt; quæve cultiores ac politiores habentur, quàm in ullis aliis orbis partibus. Earum propè omnium idem eſt alimentum, ratione tantum præparationis aliud ab alio differens.

1. *Natura panis.*

Baſis ergo cibi omnibus fere Europæis in pane poſita eſt, qui ex granis multo ſpiritu, aqua vitæ & balſamo fœcundis, quæ cum noſtris ſpiritibus & vitali nectare magnum habent conſenſum, eleganti artificio, & præparatione ſalubri concinnatur.

Q. Vtrum panis vel vinum magis nutriat.

Etſi autem plus ſpirituum, quàm panis, vinum contineat; eiuſq; odor, vel ſolo olfactu ſpiritus noſtros confeſtim recreet, qui utcunque in ſyncope diſperſi à corde, aut prorſus nulli in nobis eſſe videntur: cum tamen vinum glutine illo aut vinculo careat, quo diutius retineri neceſſe eſt, ne ſtatim à ſtomacho noſtro avolet, ſiquidem

Digitized by Google

dem naturâ liquidum ac fluidum eſt: hinc fit ut minus ſolidam ac firmam corpori nutritionem, quàm panis exhibeat: citra quem aut aliquid ſimile, quod conſtantis ſit corporis, commodè vivi non poteſt: at ſine vino foveri vita facilè poteſt.

2. *Differentiæ.*

Differentiæ panum nunc nobis excutiendæ ſunt, quarum præcipuas, quæ uſitatæ ſunt, deſcribemus.

Panis ſiligineus. Fit panis multis in locis *ex ſiligine*, qui paulò acidior eſt, mediocre alimentum præbens, quiq; laxam alvum temperatè reddit. Non infrequens eius eſt uſus multis in locis, & in ipſis quidem nobilium ædibus.

Hordeaceus. *Ex hordeo* quoque pinſitur panis variis in provinciis, cuius vis eſt refrigerans: at non ita hordeaceus gratus eſt palato, ac ſiligineus. Eo potiſſimum veſcuntur agricolæ quod alio ſæpè frumento careant, præſertim meſſis tempore, quo citius hordea demetuntur, quàm reliqua farra. De hoc pane in hæc verba ſcribit Aët. *Panes autem hordeacei omnes minus nutriunt, quàm triticei, & magis ventrem ſubducunt, quàm illi.* *Tetr. 1. ſerm. 10.*

Fabaceus. Conficitur etiam ex *fabis*, aliiſq; leguminibus panis, ſed gravis eſt, ponderoſus ac parum grati ſaporis

Miliaceus. Triplex panis genus ex milio. Nonnullibi panis ex *milio* familiariſſimus eſt: cuius triplex genus præ cæteris conficitur: unum ex milio in farinam redacto à ſuo furfure mundatam: ex qua cum aqua, aliorum more ſubigitur panis, paſtaque ſalita ac fermentata, in clibano aut furno coquitur in panem: Hoc veſcuntur ruſtici, cuius guſtus ſubdulcaſter eſt: Tatis eſt boni alimenti: ſed qui diutius aſſumptus faſtidium parit.

Alterum ex milio panis genus in Vaſconia Miques vocatur, qui parvi ſunt globi, ex eius farina ſubacti, magnitudine globos referentes, quibus palemario luſu colluditur. Hi coquuntur in aqua, & in jentaculum infantibus offeruntur: ſinguli globuli venduntur denario.

Tertium panis genus id eſt, quod braſarium appellatur, cuius uſus in bellariis eſt: ſatis eſt delicata gratiq; ſaporis eſca, dicta idcircò braſarium, quod inter prunas ardentes, Gallis *braſier* dictas, quibus panis in foco undique involvitur, coqui ſoleat. Is panis quadratæ eſt formæ, pedis longitudinem habens, & dimidii pedis aut circiter altitudinem. Obvolvitur autem ille panis braſſicæ foliis, cum inter brunas foci ſepeliendus eſt, ut coquatur, ne cineribus conſpurcetur. Atque hæ ſunt tres panis miliaris coctionis ſpecies, de quibus loquitur Actuar. atque alii veteres, in clibano nempè, in aqua, & inter prunas.

Triplex modus coquendi panem. Ex farina eiuſdem milii, pulmenta fiunt aqua diluta, quæ ſale côdiuntur, & ad conſiſtentiam coquuntur. Iſta pulmẽta deliciæ ſunt ruſticis, multis in locis. Diluitur etiã farina hæc lacte, vel brodio carnis, ex qua mixtione meliores redduntur pultes, Gal. *lib. de Aliment. facult. cap. de milio & panico*, hanc pultis ſpeciem ex milii farina factæ deſcribit: quæ ruſticis antiquitus in cibum erat familiaris. N. Noſtratibus cibus hic uſitatus eſt.

In

Digitized by Google

Caſtaneis. In regione Limoxenſi, & quibuſdam aliis locis circum vicinis (ubi abundant caſtaneæ) ex caſtaneis fit panis, quo vulgus & ruſtici paſcuntur.

Avenaceus. In caritate annonæ & aliorum granorum inopia, fit etiam panis ex avena: quod equorum magis, quàm hominum proprium eſt alimentum.

N. Imo ex corticibus arborum contuſis alij addito furfure cum aqua ſubactis panes pinſere Ruſticos in Finnonia ſuperioribus annis neceſſitas docuit.

Pulmentũ avenaceũ. Germani quodam juſculi aut pulmenti genere Habermuß ab illis dicto, utuntur, ex granis avenæ mundatis, & aqua conſtante: quod inſtar ordeati eſt: ei (que cibum admodum ſalubrem autumant.

Triticeus panis optimus. *Inter omnia autem eiuſmodi panum genera, nullum bonitate, ſapore, ſalubritate ac nutritione ad panem* accedit, qui ex tritico aptè paratur & conficitur.

Triticum. Tritici autem tres aut quatuor ſunt ſpecies, quas diſtinguere expedit, ut melior ſeligatur, unde optimus panis, ſaluberrimus, & alimentoſus concinnetur.

Quod naſcitur in Turcia frumentum & barbaria, grana craſſa producens, rufi coloris, non æquat bonitate illud, quod ſpelta vocatur, cuius color albus eſt, flavus & granorum minorum, ſed firmiorum ac ſolidiorum dente judice: quodvè majorem reddit farinæ copiam, quàm alterum furfure abundans. Quod nobis ſedulò obſervandum eſt, ut ſuadet Galenus *primo lib. de alim. facult. c. de tritico*: ubi videre licebit, omnia panum diſcrimina, ſive bonæ ſive malæ nutritionis: ſive frumentorum varietas ſpectetur, quorum alia aliis vel meliora, vel deteriora ſunt, idque *vel* ex natura, *vel* ex varia præparatione, *vel* ex trajectione per cribrum exactiore, aut negligentiore: ſive ex fermentationis & coctionis artificio. Quæ omnia in pane conficiendo, ut ſit ſalubris & ſapidus, diligenter obſervanda ſunt.

Sequuntur quæ de his ſcribebat *Galenus eodem lib. & cap.* ubi de diverſa frumentorum natura cum diſſeruiſſet, de differentiis quoque panum, qui vel meliores, vel deteriores conficiuntur, hæc ſubjicit: Cæterum medii inter mundiſſimos & ſordidiſſimos panes, longè lateque pro minoris majoriſve ratione inter ſe diſcrepant: Alij namque mundi; alii ſordidi nominantur, & revera ſunt. Præter hoc tamen aliud eſt panis genus, planè in his medium, Græci nunc αὐτόπυρον vocant, eò quòd ex confuſanea farina, furfureve, neutiquam cretis conflatur. Illum panem antiqui medici ſyncomiſtum appellarunt: Verùm, & inter iſtos ipſos, qui ad unguem medii inter furfuraceos, & quàm nitidiſſimos panes eſſe videntur, non mediocre eſt pro varia tritici natura diſcrimen. Etenim ex denſo prægravique ſemine, panis præſtantior, ex ſtolido levique deterior fit. At panis quidẽ ſinceriſſimus, cum à Romanis tùm ab omnibus ferè, qui illorum ſubjacent imperio, ſiligineus vocitatur: huic proximus ſimilaceus: tertio medioque loco, is quem αὐτόπυρον, vel ſynco-

Panes alij mundi alij ſordidi.

Qualis fuerit panis Romanus optimus.

ſyncomiſtũ appellari diximus. Quartus ab his eſt ſordidus: poſtremus furfuraceus, qui inter omnes imbecillimus eſt, quique quàm citiſſimè per alvum deſcendit.

Ægin. lib. 1. de re medica cap. 73. Actuar. lib. 2. cap. 3. de iiſdem differentiis ſecundùm Galenum loquuntur, pronunciantque furfuraceum panem, omnium eſſe deterrimum, & minimi alimenti. Cum enim is ſit omni farina ſpoliatus, quæ glutinoſa eſt, non poteſt nec in ſeſe cohærere, nec ventriculo firmiter adhærere, unde minus alit, ac minus ſalubris eſt. Ex farina tenuiſſima & ſubtiliſſima gluten fit, vinciendis ac conglutinandis multis rebus perutile, quod furfur tamen præſtare nulla ratione queat.

Panis furfuraceus omnium deterrimus.

CAP. V.

De præparatione panis.

HActenus dictum ſit ſatis de granorum differentiis, de farinarum & panum varietate; *illud verò conſtet inprimis, eos pro optimis habendos, qui ex farina optima mediocriter à ſuo furfure ſeparata probè confecti ſunt.*

In confectione autem magnum requiritur artificium. Nam etſi tales habentur farinæ, quæ deſiderantur: ſolertia tamen non levis in ea, aqua diluenda, pinſenda, fermentanda, ſale condienda, dextreque pane apparando & coquendo requiritur.

Vt igitur *bonus concinnetur panis*, palato gratus, ſalubris, & boni nutrimenti,

In pane optimo conficiendo quid obſervandum.

Primò optimum frumentum, quale expreſſimus, *deligendum eſt*: quod cribro ſedulò à ſordibus emundetur: cui ut nihil deſit munditiei, omni diligentia procuretur. Illud ut benè fiat, triticum aqua pura eluendum eſt, poſtea ad Solem exſiccandum: ſed lolium imprimis diligenter repurgetur, veluti prorſus noxium, non tantùm quod inebriet: ſed quod firmiſſimum etiam quod viſcerebrum vertiginibus feriat, attonitos homines reddat atq; proſternat.

Quod delectum eſt frumentum, mola aut piſtrino albo, ut vocant, exterendum eſt. Hoc enim piſtrino longè candidior farina, & melius à furfure ſuo repurgata redditur.

2. *Farina igitur delecta, ſolerter aqua diluenda, fermentanda, condienda ſale, pinſenda, & in paſtam panemq; colligenda, qui porrò inutilis aut noxius futurus ſit, ni ritè coquatur.*

Ex panis enim congrua coctione, nec non eiuſdem fermentatione præcipua utilitas ac ſaporis ſuavitas exoritur. Quod idem Gal. exprimit *eodem lib. ſuprà citato* his verbis: Panes autem ad concoctionem appoſitiſſimi ſunt, qui plurimum fermentati & approbè elaborati in Clibano, igne moderato percoquuntur. Nam profuſior ignis, primo ſtatim occurſu adurens exteriorem ſuperficiem, in teſtæ modum indurat: ex quo utrobique ineptum, pravumq; panem fieri contingit: utpote qui cruda incoctaque interiora habeat; ambuſta, obarida & cruſtacea exteriora. Ignis verò juſto minoris vis, in totum panem nequit penetrare: ideoque illum non

Nota panis melioris & ſalubrioris.

percoquit, ſed relinquit crudiorem, maximeque intimas partes. Qui autem longiore ſpatio, undique æquabiliter peraſſatur, hic & probiſſimè in ventriculo concoquetur, atque ad ſequentes functiones erit accommodatiſſimus, &c. In clibano igitur ſalubrius, quàm inter prunas coquendus eſt panis.

Fermentatio.

Quod ad *fermentationem attinet, quæ cum fermento fit acido, ea inter cætera artificia, ſummè neceſſaria eſt.*

Hæc enim paſtam attollit, & levitatem idcirco pani conciliat atq; ſaporem: qui citra eam gravis & inſalubris redderetur, atque idcircò noxius & inutilis. Præterea panis mediocriter ſalſus, melior ac ſalubrior eſt inſulſo, etſi multi aliter ſentiunt.

Magiſterium Chymicum in panis confectione obſervandum.

In ſumma, panis eo modo, quem diximus, apparatus, magnum & elegans magiſterium exhibet, in quo nobiliores & perfectiores Chymicæ operationes eluceſcunt. *Primò* puri ab impuro apparet ſeparatio, hoc eſt, farinæ à furfure: *Secundò* puri cum ſua aqua coniunctio, quæ ibi trituranda, hoc eſt, pinſenda, malaxanda, fermentanda, digerenda, ac demum perfectè coquenda, ex qua mixtione ſic elaborata, panis ſalubris, vivificus, hoc eſt, lapis Philoſophicus, immenſæ virtutis progreditur. *Denique* longè aliquid præſtantius eſt panis quàm farina. Si quidem quæ nobis grana natura exhibet, niſi artificium hominis in præparationem accederet, longè noxiora, quam utiliora homini futura eſſent. Accuratè igitur, & præparandus, & coquendus eſt panis: alioqui frumentum, quod ſimpliciter ex aqua coquitur, quocunque modo velis, nunquam alimentum utile ac ſalubre allaturum eſt. Quod teſtatur *Galenus eodem lib. ſuprà citato*, hiſtoriam referens, cum aliquando rus expatiatum animi laxandi gratia profectus eſſet, paulo ab urbe remotius, ubi panis erat inopia: ſe vidiſſe duas ruſticas in ſuam cœnam triticum ex aqua & ſale coxiſſe: ad quod epulum ipſe *Galenus* cum duobus aliis ſociis invitatus, avidè acceſſit, appetitu ex itinere contracto, eoque cibo copioſè & ad ſatietatem, alijque ſimul cœnati ſunt: cuius epuli exitus qui fuerit ex Galeni ipſius verbis audiamus: *Verùm à cœna,* inquit, *gravitatem in ventre adinſtar incumbentis luti cœpimus ſentire: poſtridieque toto die crudi, cibum faſtidientes, languebamus, adeò ut nihil poſſemus omninò aſſumere. Præterea flatulento ſpiritu plenis, caput dolebat, oculique ceu per nebulam cernentibus caligebant.* Addit ſe ex ruſticis quæſiviſſe, num aliàs eodem cibo uſi eſſent, & qui ex eo valuiſſent: qui reſponderunt, aliarum rerum inopia (prout ipſe Galenus tunc premebatur) frequenter ſe eiuſmodi cibum in uſum aſſumpſiſſe, qui ſemper gravis ſtomacho fuiſſet, potiuſque noxius quàm utilis, quod facilè citra experientiam colligi, & judicari poterat. Farina enim frumenti iſtiuſmodi, etſi purior eſt frumenti ſubſtantia, cum ſit concoctioni rebellis, noxam parit, niſi (inquit idem Galenus) per ſalem, fermentum, conſperſionem, triturationem, furnumque edometur ac perficiatur. Quis hinc

Quid Galeno acciderit ex uſu panis haud probè cocti.

Frumentū crudum inſalubre.

non intelligat (addit) rude & illaboratum triticum, firmiſſimum ac pertinaciſſimum eſſe: contrà ſi congruè præparetur, ut ſuprà diximus, optimum eſſe nutrimentum, ac corpori humano ſummè neceſſarium, utiliſſimumque.

Si triticum inter vegetabilia omnia nutritioni imprimis, ac vitæ hominis conſervandæ congruentiſſimum, ex aqua tantùm, & citra ullam aliam præparationem coctum, tantas noxas & incommoda infert, ut verè ſcribit Galenus: quid de ſexcentis aliis granis dicemus, ſeminibus, radicibus, herbis, floribus, ex quibus varia concinnantur remedia: nunquid graviora corpori noſtro incommoda pariturα ſunt, cum iis tantùm ex aqua coctis craſſiſſimo modo, vulgus pharmacopœorum in medicamenta, quæ apozemata, ſyrupos, julepos, &c. vocant, utatur, & ægris ſic parata, hoc eſt, venenoſa potius, quàm ſalubria exhibeat?

Si Cenſores noſtri iſta ſeriò meditarentur, non uſque adeò latratibus ſuis veras medicamentorum præparationes, ex quibus (ſumma Dei gratia) in dies inſignes effectus & virtutes prodeunt, laceſſerent. Cum enim illæ juxta conditiones ab Hippocrate deſideratas, tutò, citò & jucundè operentur: quorſum ignari iſti putidas ſuas decoctiones, & faſtidioſas ſtomachoq; inviſas, inſcitè & impudenter præferre auſint?

3. *Delectus.*

Redeamus ad panem, quem ut ſit bon' & ſalubris, Galenus vult ex optimo tritico, & à ſuo furfure ſeparato fieri, mediocriter candidum, optimè piſtum, fermentatum, ſale conditum, &, ut par eſt, coctum.

Oribaſius lib. collect. medic. cap. 8. de panibus triticeis loquens, idem ſentit cum Galeno his verbis: Optimus panis & ſaluberrimus, inquit, eſt, qui plurimum fermenti, plurimumque ſalis habeat, quique plurimum ſit ſubactus & elaboratus, ac in clibano moderatè calido ſit aſſatus: Hoc verò, quod dixi, plurimum fermenti atque ſalis in guſtu dijudicari debet atq; diſcerni. Quod enim in copioſiore horum miſtura eſt, jam moleſtum id, & noxium eſt.

Ad panem conficiendū neceſſaria ſunt fermentum & ſal.

Ex his apparet Galeni & Oribaſii aliorumq; multorum authoritatibus, quàm ſalubris ſit panis mediocriter ſalitus, quamq; inter alios laudabilis: cum tamen ſint medici quidam, qui ſalem in pane prohibeant: qui planè error eſt popularis.

Ex his, quæ ſuprà diximus, liquere poteſt, quæ apud piſtores placentæ, paſtilli, & id genus cruſtaceorum panū, qui omni fermento carent: prorſus eſſe inſalubres & noxios, tum ægris, tum etiam ſanis. Eiuſmodi enim paſtæ fermento deſtitutæ, dum ſubiguntur, & manibus elaborantur, aqua ſubinde dilutæ, tandem in gluten & collam vertuntur, & ichthyocollam, qua fabri lignarii utuntur in conglutinandis ſuis aſſeribus, duritie adæquant: quin etiam uſque adeò ſolida ac dura evadunt hæc condimentorum & liborum genera, ut duritie lapidem vincant. Quod minimè fermenta-

Placenta piſtorum abſque fermento cocta, noxia.

mentatæ paſtæ accidit. Hinc fit, ut ex infermentatis id genus paſtis variæ obſtructiones in corporibus noſtris naſcantur, cauſæque materiales calculorum, aliorumque id genus membrorum, ad hunc fontem jure merito revocentur.

Excuſſis ſingulatim ac fusè omnibus iis, quæ de pane dictu neceſſaria nobis viſa ſunt; deque granis aliis, quæ in cibum noſtrum accommodantur, & quæ in farinam ac paſtam ſubigi poſſunt: de reliquis alimentis, ne quid ſilentio ſupprimatur, opportunè conſequentur dicendum eſſet: ac imprimis de carnibus tot tamque variorum animalium, quæ partim in terra gradiuntur, partim in aere volitant, & partim in aquis tum marinis, tum fluvialibus natitant, quibus omnibus veſci ſolemus. Quin & hic aptè de variis terræ fructibus diſſereretur, tum æſtivis, tum hybernis, qui ſuis temporibus nobis enaſcuntur in uſum quotidianum ad voluptatem potius & delicias, quàm ad firmum & ſolidum alimentum: quorum tamen aliqui in medicamentum etiam nobis cedant. Sed cum tractatus noſter brevis, tantam rerum copiam non ferat, quæ magnum & prolixum volumen impleant: cumque apud authores ubique abunde de iis diſſeratur, ab eorum fuſiore examine ſuperſedebimus, breviter tamen de iis diſceptaturi, qui nobis ſint utiles cibi, & quæ alimenta noxia, oſtendemus.

Cap. VI.

De reliquis alimentorum generibus, ac primo de herbis.

QUicquid homines nutrit aut eſt herba ſeu planta aut caro aut piſcis.

Piſcium nomine comprehendimus, tum fluviatiles, tum marinos piſces, cujuſcunque generis ſint, ut & conchyliorum omnia genera.

Sub carnium genere, tam quadrupedes, quam volucres complectimur.

Et per herbas non tantum folia, ſed earum etiam ſemina, radices, fructuſq; & herbarum arborumque intelligimus.

Ordiemur autem ab herbis ſive plantis propterea, quod ex illarum ſpeciebus nobis ſuppetunt duo iſta prima & principalia alimentorum genera: panis ſc. & vinum. Sunt prætereà hæ ipſæ plantæ quibus ſoli noſtri primi parentes uſi ſunt in alimentum.

At ſub herbæ vocabulo, ſpecialius nunc ſumpto: de herbis ſolis, quæ in uſum alimentorum variis condiuntur modis, imprimis hîc verba facere conſtituimus.

Hæ modo decoquuntur in juſculis, modo minutim conciſæ friguntur. Ex illis modo fiunt farcimina & placentæ, modo acetaria, modo variis aliis adhûc modis præparantur.

Hæc igitur ſit, pro hoc inſtituto, propria herbarum conſideratio: qua-

Tollitur autem frigiditas eximia unica ebullitione in aqua ferventi facta: ex qua poſtea cum oleo, aceto, & ſaccharo, fiunt acetaria quàm optima ſalubriaque. Lactucâ quinetiam infrigidandi ſomnumque conciliandi cauſa, utimur in juſculis per totam æſtatem.

Borrago. *Buglоſſa.* *Borrago & bugloſſa* herbæ temperatiſſimæ, optimæ quoque ſunt & ſaluberrimæ in juſculis coctæ: illæ enim exhilarant cor, & humorem melancholicum ad temperiem revocant: unde ſequitur, ipſorum uſum imprimis conferre cardialgiæ cordiſque deliquiis: nec non pectoris melancholiciſque affectibus omnibus.

Planta calida. *Serpillum, thymus, hyſſopus, amaracus, mentha, ſalvia, fœniculum, & petroſelinum*: herbæ ſunt omnes calidę, plerũque hyeme in juſculis etiam utiliter offeruntur, conferunt iis, qui imbecillo ſunt ſtomacho, quique ſunt obnoxij morbis, quorum cauſæ à pituitoſis, frigidis humidiſque pendent humoribus.

Petroſelinum. Ex iis *petroſelinum* frequentius uſurpatur in culinis. Nam etiam crudũ & incoctum, carnibus bubulis, vervecinis, eorumque pedibus elixis, & multis aliis diverſis ferculis, etiam ex piſcibus præparatis, imponitur, ut gratum illis ſaporem conciliet. Eius radices & folia cocta, diverſimodè in cibis exhibentur, ac ſimul optimis condimentis commiſcentur; habent vim aperiendi.

Sed petroſelinum, de quo hîc loquimur, non eſt illud, quod nonnulli adeo noxium vertiginoſis & epilepticis eſſe prædicant. Illud enim eſt Apium commune; à noſtro petroſelino qualitatibus & virtutibus longè diverſum. *Apium vulgare.*

Radex fœniculi. Hyeme interdum, in juſculis etiam, utimur *radice fœniculi* ad repurgandos ab arenulis renes: nec non ad acuendum viſum: æſtate dum ſemen ſuum producit, offertur in extrema menſa ut manducetur: concoctionem enim adjuvat, non ſecus ac aniſum, quod etiam eundem in finem porrigitur.

Herba temperata. *Pimpinella.* Quod ad herbas temperatas ſpectat, quæ neque frigidæ: qualis eſt *pimpinella* & multæ aliæ ejuſdem claſſis, ex iis juſcula & acetaria etiam varia concinnantur. Præſertim ex lupulo & aſparagis, ex quibus, veris initio, cùm primum è terra repullulaſcunt & egerminant, primaria acetaria fiunt.

Lupulum. Faſciculi ex *lupo* concinnati paululum decoquuntur: ex quibus (oleo, aceto ſaleque admiſtis) quam optima acetaria fiunt; quorum vis aperiendi, detergendi & craſſos humores incidendi eſt: heparque ipſum & reliqua viſcera nutritioni dicata obſtructionibus expediendi. Lupulus quinetiam in juſculo coctus, totam ſanguinis maſſam emundat: biliosum & melancholicum humorem ſimul & ſemel contemperando & purificando, repurgat. Idem præſtant aqua & ſyrupus ex eius ſucco concinnatus.

Aſparagi. *Aſparagi* quoque in maximis ſunt deliciis: modicè cocti cum oleo & aceto vel primis menſis acetarii inſtar, vel ſecundis bellariorum loco, butyro prius recenti ac liquefacto delibuti exhi-

exhibentur. Viſcera ab obſtructionibus liberāt, urinam leniter cient, & ſic conſequenter renes abſtergunt calculoſis impuritatibus: appetitum ſtimulant, & ventriculum roborant. *Imprimis horum eſu abſtineant fœminæ, ne ipſis nimium indulgentes ſterileſcant*: interim viris inde ſemen augeri, & Venerem excitari, in dubium non eſt vocandum.

Spinachia. Diebus Quadrageſimæ frequens uſus eſt *Spinachiorum*, quæ elixa & frixa ſalubria, thoracis partes optimè nutriunt, & tuſſim ſedant: prima ebullitione laxandi vim acquirunt.

Braſſica. *Braſſica* herba eſt notiſſima, & paſſim obvia. Eius variæ ſunt ſpecies: aut enim viridis eſt, aut criſpa, vel eſt floreſcens, Gallicè *choulx de fleur*, German. Blumen-Köhl/ quæ omnium & melior & rarior: vel capitata, cujus uſus in juſculis, & acetariis in Germania plurimus, neque bonus, ſed meo judicio planè inſalubris. Quamvis enim ea in juſculis ſumpta, delicatum efficiat cibum, & palato grato ſaporis lenocinio ab initio blandiatur: diuturnior tamen eius uſus ſanitati plurimum obeſt. Nam præterquamquòd cruditatum & flatuum copiâ ventriculum replet, ſanguinem inſuper melancholicum procreat, & moleſta turbulentaque excitat ſomnia: ita ut Braſſica viridis, Bononienſis, Mediolanenſis, & omnis generis alia, in Gallia noſtra plantata & educata, multò ſit ſalubrior & melior: quæ in prima ebullitione vim demonſtrat catharticam & diureticam: facultatem item hepar, ſplenem & totum meſenterium aperiendi poſſidet: crapulæ præterea, & cruditatibus à nimio vini uſu contractis, prodeſt: Eſt denique tanta braſſicæ laus & commendatio, ut à multis plurimorum morborum medicina quædam univerſali ſtatuatur: quibus tamen non omninò aſſentior: quamvis ejus uſum judicioſè adhibitum, potius utilem, quàm noxium eſſe, non negem.

De Radicibus.

Abſoluta igitur herbarum illarum enarratione, ex quarum communi uſu nutrimentum nobis ſuppeditatur; ſequitur nunc, ordine ut proponamus radices, quibus hyberno tempore potiſſimum veſcimur: ubi deinceps quoque fructus diverſis temporibus à natura productos, in medium afferemus.

Inter radices, *beta*, rapa dicta, *paſtinaca* coctæ vel ſuper carbones, vel in aqua, & poſtea in orbiculos ſive rotulas diſſectæ, cum aceto & oleo, pro optimis hyeme acetariis offeruntur; liquor ille, qui coloris rubicundiſſimi, inſtar ſanguinis, ab iiſdem radicibus profluit, acetum & oleum in ſanguineum & pulcherrimum tingit colorem. Quæ acetariorum genera non tantum palato gratiſſimum exhibent ſaporem, ſed ſanguinis etiam vitia & corruptiones emendant, & appetitum ſtimulant. *Beta, rapa dicta. Paſtinaca.*

Siſer & daucus, radices parvæ & rotundæ, in aqua coquuntur, poſtea cum butyro friguntur: ventriculum calefaciunt, menſes & urinas provocant *Siſer. Daucus.*

cant, Venerem excitant, ſi quis frequentius iis utatur.

Raphani, quovis tempore ſalubres, nephriticis præſertim. Nam urinam proliciunt, & renes ab omni arenoſa ſubſtantia purgant: quin imò materiã iſtam mucilaginoſam, unde calculus generatur, virtute ſua ſpecifica, in aquam reſolvunt: Ad quod inſtitutum illos cum carnium juſculis coquere licet, ſi ita videbitur: Aqua eorum ſtillatitia eſt præſentiſſimum quoq; calculi remedium: cocti etiam & contuſi in forma cataplaſmatis, pectinis & perinæi regioni feliciter applicantur, ut hinc craſſa illa & mucilaginoſa materia diſſolvatur: ſicut illorum effectus ſpecificus in hoc ſtatim ſe prodit, quod acris ſapor eorum, tam ſit efficax, ut quamprimum Sali marino, intercedente quantulocunque ſpatio, admoveatur, illum ſtatim reſolvat, & in aquam convertat.

Rapa. *Napi.* *Decoctum raparum alterum ad tuſſim & pectoris affectus.* Vid. Cratonem. Eandem ferè vim & proprietatem habent *rapa, & napi*, qui ejus generis ſunt: Communis enim illorum uſus eſt, ut jura inde boni ſaporis parētur: Sed in exceſſu uſurpati cruditates, flatus, & ventriculi imbecillitatem generant: adeò ut hoc modo corpori maximum inferre damnum queant.

Cardui. *Carduus*, foliis & radicibus arte dealbatis, liberalioribus ditiorum menſis perquam familiares ſunt cum juſculis ex capone coctis comedantur: & crudi etiam cum ſale & pipere bellariorum loco offeruntur, nec non cocti cum butyro fuſo inter reliquias Galliæ provincias Lugdunenſe ſolum hos omnium majores & pulchriores profert: urinas quoque promovent, ventriculum calefaciunt, & Venerem excitant. Horum foliorum & radicum uſus idem exiſtit, qui & cynararum, quia eadem ferè donorum inſignia ambo obtinuerunt.

Ex bulborum præterea & radicum genere, frequenter in uſum aſſumuntur *porra, cepæ & alia.*

Nihil uſitatius eſt in Francia, *Porrum.* quàm ut ex albo porrorum, cum capone cocto, juſcula matutino tempore parentur: quæ interea, quæ grati ſaporis ſunt, & aperiendi urinamq; ciendi facultatem habent, non poſtremum obtinent locum.

Porris aliâs in Francia ægrè, nec niſi in juſculis utimur. Vaſcones autem illis crudis cum melle veſcuntur: ſed ut dicam, quid ſit, hic mihi utendi modus planè diſplicet. Ventos & flatus gignunt in ventriculo, illumque offendunt: viſum lædunt, & caput ipſum gravedine & doloribus infeſtant.

Accipiuntur quoque *ceparum* ali- *Cepæ.* quot, ex albis majoribus, quæ cum butyro, aqua & ſale, vel cum carne bubula & vervecina coctæ, reddunt juſculum gratiſſimi ſaporis: quod ſaluberrimum & utiliſſimum eſt ad urinam ciendam. Inveniuntur plurimi, qui his majoribus cepis, ſuper carbones coctis, & ad dulcedinem redactis, in acetariis utuntur: quin etiam ipſæ pro remedio contra inveteratam tuſſim & pulmonum affectus, cum ſolo oleo, ſine aceto, veſperi exhibentur.

Multi cepulis teneris recentibus in acetariis omnino crudis utun-

tur, ad excitandum appetitum, quod utique non uſque adeò improbarem, ſi modò crebris ructibus ejuſmodi non moleſti poſtmodum forent, nec nimis immodicè ab iiſdem ſumerentur. Nam viſcera detergendi mirabili poteſtate pollent, eademque ab obſtructione & infarctu liberant: renumque ac veſicæ impuras craſſaſque mucilagines attenuant & expurgant.

Allium, *Allia* eaſdem vires obtinent, quæ inſuper ruſticis in Vaſconia ſunt inſtar theriacæ contra peſtem & aërem pravis vaporibus infectum: Infantes ex illorum uſu ab omni corruptione interna, vermiumque infeſtatione muniuntur. Sed hoc habent vitij, quod odorem nimis moleſtum & ferè intolerabilem excitent: Cocta ſuper carbones vel in aqua de ſua acrimonia multum remittunt. Diebus aſarcis Vaſcones illis manè in primis menſis utuntur: Illorum quoque uſus homines reddit fortiores ac vegetiores; cujus rei exemplum ſunt ad triremes damnati, quibus allium manducandum tum exhibetur, cum omni conatu & induſtria impreſſio quędam molienda ſit.

De ſeminibus & granis.

Semina ſeu grana. Reſtat ut de ſeminibus & granis dictorum fructuum verba faciamus. Et tantum commemorabimus, quæ vulgaria ſunt, & vitæ humanæ magis neceſſaria, ex quibus panis confici, & corpus noſtrum foveri poteſt.

Triticum. Primum ac præcipuum granum *Triticum* eſt, ex quo panis omnium optimus elaboratur. Qui varia ejus genera volet cognoſcere, legat *Plinii lib.* 18. *cap.* 7. vbi Italicum frumentum omnibus aliis antefertur. Hoc præſertim notandum de pane, ut ſit bene fermentatus, optimè coctus, & mediocriter ſalitus. Triticeum panem bonitate ſequuntur, ſecalinus, hordeaceus, & id genus alij. Qui verò alij panes ex milio aut leguminibus concinnantur, procul ab aliis bonitate diſtant: imò nec ſatis ſalubres ſunt: ideoque illis explicandis non immorabimur.

Ex illis tamen multis in locis ſive integris, ſive mundatis & ſuo cortice expeditis, vel etiam ex eorum farina, parantur multa fercula, paſtæ, pollentæ, quę à nonnullis in deliciis habentur, & nutritioni non parum inſerviunt: cum ſobrius eſt eorum uſus, nec uſque adeò frequens. Simili genere ferculi utuntur Helvetij & Germani ex avena confecti, quod Habermuß vocant.

Mundatum *hordeum* & apprimè coctum, magnam vim alendi habet, nec non phthiſicos medicandi. *Hordeum.*

In Vaſconia pultes fiunt (quas Armotes dicunt) ex *milio* & *lentium* farina. Poſſemus inter vernos fructus *piſa fabaſque* recentes annumerare: quorum uſus eſt in juſculis & bellariis, fabis ſcilicet ex butyro frixis, & piſis ex aqua, carne & ſale in ſuis ſiliquis coctis, butyroque recenti tanquam ſuo condimento exceptis. Sed in granorum & leguminum claſſem ea maluimus revocare; quod eorum hyeme frequentior ſit uſus. *Piſa* ſicca hyeme cum ſuilla ex aqua *Milium.* *Lentes* *Piſa.* *Fabæ.*

qua coquuntur, quæ inter delicatos habentur cibos. Ex his quadrageſimali tempore, ab iis qui carnibus tum abſtinent, paratur cum Marſuino larido, ut vocant, optimum edulium: friguntur porrò in gratum ſaporem eadem, cum butyro & cæpa.

Fabæ ſiccæ. Ex *fabis ſiccis* & cortice ſeu ſiliquâ liberis, varia quoque parantur juſcula, nec non pollentæ grati ſaporis. His autem ſobriè utendum eſt: quod frequentiore uſu craſſiorem generent ſanguinem quàm par eſt, pariantque craſſos ac terreſtres humores, unde morbi cauſæ ſuſcitantur materiales calculi, & id genus aliorum.

Piſa rubra. Ex *piſis* quoque *rubris*, nec non *lentibus*, optima juſcula condiuntur. Eadem in remedium quoque aptantur, utpote quorum decoctum aperiens ſit calculi ſubſidium: lentium verò juſculum infantibus propinatur ad variolas è corpore excludendas nec non exanthemata.

Oriza. *Oryza* quoque grani aut ſeminis ſpecies eſt, non ita pravi alimenti, ſi ejus ſobrius & moderatus ſit uſus. Coquitur hyeme cum capone in ferculum, delicatus cibus. Quadrageſimali quoque tempore quotidianus ejus eſt uſus, coquiturque ex lacte & cum aut ſine ſaccharo, & ſecundis menſis offertur. Ejuſmodi autem ferculis in cibum quotidianum non eſt utendum, nec immoderatè abutendum, citra valetudinis diſpendium.

CAP. VII.
DE FRVCTIBVS.
De generibus fructuum uſitatioribus.

QVod ad fructus attinet: *alii* ab ipſis herbis producuntur, *alii* ab arboribus. De utriſque ſimul verba faciemus, nec diſtinctionem aliam conſtituemus, quam ordinem, quo nobis ſagax natura, certis temporibus eos in uſum noſtrum producit.

De fructibus Veris. Qui igitur primi fructus à natura nobis ſuppeditantur vere declinante, & æſtatis initio, quo tempore æſtus augetur, ad refrigerium exhibet nobis natura, fraga, framboſia; mox ceraſa varij generis, mala Armeniaca ſeu abricocia, mora: ſuccedente tempore, ficus, uvas, perſica, ſuo quæq; maturitatis tempore, quibus per totam æſtatem oblectamur, ad calorem nativum ab extrinſeco auctum, attemperandum, & humidum primigenium aſtrorum fervore incaleſcens, externa cibi humiditate perfundendum, languentemque ac proſtratum appetitum revocandum.

Eadem cæli opportunitate nobis ſuppetunt amygdalæ, avellanæ, juglandes: ad recreandum appetitum, recentes uſurpatæ: ſed quæ meliùs in hyemem aſſervari debeant.

Fructus æſtatis. Suggerit etiam nobis æſtas varia pyrorum, pomorum & prunorum genera in eundem finem: qualia ſunt pyra muſcatellina, bicipitia &c. ut iis calidiora & ſicciora corpora, & appetitus languens temperetur, dum recentes à nobis ſumuntur, quales ſunt

Digitized by Google

Oporini. æſtivi fructus: Oporini verò & diuturnioris vitæ, in hyemem aſſervantur: qui etiam ſub finem æſtatis naſcuntur, nobiſque non parum cocti proſunt ex ſaccharo.

Eodem quoque tempore colliguntur ſtomachica mala: utpote Cydonia, granata, meſpila, ſorba, olivæ, piſtacia, pineæ, cynaræ (quæ tamen ex ſagaciore cultu & transplantatione, tota propè æſtate in uſum veniunt) cedrini fructus, citri, limones, medica mala aut aurea, omnibus ferè anni temporibus, nobis recentia exhibentur; etiã in Gallia & quibuſdam Germaniæ locis, iis præſertim, ubi ſedulò coluntur & arte promoventur, ut fit in hortis quorundam illuſtriſſimorum principum, ut jam ſuperius diximus. In quibuſdam etiam regionibus, utpote calidioribus, & hujuſmodi fructibus progignendis opportunioribus, quales ſunt Italia & Hiſpania, ſponte ſua omni anni tempore enaſcuntur.

De facultatibus fructuum.

Atque hæc de fructibus noſtratibus optimis, ac valetudini noſtræ conducentibus ſatis dicta ſint. Qui in peregrinis regionibus producuntur, ut dactyli, myrobalani &c. cum iis facilè carere poſſimus, lubenter hîc etiam omittimus.

Sed extra rem non fuerit, ſi paucis horum fructuum qualitates & facultates excutiamus, quarum cognitio, liberiorem vel parciorem eorum uſum nobis permittat, & in quem uſum nobis conferre poſſint, nos edoceat. Largius enim illis utimur, & plus quàm par eſt, cùm eorum noxa nobis incognita eſt: contrà moderatiùs, ſi inde morbum metuimus, & proprietatum ac facultatum notitia.

De fragis. *Fraga* frigida ſunt & ſicca ex terræ natura, acido-dulcia tamen, & ſaporis gratiſſimi: appetitum languentem excitant, hepar refrigerant: renes expurgant, urinamque provocant: quæ & lepræ initiis uſurpata ſummè conducunt: puellarum deliciæ ſunt, quibus & in icteritium ſubſidium exhibentur. Eduntur vino diluta & ſaccharo conſperſa: crebro etiam ex lacte comeduntur. Eorum ſtillatitia aqua febribus & dyſenteriis adverſatur, ac valetudinem reſtituit. Manè ante aliud quodvis ferculum edenda ſunt, idque quantum ſatis, quod facilè in ventriculo corrumpantur, febreſque malignas, aut mali moris ſuſcitent.

De framboſiis. *Framboſia* facilius fragis in ventriculo corruptionem ſubeunt, unde fit ut fragorum bonitatem non æquent.

De ceraſis. *Ceraſa acidula*, eaque matura, inter fugaces fructus, delicatiſſima, optima & ſaluberrima habenda ſunt: fervidiorem bilis æſtum temperant, craſſum phlegma incidunt, refrigerant & appetitum provocant: nec ita facilè, ac fraga corrumpuntur. Aliæ ſunt ejuſdem fructus ſpecies, qui niger eſt ac ſubdulcis, nec æquè cum acidulis ceraſis ſaluber & bonus; imò longè ab illis bonitate recedir. Hujus generis, bigarrella dicta ceraſa, verminationi obnoxia ſunt: quę idcircò in ſtomacho proptè corrum-

puntur, & vermes generant, quorum uſus idcircò à nobis improbatur, præterquam rarus, & ut tantum quodammodo edentis appetitui ſatisfiat.

Apponantur ceraſa menſarum introitu cruda: inter bellaria verò condita ex ſaccharo offeruntur. Eadem ut aſſerventur, in clibano exiccantur, quæ ad ſitim febricitantium fallendam commodè uſurpantur. Aqua illorum ſtillatitia febribus & internis inflammationibus opitulatur.

Plin. lib. 15. cap. 25. Laudavit olim Plinius ceraſa Campana & Luſitana. Allata ſunt primò ex quadam urbe Ponti (Ceraſo dicta) temporibus Mithridatici belli, in Italiam per L. Lucullum: ex quibus arbuſcula in varias orbis partes deportata ſunt & conſita.

Præcocia. Fructus qui à Gallis *arbicots* dicuntur, à nonnullis præcocia, cum primis æſtatis fructibus producuntur: ſunt autem fructus minus durabiles, ob quam cauſam etiam *præcocia* à Latinis appellantur: hoc eſt fructus fugaces & momentanei ex præcipitata & intempeſtiva maturitate, qui idcircò citò etiam pereunt. Dicuntur etiam mala Armeniaca, propterea quod illorum genus primùm ex Armenia ad nos tranſvectum ſit. *Gal. lib. 2. de alimentis*, ea inter perſicorum ſpecies numerat, iiſque eaſdem proprietates adſcribit, niſi quod præcocia, ut ipſe refert, non ita ſtatim in ventriculo corrumpuntur, ſicut mala perſica. Fructus ſanè elegans & peramabilis, qui crudus primis menſis apponi, ſecundis verò, non niſi coctus & ſacchato conditus cum cæteris bellariis offerri debet. Hic quoque fructus ſaccharo in eum finem conditur, ut per integrum annum aſſervari, & in comeſſationibus, à prandio vel cœna inſtitutis, exhiberi queat.

Mora. *Mora*, quæ ad juſtam maturitatem pervenerunt, ut ſcribit Galenus, *8. ſimpl. & 2. de alim.* ventrem laxant: Viridia autem & exiccata, eundem aſtringunt. Optima ſunt illa, quæ mediam tantum maturitatem ſunt aſſecuta: aſtrictione enim ſua amabili, qua tum pollent, nimiam illam laxandi vim impediunt, & omnem corruptionis occaſionem adimunt. Habent etiam vim refrigerandi & appetitum excitandi, quæ ante cibos alios ſumenda ſunt, ne cum illis ſumpta, citius corrumpantur: quod tùm accidere ſolet, ſi ipſa in ventriculum malignis humoribus repletum, ingerantur. Non igitur promiſcuè, ſed cum judicio iis utendum. Pharmacopœi ex horum ſucco conficiunt diamoron, unde gargariſmi, ad faucium inflammationes, concinnantur.

Prunæ. *Pruna* inter eos fructus, qui bono ac jucundo ſapore præditi, & in hominis uſum à natura producti ſunt, non poſtremum obtinent locum bonitatis. Tot autem ac tam variæ illorum extant differentiæ, quibus invicem odore, ſapore, colore, virtute & multis aliis proprietatibus differunt, ut omnes differentiæ eorum hîc recenſeri nequeant. Nos principaliorum tantùm mentionem hîc faciemus, & eorum, quæ in Francia noſtra

colligi, & in uſum adaptari ſolent: omiſſis illis vel etiam melioribus, quæ aliis in locis producuntur.

Reperiuntur igitur apud nos pruna, ſubdulcis ſaporis, damaſcena dicta, quorum nucleus à pulpâ non benè ſeparari poteſt. Hæc eiuſdem generis eſſe puto, quorum *Galenus*, & alii antiqui mentionem faciunt, ex quibus imprimis commendant ea, quæ Damaſci in Syria creſcunt: unde illa pòſt in Italiam, Galliam, & alias regiones advecta fuerunt, quibus adſcribunt vim laxandi. Pharmacopœi magnâ horum copiâ officinas ſuas inſtructas habent: ex quorum ſucco & pulpa, per cribrum colata componunt diaprunum ſimplex, ac diaprunum lenitivum, aut diadamaſcenum Nicolai: quæ purgantia conducunt iis, qui febribus ardentibus infeſtantur: quarum cauſa exiſtit acris & bilioſus humor, quem huiuſmodi remedia alterant, & leniter purgant.

7. de ſimpl.

Diaprunũ conducit febribus ardentibus.

Eiuſmodi pruna hodie, in uſu cibario, ob ſaporis bonitatem non uſque adeò commendantur, nec niſi in eum finem, quem modò poſuimus, aſſumuntur. Sed ſunt præter illa, alia adhûc damaſcena, violacea, alba & nigra: ab horum colorum varietate ita dicta: quorum nucleus, à carne ſiccus avellitur: hæc, inquam, ſingulari ſua bonitate & incomparabili ſaporis dulcedine, omnis generis alia longè ſuperant: interea, ſaluberrima æſtimantur damaſcena maiora nigra, utpote quorum dulcedo ſuavi aciditate mixta, vermium generationem impedit, & hinc ipſorum ſubſtantiam, à momentanea corrruptione tuetur.

Sunt præterea alia prunorum genera in Francia copioſa, ut pruna *perdigon* Gallicè dicta, pruna Regia & Imperialia, item alia à dactylis appellata: quæ inter huius generis fructus, tantam etiam ſaporis jucunditatem referunt, ut vix alia inveniantur, cum quibus conferri poſſint.

Turonenſis ager, qui Franciæ hortus, à ſingulari amœnitate & fertilitate dicitur: dulcia pruna profert, quæ in furno aut in Sole exiccata, incredibilem ſaporis bonitatem acquirunt. Menſis opulentorum huius urbis Pariſienſis primis, pro deliciis apponuntur, diebus præſertim quadrageſimalibus. Coquuntur in aqua ſine magna ſacchari additione: ex inſita enim proprietate ſufficientem ſacchari dulcedinem ſuppeditant.

Eſt oppidum quoddam in Vaſconia non procul à *Mont-auban* ſitum, *S. Antonin* dictum, cuius terra eiuſmodi fert pruna nigra, ſaporis ſubacidi: quæ paſſim in remotas regiones venduntur. Ex his prunis quæſtus fit magnus adeò ut ſummam centum millium coronatorum aureorum excedat; ſed fides eſto penes autores.

Sunt inſuper alia quædam pruna, quæ ex provincia Gallica, *Brugnole* dicuntur, in ciſtulis ſine nucleis incluſa & compacta, coloris aurei; & ſubacidi, ſuaviſſimique ſaporis, ad nos adferuntur: quæ tàm cruda, quàm cocta commodiſſimè offeruntur ſanis & ægris: potiſſimum autem iis, qui ex imbecillita-

De prunis ex Brugnole.

Digitized by Google

becillitate quadam impediti, aliis eduliis frui non poſſunt; jucundiſſimum ſimul ac utiliſſimum præbent alimentum.

Cucurbitæ. Cucumeres. *Cucurbitæ, cucumeres, & melones* ſunt fructus producti ex plantarum ſeminibus. Vim habent inſignem refrigerandi. Ex cucurbitis cum modica omphalii quantitate juſcula parantur: ut ex cucumeribus, quorum tamen uſus frequentior in acetariis: ſcinduntur enim in orbiculares rotulas, quæ ſuper infuſo aceto & ſale, intra duas patinas jactantur: hoc verò aceto ablato, & recenti cum oleo, ſale & pipere affuſo, acetaria fiunt, & æſtivis diebus ut plurimum primis menſis apponuntur. Reperiuntur in Vaſconia, qui cepas in rotulas ſectas admiſcent, quibus nimiam cucumerum frigiditatem corrigunt. *Cucumeres* immaturi adhuc, ut parvi, cum aceto, ſale & paululo fœniculi condiuntur: uſus horum hybernis diebus perinde eſt, ac capparum & olivarum. Qui verò imbecillo aut frigidiori ventriculo laborant: quales ſunt ut plurimum ſenes, ab eiuſmodi fructibus, quocunq; modo præparatis ſibi omni ſtudio caveant: Proderunt illi quidem juveni calidi & bilioſi temperamenti: cuius ventriculus inſtar aquæ bullientis perpetuò fervet, hoc enim modo bilis acrimonia retunditur: ſed tamen illis cautè & moderatè utendum eſt; propterea quod facilè corrumpantur, & febres putridas generent.

Melones. Hos ſequuntur nunc *melones*, ex quibus meliores & ſelectiores, inter fructus delicatiſſimos recenſentur. In regionibus calidis & agris opimis producuntur optimi. Horum ſingulari bonitate & abundantia gaudent Neapolitani in Italia, nec non Aſtenſes Pedemontani. In Francia quoque creſcunt, in Gallia Narbonenſi, in Provincia, in Delphinatu, quin imò Lugduni & in Turonenſi etiam cœlo, ubi non in ſterquilinium aut fimetum ſeminantur, ſicut in hac urbe Pariſienſi fieri ſolet: ſed in terram benè cultam & elaboratam. Hinc fit ut ſalubriores illi ſint & meliores, quàm hi, qui violento illo fimi calore putrefactionem ſimul inducente, ante tempus ad maturitatem coguntur.

Illorum variæ ſunt differentiæ, quæ ratione coloris vel extrinſeci, vel intrinſeci diſtinguuntur: Extrinſecùs alii ſunt virides, alii flavi, alii albi, pallidi & cineritij: alii præterea ſunt omninò lævigati & æquati: alii corticem habent rugoſum inſtar retis alicuius expanſi. Intrinſecùs alii toti ſunt virides, alii auri ſive aurantiorum colorem referunt: alii ſunt rubicundi, ſubalbidi, & alii prorſus ruffi. Qui verò ponderoſiores & floridiores exiſtunt, & ad pedunculum craſſiorem & grandiorem portionem obtinent, qui præterea corticem durum, intrinſecus carnem ſolidam, rubicundam, aurei coloris, aut omninò viridis habent (ut propriè ii ſunt, qui Gallicè *ſucerins* dicuntur) quorum ſemen adeò firmiter carni adhæret, ut vix inde ſeparari poſſit, hi ex his notis pro optimis cenſendi ſunt: Caro inſuper illorum, dentium judicio, ſolidâ conſtare ſubſtantiâ; & jucundus gratuſq; illo-

Google

illorum in ore ſapor, naturam aquarum roſarum, ſacchari, ambræ & muſci æmulari & referre debet. Melones his proprietatibus inſigniti minus nocent. Fructus huius dignitas atque excellentia mihi occaſionem præbuit, ut integram eius anatomiam ſive ſectionem in omnes partes, oculis hîc ſubjicerem. Nec id ſine conſilio: ſcio enim Reges & Principes eò maximè delectari: meminerint tamen moneo, ut meliores aſſumant, & valetudini minus noxios. Fit enim, quod dolendum, ut ex promiſcuo illorum uſu, horrenda ſæpenumero ac pernicioſa ſymptomata oriantur; quin imò in optimorum etiam & ſelectiſſimorum uſu, qui dulcedine & jucunditate ſua homines ad nimium illorum eſum pelliciunt, moderatio & temperantia ſummè obſervanda eſt. Refrigerant, ſitim ſedant, appetitum & urinam ſtimulant, renes ab arenulis purgant, & ſic ex una parte non modò palato grati, ſed ſanitati quoque utiles ſunt: verùm econtra flatus generant, maximeque officiunt colicæ flatulentæ obnoxiis, ut quam excitare & augere ſoleant. Huius fructûs proprietas eſt, ut facilè corrumpatur, præſertim in his, quorum ventriculus jam pravis & malignis ſcatet humoribus: ex quibus febres malignæ, ventris profluvia, & ipſa dyſenteria generantur.

Literis proditum eſt, Albinum Imperatorem, adeò fructuum, melonum præſertim & malorum perſicorum eſu delectatum eſſe, ut in una cœna octo ſatis magnos comederit melones, & mala perſica centum.

Plurimi Imperatores alii, & ſummi viri ex eorum abuſu interierunt: Fridericus III. Henricus VII. & Albertus. II. *Cuſpian. Æn. Sylvius hiſt. Bohem. c. 56.*

Platina, Paulum II. Pontificem Romanum, circa horam ſecundam noctis apoplexiâ correptum, & ſolum in cubiculo, extinctum tradit: cum tamen die præcedenti nihil mali ſenſiſſet, & in cœna melones duos prægrandes integros abſumſiſſet.

Grana ſive ſemina melonum in uſum medicum aſſervantur, ut & grana cucumerum & cucurbitarum, quibus utimur in decoctionibus ad refrigerandos, aperiendos, & repurgandos renes ab arenulis, & calculo, necnon ad eorum & veſicæ ulcera detergenda. Ex iis etiam in eundem finem emulſiones, ut vocant, concinnantur.

Inter æſtivos & oporinos fructus, optimi ſunt alimenti *ficus* probè maturæ. Olim, *juxta Athenæum*, primum laudis locum tenebant, ex Ætholia & Caria, Pariæ, Chiæ, & Calliſtrutiæ Romanis dictæ. Sed aliunde quàm è Gallia noſtra, præcipuè Narbonenſi, meliores petendæ non ſunt. Sic & Vaſconia hoc fructus genere adeò abundat, ut à nulla alia regione, nec copia nec bonitate illa vinci poſſit. Gaudet enim aëre temperato, qualis eſt Vaſconicus: ubi vineæ infinitis luxuriant ficubus, quarum tamen umbra vitibus & uvis haud officit. Varii coloris ibi producuntur: albæ, nigræ, virides, purpureæ, ſubrubræ pallidæ & variegatæ. Optimæ ſunt, quæ hiſcunt externa cute, & pulpam pinguem ac melle ſuaviorem habent. *Ficus. lib. 3. c. 2.*

Edun-

Eduntur horis matutinis cum pane, & pauco ſale: quibus ſuperbibitur merum optimum, juxta illud: *Poſt crudum purum, &c.* Conducunt pectori, nativum, vividumq; colorem reſtituunt. Ficus & uvæ, alimenti bonitate & præſtantiâ cæteros æſtivos & autumnales fructus facile ſuperant: magiſque aliis impinguant. *Galenus*, ut oſtendat earum nutriendi vim & præſtantiam, exemplum adducit à vinearum cuſtodibus, qui iſtis fructibus impinguentur, cum nullo alio utantur cibo, quàm ficubus & uvis cum pane: perinde ac in Vaſconia noſtra, ubi porci quoque iis ſaginantur: tanta illarum copia & nutriendi vis.

Uva. Inter *uvas* illæ, ex quibus muſcatum, ut vocant, Fruntignanum exprimitur, omnium ſunt delicatiſſimæ: Germania quoq; noſtra producit optimas, cùm albas tùm rubras, tum vividi mixtique coloris. Mane ante alium cibum ſumi debent cum pane.

Etſi autem huiuſmodi fructus, ficus nempe & uvæ inter optimos, ut dictum, cenſeantur: non tamen omni carent noxa: ventriculo enim frigidiori & imbecilliori parum conferunt; nec abuſus illorum, ut & cæterorum multùm prodeſt. Modum igitur ſervent, quicunq; ſanitati ſuę conſultum velint: intemperantia enim medicorum nutrix.

Pro hyeme aſſervantur ficus in hunc modum: Exſiccantur primùm in craticulis ligneis, Soli expoſitus: deinde in catinis (Gallis *Cabats*) reponuntur: ubi compreſſæ liquorem ſaccharinum effundunt, quo perfuſæ & imbutæ compinguntur, atq; ita incorruptæ ſervantur.

Maſſiliæ, quæ Narbonenſis Galliæ metropolis, magnus ſit ex iis quæſtus: ſic etiam Monſpeſſulo, & è finitimis locis eò convehuntur, in capſulis ligneis, uvæ probè exiccatæ: illincq; cum ficubus in Galliâ, & regiones varias avehuntur, ad uſum tum alimentorum, quàm medicamentorum.

Mala, quæ vocantur Perſica, nomen ſuum è Perſia, unde primùm allata ſunt, retinuerunt: quæ, licet in proprio & nativo ſolo lethifera ſint (ut quidam referunt) in Ægyptum tamen aliovè translata, benigna & innoxia redduntur. Duplicis ſunt generis: mas nempe & fœmina. Fœmina facilè nucleum dimittit: at mas eum pulpæ adeò affixum habet, ut ægrè ab ea divellatur. Fœmina Vaſconibus vocatur *Perſeque*, quæ molliori & ſubdulciori pulpâ, quàm mas, *Perſec* dictus, facilius eo corrumpitur. Mas autem fœminâ ſuâ craſſior eſt, longeq; odoratior, coloris ſubrubri ac vividi, ad aureum vergentis, durioris pulpæ ac ſapidioris. Cruda in orbiculos diſſecta ex vino, ut Vaſcones ſolent, aut inter cineres paululum aſſata, cum Sacharo ſumuntur. Paviana aut Aubergea, eiuſdem generis ſunt cum maſculis, ſaporis grati & delicati. *Mala Perſica.*

Galenus, ea primis quidem menſis apponi jubet: alibi tamen docet, perſica omnia pravi eſſe nutrimenti, facilis corruptionis, & ſtomacho infenſa. *lib. 2. Alim.*

ſenſa. Suadeo igitur, quantum ad me, ut immoderatus illorum uſus prorſus evitetur.

Amygdalæ, avellanæ, & juglandes recentes.

Amygdalæ, avellanæ, & juglandes recentes modicè ſumptæ, gratæ ſunt palato, pectori utiles, ad ſanguinem ſemenque generandum idoneæ: copioſæ verò & crudæ in ventriculum ingeſtæ difficulter coquuntur, & ob oleaginoſitatem ſuam facilè bilem generant, hincq; dyſenteriam excitant. Exiccatæ aſſervantur ad uſum.

Amygdalæ.

Ex Amygdalis dulcibus parantur edulia, Gallis *blancs mangers* dicta: amygdalata etiam ægris ferè omnibus alimentum præbent optimum. Ex iiſdem exprimitur oleum amygdalinũ, calculoſis affectibus, doloribuſque ex acribus humoribus productis utile. Propinatur intrò ad duas aut tres uncias: Exterius etiam eo pectus in difficili illinitur anhelitu.

Iuglandes.

Iuglandes nuces adhuc immaturæ, cum ſuo viridi cortice condiuntur ſaccharo, ad corroborandum & calefaciendum ventriculum: quæ myrobalanorum locum ſupplent. Ex harum nucleis ſiccis exprimitur oleum nucum, vulgo notum: cuius uſus eſt ad cibos condiendos, nec non in medicina ad curandam cholicam flatulentam: ſive ſolum, vel cum vino generoſo in clyſterum carminativo (ut dicunt) decocto, addatur.

Hoc remedio uti poſſunt ruricolæ, à pharmacopœis longè remoti.

Avellanæ. Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 18.

Avellana, Latinis Ponticæ & Præneſtinæ nuces, ita dictæ, quòd vel in Ponto vel apud Carſitanos in agro Præneſtino copioſè producantur. Hæ præter uſum illum, quem diximus, ſiccæ quoq; cum uvis paſſis & ficubus, menſis apponuntur hyeme, & quadrageſimæ diebus.

Ex iiſdem extractum oleum, doloribus arthriticis prodeſt: cortices illarum virides in pulverem redacti, & ex vino auſtero ſumpti, ad dragmas duas, diarrhœam & menſes albos ſiſtunt. Putamen item coloris rubei, ad dragmam unam, cum æquali corallorum rubeorum pondere, ſumtum, cum aqua cardui benedicti, aut papaveris rhæadis, quamvis vulgare, ſpecificum tamen auxilium eſt, & probatiſſimum in pleuritide.

Remedium ad pleuritidem.

Nunc de pomis pyriſque fructibus autumnalibus dicendũ, quæ diuturnioris durationis æſtivis, omnibus anni temporibus menſis inferuntur, crudi, cocti, conditi, aliiſq; modis aparati.

Poma.

Poma optima, inter alia ſunt, curtipendula & Renetta dicta: nec non ea, quæ *paſſe-pommes & de caluille* Gallicè vocant, in Dania aut Normania nata, tàm intus, quàm extra rubea: Secundis plerumque menſis offeruntur. Sed curtipendula, ſaccharo farcta, & ad ignem lentum cocta, exhibentur manè ante cibum, in affectibus melancholicis, ad arcendam bilem utramq; alvumq; laxandam: ex quibus etiam paratur ſyrupus, Sabor veteribus dictus. Eadem ſaccharo Candi, olibanique pulvere farcta & cocta, porriguntur pleuriticis, ad lateris apoſtema maturandum, pus movendum & abſtergendum.

Syrupus Sabor.

Pyra.

Inter *pyra*, *Bergamota* & Regia pro

pro optimis habentur: Ex quibus Auxenſia, & poſtea Turonenſia, in Gallia noſtra primam laudis ac bonitatis gloriam merentur: quæ cocta cum ſaccharo ſecundis offeruntur menſis. Sunt adhuc alia diverſigeneris pyra, hyemalia, auſtera, aſtringentia, quæ non niſi ſub Campana, vel cineribus carbonibuſque cocta, ex uſu ſunt. Huius generis pyra Turonenſes condiunt, & in clibano aut Sole exiccant, & ad uſum ſervant.

Ex ſylveſtribus pomis pyriſque torculari expreſſis, in Normania conficitur pomaceum & pyraceum; potus incolis iſtius loci gratus, inſtar vini, cuius inopia laborant: nec obſcurè nimis, vini bonitatem is æmulatur: ut nihil dicam de ipſius præparandi modo, qui ferè in omnibus convenit cum vini expreſſione, ſive inſtrumenta & locum, ſive tempus ſpectes: nec minus ac vinum ipſum in cellis vinariis, doliis ligneis ad uſum aſſervatur.

Cydonia. *Cotonea* mala, Græcis μῆλα κυδώνια, quòd primum ex Cydone, urbe Cretenſis inſulæ, in Italiam tranſportata credantur: ſub prunis & cineribus cocta, & ſaccharo conſperſa, bellariis inſeruntur. Vim habent adſtringendi, & orificium ventriculi corroborandi, ciborumque vapores coercendi, ne citò ſurſum aſcendendo, cerebrum petant. Gratiſſimi ſunt ſaporis: cordiſque vires roborant, ac ſtomachum veneno infectum reſtituunt, ſive id intra corpus, à pravis humoribus excitatum, ſive extrinſecus ingeſtum fuerit. Apponuntur menſarum initiis, alvi adſtringendæ roborandæque cauſâ, adverſus diarrhœam, lienteriam & dyſenteriam: Quin & vomitiones cohibent, & ſubverſum ventriculum reſtituunt.

Has virtutes tam alimentoſas, quàm medicamentoſas ſola pulpa, qualem natura nobis exhibet, præſtat. Ex iis præterea, ſub prunis coctis & ſaccharo conditis, conditum Cydoniatum præparatur: cuius magna quantitas, tempore *Galeni*, ex Syria *lib. de al. 2.* & Hiſpania Romam olim advehebatur. Huiuſmodi cydoniata varii generis nobis urbs Aurelia ſuppeditat, tum palato gratiſſima, tum ventriculo, & ſanitati utiliſſima.

Ex cydoniis porrò *ſyrupus* conficitur ad ventriculum roborandum, & omnes alvi fluores inhibendos. *Syrupus ad ventris fluxus.* Ex ſolo iure probè depurato, & in balneo maris cocto, ad ſyrupi conſiſtentiam, potentiſſimum remedium, vel citrà ſacchari additionem, ad quævis alvi profluvia paratur. Si verò ad ſingulam libram ſyrupi, ſacchari unc. ij. addideris, jucundior quidem erit ſyrupus ſapore, non autem virtute præſtantior.

Oleum quoq; ex iis extractum, & extrinſecus applicatum, dictis morbis eſt medicamen optimum.

Ex ſeminibus eorundem, cum aqua, mucilago lenta extrahitur, collyrium ad oculorum inflammationes præſtantiſſimum; prodeſt eadem aliis affectibus, qui cum moderata quadam adſtrictione leniendi ſunt.

Granata, vel à multitudine intus *Mala granata.*

granorum, vel à Grenade Hiſpaniæ regno, quod præ cæteris hoc fructu abundat, dicta: Latinis mala Punica: nobis nec ex Hiſpania, nec Italia convehenda ſunt, quantumvis illic copioſiſſima. Francia enim noſtra multis in locis ea abundè ſatis producit: ſed præcipuè in Germania noſtra, ubi horti & vineæ ubique horum arboribus luxuriant.

Tres ſunt eorum ſpecies: alia enim ſunt dulcia, alia acida, & vinoſa, alia, ex quorum granis, quibuſdam in locis, vinum exprimitur, quod doliolis vel lagenis vitreis accuratè incluſum, diu aſſervatur. Vim habent refrigerandi & adſtringendi, acida præſertim hac virtute plus pollent dulcibus. Febribus putridis & ardentibus auxilio ſunt: refrigerant enim, & putrefactionem arcent, ſitimq; febricitantium intolerabilem ſedant. Dyſentericis quoque opitulantur: bilis frænum coërcent, ardoremque ſtomachi ac hepatis attemperant. Moderatè tamen iis utantur, quicunque vel tuſſi, vel anhelitus difficultate laborant.

Vitrioli proprietates in cortice granatorum.

In nullo alio fructu lucidius eluceſcunt *vitrioli* virtutes, quàm in malo punico. Cortex eius recens & ſubviridis ad flavum vergens, ſua adſtrictione vitrioli colores extrinſecos, & proprietates ad ungvem exprimit. Ex quo, ſal arte extractus, eandem quoque cum vitriolo naturam, vires, & proprietates habet. Quod nihil novi, nihil à veritate alieni: Satis enim id conſtat viris doctis, & in hac re probè verſatis. Hunc corticem veteres malicorium vocabant, quòd coriis elaborandis inſerviret, non ſecùs ac Sumach: quod totum quoq; vitriolatum eſt. Grana etiam adeò acida & vitriolata ſunt, ut ſuccus eorum expreſſus & depuratus, vim habeat diſſolvendi uniones & corallos, non ſecùs ac limonum ſuccus, vel acetum, & ſimilia. Sub viriditate corticis granati, intrinſecus latet quædam rubedo, quæ in granis rubicundiſſimis conſpicuè ſeſe offert: non aliter ac in vitriolo, quod ſub virore & auſteritate externa, internam aciditatem & eximiam rubedinem, non exiguâ diſſolvendi virtute præditam, continet. Sed hæc παρέργως. Satis enim de his, *libro noſtro de Signaturis rerum internis*, dictum eſt: & amplius fuſiusq; *in libro noſtro de Recondita rerum natura*, favente Deo, dicetur.

Remedia ex granatis compoſita.

Remedia *ex malis granatis*, vel ſunt interna, vel externa. Ex ſucco (præter vinum, de quo diximus) componitur *ſyrupus granatorum* in officinis, ad eoſdem, ut ſuprà dictum, uſus. Ex florum foliis tenuibus & rubris, *Balauſtiis* vulgò dictis, contuſis cum ſaccharo, fit conſerva ad tuſſim, dyſenteriam, & cœliacum morbum: præcipuèque ad diuturnum & album menſium fluorem: cui additur pulvis ex granis ſiccis, poſt ſucci omnis expreſſionem: ſufficit dragma una pulveris ad uncias duas conſervæ. Huius mixturæ, drachmæ duæ per quindecim dies continuos manè ſumendæ ſunt: idque à plenilunio ad Lunam uſque ſilentem. Ex

corti-

Digitized by Google

corticibus quoque granatorum balauſtiis & pſidiis, varia parantur alia remedia externa, ad rupturas & ulcera *κακοήθη* reſiccanda.

Lib. de hiſt. mirab.

De vinoſis granatis ſententiam noſtram confirmat Theophraſtus, *lib. de ſtirpibus*, cui Apollonius aſtipulatur; inquiens: *Iuxta Solos, Ciliciæ urbem, ad amnem Pinarum, ubi Alexander cum Dario pugnavit, mala Punica naſci ſine oſsibus, quorum grana per omne ævũ vinum referant.* Neque id adeò mirum videri debet: cum fertilioribus annis idem videre liceat in uvis: quæ vel nullos, vel ſolito pauciores tùm continent acinos.

Meſpila. Sorba.

Meſpila & ſorba, fructus quoque ſunt adſtringentes. *Sorba*, non uſque adeò delicioſa, vulgo tantum ſunt pro medicina, ad ventris profluvium, ex uvis aliiſque laxantibus fructibus irritatum. *Meſpila* verò butyro frixa, addito ſaccharo, bellariis adjunguntur. Oſſa eorum duriſſima, nucleiſque carentia, diureticæ ſunt facultatis: quæ trita & contuſa in pulverem, ad calculi attritionem, & expulſionem faciunt.

Medicamẽ calculi. Piſtacia. Pinea.

Piſtacia & pini nuclei ſunt, oleaginoſi, multique alimenti: ob quam cauſam plurimum conferunt anheloſis, phthiſicis, & emaciatis, quibus meliorem & carnoſiorem habitum conciliant. Ingrediuntur paſtas regales (*ut vocant*,) ad quem uſum pinſuntur. *Pineæ* mundatæ cum modico ſacchari ſecundis menſis offeruntur. Recentes autem præferendæ ſunt vetuſtis ac rancidis.

Olivæ. Cappares.

Olivæ & Cappares, appetitus cauſa cibis aliis interferuntur. *Olivæ* Hiſpanicæ, aliis ſunt carnoſiores; ideoq; concoctu difficiliores. Lucenſes minores quidem, ſed ſapore, & ad appetitum ſtimulandum præſtantiores. *Cappares*, ex jure ſumpti, craſſos humores incidunt, obſtructiones ſplenis ſolvunt; ex quibus etiam oleum paratur, quo abdomen ad ſplenis regionem extrinſecus inungitur.

Cynara.

Cynara, fructus eſt herbaceus: quæ cocta, cum ſuilla & ſale, butyroque liquefacto delibuta, menſis ſecundis apponi ſolet: vel frixa etiam, aut cruda cum pipere & ſale editur. Aculeus appetitus, ventriculum calefacit, pituitam craſſam incidit, & venerem excitat: qua ſobriè utendum. Piſtores ex ea, cum pullis columbinis, criſtis & teſticulis gallinaceis, artocreas delicatiſſimas conficiunt.

Truffæ.

Truffæ ſeu *tubera terræ*, radices fungorum inſtar, intra terram naſcentes; cibus etiam delicatus, appetitum & venerem excitat; quorum uſus quoque ſobrius eſto, ob difficilem ipſorum concoctionem, & flatuum generationem.

Caſtaneæ.

Caſtaneæ eandem ferè naturam habent, quamvis melius nutriant, adeò ut ex iis panis conficiatur apud Limoxenſes & Perigordinos, qui iiſdem abundant, ut ſupra dictum.

Fungi, Morillia.

Omitto ſciens varij generis *fungos* & *morillia*, quæ quamvis grata & delicata, à quibuſdam Lugduni condiantur, & ad uſum aſſerventur, illa tamen inſalubria terræ excrementa cenſeo, quæ ſatius eſſet in ſuis radicibus exare-

exareſcere, quàm ut menſis apponerentur, aut iis, quæ ad victus rationem pertinent, insererentur. Gravia enim & contumacia ſymptomata veſcentibus plerunque excitant. Qui autem inter fungos optimi generis, minuſque noxii, quique vere, delicato & gratiſſimo ſunt cibo, nobis vocantur *Mouſſerones*: qui tempore verno, non ut vulgares illi Autumno, naſci ſolent, in terra pingui; Vaſcones & Burgundi, qui his abundant, in ſummis eos deliciis habent.

Citrea mala. Limones Aurea mala.

Antequam imponamus finem huic tractationi de fructibus: *Citrea mala, Limones, & aurea mala* paucis perſtringemus.

Cortex hujuſmodi oleaginoſus eſt & ſulphureus diverſæ prorſus qualitatis ac facultatis ab interioribus ſuccis, qui mercuriales ſunt, acidi, & vitriolati. Ex cortice, ſufficiente quantitate aquæ macerato, oleum cardiacum & ſudorificum, ad peſtem alioſque affectus venenatos, extrahitur. Ex eodem met cortice cum ſaccharo ſiunt confectiones ſiccæ, ad cordis & ſtomachi robur. Ex interiori verò ſubſtantia, ſuccus acidiſſimus exprimitur, cujus vis eſt incidere & attenuare craſſos & viſcoſos humores: diſſolvere & comminuere arenulas & calculum. Eadem enim ejus eſt operatio intrà corpus humanum, quàm extra, in diſſolvendis gemmis, unionibus, & corallis: quæ vis aliundè non dependet, quàm à vitrioli natura: uti jam diximus cùm de granatis loqueremur.

Remedium contra peſtem.

Vis diſſolvendi in his fructibus & unde.

Quid hac philoſophia jucundius? quid præſtantius? In ea enim qui profundius verſatus eſt, ab occultis illis proprietatibus, ad quas tanquam ad aſinorum pontem, multi confugiunt, facilè excuſatur. Communis eſt medicorum opinio, frigidos eſſe iſtiuſmodi liquores: frigidi autem eſt condenſare & conſtringere. Sed quis non videt, illos contrariâ prorſus operatione, incidere, attenuare & diſſolvere; quod non frigoris, ſed caloris propriè officium eſſe, aliàs creditur. Hæc breviter de viribus & præſtantia horum fructuum dicta ſint. Reſtat, ut nunc de illorum uſu, tàm alimentoſo quàm medicamentoſo, quædam addamus.

Citrea mala.

Citrea ſeu *medica mala*, cum limonibus magnam habent affinitatē. Omnia pariter grata palato. Succus eorum appetitum ſtimulat, ardorem bilis attemperat, ardentes & peſtilentes febres curat: omnibuſque venenis aliis maximè reſiſtit: cum oleo amygdalino dulci, ad nephriticos dolores ſedandos plurimum conducit: ad unciam unam vel duas cum vino albo, vel raphani decocto, hauſtus, calculum atterit & expellit. Aqua ex eodem ſucco deſtillata, cor aliaſque corporis partes corroborat contra peſtem & malignas febres. In officinis quoque ex eo paratur ſyrupus ad eoſdem uſus. Inter *mala aurea* quædam ſunt dulcia, quibus Itali inſtar pomorum veſcuntur, citra ullam ſtomachi offenſionem: eaque ſunt pectoralia, & catarrhoſis maximè utilia.

Syrupus Limonum. Aurea mala dulcia.

Cap.

CAP. VIII.

DE CARNIBVS.

TAnta virtute alendi pollet animalium caro, ut κατ' ἐξοχὴν ea Gallis *de la viande* dicatur: Siquidem ſolidius in illa & perfectius nutrimentum continetur, quàm in aliis cibis.

De carnibus in genere multa obſervanda, ut in commodum noſtrum ſumi poſſint: Ac primùm *animalis ætas*: Iuniorum enim animalium carnes maximè excrementitia humiditate ſcatent, & laxam alvum reddunt: mediocrium mediocris & ſalubris ſucci: At ſeniorum duræ, nervoſæ, & exigui nutrimenti ac difficilis concoctionis exiſtunt. Ita ut ex his liqueat, quę mediocrē ætatem attigerunt, longè aliis ſalubriores, & optimi nutrimenti cēſeri debere. Hinc natum Gallis proverbium; *Caro tenera, & piſcis adultus*: quod rationi quidem adſtipulatur, ſi perteneram, mediocris ætatis animalis carnem intelligamus.

Varia carnium differentia.

Secundo *ſexus* obſervandus. Maſculorum enim caro, fœmellarum bonitate ſubſtantiæ præſtat: vervecina caro, ovillâ longè ſuavior & alimentoſior eſt; bubula vaccinæ præfertur: nec citra exceptionem iſta aſſerimus: nam niſi mares caſtrati ſint, utpote arietes, aut tauri non caſtrati, ovillis & vaccinis carnibus duriores, inſuaviores; & difficilioris ſunt concoctionis.

Porrò *pinguiores carnes*, macilentas bonitate ſubſtantiæ, & ſaporis ſuavitate ſuperant: ut verveces & boves pingues; macilentiora ſui generis animalia vincunt ſaporis præſtantia & alimenti copia. Veruntamen nimia eorum pinguedo ventriculo noxia eſt & faſtidioſa; appetitum inſuper proſternit: concoctionemque impedit. Idcirco parcus ſit illius uſus.

Nimia pinguedo.

Ad bonitatem carnium paſcua multùm faciunt: ſiquidem *vervecum*, in Galliæ Narbonenſis, ſterilibus, & tantùm thymi, ſerpilli, & id genus odoriferarum herbarum feracibus paſcuis, educatorum, inter optimas & ſapidiſſimas habentur carnes, quin & eorū lanæ meliores inde evadunt. Quæcunque etiam animalia in montibus, dumetis, lendibus, & ſicco ſolo, ubi odoriferæ herbæ naſcuntur, paſci ſolent, longè ſapidiores & ſalubriores carnes acquirunt, quàm quæ in locis planis, lutoſis, & paluſtribus, vliginoſis, juncis & alga refertis, aluntur.

Vervecina in Gallia optima, & cæteris præferenda.

Regionum inſuper varietas varietatis etiam carnium animalium cauſa eſt. In quibuſdam enim regionibus aliæ aliis delicatiores; ut exempli gratia Galliæ Narbonenſis verveces cæteris aliarum regionum longè anteferuntur. Qui in Arvernis montibus paſcunt, in genere quidem cenſentur boni, quod pingues ſint. At quos tota Italia profert; carnem duriorem & inſipidiorem obtinent: cum alioqui ejuſmodi tractus & regiones vitulos ferant optimos, præſertim, ſi ante ſextum aut ſeptimum menſem non ablectentur, nec herbarum paſcua deguſtent.

Vitulina in Italia optima.

Optima caro bubula, hîc in Galliis: ſed ab Anglicorum & Vngaricorum

Caro bubula in Anglia & Vngaria optima.

rum boum, bonitate ſuperatur. Atque hæc de hoc ſubjecto ſint ſatis., ne ſimus, quàm par ſit, longiores.

Eſt præterea caro alia domeſtica, alia ferina. Ferina delicatior domeſticâ, & ex ea etiam minor excrementorum proventus naſcitur. Siquidem liberiore aëre ejuſmodi animalia fruuntur: cùm domeſtica contrà includantur, & ſaginentur. Hinc fit etiam, ut ſylveſtrium animalium carnes diutius conſervari à corruptione poſſint.

Ferina præſtat domeſtica.

Obſervandum porrò eſt, carnibus ſua eſſe peculiaria tempora, quibus melius ac ſuavius nutrimentum præbent: Sylveſtria enim animalia, non niſi optimè ſaginata, grati ſaporis ſunt, quod certo tantùm tempore accidit: At cum in fœmellas æſtuant, aut volucres ſuis ovis incubant, ingratæ ſunt & inſipidæ, nec non pravi alimenti, idque potiſſimùm vere: unde penes nos, hæc maxima quoque cauſa videri poteſt, cur tempore Quadrageſimæ à carnibus abſtineamus, & piſcibus tùm ſapore & bonitate alimenti præſtantioribus, indulgeamus.

Certis temporibus carnes meliores.

Vltimò apparandi modus probè notandus: Variè enim condiri & coqui poſtulant. Bubulæ coſtæ, quæ nobis dicuntur *Aloyaux*, aſſari commodè ſolent: reliqua omnia elixantur melius.

Nunquam ſpatulæ & coxæ vervecinæ elixantur: ſed aſſatæ ſemper apponuntur.

Anteriora leporis in condimentum gratiſſimum, quod civetum vocamus, aptari ſolent: at poſteriora aſſantur, vel arte piſtoria cruſtis in paſtillos includuntur. Lepuſculi ac cuniculi non niſi multo lardo toſti apponuntur.

Varius carnium apparandarum modus.

Hœdi, agni, gallinæ, capones, pulli gallinacei, & columbini, modò elixi, modò aſſi, modò in paſtillos redacti in uſum cibi veniunt.

At pulli perdicini, ſylveſtres gallinæ, phaſiani, coturnices, turtures, turdi, merulæ, alaudæ, & id genus volucres aſſantur. Mei inſtituti non eſt, ſingula minutiùs ciborum condimenta & apparatus, juxta diverſarum regionum conſuetudinem excutere. Sat ſit, paucis attigiſſe modum noſtrum in Gallia.

Reſtat ut ex inſtituta methodo proponamus nunc carnes tum quadrupedum, tum volucrum: & facultates earum, quibus pollent, enarremus, ut meliores à deterioribus dignoſcantur.

Quadrupedum domeſticorum bubulæ, vitulinæ, vervecinæ, agninæ, hœdinæ, ſuillæ. Sylveſtrum cervinæ, aprugnæ, leporinæ, caprearum item, capreolorum, & cuniculorum, frequenter ſunt in uſu. Inter volucres domeſticas, pavo, gallus aut gallina Indica, pullus Indicus, anſer, anſerculus, gallina, pulli gallinacei, capo, pulli columbini: Inter ſylveſtres verò perdices, perdiculi, conturnices & earum pulli, turtures, turdi, becificæ, Gallis *becafiques*, merula, artobanus, alaudę, palumbæ, bizeti, phaſiani, gallofremulus, nobis *coq-bruyant* dictus, gallina ſylveſtris, nobis *gelinote* & ruſticula: anſeres & anates ſylveſtres, palumbes,

Carnes ex quadrupedum genere. Ex volucrum generibus.

Digitized by Google

lumbes, querquedula, ruſticula minor, gallina aquatilis &c in deliciis eſſe ſolent.

Bubula caro. *Bubula* inter craſſiſſimas recenſetur: multique eſt alimenti, ac copioſum gignit ſanguinem; nutritioni illorum apta eſt, qui magna corporis exercitatione utuntur. Apponitur menſis matutinis, quæ ut delicatior evadat, per triduum ſale maceratur. Multis tamen ſalitæ carnes haud probantur, quamvis affirmare auſim, eas ſale teneriores reddi, ac concoctu faciliores, nec non guſtui gratiores, & ſalubriores; modò non in abuſum trahantur. In cujus rei fidem, conſulatur Marſilius Ficinus, magnus ille Theologus, Philoſophus Platonicus, & inſignis medicus, in libro de vita cœlitus comparanda, ubi de carnium ſalitarum & aromatum conditorum uſu tractat.

Vitulina. *Vitulina* pinguis, tum elixa, tum aſſa, ſalubris, & optimi eſt nutrimenti: & præ cæteris, ægrotantibus exhibenda.

Vervecina. *Vervecina* etſi frequentiſſima, quotidiano tamen ſuo uſu ventriculum nunquam gravat, nedum ut nauſeam moveat: optimi eſt & ſaluberrimi nutrimenti: Fatuum eſt dicere, eam temperamenti eſſe calidi: ideoque ægris, & quorundam complexionibus, ut loquuntur, adverſari. Tanta enim eſt eius præſtantia, ut ſtatim vires reficiat, & ſingulari ſua nutriendi facultate, habitum corporis macilentum, ex alvi immoderatis fluoribus, lienteria & dyſenteria, aliiſque affectibus, contractum, brevi reſtituat; præſertim ſi ex coxa vervecina, juſculum aut expreſſum, cum modico ejuſdem carnis, & pane infriato, ſubinde ſumatur: quod cibi potuſque abſolvit officium: & adhuc gratius erit ſapore, ſi ſuccus limonum aut arantiorum addatur.

Agnina. *Agnina* caro viſcoſa & ſpumoſa eſt, nimia humiditate & excrementis ſcatens: cujus crebrior uſus idcircò noxius, præcipuè phlegmaticis corporibus: fluxus ventris excitat, haud ſecus ac ovilla, quæ quamvis pinguior variis condiatur modis, gratum tamen vervecinæ ſaporem & nutriendi vim, nunquam acquirit.

Hœdina. Hœdus ut agno ſiccior, ita eò delicatior quoque ejus caro, concoctu facilis & optimi nutrimenti; quæ idcircò tum ſanis, tum ægris tutò exhibetur.

Caprina. *Hircina.* *Caprina*, juxta Galenum, mali ſucci eſt, quæ præterea acrimoniâ ſuâ cerebrum petit, ac epilepſiam excitat. Hanc malitiâ ſuperat hircina.

Suilla. *lib. de alim. facult.* *Porcina* ſive ſuilla, juxta eundem Galen. magnam nutriendi vim habet, quod ipſe probat ab athletarum exemplo. *Nam*, inquit, *ſi de exercitiis conſuetis nihil remittentes, alterius cujuſpiam eſcæ parem modum, vel uno die aſſumant, poſtridie redduntur imbecilliores. Quod ſi plures exindè dies factitent: non tantum infirmiores, vel etiam palàm macilentiores evadent.* In exemplum etiam adducit operarios, quales ſunt ruſtici & agricolæ, qui licet in cibum quotidianum nihil quàm ſuillam ſalitam aſſumant, obeſo tamen & pingui ſunt corpore: melioris præ-

Digitized by Google

terea ſæpe & ſalubrioris ſunt habitus, quā qui delicatiorib⁹ utuntur alimētis Sed hoc validæ eorum, nec nō à primis annis, craſſis cibis aſſuetæ naturæ, adſcribendum: quibus ob continuos labores, quibus occupantur, ſuilla eſt utiliſſima: cum ex adverſo otioſi aut delicatiores eam præ faſtidio vix olfacere, nedum concoquere in ſtomacho poſſint. Recens & inſulſa noxam parit in corpore, ob ſuperfluam & excrementitiam illam humiditatem, qua pollet, unde ventris, profluvia, & ipſa quoque dyſenteria procreari poteſt. Larido verò probè ſalito, carnes aliæ aſſandæ, melioris ſaporis comparandi gratiâ, tranſfiguntur.

Succulorū caro. *Succulorum* adhûc lac maternum ſugentium, ſapidiſſima, magniq́ue nutrimenti caro eſt, ſi toſta in prandiis fuerit appoſita. Vnæ ſunt Vaſconum cupediæ; immoderatum tamen illorum uſum non laudo, ſed ut rari apponantur, potiùs ſuadeo.

Cervina. *Cervina* mali eſt ſucci ac difficilis concoctionis, ex ſententia Galeni. Torretur, & cruſtis in paſtillos includitur. Delibare eam potius, quàm ſatiari optimum.

Cervulorum. *Cervulorum* delicata quidem eſt, attamen ex natura omnium tenellarum carnium, ſpumoſa & valdè excrementoſa: bimeſtres hæ carnes ſalubriores ſunt recentioribus: Sed fœtus utero erecti, quæ in ſummis multorum deliciis habentur, damnandæ prorſus ſunt.

Capreolina *Capreolina*, inter ferinas alias ſumme delicata eſt, grata & tenera omniumq́ue minus noxia, ad cujus bonitatem proxime accedit damarum caro.

Aprugna. *Aprugna*, ſuperat bonitate ſuillam domeſticam: ſed ab hac in condiendis cibis, & guſtu gratiori conciliando ſuperatur.

Succulus aprugnus. *Succulus aprugnus*, adhûc lac ſugens, ſuperatur bonitate, ſapore, & nutriendi vi, à domeſtico: hic enim plus habet pinguedinis.

Lepus. *Leporina* ſatis boni nutrimenti: vividum & floridum faciei colorem conciliat: fœminis præſertim pallorem in facie tollit, & nativum reſtituit colorem. In Helvetia, aliiſq́ue locis monticuloſis, lepores æquè teneram, vel delicatiorem etiam carnem habent, quàm lepuſculi Galliæ noſtrę delicatiſſimi: de quibus Poeta:

Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Cuniculus. *Cuniculorum* hyeme, nec non lepuſculorum æſtate ſapidiſſima & ſuaviſſima eſt caro: cùm ſanis tùm ægris, appetitu deſtitutis. Optimi enim eſt nutrimenti & facilis concoctionis, phlegma abſumit, & ſupervacaneam humiditatem ex ventriculo deturbat, eumq́ue roborat, Melancholicos tamen & atra bile vexatos nollem iis nimium indulgere.

CAP. IX.

DE AVIBVS, IN ALIMENTARIUM uſum venientibus.

Pavo. PAvo in Gallias peregrinis regionibus advectus eſt, perinde ac gallus & gal-

Digitized by Google

& gallina Indica. Eorum alij ſunt albi, aut variâ colorum elegantiâ, & admirandæ naturæ artificio inſignes. Rarus illorum uſus, & oculorum paſcendorum gratiâ potius quàm corporis, aluntur. Carnem habent deliciſſimam, ſaporiſque gratiſſimi; nec hac in parte gallo Indico cedunt. Inter cæteras eorum facultates, notanda excrementorum proprietas, ad vertigines curandas: Excrementum illud exiccatum & pulveriſatum, dragmæ uni reſpondere, vino albo exceptum in plures dies manè propinatur.

Remedium ad vertiginem.

Gallus Indicus. *Gallus Indicus*, cum integrum annum attigit, perinde ut capo delicatiſſimus eſt: Elixatur vel aſſatur: at aſſus magis commendatur. Æſtate & pulli quoque toſti apponuntur. Cibus eſt optimus, delicatus, ſuaviſſimi ſaporis & laudabilis alimenti: qui facilè in ventriculo concoquitur; optimi ſanguinis ac ſeminis copiam gignens. Præterea is bonitate ſua & nutriendi vi, facilè omnes ſuperat alios cibos.

Anſer domeſticus. *Anſer domeſticus* familiatiſſimus per totam Galliam & noſtram præſertim Vaſconiam. Delicatus eorum cibus, præſertim ſi benè ſaginati fuerint. Diſſecantur apud nos per medium & ſale conditi aſſervantur uſui per annum. In ditiorum menſis, ubi per triduum ſalem ſuum imbiberint, apponuntur aſſi, vel integri, vel etiam membratim, frequentius tamen elixi cum ſinapi: Quod nonnullis annua manna, vel multorum annorũ annona dicitur. In plures enim annos ſic ſalſi ſervantur, adeò ut ranceſcant: quorum rancidorum vel fruſtulum tantum cum braſſica coctum, album juſculum, denſum & optimum concinnat, ruſticis delicatiſſimum, & quotidianum alimentum.

Anſerculi. *Anſerculi* verno tempore, aut æſtatis initio aſſantur, & optimis herbis farcti apponuntur in cibum ſuaviſſimum, præſertim ſi pinguiores fuerint. Seorſim eorum collum, caput, pedes, & alarum extremitates, jecur, cor, & guttur, quæ parva vulgò occa dicuntur, elixantur, & ex aceto & petroſelino eduntur; qui cibus delicatus, appetitum excitat. Anſeris excrementum, verno tempore collectum, ſiccatum & pulveriſatum, & cum vino albo ad dragmam unam, vel dimidiam tantùm, datum, auriginoſum ſeu regium morbum penitus tollit: cujus rei veritatem, experientia ſæpiſſimè confirmavit. Pinguedo anſerum perindè ac gallinarum anatumque, anodynum eſt medicamentum extrinſecus illitum. Hæc item unguentorum & emplaſtrorum emollientium & lenientium compoſitionem ingreditur.

Medicamẽta contra ictérum.

Encomium anſeris. Denique omnis anſeris vel particula tam interna vel externa, aliquem in vita communi uſum habet: cujus plumæ etiam pennæque tantæ ſunt utilitatis, ut ad nocturnam quietem homini non ſolùm inſerviant, ſed literis quoque pingendis ſcribendiſque, in æternam multorum memoriam ac laudem, aptiſſimæ ſint.

Communis eſt loquendi formula apud Gallos, *Qu' on appreſte de la vo-*

kilie: qua voce intelliguntur gallinæ, pulli gallinacei, capones, & ſimilia; familiaris enim horum uſus in Gallia eſt: ſiquidem ejuſmodi carnes ſalubres & temperatæ, laudabilem generãt ſanguinem, & vires roborant; quę variis modis, elixæ, aſſæ, incruſtatæ, vel aliter in uſum adaptantur.

Gallina. *Gallina* Februario menſe elixa, nec non pulli adhuc implumes, delicatioribus menſis offeruntur: pulli verò paulò adultiores poſt feſtum Paſchatis. At qui Gallis dicuntur *Eſtoudeaux* tempore menſis Auguſti & Septembris, cum omphacio, aſſati apponuntur. *Pulli gallinacei.*

Capones. *Capones* omnibus anni temporibus, aut elixi aut aſſi in cibi uſum veniunt. Vtilitas harum carnium ad morborum curationem inde patet, quod ex iis expreſſa caponum, reſtaurantia, conſummata, gelatinæ cum pedibus aut poplitibus vitulinis in ægrorum uſum parentur: optimè enim nutriunt & facilimè concoquũtur. Tunicę etiam ventriculorum gallinaceorum extractę, vino lotæ, & ad Solem ſiccatæ & pulveriſatę, ſingularem vim habent, tum corroborandi ventriculum, tum calculum comminuendi. Ex decrepito gallo, additis bugloſſa, borragine, capparibus, & modico folliculorum ſennæ, coquitur juſculum ſolutivum pro iis, qui à potionibus medicis abhorrent, & melancholicis affectibus ſunt obnoxij. *Remedium ad ventriculum debilem Gallus decrepitus.*

Columba. *Columbæ*, boni ſunt nutrimenti, ac laudabilem generant ſanguinem, & nativum ventriculi calorem fovent: ob quam cauſam ſenibus maximè proſunt, omnibusque, qui pituitoſis & frigidis affectibus infeſtantur.

Præter vim illam nutriendi optimam, qua pollent columbæ, remedia quoque non vulgaria ex iiſdem ſumuntur. Sanguis enim illarum calidus, venarum ſub alis ſectione exiliens, oculis immiſſus, illorum dolores mitigat, contuſiones ac ἐκχυμώσεις curat, omnemque ſanguinem in illis concretum diſcutit. Vivæ etiam per medium diſſectæ, & vertici capitis, aut ſincipiti raſo, ſanguine adhuc calente applicatæ, ſymptomatum vehementiam in phreniticis leniunt: bilioſas exhalationes atque vapores, unde cauſa morbi dependet, conſumendo, atque diſcutiendo. Stercus earum cataplaſmatum & emplaſtrorum compoſitioni ſæpe additur ad apoplecticos & lethargicos affectus, quibus nitroſa illius vis plurimum confert. *Remedium oculorum.* *Remedium contra phreniticam.*

Perdix. *Perdix* poſt meſſem, inter omnes alios cibos, cùm ſanis tùm ægris exhibendos, cujuſcunque facultatis aut bonitatis fuerint, facilè primas tenet: optimi ſucci, faciliſque concoctionis, ex cujus diuturniori uſu, ventriculus ab omni vindicatur corruptione. Vnde cauſa tollitur anaлepſiæ, quæ vitio ſtomachi aliâs oriri ſolet. Nidor plumarum aduſtarum, ſuffocationi matricis (quæ catalepſiæ quædam eſt ſpecies) hyſtericiſque aliis affectibus, multùm prodeſt: quod experientia ſæpius confirmavit. *Remedium ad hyſtericos affectus.*

Cotur-

Digitized by Google

Coturnices. *Coturnices* earumq; pulli poſt meſſem pinguiores & delicatiores, multiq; nutrimenti: at uſus illarum diuturnior non uſq; adeò ſalubris eſt: carnes ſiquidem obtinent corruptioni facilè obnoxias: unde febres, ſpaſmus, & epilepſia, quibus ipſæ coturnices quoq; obnoxiæ, excitantur. Idcircò natura eas remedium docuiſſe videtur: cùm illis hellebori indidit appetitum, quo abundè paſcuntur.

Turtures. *Turtures* milio (ut mos eſt in Vaſconia) ſaginatæ optimi ſunt nutrimenti, gratiſſimi ſaporis, & facilis concoctionis.

Turdus. *Turdus*, vindemiarum tempore, quo uvis veſcitur, impinguatus, delicatiſſimus quoq; & ſapidiſſimus eſt, ſaluberque victus tum ſanis, tum ægris: De cuius bonitate ſic olim Poëta:

Inter aves Turdus, ſi quis me judice certet,
Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Ficedulæ. *Ficedularum* magna copia in Provincia aut Gallia Narbonenſi, & Vaſconia: propterea quod hæ regiones ficubus conſitæ, quibus illæ veſcuntur: delectantur quidem etiam uvis ſed non utillis pingueſcunt. Sic enim de illis Poëta:

Cum me Ficus alat, cum paſcar dulcibus uvis,
Cur potiùs nomen non dedit uva mihi?

Artulanus. In ditione Lugdunenſi avis reperitur, *Artulanus* dicta, pinguedine diffluens, & regius cibus magnique pretij. Optima eſt vindemiarum tempore.

Alia turdi ſpecies, quæ Gallis *Grive* dicitur, hyeme à montibus in planitiem devolat: juniperinis baccis veſcitur, unde carnem delicatiorem acquirit. Cibus eſt Sabaudis & Helvetiis tunc temporis familiaris. Grive.

Merula. *Merula* vincitur à turdo bonitate, quòd & duram & amori ſaporis carnem obtineat.

Alauda. *Alaudæ*, quæ in eo tractu, qui *la Beaulce* (Gallis) dicitur, paſcunt, præ cæteris omnibus aliarum regionum optimæ ſunt: & quò intenſius frigus eſt, eò meliores & pinguiores habentur.

Phaſianus. *Phaſianus*, à fluvio Phaſis dicto, ubi id genus volucrum magnâ copia abundare conſpicitur, (ut in fluvio nobis dicto *la Charante*, cygni ipſas aquas operire quaſi cernuntur) in noſtras regiones advectus eſt: ſpecies eſt quædam galli gallinacei aut caponis ſylveſtris & naturæ ferinæ, utcunque alimenti laudabilis: qui tamen omni bonitatis genere longè lateq; à gelinota vulgò dicta, vincitur: aſſari vulgò ſolet.

Palumbes. Biſets. *Palumbes* Liviæ, Gallis *biſets*, columbarum ſylveſtrium genus eſt: Differunt tantùm magnitudine, quod palumbi maiores ſint & carnoſiores. Huiuſmodi ſylveſtres palumbes, carne ſuavi & delicata præditæ ſunt, quæ copioſum generat ſanguinem. Meliores ſunt abſq; larido, ac cum ſemiaſſantur tantùm, & lardo incenſo inflammantur, & ſucco granatorum

Digitized by Google

vel aureorum malorum perfunduntur.

Ruſticula. *Ruſticula*, Becaſſe Gallis, in deliciis quidem eſſe ſolet: attamen caro eius dura, viſcoſa, & concoctu difficilis, craſſiorem ſuccum ingenerat. Eius inferiores partes, contra aliarum avium morem (quarum alæ magis commendantur) hoc eſt, coxæ, avidiùs appetuntur à catillonibus hominibus. Ex avium illarum numero eſt, quæ dum aſſuntur, non eviſcerantur: cùm ipſa inteſtina, cruſta panis toſti excepta, aliis partibus ſint ſapidiora ac gratiora.

Anſer & anas fluviatiles. *Anſeris & anatis fluviatilis* in genere caro, non æquat aliarum avium montanarum ac ſylveſtrium bonitatem: propterea quòd mucoſa & ſpumoſa, corruptioniq; obnoxia, ac ſanguinem craſſum, melancholicumve generat.

Ruſticula minor. Querquedula, Gallina aquatica. *Ruſticula minor, Querquedula, & Gallina aquatica*, pinguiſſimæ ſunt hyeme aves, ſuaves & gratiſſimi ſaporis, quæ tamen utcunque paludem redolent, craſſiorisque ſunt ſucci, quàm paluſtres aliæ. Commendantur tamen, menſis nobilium ſuo tempore appoſitæ: quarum uſus rarus, nec vulgaris aut quotidianus eſt.

Et hæc de carnium quadrupedum & avium differentiis ſufficiant: qui plura de avibus volet, conſulat librum meum 6. Magni Mundi ſpeculi.

CAP. X.

De animalium partibus, ac rebus ab ipſis prognatis, quæ hominis alimento & ſanitati inſerviunt.

NAturam, proprietatem, ac facultates carnium quadrupedum ac volucrum expoſuimus, quæ vitæ hominis ſuſtentandæ, ſanitati reſtituendæ, aut conſervandæ congruæ ſunt. Reſtat ut de partibus eiuſmodi animalium extremis, hoc eſt, extremitatibus parum carnoſis, & à carnibus ipſis differentibus juxta ordinem ac methodum, quam *Galenus* ſecutus eſt *lib. de facultatibus alimentorum* 3. dicamus.

Extremitates animalium voco, capita, pedes, caudas, & viſcera, quæ ſeparantur, hoc eſt, cor, jecur, pulmones, lien, renes, totuſq; venter, quo inteſtina cum teſticulis continentur, atque adeò ipſe ſanguis.

Caput plures particulas complectitur alias, cerebrum, aures, oculos, linguam, &c.

Capita animalium. *Capita* omnium animalium non æquè ſunt bona. Multa enim rejiciuntur, nec in uſum veniunt, niſi fortè quædam particulæ utiliores aſſerventur, & exempli gratia lingua & palatum bubulum, quæq; membranoſa caro palato ſupercreſcit.

In divitum menſis offertur eiuſmodi palatum, variis etiam modis apparatum. Linguæ verò bubulæ primò ſaliuntur, deinde elixantur, apponuntur-

Digitized by Google

minuitrque, inſtar pernæ ſalitæ, menſarum initiis; cibus optimus & ad excitandum appetitum plurimum valet. Cum moderatus eſt illius uſus, nihil aut parum nocet: ſiquidem omnium linguarum caro, utcunque ſit mollis & fungoſa, ſapidiſſima tamen eſt, bonique alimenti & facilis concoctionis. Cuius rei fidem faciunt linguæ vervecinæ, quæ matutinis menſis delicioſè apponuntur: modò ex dulci & ſaccharato condimento, modò alia ratione pro cuiuſvis arbitrio. Quin & hic cibus ægris præſcribitur, qui languent appetitu. Reliquum capitis vervecini ſolis pauperibus uſui eſt.

Caput vituli. *Vitulinum* verò caput, ut plurimum integrum menſis optimis apponitur, probè elixum: ex eo cerebrum, lingua, mandibularum muſculi, tanquam optimum nutrimentum, manducantur, quæ tamen partes, ab oculis, & auribus longè lateque bonitate ſuperantur.

Aprugnum caput integrum coquitur, ſed illius optimæ partes, quemadmodum & porcorum domeſticorum, ſunt lingua, aures, & circumvicini muſculi.

Capita hædorum & agnorum. Capita *hædorum & agnorum*, integra quoque menſis quotidianis elixa, apponuntur: nec non pedes tùm in prandio, tùm in cœna: fiuntq; prima fercula, delicata, gratiſſima.

Caput Leporis. *Leporinum* caput ſcinditur in duas partes, & ſuper carbones torretur: Cerebro eius gingivæ infantium illiniuntur, ut eorum dentes citius egerminent.

Exta animalium. Non adeò frequens *cordium* animalium cibus eſt, quàm *pulmonum* eorundem, præſertim vitulorum: *Iecur* etiam vituli aſſum aut frixum ſuaviſſimum: ut & *ren* illius, ſi pinguis ſit & optimus: Ex quo minutim conciſo cum pane toſto delicatiſſimus fit cibus, additis quibuſdam herbis & ſaccharo.

Parenchymata ſucculorum, hœdorumve maximè etiam & frequentiſſimo ſunt in uſu: quæ tamen moderatè ſumere præſtat, quàm ſecus.

Ventriculi vervecini & vitulini. *Ventriculi* vervecini cratere aſſi, grati ſunt ſaporis, boni nutrimenti, ac facilis concoctionis. At vitulini ventres cum inteſtinis elixantur, boniq; ſunt ſucci; ne nauſeam aut faſtidium pariant, quia pingues ſunt, parcus ſit illorum uſus.

Omaſa, inteſtina, & farcimina. At *omaſa* & *inteſtina* boum, elixa, quæ potiſſimum hyeme eduntur cum ſinapi: Item *inteſtina* ſuilla craſſiora, ſanguine proprio quibuſdam herbis & aromatibus infarcta, Gallis *des boudins* dicta: *cervelata* item Mediolanenſia, ex iiſdem inteſtinis, & carne porci minutim conciſâ, aromatibuſq; & ſale concinnata, atque alia huiuſmodi edulia, cupediæ ſunt potiùs aut vini ſtimulus, quàm utilis & ſaluber cibus: idcircò quò parcior fuerit illorum uſus, eò minùs quoq; ſanitati metuendum. Nec magis

Aures & pedes ſaliti porcorum, aliorumq; extremitates. proſunt *aures & pedes* porcorum ſaliti, condimento viridi vel cepa & aceto comeſti. Hæc enim niſi parcè ſumpta, noxia ſunt, haud ſecus ac bubuli, vitulini, verveciniq; pedes variis etiam modis conditi: qui cum ſint viſcidi, ſpumoſi, ac multo mucore referti,

Digitized by Google

ferti, craſſæq; ſubſtantiæ ac duræ concoctionis, crebro ſuo uſu calculum generant, aut eius procreandi materiam ſuppeditant. Quod ab iis, qui huic malo obnoxii, ſtudioſè obſervandum erit.

Nunc de iſtorum animalium contentis, quatenus tum in nutrimenti, tum medicamenti uſum veniunt, reſtat dicere.

Inter illa *lac* primas tenet, quæ prima eſt etiam hominis eſca, nec non omnium ferè quadrupedum.

De lacte in genere, & eius differentiis. *Lactis* autem multa ſunt genera: ſed hîc de iis tantùm, quæ in communem vitæ uſum veniunt, dicendum. Tale primum, *lac vaccinum* eſt, & ovillum: quæ quidem admodum butyroſa, magnam nutriendi vim poſſident. *Caprillum* iis minùs alit: at ſalubrius eſt; *Aſininum* verò minimam nutriendi virtutem obtinuit, ob nimiam eius ſeroſitatem. Attamen nonnullis morbis, iiſq; gravioribus ac dubiis ſalubre; ulcera pulmonum, natura ſua ſeroſa detergit, & butyroſa, quantumvis exigua, lenit, conglutinat, ac ſanat. Inter omnia tamen lac muliebre primum tenet locum, propterea quod tota eius ſubſtantia *Galen. 7. meth.* cæteris bonitate præſtet, naturæq; noſtræ magis analoga ſit.

Lacticinia apud omnes nationes tam varia, ut omnia ſpeciatim enarrare, longiſſimum ac tædioſum foret.

Tres in lacte diverſæ ſubſtantiæ. In ipſa lactis natura palàm ſe offerunt tres diverſæ ſubſtantiæ: in aliis rebus omnibus naturalibus delitescentes, qualeſcunq; ſint: ſubſtantia nimirum ſulphurea, quæ butyrum, flammam concipiens, magno diſcrimine à ſero, quod mercurialis liquidioris & tenuioris ſubſtantiæ eſt, diſtinctum & ſeparatum: A quibus longè lateq; differt craſſa illa ſubſtantia, quæ tertia eſt ſalinoſa dicta, caſeus videlicet.

Butyrum. *Butyrum* aptum nutrimentum hominum, ac poſt panem & vinum ſummè neceſſarium: Quin & ſanitati multum conducit. Cum ſaccharo jejunè ſumptum, leniter purgat & detergit: prohibet calculi generationem: aſthmaticis & tuſſientibus auxilio eſt, phlegma maturando, & ad expuitionem præparando: nec non omnibus doloribus leniendis opportuniſſimum.

Serum. *Seroſa* pars nobis *petit Laict* dicta, minimè omnium aliarum ſubſtantiarum alit. In montibus bubulci eâ loco aquæ utuntur: quam nos ad remedia quoque refrigerantia adhibemus. In Italia & alibi ex ea potiones ad purgandum humorem, tum bilioſum, tum aduſtum ſive melancholicum parantur: doſis earum tria aut quatuor pocula, *hoc eſt*, ad viginti quatuor uncias, aut etiam ultra: in qua, per noctem, maceratur fumaria: alii parum ſacchari violarum adjiciunt, ad ſuaviorem ſaporem inducendùm: quod optimum eſt remedium adverſus ſcabiem, puſtulas, pruriginem, morphæam, & id genus melancholicos affectus.

Caſeus. *Caſeus*, craſſiſſima lactis ſubſtantia majorem quidem cæteris eius partibus, nutriendi vim habet, ſed minorem,

Digitized by Google

rem, alvum movendi: quod Galen. lib. citato, capite de lacte teſtatur: *Lac*, inquit, *quò humidius eſt, eò & ſero magis abundat: quove craſsius eſt, eò copioſiorem caſeum continet:* Hine tandem concludit: *Meritò*, inquit, *lac humidum magis; craſſum minùs alvum movet: contraq. craſſum valentius nutrit, tenue imbecillius.*

Quintuplex caſei differentia. Caſei in multiplici ſunt differentia; diſtinguuntur enim vel ratione animalium, quibus lac emulſum, vel paſcuorum, vel locorum in quibus, vel temporis quo, vel denique externæ figuræ, quâ fiunt & efformantur.

Prima caſei differentia, à pecorum varietate ſumitur. A varietate pecorum *prima* petitur *differentia:* ovillum enim lac cùm omnium pinguiſſimum ſit, cremoris, butyri & caſei ferax, at pauci ſeri eſt. Vaccinum minùs pingue, ſed caprillo magis. Caprillum verò aſinino craſſius, quod inter alia vulgaria lactis genera tenuiſſimum eſt, & pinguedine multa carens.

Secunda à paſcuo. *Secundò*, paſcuo pecudum variari lac, plus liquidò conſtat. Siquidem verno tempore, cùm herbas teneras depaſcunt, lac & ſapore & colore longè gratius deprehenditur, quàm cùm fœno & paleis tota hyeme veſcuntur. Lac vaccarum, quæ alliariâ veſcuntur, allii ſaporem retinet: quod Galen. lib. citato, his verbis comprobat: *Quin etiam*, inquit, *ſi capra aut alterius animalis ſcammonium aut tithymalum depaſti, lac cibi loco quis ſumat, omninò alvus illi profluxura eſt. Sed quorſum exemplis à brutis petitis, fidem huius rei facimus, cum ſatis id teſtentur liberi noſtri, varia lacte ex diverſis nutricibus enutriti? Siquidem benè aut malè afficiuntur, prout lac quod exugunt, benè aut malè affectum eſt.* Idcircò etiam Galenus ſententiam noſtram confirmans, optimè eo loco diſtinguit lac bonum aut ſalubre à pravo & inſalubri, cum dicit, lac bonum ſemper boni ac laudabilis eſſe nutrimenti: At vitioſum lac tantum abeſt, ut ad ſucci utilis generationem conducat, ut pravis potius humoribus corpora repleat. Orationem ſuam probat teſtimoniis & exemplis à nutricibus petitis: *At illud ſanè*, inquit, *liquidò viſum eſt, infantem priore nutrice extincta, alterius lac ſugentem, multis in toto corpore ulceribus tandem ſcatuiſſe: quippe ſecunda hæc nutrix, ſylveſtribus herbis ac oleribus ruri veris tempore, cum fames graſſaretur, victitârat.* Atque hinc diſcant parentes, ut nutrices tales ſeligant, quæ lacte, non copioſo tantùm ſed ſincero, boniq; alimenti abundent.

Tertia à loco & regione. *Tertiò*, ratione loci & regionis, in quibus caſei coagulantur, vel meliores, vel deteriores ſunt: hinc Arverni reliquis delicatiores & ſapidiores, non tàm propter hominum induſtriam quàm montanorum paſcuorum præſtantiam.

Quarta à methodo. *Methodus* etiam coagulandorum caſeorum ad bonitatem, gratumq; ſaporem illis conciliandum non parùm confert: cuius rei fidem faciunt caſei Placentini, & Gruerini, ac Brixiani, aliarumq; plagarum, qui artis beneficio ſuam acquirunt bonitatem.

Quinta à tempore. Tempus *deniq.* diſcrimen parit inter

Digitized by Google

inter caſeos. Recentes enim ex cremore, aut ex ſero pinguiori, ſetacei & juncei dicti, aliiq; id genus plures, aliis vetuſtioribus ſunt ſalubriores; ac minus craſſæ ſubſtantiæ: cum ex adverſo caſeus inveteratus ſubſtantiam acquirat craſſam, acrem, fortem, & acutam, linguamq; ferientem. *Maximè verò* (inquit *Gal. eodem lib.*) *inveterato acrimonia creſcit, & omninò quàm ante calidior urentiorq; is redditur: ideoq; ut ſiticuloſior & concoctioni rebellior, & ſucco deterior tandem evadit.* Hinc docemur vetuſtorum caſeorum uſum vitandum; aut moderatum eſſe debere: qui imprimis noxius iis eſt, qui calculo & obſtructionibus ſunt obnoxij. De cuius uſu frugali ſic *Poeta*:

Cap. de caſeo.

Caſei antiqui noxij.

Caſeus ille bonus, quem dat avara manus.

Quod Gallicè reddere, hoc ſequenti rythmo placuit:

C'ileſt le meilleur froumage,
Que l'avare main meſnage:

Vſque adeò tamen caſei uſus vulgaris eſt & frequens multis in locis, ut Sabaudi etiam, & Helvetii, tàm inferioris, quàm ſuperioris ordinis, ferè nullo alio obſonio, quàm eo ſolo utantur. Sic quoq; nonnulli olim ſummæ dignitatis viri, ex eius liberaliori uſu mortem ſibi conſciverunt.

Teſtis eſt Antoninus Pius Imperator, qui cùm Alphino caſeo in cœna plus quam par erat indulgeret, poſt vomitum febre correptus, ea tertio die extinctus eſt: anno imperii ſui vigeſimo tertio. Quod exemplum abſterrere debet omnes, qui caſeo nimis indulgere, & exatiari avidius cupiunt. Delicatiſſimus erat caſeus Alphinus, quemadmodum caſeus Vatuſicus olim Romæ, ut ſcribit *Gal. li. 3. de alim. facult.*

Mors Antonini Pii Imperatoris caſeo Alphino accelerata. Cuſpinianus.

Atq; hæc de tribus illis lactis ſubſtantiis, eiuſq; tum qualitate, tum virtute, quas *Galen.* ipſe in eo obſervavit his verbis: (*Quæ utraq; lacti eveniunt,* inquit, *quia ſeroſam non ſolùm naturam in ſe, verùm etiam pinguem & caſeoſam comprehendit*) dicta ſufficiant.

Poſteaquam igitur de lactis natura & proprietatibus ad nutritionem hominis, ſatis fuſè locuti ſumus: ſequitur nunc, ut de eius uſu tàm alimentoſo quàm medicamentoſo, in morborum curatione, adhûc quædam addamus. Phthiſicis, hecticis, tabidis ſeu emaciatis, & peripneumonicis, lac inter alia medicamen eſt potentiſſimum. Pinguior enim eius butyri ſubſtantia optimè nutrit: caſei verò vis in eo agglutinat, & excedenti febris calori reſiſtit: ſerum detergit & refrigerat.

Quibus affectibus lactis uſus propriè competat.

Mulieris lacti diximus ad hos affectus primum deberi locum: ſeligendum verò corpus ſanum & ſincerum; morbidum enim ſi fuerit & impurum, lac non medicamenti vires, ſed eandem corporis impuritatem redolebit. Sanæ & benè conſtitutæ mulieris lac, omninò candidum eſt, ſuavis ſaporis, ac globoſum: cuius gutta ungui ſuperfuſa non facilè diffluit, ſed inſtar unionis aut cryſtallinæ guttæ ſubſiſtit integra. Tempus etiam, quo lac mulgetur, perpenden-

Nota lactis optimi.

pendendum: medio enim & florenti ætatis tempore lac emulſum, optimum. Mulier præterea non conturbanda eſt mariti congreſſu: nutrixq; optimis alimentis nutrienda: & à vini compotatione interdicenda, cuius potus ſit, hydromel, aut ptiſana. Sæpe enim, vina bibens nutrix, vinoſum reddit alumnum: Lac autem tale ex ubere, infantium more ſugendum, vel ſaltem recens mulctum, & calens bibendum.

Quorū animalium lac muliebri [illegible] amu[illegible]antur. Secundum locum obtinet in his morbis curandis *lac aſininum*, quòd ſit tenue & ſeroſum, nec facilè coaguletur. *Caprinum lac* bonitate intermedium eſt inter ſuperiora & ea, quæ ſequuntur. Omnia autem lactis genera, quæ his morbis conducunt, ex animalibus (ut muliebre lac æmulentur) non vetulis, ſed junioribus, aut mediæ ætatis, ſumenda ſunt. Caprinum & aſininum lac nigrarum pecudum, albarum præſtat: ſic mulierum quoque nigriorum lac ſalubrius, quàm candidiorũm, vel ſubruffarum, quarum lac omnium peſſimum eſſe creditur.

De uſu lactis tria obſervanda. 1. Quantitas. De *uſu lactis* tria ſunt perpendenda; quantitas, qualitas, & utendi modus. Quod ad *quantitatem* attinet, tribus primis diebus, quatuor aut quinq; uncias hauriat æger, paulatim augendo doſin, pro morbi & ægrotantis natura.

2. Qualitas. Lactis *qualitas* pro diverſa quoque morbi natura, & eius cauſis, diverſimode alteranda erit: ut ſi (verbi gratia) æger ſimpliciter, & citra febrim emaciatus fuerit, paſcendum erit animal, cuius lac bibit, tantùm hordeo & avena. Si verò lac phthiſico cuidam, cui exulcerati pulmones, præſcribendum fuerit: detergentibus, veluti hordeo, furfure, atque hyſſopi aut fœniculi pulvere, aſina alenda erit: quibus ſi addideris flores ſulphuris, res melius ſuccedet. Sic ad conglutinandum aut conſolidandum ulcus, addenda erunt, huic ſcopo inſervientia, veluti ſunt conſolida, rubus, burſa paſtoris, piloſella, plantago, veronica, limonium, pyrola, & id genus alia: quæ herbæ adhuc virides paſcendo animali offerendæ: aut tempore hyemis ſiccæ in pulverem redactæ, furfuriq;, avenæ, & hordeo commixtæ. Si refrigeratione opus fuerit, paſcendum erit pecus lactuca, foliis ſalicis, & ſimilibus.

Sequitur nunc *utendi modus*: ubi lac manè recens mulctum, & adhuc calens propinari, vel ab ipſomet ægro ex mammis exugi debet. Ne autem coaguletur, aut in ſtomacho aceſcat, opportunè adjiciendum eſt ſaccharum roſatum aut violatum. Sumpto lacte quieſcendum, citra tamen ſomnum, ne confeſtim lac in venas diſpergatur: nec cibo alio utendũ, quàm tribus aut quatuor poſt horis. *3. Vtendi modus.*

Tandem, quibus ſit exhibendum, obſervari debet. In febribus enim putridis non eſt offerendum, neque in cephalalgiis, ſeu capitis, doloribus: aut inteſtinorum flatulentis affectibus: quod magnus ille medicorum coryphæus *Hippocrates* monuit *lib. 5. aphoriſm.* quem ſecutus *Galenus* idem docet *Lac quibus noxium.* *Galen. 3. de alim.*

docet his verbis: *Thoracis pulmoniſq; partibus*, inquit, *omne lac utile eſt, capiti minimè, niſi admodum valenti, ſicut nec hypochondriis ſi qua levi de cauſa inflare nata ſint: quandoquidem ventrem flatibus implere conſuevit, ut pauciſſimos invenias, qui non ita ab ipſo afficiantur.*

De ovis tria notanda. *Ova* inter alimenta εὔχυμα, καὶ εὔπεπτα recenſentur: quæ habent tria notatu digniſſima. *1. Subſtantia.* *Primum* & præcipuum eſt ſubſtantia, natura ſeu qualitas ovi: ſiquidem nonnullarum avium ova melioris naturæ & ſubſtantiæ ſunt aliis. Gallinarum enim ova aliis omnibus utilitate & ſalubritate præferuntur, vincuntq; anſerina anatinaque, & id genus alia nutrimenti bonitate, ita ut cum ſimpliciter & abſolutè ova dicimus, gallinacea intelligamus, tanquam vulgaria & melioris ſubſtantiæ, & quorum copia & multitudine præ cæteris natura nos abundè ditarit.

2. Tempus. *Secundum*, quod in ovis obſervandum, eſt tempus: Aut enim recentia ſunt, aut vetuſtiora: quò autem recentius eſt ovum, eò melius eſt & ſalubrius; contrà ſi vetuſtius, facilè in ſtomacho corrumpitur, nec ita boni eſt nutrimenti. Ad tempus etiam referre poſſumus, ova juniorum gallinarum, vel vetuſtiorum. Juniorum enim, quæ ſibi præſentem ſemper gallum habent, aliis ſunt meliora.

3. Præparatio eorum. *Tertiò & ultimò* obſervanda eſt eorum præparatio, quæ non eſt parvi momenti: Quæ ad duritiem cocta ſunt, vocamus *œufs durs*, Græci verò ex Galeno ἑφθὰ vocant, quaſi multum elixata & cocta ova: quæ ad mediocrem coctionem perducuntur, ut inter mollia & dura ſint, tremula Latinis dicuntur: Quæ verò parum tantùm ad ignem incaluerunt; ſorbilia vocantur, omnium ſaluberrima. Tremula idcircò vocata, quod aquæ bullienti injecta tremiſcant: copioſum & ſalubre nutrimentum præbent: Sorbilia verò, non ita copioſè alunt; at in ventriculi fundum facilius delabuntur. Tremula & ſorbilia, frixis aliiſque omnibus præferuntur.

Ova dura, durioris etiam ſunt concoctionis, craſſamq; ſubſtantiam reddunt.

Error popularis de ovorum albumine confutatus. Popularis quidam error eſt, album en ovi ſive indurati, ſive in tremulum elixi, inſalubre eſſe & noxium: calculoque generando occaſionem præbere: quaſi ſtatim concreſcat & in lapidem convertatur: quæ cauſa, cur multi ab eius eſu abſtineant. Sed ſtultum eſt, inde lapidis generationem adſtruere velle; ſic enim eodem jure, vel potiori etiam, idem affirmari poſſet de cryſtallo, vitro, corticibus ovorum, lapide Judaico, lyncis, pumicis, ſpongiarum, oculis cancrorum corporibus multò durioribus & concretioni magis aptis; quæ tamen omnia adverſus calculum ſumma ſunt remedia. Sic judicandum quoq; de duris meſpilorum oſſibus, de millio Solis, aliiſque id genus, quæ vel ipſos lapides potius referunt, quàm ſemina: & interim maximam calculi atterendi vim poſſident. Imò quis non videt contrariam

planè

Digitized by Google

planè albuminis operationem, in ſaccharo & variis ſalibus diſſolvendis, & ad ſolutionem promovendis? Et ut huic rei fides fiat, accipiatur ovum induratum, & in duas æquales partes diſſectum: exempto vitello, in ejus locum reponatur ſaccharum pulveriſatum: quod in vas vitreum incluſum, ne quid effluat, ſereno exponatur aëri, aut in cella quadam humida ſervetur per 24. horas: quibus elapſis Saccharum omne diſſolutum invenies in oleum ſive liquorem dulciſſimum, admiranda virtute & poteſtate præditum. Præſtantiſſimum enim eſt & ſingulare remedium ad aſperæ arteriæ raucedinem, & defluxiones, à ſalſa pituita ortas, unde tuſſis excitatur: nec non ad alia mala plurima, quæ leniendi & expectorandi auxilium poſtulant: ut alibi dicetur.

CAP. XI.

DE PISCIBVS.

ABſoluto de quadrupedum, aviumque carnibus tractatulo noſtro reſtat de piſcibus dicere, quorum numerum ſingulatim recenſere, cum ſit infinitus, infiniti laboris ac pene impoſſibile foret. Longè enim uberior eſt piſcium & copia & diverſitas, quam quadrupedum, reptilium & volucrum. Summa inter alia admiratione hoc dignum eſt, quòd præſtantiſſima quæque terræ animalia, forma, ſpecie & nomine in mari etiam producantur, qualis eſt vitulus marinus, porcus marinus, aut marſuillus, &c. Sed abundè de his omnibus & enucleatè diſſeruimus, præcipuorumque piſcium ac naturarum eorũ ſumma obſervatione dignarum differentias, ac quicquid accurata inveſtigatione ac explicatione fuit digniſſimũ, adnotavimus *in hiſtoria piſcium libro ſexto noſtri Magni Mundi ſpeculi deſcripta*: quò lectores ablegamus: Hîc nobis ſatis ſit, eos piſces, tantùm enarrare, qui in frequentiore ſunt uſu. At prius quàm eorum numerum ſeriemque contexamus: admonendi gratia, certos quoſdam canones præſcribemus, qui ſint nobis inſtar axiomatum, ex quibus promptum ſit, meliores à deterioribus, ſalubriores ab inſalubrioribus diſtinguere.

De variis piſcium differentiis fuſius tractavit Autor in lib. 6. Magni Mundi ſpeculi.

Marini piſces alij aliis bonitate præferuntur, etſi ejuſdem etiam ſint generis, idque juxta aquarum à ventis majorem vel minorem commotionẽ, vel earum perſpicuitatem ac munditiem & puritatem. Quin & mare pro loci diverſitate profert vel copioſos piſces, vel raros. Oceanus ſiquidem copiâ & fertilitate ſuperat mediterraneum mare. Quin & mediterranei maris plaga Genuenſis multò ſterilior eſt, Galliæ Narbonenſis: quod planè aquarum bonitati tribuendum eſt, quâ piſces magis alliciuntur quàm à corruptis.

Piſces diſtinguuntur ratione aquarum & locorum ubi capiuntur.

Piſces porrò qui *in profundo*, & ſumma maris altitudine, ventorum procellis agitati, & undique perflati, capiuntur, bonitate illis præſtant, qui in portubus aut littoribus irretiuntur. Quod *Galenus cap. de piſcibus* diſertè monet ubi de animalium aquaticorum variis generibus, optimos eſſe " dicit,

Lib. 3 de alim.

dicit, *qui in puro natant mari, maximè cum ventorum æſtu agitatum attollitur. At piſcium in cœnoſis aquis ſordidiſque verſantium, excrementitiam & mucoſam admodum eſſe carnem:* quibus paulò poſt ſubjicit: *Nam in ſilente*, inquit, *nulliſque agitato fluctibus mari, tantò piſcium caro vilior eſt, quantò minùs exercitata.*

Qui ſint optimi piſces inter fluviatiles.

Quod ad *fluviatiles piſces* attinet, magna quoque illorum differentia eſt, pro diverſa aquarum, quas incolunt, conditione & natura: Aut enim eæ rapidæ ſunt aut quietæ: puræ aut cœnoſæ: Quin & pro herbarum in aquis naſcentium natura, quibus nonnulli piſces nutriuntur, variat eorum caro. Sic piſcis in fluminibus altis, rapidis, & arenoſis, enutritus, præſtat illi in amnibus quietis, aut lentè fluentibus, & cœnoſis: qui tamen illis in ſtagnis minoribus, & lutoſis aquis, ac paluſtribus præfertur. At lacus profundiores, lapidoſi, & arenoſi, quique aliorum fluviorum aquis diluuntur, ventiſque crebrò, maris inſtar, agitantur, optimos quoque & ſaluberrimos piſces copioſè producũt: quales ſunt Conſtantienſis, Lemanus, Yverdunenſis, & id genus alij plures.

Piſces omnium deterrimi qui.

Iſtud quoque obſervandum eſt, piſces ſive marinos, ſive fluviatiles in ripis urbium littoralium, vel iis proximis, multis quiſquiliis & ſordibus refertis, nec non cloacarum impuritatibus infectis, captos, omnium eſſe deterrimos. Tales enim impuritatibus illis nutriti fœtent, & ſtatim corrumpuntur, ex quorum uſu quoque corpora fœtoribus inficiuntur. Quod ipſum confirmat *Gal. loco citato. Sunt,* inquit, *qui in aqua vel fluminibus populoſarum urbium, hominum ſtercoribus, & pravis id genus ſuccis victitant, qui extremum pravitatis gradum tenent.*

Differentia piſcium juxta illorum diverſum apparatum.

Operæ pretium porrò fuerit aliquid in piſcium coquinario apparatu notare. *Alii* enim prunis ſuper craticula torrentur: alij in patella friguntur cum oleo, aut butyro. *Alii* cum vino, aqua & ſale elixantur. *Alii* porrò variis modis condiuntur. De quibus omnibus, & eorum meliori præparatione paulò poſt dicemus.

Piſces marini.

Vt igitur ordiamur ab enumeratione piſcium, in nutrimentum meliorum, & quorum quotidianus eſt uſus, recenſebimus primùm *marinos*: eorum præcipui ſunt, Solea, acipenſer, aurata, paſſer aſper ſive ſquamoſus, paſſer, rhombus, rhombus lęvis, viva ſeu draco marinus, rubellio; capone, (qui Italis ita dictus, ſimilitudine accedit ad rubellionem) mulus, apua, raja, ſcombrus, acus ſive belone, halec, ſarda ſive trichia, encraſicholus, merlucius, aſellus, thunnus, burdus; ſepia ſive calemarius, & quos Gallicè vocamus *le carlet & l' eſperlan.*

Inter *conchylia* ſunt locuſtæ, aſtacus, quæ ſunt cancrorum marinorũ ſpecies, cancer, capella, araneæ marinæ, oſtreæ, muſculi ſive mytuli, pectunculi, & quæ Gallicè dicuntur *les tellines*, multaque alia hujus generis.

Piſces fluviatiles & ſtagnoſi.

Inter piſces, qui *aquis dulcibus* gaudent, & ex marinis propterea in flu-

viales

Digitized by Google

vialestranant, primas tenent ſalmo, muſtela ſive lampetra; triſſa *aloze* Gallicè. Inter fluviatiles autem, & aquarum dulcium, ut ſtagnorum, lacuum & ſimilium piſces optimi cenſentur trutta, pertica, lucius; umbra, umbella, lavaretus, cyprinus, brama, tinca, barbus, barbulus ſive mullulus, fundulus, cobites fluviatiles, anguilla, ranæ, teſtudines, canceri, & qui Gallis dicuntur *le ferrat, la beſoulote, le gougeon.*

Nunc *de natura, viribus, & qualitatibus piſcium* aliquid nobis dicendum eſt: quo eos in uſum noſtrum adaptemus, ſive alimenti, ſive medicamenti gratia illos aſſumamus: idque juxta eandem methodum, quâ in quadrupedum aviumque carnium explicatione, uſi ſumus.

[illegible] *dix marina.* Primum locum damus *Soleæ*, quod inter alios delicatiſſimus ſit piſcis: hinc etiam *perdix marina* à quibuſdam dicitur: unicam habet ſpinam, quæ à carne poſt coctionem facilè divellitur: elixa cum condimento albo offertur. vel butyro frixa cum intinctu ſucci aurei mali, panis cruſtâ infriatâ, & pauco aromate, quæ omnia ſimul conjunguntur ad juſtam conſiſtentiam. Carnem obtinet delicatiſſimam, albam, firmam, boni ſaporis & facilis concoctionis. Cibus familiaris erat, diebus aſarcis, Regi Henrico tertio fœliciſſimæ memoriæ.

[illegible] *Acipenſer* ſeu *oniſcus*; craſſus eſt, & longus, boni aliment. & gratiſſimi ſaporis, qui magno in pretio habetur, adeo ut piſcis & cibus regius dicatur. Captus à piſcatoribus, nemini citra mulctam, quàm Provinciæ iſtius gubernatori, aut alij primario offertur. Sanguinem refrigerat & purgat: ſed liberalius ſumptus facilè nauſeam parit ſtomacho, ob nimiam ejus pinguedinem: hujus apparandi modus idem eſt ac Salmonis.

Aurata parùm à præcedenti differt: non tamen tanti æſtimatur: Caro eius nutriendi quidem magnam vim poſſidet: ſed valentiori tantum ſtomacho competit: durioris enim eſt concoctionis. *Aurata.*

Rhombus, rhombus lævis, & paſſer aſper ſive ſquamoſus, *la limende*, Gallis formæ planæ & compreſſæ, omnes ſimul eandem ferè carnem, candidam, & firmam boniqúe ſaporis obtinent. Cæteris tamen rhombus præſtat bonitate, licet rhombi caro tenerior ſit, facilioriſque concoctionis. *L'alimende* tertium bonitatis gradum obtinet. Elixi cum vino & aqua, ac petroſelino poſtea conſperſi: & recenti butyro liquato, vel aceto delibuti, apponuntur. Pariſienſibus familiares ſunt; quos illis ſuppetit Oceanus. In mari mediterraneo rarò capiuntur. *Rhombus. Rhombus lævis paſſer aſper ſive ſquamoſus.*

Hos tres, forma referunt, *paſſer & le Carlet* Gallis dictus: at ſapore & bonitate longè ab illis diſcedunt. Etſi enim carnem quoque habeant ſatis candidam: ſpumoſa tamen illa eſt & mollis: ob quam cauſam, non niſi inferior plebecula eos ſibi in cibum aſſumit. *Paſſer, le carlet.*

Viva, la vive Gallis, aliâs *dracomarinus*, piſcis parvus, halecis magnitudinem referens: carnem obtinet candidam, friabilem, ac ſaluberrimam. *Viva.*

Toſta

Toſta ſuper carbones, & butyro liquato perfuſa, cum modico omphacij apponitur. Occurrit tamen omni admiratione dignum, quod etſi aliâs ſalubris; dorſalis tamen eius ſpina uſque adeò venenoſa ſit & exitialis, ut ſi quis ab ea ſauciatus fuerit ad ſanguinis eruptionem, pars læſa ſtatim adeò intumeſcat & accendatur, ut præ maximis doloribus ac pernicioſis ſymptomatis, ſæpenumero mors conſequatur.

Rubellio. Coccix. *Le rouget*, Gallis dictus, Latinis *rubellio*, & *le Capone* Italis, Latinis *coccix*, forma, colore ſubrubro, carniſque bonitate, quæ candida eſt, delicata ac facilis concoctionis, pares ſunt. Hique inter ſalubriores marinos piſces recenſentur, qui ægris præſcribi ſolent. Hi in paſtillos incruſtari ſolēt: vel torrentur ſuper carbones, deinde butyro liquato, additis petroſelino & aceto perfunduntur.

Mulus. *Mulus*, craſſo capite & carne candida ac dura bonitate proximè accedit ad præcedentes tres.

Radius piſcis. *Radius* piſcis carnem albam & in filamenta longa teneraque deductam, habet; ſaporis non adeò ingrati eſt, & ſtimulat appetitum. Elixus eodem intinctu, quo rubellio, vel frixus cum butyro apponitur: jĕcur prĕſertim ejus delicatiſſimum eſt.

Apua. *Apua*, *Merlan* Gallis, carne eſt levi, & ſatis delicata, unde conſtat facilis eſſe concoctionis: vulgaris eſt & omnibus familiaris. At piſcis qui

Eſperlan. Gallis *Eſperlan* dicitur, eſt paulò minor, ſed multò ſalubrior: frixus delicatiſſimus eſt.

Scombrus. Qui Gallis *Maquereau*, Latinis *Scombrus*, ineunte vere optimus: eſt carnis candidæ ac ſubcinereæ, firmæ tamen, ac non ingrati ſaporis. Super carbones aſſus, fœniculo conſperſus & butyro liquato, omphacio, aceto, ac petroſelino conditus, apponitur. Delicatuli caput ejus & ſpinam, craticulæ & carbonibus impoſitam, torrent. Piſcis hic, quia rarior, & certo tantùm tempore occurrit, idcirco melior habetur. Vſus tamen illius diuturnus, ob difficilem ejus concoctionem, inſalubris, ſtomachum facilè gravat.

Halec. Sarda. *Halec*, & *Sarda*, ſive trichia, *le ſardine* Gallis, inter optimos & delicatiſſimos piſces marinos recenſentur. Magnum tamen eſt inter illos diſcrimen, ratione utriúſque naturæ: quamvis multa quoq; habeant communia. Diſcrimen, quo potiſſimum differunt, in corporum craſſitie poſitum eſt: ſiquidem ſardæ ab halecibus; corporis magnitudine ſuperantur. In hoc autem conveniunt, quod amboüiſdem temporibus occurrant, ſale condiantur, & ad uſum ſerventur: quin & fumo ambo indurentur. Ex utroque etiam magnus fit quæſtus; in longinquas enim regiones hinc inde avehuntur, ut horum etiam beneficio fruantur exteri.

Sardæ vulgo halecibus anteferuntur, quæ tamen, meo judicio, recentes tantùm ac probè ſalitæ, ſalubriores ſunt, quam ſi inſulſæ fuerint. Sal enim in illis tollit excrementitiam ſuperfluitatem, & corpori magis innoxias reddit.

Anchoyes

Digitized by Google

Encraſicholi. *Anchoyes* Gallis, *Encraſicholi* Rondeletio, ejuſdem propè cum trichiis ſive ſardis ſpeciei eſſe videntur: minores tamen illis ſunt ac delicatiores. Meliores cæteris producit mediterraneum mare. Sale ſufficienter conditi, aqua rurſus eluuntur, ad tollendam ſalis acredinem. quorum detractâ ſpinâ, cum oleo & modico aceti, crudi apponuntur. Pro condimento Itali addunt mentham, aut origanum. Stimulant appetitum, & vi ſalis, ex ovo participant, attenuant, incidunt, ventriculumque detergunt, & è recrementis mucoſis liberant: Hinc obæſis & pinguibus, nec non humidis corporibus, imprimis conducunt.

Merlucius. Molua. *Merlucius & molua*, Gallis *merlus & molue*, recentes, carnem obtinent duram, viſcidam, & excrementitiam: quæ ſaliturâ corrigitur, & emollitur. Quod *Gal. lib. citato* teſtatur *Animalium corpora* (inquit de piſcibus loquens) *quæ excrementitia carne conſtant, ſalituræ ſunt peridonea. Excrementitias autem carnes* (addit) *vocamus, ut ex ſuperioribus liquet, quæ pituitoſam humiditatem in ſe reſperſam continent. Ejuſmodi igitur cibi ſale conditi idcirco ſunt ſalubriores, quàm cum recentes ſunt, ob rationes ſuperius allatas*.

Alia *Merlucii* ſpecies ex Anglia advehitur, longè ab hoc noſtro diſcedens; & carne ſicciori, viſcidiori, ſpongioſa & tenaci prorſus prædita.

[illegible] Qui vero vulgò Stockfiſch/ Latinis *aſellus* dicitur, merlucij quoq; ſpecies eſt, ex quo tantus fit quæſtus, per ſuperiorem & inferiorem Germaniam, ut nihil eo ſit vulgarius, nihil familiarius. Non ille ſolet ſaliri more aliorum, qui ex Molucis inſulis advehuntur: ſed in Scythico & glaciali mari captus, vi frigoris intenſiſſimi exiccatur, qua ratione excrementitius eius humor tollitur, ac citra ullam ſalis additionem, ab omni corruptione vindicatur. Sed ut liberè meam de hujuſmodi piſcibus ſententiam exponam, qualitatem illorum non noxiam eſſe ſtatuo, ſed quantitatem; idcircò ſobriè, aut perquam rarò illis utendum ſuadeo. Craſſi enim ſunt ſucci, viſcidi, duri, ac difficilis concoctionis: valentioribus ventriculis & bilioſis potius quàm debilibus, & pituitoſis exhibendi: ſufficienter ac diu cocti, cum butyro, omphacio, aut aurei mali ſucco apponuntur. Quamvis cum cepis & ſinapi, ut moris eſt in Vaſconia, frixi, ſalubriores habeantur. At verò aſellus adeò durus eſt, ut non niſi diu multumque percuſſus, & per noctem aquâ maceratus, ad elixandum, & butyro frigendum, idoneus fiat.

Acus piſcis eſt marinus Italis familiariſſimus, craſſitie murænulæ, acutum roſtrum habens, duræ carnis, ac concoctionis difficilis, multi tamen nutrimenti: plerunque frixus cum ſucco arantiorum apponitur. Acus.

Thunnus & Burdus, Gallis *Tonine & Creac*, immenſæ ſunt craſſitiei piſces, craſſam quoque carnem ac difficilis concoctionis habent; quæ bubulæ, aut hujus generis ſimili, planè reſpondet. Thunnus plerunque in Thunnus. Burdus.

Orientali mari capitur: Burdus autem in Oceano apud Burdegalenſes: certis enim temporibus intrat aquas fluviales, Garonnam præſertim.

Sepia. *Sepia* vulgaris eſt, quæ non niſi areſacta & exiccata ad uſum ſervatur. Antequam coquatur, per diem integrum aut amplius in aqua maceranda eſt, ut duritie depoſita molleſcat, fiatque ſic edulio apta: quæ in fruſta conciſa, & inſtar omaſorum frixa cum butyro apponitur. Latinis dicitur *calemarius*: quod liquorem atrum inſtar atramenti in corpore contineat, quo effuſo aquas conturbat, ut celatus hoc modo, piſcatorum manus evadat. Minores Gallis *Quaſſerons*, Latinis *loligo parva*, delicatiſſimi, & Pictonibus familiariſſimi, cum intinctu nigro apponuntur: carnem habent non adeò ſalubrem, ſed ſpumoſam & viſcoſam, perinde ac omaſorum & inteſtinorum: quæ idcircò nutrimentum craſſum exhibent; materiamque calculi ſuggerunt.

Conchylia. Præter enarratos hactenus piſces, varia quoque *conchyliorum* aut *concharum genera* mare producit, quæ grati ſaporis ſunt, & provocant appetitum; ut ſunt *Oſtrea*: Gallis *huyſtres*; inter quas illæ (*de grevette*,) propè Rupellam & Burdegalum, licet minores, optimæ tamen cenſentur.

Oſtrea.

Muſculi ſive Mytuli. *Muſculi* ſive *mytuli*, Gallis *moules*, æſtate ut plurimum apponuntur. Varia alia conchylium genera ſuppetit Oceanus, & mare mediterraneum: appetitum excitant, quibus tamen moderatè utendum cenſeo.

Locuſta. Sunt porrò *locuſtæ*, Gallis *Homar* ſeu *langouſtes*, quæ cancrorum marinorum ſpeciem referunt; Harum caro dura eſt; Probè tamen coctæ cum aqua aut in clibano, cum intinctu bonum & ſuavem acquirunt ſaporem, modò ſemel aut bis, vel rariſſimè ſaltem apponantur: creber enim illarum uſus, faſtidium parit, ex quo plus adfert nocumenti, quàm utilitatis.

Cancri marini. *Marini cancri* carnem habent locuſtis teneriorem ac meliorem. His abundat mare orientale prope Monſpeſſulum. Reputantur à multis pro Aſtacis, Gallis *Eſcreviſſes*: quorum cancrorum uſus eſt adverſus morſum rabioſi canis: de quibus *Gal. lib. xj. de ſimpl. med. facult.* Nihil ferè inter eos deprehendo diſcriminis, utrumque enim in cineres redactum; eoſdem planè vidi effectus producere, in omnibus affectibus melancholicis.

Cancri fluviatiles. Remedium contra morſum rabientis canis.

Non aberit ab inſtituto, hîc *Gal.* teſtem adducere, de ſingulari vi & virtute cancrorum fluviatilium, adverſus venenatum canis rabidi morſum: Ubi duo præcipuè notanda; Primum, quòd tantus vir ſibi ignominiæ non dixerit, chymicas has præparationes, calcinationem nempè & incinerationem, docere & explicare: Unde palàm fit, illum chymicam artem comprobaſſe, tantum abeſt, ut illam damnarit more quorundam ejuſdem planè imperitorum: qui perperam: omnia calcinatione cauſtica fieri ſtatuunt, & ignea: cum tamen certo certius ſit; cancros calcinatos, contra virulentos hujuſmodi morſus, qui non ignea aut calida, ſed humida,

Gal. comprobat chymicas operationes, quas nonnulli damnant.

Digitized by Google

mida & frigida poſcunt medicamina, præſentiſſima eſſe ac ſpecifica remedia.

Secundò hic videre licet cunctis, quanto honore Galenus affecerit Empiricum illum, Æſchrion nomine, à quo remedium hoc didicerat: quem doctiſſimum ac peritiſſimum, in medicamentorum præparationibus ſenem appellat, illumque præceptorem ſuum meritò lubenſque agnoſcit ac reveretur. Cujus candor & modeſtia, qua æquales ſeu collegas ſuos honorificè excipiebat, longè hodie abeſt, à ferina illa quorundam natura, qui nihil probant, quàm quod ſuum eſt. En verba ipſa Galeni, integram remedij præparationem, adverſus tam exitiale venenum continentia: *Fluviatilium cancrorum cinis*, inquit, *quanquam* " *ſimiliter prædictis* (de cochleis illorumque cineribus paulò ante locutus fuerat) *exiccatorius eſt, ſubſtantia tamen* " *proprietate, mirabilis eſt eius in iis, qui à* " *rabiente cane ſunt morſi, effectus: iiſque* " *tùm ſolus, tùm cum gentiana & thure* " *multò præſtantior. Thuris ſanè partem unam eſſe oportet, quinque autem gentianæ, porrò cancrorum decem, & raro quidem aliter illis uſtis nos ſumus uſi. Cæterum ad eum modum plerumque, quo Aeſchrion Empiricus ille, medicamentorum peritiſſimus ſenex, concivis ac præceptor meus, Patella erat æris rubri, in quam impoſitis cancris viventibus, eos hactenus uſſit, dum facilè ad lævorem redigi poſſent. Hic Aeſchrion paratum ſemper hoc habebat in ædibus medicamen, urens eos poſt ortum canis, quando Sol in Leone tranſiiſſet, non niſi Luna decima octava.* "

Poſt remedij præparationem, ejus quoque utendi modum docet, cujus cochlear parvum, aquâ dilutũ, per 40. dies exhibendum eſſe dicit. Quin & ad ſingularem ejuſdem vim & præſtantiam ulterius declarandam, hæc addit verba: *Hæc tametſi*, inquit, " *à præſenti inſtituto, eſſent aliena, ſcribenda tamen cenſui: quia magnoperè* " *medicamento huic confiderem, nimirum* " *cum nullus unquam eorum, qui illi fuerunt uſi, ſit mortuus.*

Cheurettes Qui Gallis dicuntur *Cheurettes*, inſtar ſunt parvulorum aſtacorum, parvis pedibus & cochleâ admodum tenui. Cocti cum aqua marina, citra aliam præparationem, frigidi apponuntur cum aceto & pipere. Frixi quoque delicioſi ac palato gratiſſimi ſunt: appetitum ſtimulant, Regumq; menſis offeruntur.

Aſtaci. Gallis Eſcreviſſes. Teſtudines aquaticæ & nemoroſæ. *Aſtaci*, Gallis *eſcreviſſes*, perinde ac teſtudines aquaticæ aut nemoroſæ, nutriendi & humectandi vim habent; atque hinc aſthmaticis, phthiſicis & macilentis utiliſſimi: quod tenaci ſua & viſcida humiditate, liquidam partium ſubſtantiam evaporantem, retineant ac remorentur; & frigiditate ſua, ac humiditate, febribus ac caloribus igneis ſenſim corpus depaſcentibus, frænum inijciant & contemperent.

Remedia ex aſtacis & teſtudine. Ex iis varia parantur remedia, tam alimentoſa, quàm medicamentoſa: de quibus paulò poſt dicamus ſuo loco, formulaſque quaſdam eorum adijciemus. Creditur teſtitudinis

H 2 ſan-

ſanguis, proprium eſſe ac ſpecificum morbi caduci remedium. In aſtacis, præterquam quod elixi vel frixi cibum præbeant optimum & ſaluberrimum, ægriſque concedendum; reperiuntur in illorum capitibus lapilli rotundi, oculi formam referentes, unde impropriè oculi cancrorum dicti, qui in pulverem triti, & ad dimidiam drachmam cùm vino albo propinati, ad calculi curationem plurimum conferunt. Aſtacorum teſtæ, exſiccatæ & contuſæ in potionibus vulnerariis commodè adduntur.

Sturgus. *Sturgus* piſcis eſt optimus: fluviatilis tamen ſuavior marino. Carnem habet alimentoſam admodum, & Venerem excitantem, quia pinguis eſt, & viſcida: difficulter quoque concoquitur.

Salmo Rhenanus Garunnæus Allierius. *Salmo Rhenanus* aut *Garunnæus*, & *Allierius*, tùm recens, tùm ſalitus, regius eſt cibus, optimus & delicatiſſimus: ſed frequentior eius uſus ſtomachum debilitat, & appetitum proſternit: ſiquidem multum alit, nimiſque ventriculum gravat.

Parvi Salmones, Germanis Salmling *Parvi Salmones* magna apponuntur copia Baſileæ & Argentinæ, Iulio & Auguſto, quorum delicatiſſima & ſuaviſſima eſt caro. Coquuntur cum aqua & vino, acetoque in modum Sturgi.

Aloſa ſive Triſſa. *Aloſa* ſive *Triſſa*, Gallis *alouſe*, Vaſconibus *colac*, in fruſta diſſecta, Salmonis inſtar, & inter duas patinas cum butyro vel oleo, additis aromatibus & lauro, cocta: vel craticulæ impoſita, ad prunas aſſata, & cum butyro liquato, & ſucco oxalidis, ultimò condita, apponitur. Moderatus illius debet eſſe uſus, ne quantitate aut frequentiore eſu offendamur.

Lampreta. Muræna. *Muræna* (Gall. *lamproye*) formam anguillæ craſſioris referens, nigrioris tamen cutis, multiſque foraminibus ad collum variegata: optima eſt menſe Februario & Martio, priuſquam in chordam induruerit.

Muranula. *Muranula* piſcis optimus & delicatiſſimus, aſſatur, & cum dulci condimento, ex ſaccharo, cinnamomo, & aromatico vino, & ſucco ipſius piſcis inter aſſandum collecto, apponitur: Dici vix poteſt, quantæ bonitatis & grati ſaporis ſit: attamen concoctu difficilis.

Rex quidā Angliæ ex nimio murænularum eſu mortuus. Narratur de quodam Angliæ rege, qui cum avidius hunc cibum, contra medicorum conſilium deglutiret, ſequente pòſt nocte, tam ardenti febre correptus ſit, ut ea confeſtim, hoc eſt, tertio die jugulatus ſit.

Trutta. Pertica. Luciolus. *Trutta, pertica, & luciolus*, mediocris magnitudinis, optimi ſunt & ſaluberrimi nutrimenti, utcunque coctione parati ſint in cibum.

Hi piſces, præſertim *Trutta & lucius*, in lacubus, quàm aliis aquis fluvialibus aut ſtagnoſis, multò majores evadunt: adeò ut magnitudine & craſſitudine ſuâ, vel quadraginta, aut quinquaginta, pluriumve librarum pondus ſæpenumero excedant: Ob quem magnitudinis exceſſum, duriorem quoque carnem concoctuque difficiliorem habent, quàm minores aut mediocres: qui bonitate meliores, præ craſſis illis *Minoribus piſcibus ma-*

iores bonitate cedunt. illis & magnis, ægris præſcribuntur.
Maiores autem tranſportati aliò, me-
liores evadunt, quàm ſi in locis, ubi
capiuntur, recentes, & nulla agitati
vectura apponuntur. Quin magna
pertica, per diem integrum mortua,
tum demum delicatiorem carnem ac-
quirit: quæ alioqui dura eſt, ac nimis
firma, ideoq; durioris concoctionis.
Variis modis cocti & apparati hi pi-
ſces apponuntur. Caput truttæ, Gal-
lis *bure*, cum vino, aqua, & ſale elixum;
cum aceto apponitur. Quibuſdam
in locis piſcatoribus præparandum &
condiendum relinquitur.

Lucius. Omnium *Lucii* præparationum,
optima Germanica cenſetur: qui mo-
dus, coquis omnibus in Gallia notus,
& familiaris eſt.

Pertica. *Pertica* elixatur, & cum recenti
butyro liquato, addito omphacii mo-
dico, & nucis moſchatæ apponitur.
Eius ova delicata ſunt, & boni nutri-
menti: conducuntq; iis, qui frigidio-
res ſunt & imbecilliores. Elixa & per
medium diſſecta, prunis aſſantur.
Menſe Iulio, aut circiter deponunt
ova, ex quibus piſciculi minimi na-
ſcuntur, vix aciculæ magnitudinem
Chilychthion. equantes, quos *Chilychthion* vocant,
propterea quod milleni ſingulis mor-
ſellis ſimul deglutiantur: delicatiſſimi
ſunt, cum butyro recenti & modico
omphacii inter duas patinas elixi. In
lacu Lemano & Novicaſtellano abun-
dè id piſcium genus conſpicitur.

Vmbra. Vmbella. Quin & *umbra* & *umbella* ibidem
magna copia reperiuntur, eiuſdem
magnitudinis piſces, qui inter opti-
mos habentur. Ego verò palmam
bonitatis attribuerem piſci cuidam,
in dictis lacubus, ac præſertim Gene-
venſi, naſcenti, quem communi no-
mine *Ferrat* appellant: Craticulæ im- *Ferrat vulgo appellatur.*
poſitus torretur, ut macharellus in
Gallia, deinde cum intinctu, ex buty-
ro recenti liquato, omphacio; & pe-
troſelino conciſo apponitur. Per
medium diſſectus, carnem repræſen-
tat nive candidiorem, & friabilem in-
ſtar duriuſculæ panis medullæ. Unam
tantùm ſpinam habet, inſtar Soleæ;
cæteros piſces omnes, ſive marinos,
ſive fluviatiles, ſaporis bonitate & ſa-
lubritate, longè poſt ſe relinquit. Co-
ctus etiam in aqua, cum condimento
ex butyro recenti liquato, omphacio,
& ſalubribus bonique ſaporis herbis
apponitur.

Lavaretus, quem Rondeletius *Lavaretus.*
tanti facit, eiuſdem eſt cum ſuperiori-
bus ſpeciei; non tamen magnitudine
Beſoulæ reſpondet: quem (non ci-
tra admirationem) in lacubus Allo-
brogum tantùm reperiri conſtat.
Tanta eſt eius bonitas ac præſtantia,
ut exenteratus Romam uſque aveha-
tur. Sex horis tantùm ſale conditus,
& in oleo frixus, cum intinctu ex ace-
to, in quo piper, caryophyllum & cin-
namomum, & croci modicum bullie-
rint; & laurinis ſive myrtinis foliis in-
volutus aſſervatur. Quovis modo
paratus uſq; adeò eſt boni & grati ſa-
poris, ut gulam mirum in modum
oblectet.

Carpio in lacu (*de la guarde*) in- *Carpio.*
ter Breſſam & Veronam captus, eſt
optimus piſcis: carnis tenerrimæ &
ſaluberrimæ; Exenteratus per totam

Digitized by Google

etiam Italiam paſſim venditur, & magno in pretio habetur.

Cyprinus Gallis. la Carpe. At *Cyprinus*, Gallis *la Carpe*, lutoſis gaudet fluviis, quibus impinguatur & melior evadit. Idcircò Sequanæ & Araris optimi ſunt Cyprini, ac bonitate ſuperant ſtagnoſos. Satis boni & laudabilis nutrimenti eſt: non tamen copioſè nec frequenter nimis ſumendus. Præparatio eius fit vel elixatione, cum vino ſolo: aut cum aromatibus & vino, omphacio & modico aceti, & cepa, quod Gallis dicitur *eſtuuee*: vel frixione cum oleo aut butyro. In Cyprino optimum eſt caput, & delicati ſunt admodum eius oculi, lingua & ova.

Cobites fluviatiles, Loches Gall. *Cobites fluviatiles*, Gallis *Loches*, parvi ſunt, variegati, veluti truttæ. Inter duas patinas coƈti cum butyro, omphacio, piperis & foliorum lauri modico: aut incruſtati in paſtillos, vel quovis alio modo parati, apponuntur. At quos Galli vocant *gougons*, Latini *Gobiones*, paulò grandiores cobitibus, aſſi aut frixi, cum butyro ac ſucco aurei mali apponuntur. Inter duos etiam patinas coquuntur, ſed raro.

Gobiones.

Brama ſive Cyprinus latus. *Brama*, ſive *Cyprinus latus*, eiuſdem bonitatis eſt cum Cyprino: carnem tamen habet delicatiorem & ſuaviorem, facilioriſque concoƈtionis. Aſſatur ſuper carbones, & cum butyro, omphacio & optimis herbis conditus apponitur.

Tinca. *Tinca* bonitate & magnitudine carpioni & bramæ non reſpondet: maculis variegata, ut Plica: carnem viſcoſam & glutinoſam, cum inſigni nutriendi vi, obtinet: quæ craſſos humores in corpore generat. Cum oleo frixa, cum condimento ex aceto, cepa, & aromate apponitur, ſuaviſſimi eſt ſaporis, quo plurimi deleƈtantur. Per medium diſſeƈta, in febribus intermittentibus, ægrorum plantis pedum admovetur, tanquam ſummum remedium: cuius felicem ſucceſſum & ſingularem virtutem, quotidiana probat experientia. Eodem modo & eadem Carpis brachiorum applicatur.

Remedium contra quartanas.

Barbo. *Barbo* piſcis optimus, Iulio, Auguſto, & Septembri, qui ex omphacii intinƈtu, ſuavem & gratum acquirit ſaporem. Sed abſque intinƈtu, eius caro non adeò boni ſucci eſt, etſi candidiſſima. Siquidem albedo non ſemper bonitatis comes, fallaxque eſt ſæpenumerò coloris ſpecies, unde *Poëta*:

Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

At in molli illa & alba carnis ſubſtantia, latet acrimonia quædam, id quod in eius ovis apparet: quæ alvum perturbant & exagitant, modò per vomitum, modò per ſeceſſum, ac ſi antimonium vitrificatum quis ſumſerit. Quod apprimè notandum, ne incauti fortè fallantur.

Barbonis ovorū incommoda.

Molitor meuſnier. *Molitor*, Gallis *meuſnier*, tam inſipidam carnem nullaque prorſus nutriendi facultate præditam, habet: ut non neceſſe ſit, de illius hiſtoria verba facere.

Anguilla. *Anguilla* ſive *marina* ſive *fluviatilis*, plus noxæ in corpore parit, quàm utilitatis: viſcoſam enim carnem habet,

Digitized by Google

bet, ſtomachum, aliaque nutritionis viſcera, ex craſſo viſcidoque illo ſanguine, inde producto, gravat. Sale conditæ meliores & ſalubriores ſunt inſulſis: propterea quod ſale ſuperflua & excrementitia eius humiditas abſumatur. Proinde illæ differunt pro aquarum ſalubriorum ratione. In Loto, Vaſconiæ fluvio, anguillæ minores capiuntur, quæ ſalitæ longè lateque avehuntur. Sunt enim craſſioribus, quantumvis ſalitis, multò ſalubriores. Coctæ ad mollitiem (qua coctione omnis ſimul aufertur ſalſedo), & craticulæ impoſitæ ad aſſandum, cum proprio liquore pingui citra alium intinctum apponuntur: qui cibus parcè ſumptus, optimus eſt, & appetitum excitat.

Rana. Frequens ac familiaris *ranarum* uſus, præſertim quadrageſimæ tempore. Solæ earum coxæ, frixæ cum recenti butyro, & modico origani & menthæ apponuntur. Delicatæ ſunt, ſalubres, & palato gratæ: & aſthmaticis imprimis, tabidis & phthiſicis conferunt: qui ex morbi diuturnitate attenuati, & ſua nativa humiditate ſpoliati, ſenſim conficiuntur. His enim humidum primigenium inſtauratur ac reſarcitur: præſertim ſi illarum coxæ in juſculo caponis elixentur, & jus illud ſorbeatur: ſummũ enim phthiſicis ac inveteratis tuſſibus remedium. Siquidem juſculum aridas partes humectat, ſomnum gratum ac utilem provocat. Coquuntur etiam coxæ in aqua & aceto, quo jure colluitur os, ad dentium dolores mitigandos.

Ranarum varia in medicina proprietates.

Ex earum ſpermate, initio veris, deſtillatur aqua, quæ extrinſecus adhibita, in extinguendis inflammationibus oculorum, aliorumq; partium gangrænis, & Eryſipelatis ſedandis, incomparabile eſt remedium: quin & impetigines faciei eademmet aqua tollit; & immoderatis menſibus opportuna eſt: præſertim ſi linteum, ab illa ſpermatis ranarum viſcoſitate ſæpe imbutum in vulvam immittatur. Vel ex eodemmet linteo ſiccato, & in fruſta conciſo, fit peſſus matrici applicandus: cuius virtus eſt ſiſtere omnem hæmorrhagiam à quacunq; cauſa ortam. Idem linteum ejuſmodi ſpermate imbutum, & in cinerem redactum admirandam ſiſtendi vim habet, menſes & hæmorrhoides, ſi pulvis ille vel in matricem, vel anum inſpergatur. Fel prætereà ranarum in cinerem redactum, & cum vino albo propinatum ad dimidiam drachmam, quartanis febribus certiſſimum eſſe auxilium, certò reditur.

Remedia probatiſſima ad oculorum dolores, gangrænas, eryſipelata, hæmorrhagias, aut quemvis alium ſanguinis fluxum.

Fel ranarum, ad febres quartanas.

Limaces. *Limaces*, quibus poſtremum inter piſces ac conchylia locum deſtinavimus, Italis potius, & Vaſconibus familiares ſunt, quàm cæteris Francis. Rectè enim præparati, ipſis delicatiſſimi & gratiſſimi ſunt. Multa enim in illis regionibus ciborum genera habentur, quæ à Gallis noſtris tanquam faſtidioſa nimis reprobantur.

Quibus inſuetus eſt teſtudinum aliarumq; cochlearum uſus, etſi boni ſint ſucci; faſtidium tamen vel ſola illarum præparatio multis movet. Sed conſtat medicis, limaces cochleis ſuis inclu-

Digitized by Google

incluſos per totam hyemem, propriâ ſuâ ſubſtantia ſe alere & nutrire; unde liquet, quanta ſit illorum nutriendi vis atque præſtantia: ut vel hoc ſolo nomine maximè à *Galeno lib. 3. de alim. facult.* commendentur & imprimis hecticis, tabidis, & macilentis ad vires recuperandas ab eodem præſcribantur. Eandem virtutem habent & teſtudines & cancri, atq; id genus alia teſtacea.

Optimi Limaces qui; & eorum præparatio.

Optimi *limaces* ſunt qui in vineis & circum ſepes reperiuntur. Varia eſt illorum præparatio. Primùm in lixivio ex ſarmentis facto, cum ſuis teſtis coquuntur, ad impuritatem tàm intrinſecam quàm extrinſecam tollendam: deinde quater aut quinquies cum aqua coquuntur & recoquuntur: probè mundati, per ſex horas aut amplius adhùc elixantur cum aqua, ſale & butyro, aut oleo olivarum, additis lauri foliis, thymi, ſerpilli, & id genus herbarum aromaticarum; hoc modo ad perfectionem cocti, cum piperis modico apponuntur: appetitum ſtimulant; qui etſi videantur viſcoſi, tantum tamen abeſt, ut difficilis ſint concoctionis aut ſtomacho graves, ut ipſi contra magno ſint auxilio ad calorem eius fovendum & augendum, veneremque provocandam. Aut elixi, & extra cochleas fracti cum oleo aut butyro, ſuccoque aurantiorum apponuntur: plurimi eo cibo maximè delectantur, qui eo aſſuefacti ſunt. Magnus fit ex iis quæſtus apud Mediolanenſes: ex quorum teſtis, calces ad tinctoriam artem præparantur. Quin & eædem teſtæ

[illegible]

in aceto deſtillato ſolutæ, & in magiſterium redactæ, non minorem virtutem ad calculi expulſionem habent, quàm magiſterium ex corticibus ovorum aut lapide Judaico paratum.

ex teſtis limacum contra calculum.

CAP. XII.

Eorum, quæ in apparatum & condimenta ciborum uſurpantur, & primum

1. *De Sale.*

Ut cibi, de quibus antea abundè diximus, aptè & delicatè condiantur, ut eò gratiores fiant palato, & guſtu reddantur ſuaviores, quædam ad id præſtandum in uſum veniunt, de quibus hîc privatim verba faciemus, ut earum rerum proprietates ac qualitates tàm ad alendum, quàm ad tuendam valetudinem efficaces demonſtremus.

Hæc autem de quibus inſtituimus dicere, ſunt quæ ſequuntur, *ſal* nempe, *ſaccharum piper, cinnamomum, caryophyllum, nux moſchata, zingiber*, quæ inter alia optima habentur aromata, *crocus, mel, oleum, acetum, omphacium.* Ex quibus vel ſingulis, vel pluribus ſimul commixtis, coqui aut piſtores ſua condimenta parare ſolent.

Varia condimentorũ ingredientia.

Sal calidam ac ſiccam qualitatem obtinet, vimque habet detergendi, diſſolvendi, purgandi, & adſtringendi: qua ratione excrementitias ac ſupervacaneas humiditates ciborum, ſive carnes ſint, ſive piſces, fructus, olera & id genus alia, abſumendo, tuetur illa à corruptione: unde inter alia, maximè omnium neceſſarius in uſum hominis

Salis facultates.

Digitized by Google

homines ſal cenſetur, quo nemo carere unquam commodè poſſit: præterquam quod ipſe ſolus plus in condimentis ciborũ poſſit, quàm quodvis aliud adiunctum, qui alioqui eo deſtituti inſipidi prorſus ac inſuaves, ingratiq; expuerentur, nedum ut avidè à ſtomacho exciperentur: aut ſi ab eo recipiantur, ſtatim corrumpantur, ipſiq; ventriculo non parùm noceant. Unde conſtat, quantus ſit eius & efficax uſus, imò etiam perneceſſarius ad conſervandam valetudinem, & vitam prorogandam. Hinc dicebat *Galenus*: *Quicquid in corporibus*, (inquit, loquens de ſale) *humidum ineſt, id quodammodo abſumit, & quod reliquum eſt ſubſtantiæ ſolidæ, adſtrictioue contrahit, ac proinde etiam conditura ſua carnes ſervat, & à putredine tuetur.* Unde ſub finem infert, uſum ſalis non eſſe neceſſarium rebus, quibus prorſus nulla eſt humiditas ſuperflua, ut melli & quibuſdam aliis: nec iis, quæ corpore conſtant ſolido, quales ſunt lapides: At utiliſſimus quidem & neceſſarius eſt iis omnibus, addit, quibus ſuſpecta eſt putredo. Pauci autem cibi à corruptione ſeſe naturâ vindicant. Idcircò omnibus propemodum cibis ſummè neceſſarius eſt ſal: nec abs re ſic cecinit *Poëta*:

Gal. lib. 11. de ſimpl. medic. facult.

Nam ſapit eſca malè, quæ datur abſq; ſale.

In hunc ſermonem ingreſſi ſumus de induſtria, quòd vulgaris ille error, quo ſibi plerique omnes & aliis perſuadent, uſum ſalis nocentiorem, quàm ad ſanitatem eſſe utilem, à nobis ferri nequeat. Pernicioſa enim perſuaſio iſthæc eſt, quâ complures uſq; adeò faſcinantur, ut ne micam quidem panis ſalſi auſint ori indere, aut ſalis granum ovi inſpergere ad ſaporem, citra metum periculi. Quod quàm ridiculum & à ratione alienum ſit, palàm eſt omnibus. Certum igitur habeamus ſanitati conducere, ut mediocri ſalis aſperſione cibos noſtros condiamus, averſemurque qui ſecùs ſentiant. Fit enim inde, ut non tantùm ſuavior ac gratior palato reddatur eſca: ſed eò etiam ſalubrior ac minùs corruptioni obnoxia fiat. Humiditates enim ſupervacaneas, quibus facilè cibus corrumpitur, & nauſea movetur, is abſumit & deſiccat, guſtuſque ſapidus redditur, quo vel proſtratus appetitus reſtituitur: concoctio ventriculi adjuvatur, & excretio ſtimulatur. In quem ultimum finem uſus eius eſt quotidianus in clyſteribus, glandibus & ſuppoſitoriis.

Error vulgaris de ſale confutatur.

Cur cibi ſale moderatè condiendi?

Nec tamen inde inferre volumus, veſcendum ſemper eſſe ſalſis, nec ab iis temperandum, citraque conditionum hominum rationem; eorumque infirmitatum, quibus ſæpe ſalſa nocumento ſunt, iis tamen utendum eſſe: At cenſemus diſtinguenda omnia, dextreque ſingula eſſe interpretanda, ſive ciborum habeatur ratio, ſive complexionum, ut vocant, ipſorum hominum. Ciborum enim alii ſaltem expetunt, alii non. Temporis etiam habenda eſt ratio & diſtinctio, ſiquidem quæ pridem ſalita eſt caro, & ad fumale deſiccata diu eſt, etſi

Quid obſervandũ in ſalis uſu.

Digitized by Google

per ſe eſſet mollis, duriorem tamen ſubſtantiam ex diuturnitate ſalſedinis & infumationis contraxit: contrà, quæ per ſe dura, qualis eſt bubula, aliquot tantùm dies ſalita, emollitur, & delicatior redditur. Sic bubulæ carnes ſale condiuntur ad paucos dies, quæ deinde appoſitæ ex recenti ſua ſalitura, avidius & ſuaviùs excipiuntur: quod *Gal. lib.* 11. *de medic. facult.* confirmat his verbis: *Animalium corpora*, inquit, *quæ excrementitia carne conſtant, ſalituræ ſunt peridonea: excrementitias autem vocamus carnes, quæ pituitoſam humiditatem in ſe conſperſam continent.* *Aetius* ulterius progreditur, ac diſſerit de omnium ciborum ſalitorum differentiis & qualitatibus, qualeſcunque illi ſint, ſic ſcribens: *Non modica*, inquit, *differentia ſalſarum carnium eſt, prout quædam ex ipſis ſaliuntur. Nam adeò immutantur, ut ſæpe animalis temperamento humidi, caro ſalita longè ſiccior evadat, quàm caro animalis natura ſicci non ſalſa.* Deinde docet *Aetius*, quæ carnes opportuniusſale condiendæ ſint: *Illa*, inquit, *quæ ſubduriores & excrementoſæ ſimul ſunt, aut quæ ſupervacanea humiditate ſcatent.* Deinceps cum pariter docuiſſet, quibus carnibus & cibis ſalis conditura non debetur, quod à ſale duriores, ac concoctu difficiliores reddantur cibi: ſimul indicat eduliorum utilitatem, quæ aptè & opportunè ſalita ſunt: atq; ſic caput abſolvit totidem verbis: *Quæ verò*, inquit, *ad ſalſuram idonea ſunt, tenuium partium ſiunt, & comeſta craſſos ac glutinoſos humores attenuant. Cæterum vetera ſalſamenta omnia vitioſa ſunt.*

Quod genus ciborum etiam nos damnavimus, præſertim cum frequens aut aſſiduus eorum eſt uſus, quod tùm vel maximè noxii ſint: at per intervalla ſobria eorum uſurpatio, non uſque adeò damnoſa eſt, nec ubique aſpernanda. De quibus conſulatur celeberrimus ille vir Marſilius Ficinus, ubi de ſalitis eduliis & aromate conditis ſcribit in libro ſuo *De vita cœlitùs comparanda.* Illic enim in populari illo errore explodendo mecum ſentit.

Quod ad varia eaque præſtantia medicamenta attinet, quæ ex ſale eruuntur, videre licebit alibi, & quî hypoſtatica illa tria principia, ſpiritus nempe mercurius æthereus, iſq; acidus & vitriolicus: ſulphurq; eius dulce ac narcoticum: nec non ſalina ſubſtantia, qua abundat educantur, & in apertum prodeant, quò lectorem ablegamus. *Salis tria principia.*

22. De Sacharo.

Poſt *ſalem*, *ſaccharum* in magno pretio & uſu eſt, ad condienda multa edulia, quibus congruum eſt: nec minùs omnis generis fructibus condiendis ac conſervandis idoneum eſt. Si ſingula minutim expendere & docere vellem, nunquam fuerit finis.

Non ſatis mihi conſtat ex ſcriptis antiquorum, *Hippocratis* nempe & *Galeni*, illos eius cognitione fuiſſe imbutos: aut illud ſaltem mero ſilentio. *Quo tempore ſacchari venerit in uſum.*

Digitized by Google

lentio obruerunt, ſi fuerit notum. Temporibus *Æginetæ* tum demum cognitum & in uſu fuiſſe ex ſcriptis eius legi poteſt. Pauca,enim obiter de eo loquitur *Æginetæ* in hæc verba: *Cæterum*, inquit, *ſaccharum, quod ex felici Arabia affertur, minùs dulce eſt eo, quod apud nos eſt: ſed æqualem vim habet ad hoc, quod neque ſtomacho noxium eſt, neque ſitim inducit, velut hoc noſtrum.* Ubi notandum tum temporis ab Ægineta obſervatum fuiſſe à ſaccharo ſitim excitari: calidæ enim eſt qualitatis, ac facilè in bilem vertitur; idcircò frequentiore eius uſu omnibus interdico. Qui enim avidiores ſunt ad ſaccharum,& ſaccharatas confectiones immodicè deglutiunt, ſanguinem ſibi retorrent, perpetuam ſitim incurrunt, ac fœdam dentium nigredinem contrahunt. At juvenibus præſertim nocentiſſimum eſt,qui calido & bilioſo temperamento eſſe ſolent.

Sacchari incommoda.

Primi omnium Arabes nobis uſum ſacchari invexerunt in medicinam,ex quo variè parantur varij ſyrupi, innumeræque aliæ confectiones, & id genus alia, quæ quidem Priſcis erant prorſus incognita. Etſi candidum eſt ſaccharum,ſub candore tamen ſuo magnam celat nigredinem ut & ſub eius dulcedine ingens acrimonia delitеſcit aquæ forti par & ſimilis. Ex quo etiam diſſolvens, ac liquor tam fortis educi poteſt, qui vel ipſum Solem in aquam ſolvat, & colliquet.

In candore ſacchari magna latet nigredo.

Qui interna rerum Anatomia verſati ſunt, quique altiùs trans corticem pervadunt ac penetrant, norunt quid dictum velim. Diſcant alii harum ignari, prius ex Iſaaco Hollando ſingula, quæ de ſaccharo conſcripſit opera, quàm de eo abſurdam ſententiam proferant; tunc enim opportunum fuerit de iis loqui, quæ optimè didicerint ac calluerint. Alioqui honeſtius fuerit eorum ſilentium, quàm temeraria garrulitas.

3. De Melle.

Veteres, ſacchari loco, mel in uſum aſſumebant: *Hippocrates, variis in locis*, de aqua mellita, ſive hydromelite, ac de aliis ex eo paratis remediis verba facit. Quorum *Galenus* meminit 11. *lib. de ſimpl. medic facult.* Ubi & de natura mellis ac eius facultatibus, aut qualitatibus abundè loquitur, aſſerens naturam mellis ſeparatum quid eſſe, tùm à plantis tùm ab animalibus. Nam etſi mel occurrit inter folia & flores quarundam plantarum, nec ſuccus tamen nec fructus earum eſt: at ne minima quidem earum portio; ſed eiuſdem generis cum rore mel cenſendum eſt: utpote cœli fructus, quem apes ex floribus ſeligere, aut exugere ſolent, necnon ex herbis huius feracibus: Qui utique cibus eſt cœleſtis, in aëreo ventriculo animalculorum illorum cœleſtium, apum videlicet, concoctus & elaboratus, in eam dulcedinem, quam gratam & miræ virtutis exhibet: qui idcircò animalis cibus etiā dici poteſt,

Mel eſt cibus cœleſtis.

 licèt

licèt à prima ſua origine, cœleſtis ſit fructus, qui etiam citra apum artificium reperiri queat.

De variis locis, ubi mel citra apum artificium reperitur.

Plinius enim *lib. 21. cap. 14.* meminit cuiuſdam mõtis in Creta ſiti, Carinæ nomine, ubi nullæ conſpiciuntur apes, cum tamen is magna mellis copia abundare ſoleat: quod in medicinam præſtantiſſimum aſſerit. Fuſè etiam docent hiſtoriæ in *Media, Thracia, & Hyrcania* in quadam plaga, quæ *Fortunata* dicitur, arbores extare, ex quibus copioſiſſimè mel defluit & extillat. Qua de re inter cæteros conſulatur *Cælius lib. Ant. lect. 23. cap. 35.* Quin etiam *Galenus eodem libro de ſimpl. med.* ſcribit ſe vidiſſe & comperiſſe mel perfectè efformatum, in quibuſdam arboribus & plantis: Huius ſunt verba: *Memini aliquando,* inquit, *in æſtate ſuper arborum herbarumq; folia mellis quamplurimùm repertum fuiſſe, ut gaudio exultantes ruſtici cantarent:*

Iupiter mella pluit.

Mellis differentia à plantarum bonitate.

Tandem eodem loco mellis differentias edocet ex plantarum bonitate, ex quibus colligitur: opinaturque id quod ex thymo, ſalvia aliiſque odoriferis herbis eruitur, eſſe optimum. Docet idem etiam eius præparationem, coctionem nempe & deſpumationem: quæ præparatio uſum mellis reddit longè meliorem & ſalubriorem: quod ſecus non paratum, nec coctum, nec deſpumatum, nocentiſſimum redditur, cuius noxas & damna explicat. Eius ſunt verba: *Præterea,* inquit, *in hoc differunt, quod mel non plenè coctum, ventrem & inteſtina inflationibus impleat: contrà quod in coctione omnem ſpumam abiecerit, flatus expers ſit, & urinam moveat.* Demum de eius utilitate differens, ac demonſtraturus, quibus mellis uſus confert aut nocet: *Senibus,* inquit, *ac in univerſum frigidi temperamenti corporibus, mel perutile eſt. In vigente autem ætate & calida temperie in bilem convertitur.*

Mel præparatum ſalubrius non præparato.

Quibus mellita conveniant.

Multi ſunt, qui naturâ à vino abhorrent, aut quibus illud ipſum adverſatur: Aliis verò, ne ſua mala & morbos, quibus obnoxij ſunt, eodem foveant, idcircò illius uſu tanquam noxio, interdicitur. Eiuſmodi hominib. boehetum, quod vocant, hoc eſt, potio illa, quæ fit ex aqua, ſaccharo, & cinnamomi modico, aut *hydromel* aliquod ex aqua & melle coctis ac depuratis præſcribitur, eorumq; uſus in potum quotidianum conſulitur.

Hydromel ſimplex.

Ex eodem hydromelle ſimplici multa parantur apozemata, multa hydrotica & diaphoretica. Quin & ego ipſe eo ſæpe utor in frigidis morbis, ex craſſis & pituitoſis humoribus genitis, apud eos etiam qui obæſiores aut repletiores ſunt, temperamenti admodum humidi & pituitoſi. Qui verò macilenti ac exiles ſunt corpore aut bilioſo temperamento ac iecore fervidiore, ab eius uſu illos excludo tanquam nocentiſſimi. Confeſtimque enim in bilem vertitur; in ſe porrò incluſum habet (utpote cum ſit æthereæ ac cœleſtis naturæ) ſpiritum vitæ ardentiſſimum, quique vinorum omnium ac

Remedia varia ex ſimplici hydromelite parata.

Hydromel quibus nocivum.

Spiritus vitæ ardē.

malva-

Digitized by Google

tiſſimus ex hydromelite extractus.

malvaticorum etiam ſpiritus omnes facilè incendio vincit. Quin & paratur ex quinque aut ſex aquæ partibus, & una mellis defæcatorum, & ad perfectionem coctorum, hoc eſt, dum lixivio iſti ovum recens ſupernatet, potus uſque adeò fortis & generoſus, ut vel optimam malveſiam, ſeu vinũ malvaticum bonitate & generoſitate æquet; ſaporem eundem & guſtum cum malvatico obtinens, nec minùs, at ampliùs etiam incendens ac concalfaciens. Ex quo etiam potu aqua vitæ educitur longè majoris virtutis & ardoris eâ, quæ ex vino etiam generoſiſſimo extillatur. Ex eodem etiam comparatur acetum acerrimum, quod omnia alia virtute & acrimonia vincit.

Aqua vitæ ex hydromelite & eius virtutes.

Vnde videre eſt, quanta affinitas ſit & ſimilitudo hydromellis cum vini proprietatibus: cùm perinde ac vinum ipſum poſſit reduci, & in aquã vitæ, & in acetum, tanta aciditate vitriolata præditum, ut inſtar ipſiuſmet ſpiritus vitrioli, margaritas, corallos, & alios lapides pretioſos diſſolvat.

Philoſophi, qui circa hoc nobile ſubjectum laborarunt, illudque in partes ſuas, ex internæ Anatomiæ legibus, artificioſè diſſecuerunt, longè ſublimius quid in eo deprehenderunt, quàm ſunt vulgares iſtæ facultates, aperiendi, attenuandi, detergendi, mundificandi, ſputum & urinam provocandi. Habet enim ſe (modò per ſolertis artiſtæ induſtriam ingenioſè præparatum fuerit) vim & poteſtatem aurum, quod aliâs ob corporis molem & craſſitiem quaſi mortuum eſt, reviviſicandi, & in medicinam ſummam ac potiſſimam, ad univerſos corporis languores reducendi.

Atque hæc de melle ſint ſatis. Plura enim *alibi*, ac præſertim *in Pharmacópœa noſtra* de eo diſſeremus, nec varia hydromelitum aut oxymelitum genera, mel helleboratum, paſſulatũ, anacardinum, & innumeras id genus alias præparationes, quæ ex melle concinnantur, ſilentio ſupprimemus.

4. *De oleo olivarum.*

De oleo olivarum, & vario eius dem uſu.

Supra *olivas* in album fructuum recenſuimus quidem: At de earum *oleo* tractationem in hunc locum diſtulimus, utpote quod in condimentum multorum ciborum uſui ſit. Ad frigendos enim quoſdam cibos, ut piſces, ova, & quadrageſimales alios, variis etiam modis coquendos valdè opportunum eſt: iis præſertim locis, ubi butyrum deſideratur. Eo cruſtulæ toſtæ impinguantur & eduntur. Acetaria omnis generis eo delibuta gratiſſima parantur, placentæ, juſcula, fabaceæ & piſaceæ exuccationes aut expreſſa jura, quàm ſuaviſſimè condiuntur: Vnde liquet quàm neceſſarius ſit olei uſus: fateor quidem à multis abhorreri, præſertim coctum: ut aliis ſuaviſſimum eſt & ſalubre, præſertim ſi virgineum ſit oleum, ut vocant, & recentiſſimum: quale ex Gallia Narbonenſi, nec non ex Hiſpania nobis advehitur.

Quod olea optima veterum temporibus.

Plinius præ omnibus aliis, Italicum laudat oleum, ac præſertim illud, quod ex Licinia aſportatur. *Athenæo* vero

Digitized by Google

verò commendatur Samium, Caricum & Thurium. Optima ſunt iſthęc olea omnia, quibus tamen noſtra nõ ſunt inferiora. Mihi valdè probantur hæc olea, quæ butyro etiam bonitate & ſalubritate, utilitate ac neceſſitate præferam. Valde enim ſanitati conducunt, quod potiſſimum eſt. Fortiùs enim butyro putrefactionibus reluctatur oleum: ſiquidem butyrum per ſeipſum corrumpitur, ni confeſtim ſaliatur aut liquetur. Oleum verò nulla ratione immutatum, aut permixtum, vi propria ſeſeipſum diu conſervat. Quod idcircò cenſetur antidotus & venenorum hoſtis, ſeu alexipharmacum, quod è venenis omnibusque aliis corruptionibus tueri ſoleat, ſive intrò ſumatur, ſive topicè extra inducatur in litum. Eoidcirco veteres olim proceres corpus inungebant ad ſanitatem fovendam. Vnde Democritus aliquando interrogatus, qua ratione homo, omnium optimè, poſſet perfectam valetudinem tueri, vitamque diu prorogare; *Si, inquit*, intus melle, extra oleo utaris. Attamen non minus utile eſt ipſum oleum intrò ſumptum: ſive cum cibis aliis miſceatur, ſive remedij loco, vel per ſe, vel cum aliquo liquore permixtum offeratur: ut exempli gratia cũ ſucco limonum, quod ita propinatum doſi congrua, hoc eſt, uncia una ſingulorum, ſummè conducit ad vermes infantium extrudendos, à quibus plerunque necari ſolent.

Vtilitas olei

Dictũ Democriti memoratu dignũ.

Remedium ex oleo contra vermes.

Extrinſecorum porrò remediorum, ut unguentorum, lituum, mixtorum oleorum baſis & fundamentũ habetur oleum. Sed cum hoc argumentum longæ ſit, nec hîc propriè tractationis, ad pharmaciam reijciemus, ubi centena varij generis balſama, innumeraque alia remedia utilia ac neceſſaria, ex oleo olivarum confecta animadvertentur.

5. *De Acetis.*

Acetum quoque & omphacium uſui ſunt in condimenta eduliorum, nec quicquam boni aut ſuavis condiri poteſt, quod eorum altero careat. *Suprà* (dum *de aciditate limonum* ageremus) attulimus varias medicorum ſententias, de qualitatibus aceti contendentes, utpote quorum aliis eſſet frigidum, aliis calidum: de qua re illic noſtram expoſuimus ſententiam. Idcircò hoc loco plura de eo non dicemus: ſatisque fuerit nobis addere, in varia ciborum condimenta, acetum uſurpari, quod inter cætera ſit ſtrenuus gulæ & appetitus ſtimulus: cujus porrò etiam vis eſt incidendi, aperiẽdi, deobſtruendi, ardores bilis moderandi, corruptiones & putrefactiones arcendi, concoctionem juvandi, vel in ſtomachis etiam calidioribus: nec nõ in peſtiferis morbis, à contagio utentes conſervandi & liberandi.

De aceto & omphacio.

Virtutes aceti.

Cautè tamen, prudenter, ac ſobriè aceto ubique utendum eſt. Neq; enim ſenibus ſatis ſalubre eſt nec macris aut extenuatis, ut junioribus, corpulentis & plethoricis ſolet conferre. Præterea ſciendum, ab eo partes nervoſas lædi, & in pectore tuſſim excitari. Quædam mulieres matricis morbis obnoxiæ, eo, ſi deguſtarint, ſtatim offendun-

Acetum quibus noxium.

ſenduntur. Idcircò non erit immodice uſurpandum, ſed cautè & prudenter, ut diximus, idque ipſum temperando ac corrigendo ſaccharo, melle, oleo, aut id genus aliis.

De vario aceti uſu, in medicina.

Ad medicinam quoque conducit acetum, ut iam monuimus. Ex eo enim conficiuntur oxymelita, acetum ſcilliticum, ſyrupus acetoſus, oxycratum, atque id genus alia, tum interna, tum externa medicamenta; de quibus in Pharmacopœa noſtra, tanquam proprio loco, abunde agemus, juvante Deo.

Proprietates omphacii.

Omphacii pariter uſus ad provocandum appetitum conducit, ad ſanguinem ardentiorem, bilioſumq́; humorem commoderandum. Idcircò iracundis hominibus & facilè excandeſcentibus, iiſque qui calidis morbis impetuntur, utile eſt & congruum. Eo tamen ſenes & pituitoſi, minus aliis uti debent. Ex omphacibus, hoc eſt, ex uvis immaturis conditura fit ad ſedandam ſitim peropportuna, febricitantibus omnibus utiliſſima.

6. *De Aromatibus:*

De aromatibus in genere.

Reſtat in concluſionem capitis de apparatu & conditura ciborum, de aromatibus aut ſpeciebus, ut vocant, dicendum: cum iis nec coqui nec piſtores carere facilè poſſint ad ſua condienda fercula: ubi tamen ſumma illorum induſtria eſt, ut ritè illa & appoſitè permiſceant, ut ne quid nimis, nec quicquam etiam deſideretur: unde omnia convivarum palato ſapidiſſima ac gratiſſima reddantur juxta regionum mores & conſuetudinem: ſiquidem in Germania, copioſiore aromate & croco condiuntur cibi, quàm in Gallia: Quin & in ipſis Gallis, non omnes provinciæ pari aromatū quantitate delectantur; ſiquidem hîc eorum uſus fuerit parciſſimus; illic liberalior. Imò & in eadem provincia, atque etiam urbe, varia variorum hominum ſunt palata, quibus ſingulis à coquis & piſtoribus ſatisfaciendum eſt. Alii porrò hoc aromatum genere, alij alio ſibi congratulantur. Tempus præterea à piſtoribus obſervatur tanquam indice, quo ſua condimenta metiantur. Qui enim ex ferina paſtilli parantur, ſi diu aſſervandi ſunt, aut procul aliò amandandi, copioſius aroma in ſuum condimentum & conſervationem poſtulant.

Piper rotundum & nigrum.

A *pipere* ordiemur vulgari, quod rotundum & nigrum eſt; quodque à vulgo calidiſſimum aroma eſſe cenſetur: unde pleriſque eius uſus reformidatur. Ego verò & eo loco & pretio piper habeo, ut omnia alia aromata vincat ſalubritate & temperie, minus aliis excalfaciens, nedum incedens. Quod enim acumen & acrimonia in pipere guſtu deprehenditur, proficiſcitur ex ſale eius aronico, ſubtili, penetrante, attenuante, incidente; & diſſolvente, à quo tartarea omnia & viſcida ex ventriculo, aliiſque partibus ſoluta, facilè deturbantur. Qua ratione veteres perſuaſi, in curationē quartanarum febrium, nec non aliorum morborum ipſum feliciter uſurparunt. Apud *Aetium* legitur antidotus ex duobus piperibus concinnata, juxta Archigenis deſcriptionem: quæ dolo-

Aet. tetr. 4. ſerm. lib. 6 cap. 104.

dolorem omnem ſedat, febres extinguit, & colicam omnem affectionem compeſcit, ut ſcribit etiam *Actuarius*, qui *libro 5. meth. medendi*, antidotum præſcribit ex tribus piperibus conformatam, utilem, ut aſſerit, ventriculis infirmis, adverſum ructus acidos, febrem quartanam, jecoris affectiones, inflationes, & tuſſes. Eandem depingit antidotum Nicolaus Myrepſus, quam iiſdem morbis affirmat eſſe opportuniſſimam.

De Antid. ſect. prima. cap. 116.

Remedium contra febres intermittentes.

Multi hodie in præſtantiſſimum & promptiſſimum tertianæ febris remedium habent, oleum, quod chymica induſtria ex pipere elicitur, cujus aliquot guttæ, ex aliquo idoneo liquore exhibentur: hujus olei vis eſt, tartarum, in quo ſeminarium morbi cõtinetur, diſſolvere, ac ſolutum per urinas aut ſudores diſcutere, ut ex eo quàm elegantiſſimæ ac certiſſimæ curæ præſtentur, prout quotidianâ demonſtratur experientiâ. Vſitatus eſt etiam piperis uſus, adverſus dolores & inflationes ſtomachi. Ejus enim tria grana vel integra vel per medium interſecta, deglutita, mirè ejuſmodi dolores & promptè compeſcunt: nec minorem obtinent in hanc rem virtutem, baccis juniperi: quæ in hujuſmodi affectibus præſcribi ſolent.

Zinziber & eius proprietates.

Zinziber proximè accedit ad naturam piperis, veruntamen craſſioris eſt ſubſtantiæ, quo fit ut minùs penetret, ſuaſque operationes tardiores habeat: piper verò promptius agit, ut quod longè tenuiorum ſit partium; quàm Zinziber. Quod ab *Aetio & Oribaſio* confirmatur his verbis: *Zinziber radix validè calefacit, ſed non primo ſtatim occurſu ut piper, quamobrem minus tenuium partium, quàm piper eſſe cenſendum eſt.* Quin & ipſum zinziber virtutis ſalis aronici particeps eſt, ut quod pugnat & vellicet linguam, atq; idcircò vim diſcutientem habeat, attenuantem & aperientem, proſitque obſtructionibus & doloribus hepatis expediendis, nec non quartanis, & aliis id genus morbis profligandis. Duplicem deſcribit antidotum *Myrepſus*, *de zinzibere* inſcriptam: ultimamque dicit, apoplexiis, maniacis, & inſanientibus & quartanariis eſſe utilem. Ex eo chymici extractum quoddam diaphoreticum ac diureticum admirandæ virtutis proliciunt, quod ſuo loco depingemus.

Aet. tetr. ſerm. 1.

Orib. med. coll. 15.

Myr. lib. de Antidot. ſect. 1. cap. 461. 470.

Caryophylla.

Caryophylla, pinguiora, ac oleaginoſiora ſunt ſuperioribus aromatis, nec non magis calefaciunt. Eorum tamen oleum craſſiorum eſt partium inter alia olea aromatica, quo fit ut ſtatim fundum aquæ petat, cùm alia olea aquæ ſupernatare ſoleant. Hinc oritur tanta illius caliditas, tanquam diuturna, ut propemodum vim cauſticam poſſideat. *Eius uſus eſt in doloribus dentium.* Quod ſi intrò aſſumendum eſt, vel aliquot eius guttæ electuario alicui ſolido admiſcentur, citra ignem, vel ex ejuſdem guttis aliquot tabellæ jam concinnatæ perfricantur extrinſecus ex penna, adverſus cruditates, flatus & incoctiones imbecillis ventriculi, cujus promptum utique præſtanſque remedium eſt.

Vſus Caryophyllorum.

Nux moſchata.

Nux moſchata inter alia aromata, omnium eſt temperatiſſima, & impri-

Digitized by Google

Cinnamomum. imprimis ſtomachica, ex qua oleum expreſſum & deſtillatum, eoſdem caryophyllorum uſus, in medicina præſtat.

Cinnamomum, Gallis *Canella*, tenuium admodum partium eſt, hinc fit ut omnium minimè aliorum aromatum calefaciat: at cum adjunctam ſibi poſſideat adſtringēdi facultatem, impar eſt ſolum perfectè condiendo ferculo, & aromatizando: quod per ſe & ſolum præſtat piper, nullius alterius auxilio indigens: At aliis aromatibus ex debita proportione admixtū cinnamomum, compoſitiones reddit admodum ſuaves & palato gratas, ſalubrioresque, quàm quæ ex aliis concinnantur.

Scorſim tamen & eo utuntur ſolo coqui in quibuſdam condimentis. Interfigunt enim eo aliquos fructus, ut ſunt pyra & poma, quæ poſtea cum aqua & ſaccharo condiuntur: quemadmodum Gallus Indicus & nonnullæ aliæ aves garyophyllis circumquaque configi ſolent. Cinnamomum porrò ad vinaceiam hippocratica, ut vocant, componenda præ aliis aptiſſimum eſt, adjecta ſacchari ſufficiente quantitate: à quo hippocraticū dulce ac gratum redditur, quo magna utilitate, cum propinatur, ſtomachus imbecillus hyeme mediocriter incaleſcit & corroboratur.

Proprietates cinnamomi.

Diſcimus ex chymia, varias *aquarum cinnamomatarum* ſpecies, quas cancellæ aquas vulgò vocant, conficere: quarum uſus eſt frequens & quotidianus: quin & ex cinnamomo extrahitur *oleum* tenuium partium, cardiacum admodum, ſtomachale & corroborans, ſed exigua admodum prolicitur quantitas: quod hoc oleum uſque adeò aëreum ſit & ſubtilium partium, ut non niſi ſolerti ingenio, ab aqua ſua ſecerni & ſeparari queat. Quo fit ut rarò oleo extrahendo immorentur artifices: At varias cancellæ aquas in ejus locum ſupplent, quæ corroborando cordi, ſtomacho, omnibuſque aliis nobilibus partibus inſerviūt: quin & deliquiis, ſyncopis, & lipothymiis ac colicis affectibus ſummo uſui ſunt. Conducunt etiam gravidis mulieribus, ad partum accelerandum. Epilepticis & apoplecticis ſuos paroxyſmos arcent, cerebroque deperditam lucem reſtituunt. Harum conficiendarum methodum in pharmacopœa variis modis docebimus: ut & varia alia quæ ex cinnamomo concinnantur remedia: Quin & ex corpore cinnamomi ejuſq; ſubſtantia terreſtriore, rationem indicabimus, qua inſigne ſtypticum medicamentū proliciatur, quo fluxus omnes, vel dyſenteriæ etiam ipſæ, ſiſti queant.

Aqua cinnamomi? Oleum eiuſdem, & eorum virtus in medicina.

Trajani & Antonini temporibus, imò etiam imperante Severo, à quo *Galenus* juſſus eſt theriacam componere, ut ipſe ſcribit, oportuit illum, uti, in defectum alterius, cinnamomo à temporibus Trajani aſſervato: unde patet, quàm rarum vel tunc temporis jam eſſet cinnamomum. Idcircò mirandum non ſit, ſi noſtris temporibus creamus: cujus locum tamen noſtra canella commode ſupplere poſſit, cum vel ipſi veteres ſua remedia eâ ipsâ condierint.

Lib. 1 de Antidotis.

Digitized by Google

lib. de Antid. ſect 1. cap. 49. & 467. *Myrepſus* quatuor deſcribit antidotos cinnamomi: quarum *unam* dicit adverſus ſtillicidium urinæ, & calculoſos, nec non ad omnia veſicæ mala facere, ita ut lapides conterat ac expellat, ut totidem ſcribit verbis: *Alteram* vocari dicit ab Italis, *manum dei*: quamque ſcribit eſſe præſtantiſſimam, adverſus cordis deliquia, & corporis imbecillitatem, ſi ex vino optimo propinetur. Huic *tertiam*: lib. eodem cap. 506. anneſtit doloribus ſtomachi & vomitibus ſuccurrentem. *Quartam* verò ſolutivam eſſe vult, & tuſſientibus, pleuriticis, ac abſceſſu correptis, deſtillationi, jecoris, lienis, & viſcerum obſtructioni ſuccurrere, ac, ut ipſe infert, totius corporis ſanitatem efficere. Qui autem ingredientia compoſitionum iſtarum antidotorum excutiet, & cum ſimplicibus aquis cinnamomi committet, quas in pharmacopœa noſtra dabimus: quique de earum effectis ſanam pronunciare volet ſententiam, apertè cognoſcet, quanta ars chymica ornamenta & virtutes remediis conferat ſpagyricè præparatis: quantique idcircò fieri, inquiri & addiſci, debeant: non autem indignè nimis contemni, aut prorſus damnari!

Crocus. Reſtat, ut adhuc paucis de *croco* differamus, quo Germani pluribus in locis, non ſolùm in ciborum conditturam utuntur, ſed externam etiam panis cruſtam eo tingunt: vim habet cor exhilarandi: ſtomachum & partes nutritioni dicatas roborandi: obſtructiones hepatis & lienis ſolvendi. In juſculis item cum radicibus aperitivis ſumptus, menſium ſuppreſſionem promovet: ſomnum præterea conciliat. *Sed à nimio eius uſu maximè cavendum: nec doſis unam, aut duas, ad ſummum, drachmas excedere debet: ne à ſumma eius vi narcotica, cerebrum nimis offendatur: aut interdum etiam mors ipſa inferatur.*

CAP. XIII.

De cibis tam alimentoſis, quam medicamentoſis.

HActenus de omnis generis alimentis, herbis, fructibus, carnibus & piſcibus, vitæ hominis ſuſtentandæ ac fovendæ neceſſariis: nec non de vario eorundem apparatu, ſatis abundè diximus. Scio aliquos fore, qui hîc nimium meum accuſabunt indagandi ſtudium, & tantam alimentorum diverſitatem ac multitudinem, ſanitati potiùs inimicam quã congruam improbabunt: hic præſertim, ubi propoſitum eſt, de ea vivendi ratione diſſerere, quæ in recto alimentorum uſu conſiſtat. Sed jam alibi huic objectioni ſatis fecimus, clareque oſtendimus: finem præcipuum inſtituti noſtri fuiſſe, non deſcribere ſaltem particularem quandam victus rationem, ſed univerſale aliquod Diæteticon, quo ea omnia huic negocio neceſſaria in genere includerentur.

Propoſitis igitur variis illis alimentorum generibus, variiſque illorum apparandi modis: non idcircò abuſum illorum approbamus: ſed in illis,

ſobrie-

ſobrietatem ſervandam omninò cenſemus: cum & ipſa natura omne averſetur nimium; pauco verò & exiguo ſit contenta. Quod & *Plinius* his innuit verbis ubi ſcribit, *ſaluberrimum cibum eſſe ſimpliciſſimum.*

De horum autem coquendi apparandique artificio, ſi quis objiciat, hoc potius coquum decere, quàm medicum: reſpondeo, non eſſe adeò indignum medico, ſi, urgente neceſſitate, cibos ipſemet præparet, ad appetitum proſtratum recuperandum. Si verò hanc rem vilem eſſe & indecoram, ad artemque culinariam pertinere, ulterius cavilletur: ipſi obviam eundo opponimus exempla tot ampliſſimorum clariſſimorum virorum, principum, ſenatorum, Philoſophorum, aliorumque ex antiquis celebriorum, qui hoc nomine paſſim commendantur, quòd culinariæ artis periti non ſolùm fuerint, ſed & ipſi ferculis præparandis manum admoverint. Tanta eſt hujus artis dignitas! imò, ut vir quidam doctiſſimus teſtatur, tanta eſt ejuſdem neceſſitas, ut ſine illa, convaleſcere ex morbis, vix valeamus: neque etiam ſine eadem, bona frui valetudine: quod vel lippis & tonſoribus notum eſt. De cujus præterea dignitate, apud veteres probatiſſimos quoſque authores, tam Græcos, quàm Latinos, paſſim literis proditum eſt. Teſtis eſt *Homer. in Iliad.* qui non ſolùm Thraſimedem filium Neſtoris introducit hujus artis peritum: ſed Achillem etiam magnum illum & fortem heroem, quem

Artis Culinariæ præſtantia.

confingit, epulas propriis ipſius manibus præparaſſe: quibus convivio lauto admodum & ſplendido excepturus erat Vlyſſem, Ajacem, & Phœnicem, tres illos invictiſſimos Duces, qui pacis reconciliandæ causâ cum Agamemnone, ad eum venerant.

Cum igitur in ſuperioribus nihil de iis prætermiſſum videatur, quæ menſis ab omnis generis cibis probè inſtruendis, ſunt neceſſaria, adeò ut homines ſani, tàm inferioris, quàm ſuperioris conditionis, commodè & ſufficienter tractari queant; nunc reliquum eſſe videtur, ut antequam huic tractationi finem imponamus, ægrorum etiam rationem habeamus, ipſiſque congruis eſculentis ac poculentis proſpiciamus: quò tàm ægri, quàm ſani, aliquid utilitatis ex noſtro labore percipiant.

Nonnullis ægrotantibus, ob affectus acutiſſimos, quibus conflictantur, in momento perit omnis appetitus: adeò ut ſæpenumero vix vel minimam panis portiunculam deglutire queant. Alij verò chronico aliquo morbo detenti, non adeò ſiunt inappetentes: hi edulijs gratis, quibus ipſi delectantur, quæque facillimo labore in ventriculum ingeruntur, ſunt reficiendi: ita tamen, ut & eadem tam alimenti, quàm medicamenti vires habeant. Hujus generis ſunt varia biſcocta & placentæ: veluti paſtę regales, lac amygdalinum, hordeatum, frumentatum, pultes, panatellæ, & ſimilia, quæ omnia in panis vicem offeruntur: non ſecus

ac gelatinæ, conſummata, reſtaurantia, & expreſſa, carnium loco exhibentur.

Non præter inſtituti rationem facturi ſumus, ſi horum præparandorum formulas annexerimus: initium facientes ab iis, quæ panis vicem ſupplent. Eſt enim panis præcipuum nutritionis fundamentum, & primarium vitæ conſervandæ fomentum.

Vt igitur modum biſcocta conficiendi tradamus, ab illo ordiemur, quod omnium delicatiſſimum & optimum eſt, vulgò Reginæ biſcoctum appellatum: quod Lutetiæ frequenter, opulentiorum menſis interbellaria apponitur.

Biſcoctum Reginæ.

℞. *Farinæ albiſſimæ, & ab omni furfure optimè repurgatæ unc. xij. ſacchari albiſſimini unc. ſedecim: ovorum N. xij: è quorum tribus vitelli ſeparandi ſunt, ne maſſa nimium flaveſcat: adde aniſi & coriandri, quantum voles, omnibus mixtis & probè agitatis fiat maſſa liquidior*: quidam addunt *paululum fermenti. Maſſæ particulas excipe cuculis parvis, ex papiro factis, aut ex ferro albo: quas in furno mediocriter calefacto repone: poſt ſufficientem coctionem tollantur cuculi: & maſſa foliis chartarum expoſita, ad lentum calorem in eodem furno reſiccetur.* Biſcoctum hoc, loco calido ad uſum ſervatur, & offertur inappetentibus, quique alium cibum difficulter aſſumunt. Nam infuſum cum aqua vel ptiſana, vel vino puro, aut multa aqua diluto, aut alio quovis liquore, & ori admotum, liqueſcit, nulloque negotio in ventriculum deſcendit, & ægrum ita nutricat atque ſuſtentat.

Aliud eſt biſcocti genus: quod Hiſpanicum dicitur: quodque ſecundum bonitatis locum tenet: cuius præparandi modus hic eſt:

Biſcoctum Hiſpan.

℞. *Farinæ, & ſacchari albiſſ. lib. j. ovorum N. xv. paulatim miſce, benè multumque agitando: adde aniſi & coriandri, quantum voles: fiat maſſa liquidior: quæ in fornacula ferrea, minori vel majori, pro inſtituti ratione, aliquantulum detineatur: dein in furno calefacto ſufficienter coquatur: & cocta in laminas ſecetur tenuiſſimas: quæ rurſus igni reſiccandi cauſa admoveantur.* Biſcoctum hoc, ſua bonitate, ad primum illud proximè accedit.

Præparatur porrò aliud biſcocti genus, Gallis dictum *Biſcuict filé*, quod conficitur hoc modo:

Biſcoctum aliud, Gall. Biſcuict filé dictum.

℞. *Farinæ optimæ lib. ſemis, ſacchari albiſſimi uncias quatuor, quæ cum tribus aut quatuor ovis in maſſam redigantur: hac diu & ſufficienter elaborata in filorum vel chordarum modum diſtrahatur, & variè pro cujuſvis arbitrio intertexatur: papyro poſteà expoſita, coquatur in furno.* Hoc biſcoctum vulgare eſt, & tàm ſaporis bonitate, quàm pretij valore, à prædictis longè ſuperatur.

Biſcoctum Lotharingicum.

Omnium infimum biſcoctum habetur Lotharingicum, ut vocãt: quod fit in hunc modum:

℞. *Farinæ optimæ lib. j. ſacchari uncias quatuor: coriandri, aniſi, quantum voles; ovorum N. quatuor & aquæ quan-*

Digitized by Google

quantum ſufficit: fiat maſſa, ex qua formetur panis, qui in furno coquatur. Sufficienter coctus diſſecetur in fruſta quatuor aut plura, quæ in eodem furno, chartæ ſuperpoſita, uſq; ad juſtam exiccationem denuò coquantur.

Biſcoctum commune. Nolo his biſcoctis annumerare illud commune, quo utuntur, qui peculiarem diætam, uti vocant, obſervant, ſive in cura luis Venereæ, aut alterius alicuius affectus graviſſimi ac inveterati. Quod biſcoctum plerumq; *ex pane cibario* conficitur, cui interpinſendum *ſemina aniſi & fœniculi* adduntur: ex quo poſtea panes minores formati, recoquuntur. Hoc biſcoctum convenit tantùm iis, qui præter firmam & integram dentium conſtitutionem, bonum etiam appetitum habent. In acutis verò morbis, biſcocta ſaccharata, & ea, quæ facilè in liquorem tranſeunt, præ cæteris locum habent.

Panis Martius. Eſt *panis Martij* ſpecies, Gallis *maquaron* dicta: cuius conficiendi modus eſt ut ſequitur:

℞. *Amygdalarum dulcium, in aqua maceratarum, & décorticatarum libr. j. quæ optimè tuſa in mortario, aqua roſarum irrorentur: adde ſacchari libr. j. omnibus probè agitatis, fiat maſſa: quæ in patina ſtannea ſenſim coquatur, idq; in furno tepido: ex qua mediocriter cocta, formentur fruſtula, pollicis magnitudinem referentia: quæ charta expoſita denuò coquantur in eodem furno per horæ quadrantem. Poſtea ſublata à charta in loco calido ſerventur ad uſum. Aliqui admiſcent modicum tragacanthi, & duo vel tria albumina ovorum, ut magis eleventur & intumeſcant, maioremq; tùm albedinem, tùm bonitatem acquirant.* Boni ſunt & ſalubris nutrimenti, & imprimis conducunt phthiſicis, aſthmaticis, tabidis, & inveteratâ tuſſi; aut quovis alio thoracis malo laborantibus. Menſis lautis quoque pro bellariis apponuntur. Sunt enim gratiſſima, ſanitatiq; utiliſſima.

Placenta. Gallis gauſteaux. Fiunt quoque diverſa *placentarum* genera. Sed ſufficiat nobis unum tantùm, quòd nobis videtur & optimum & ſaluberrimum, hîc appoſuiſſe: cuius compoſitio ita ſe habet:

℞. *Ovorum N. quatuor aut quinque, panis medullam infriatam: ſacchari unciam ſemis: ſalis modicum, omnibus probè mixtis & agitatis fiat maſſa, quæ in patina argentea, cum uncia una butyri eliquati, calidiſſimi & optimè deſpumati, coquatur: volvendo & revolvendo in utrumq; latus, ut omni ex parte benè ac ſufficienter decoquatur.* Quicibus ſatis gratus & delicioſus, omnibus ferè ægrotantibus exhiberi poteſt.

Alia placentarum genera Gallis tourtres & tartres. Quamvis varia quoq; ſint genera *placentarum*, quas Galli *tourtres & tartres* appellant, quæ divitum plerumq; menſis ſecundis apponuntur; tamque ſanis quàm ægris plurimùm conducunt: nos tamen hîc unam tantùm atq; alteram earum componendarum formulam præſcribemus, quæ ad proſtratum appetitum revocandum maximè faciunt. Ordiemur itaque ab illis, quæ ex herbis parantur: quibus magis delectantur plerique, quàm aliis ex fructibus paratis. Italis potiſſimum gratæ ſunt eædem: nec

K 3 non

non hoc tempore Gallis. Compoſitio illarum eſt, ut ſequitur:

Placenta ex herbis: Gallis tourtre de herbe.

℞. *Betas, in aqua coctas, & minutim inciſas, butyroq; frixas, admiſce tres aut quatuor vitellos ovorum: ſacchari, cinnamomi pulveriſati, nucleorum pini, & uvarum paſſarum, quantum voles, & parum ſalis communis: Quæ omnia probè invicem mixta, intra maſſale tenuiſſimum adaptentur, inq; furno mediocriter calido coquantur.*

Vt gratius & delicatius evadat maſſale, illud ex farina albiſſima, ovo uno & modico butyri componendum eſt: cui quidam *tantillum ſacchari, & fermenti ad piſi magnitudinem* (eſt enim fermentatio omninò neceſſaria) *adjiciunt.*

Placenta ex pomis. Gallis tourtres de pommes.

Placentæ ex pomis ita conficiuntur:

℞. *Poma,* Gallis rambons *dicta, vel quæ ſunt omnium mitiſſima, minutim conciſa, quibus adde paululum ſacchari & cinnamomi contriti. Poſtea hac omnia intra maſſale adaptata, uti ſuprà, in furna coquantur: adjiciunt nonnulli uvas paſſas, & nucleos pini ad libitum.*

Alius modus.

Modus alius componendi eaſdem placentas.

℞. *Dicta poma, vel ſimilia, fruſtulatim conciſa: quæ poſt ſeparationem nucleorum ſive ſeminum internorum, maſſa in tenuiſſimum quaſi folium redactâ circumdabis, ita tamen, ut ſuperior maſſæ pars, poſt ſufficientem coctionem elevari poſſit: pomis autem undique rectè aptatis, adde ſacchari, cinnamomi, quantum voles, & tantillum aquæ roſarum: & repoſito maſſæ operculo, in furno, leviter ſaltem calefacto, reponuntur.*

Eodem modo *placentæ ex piris* optimis præparantur.

Placenta ex lardo, Gallis, tourtre au lard.

Placentæ ex lardo, quas Galli vocant *tourtres au lard,* ſunt omnium delicatiſſimæ & optimæ: quæ opulentorum primis plerunque menſis offeruntur: quarum parandi modus eſt, ut ſequitur:

℞. *Lardi, neutiquam rancidi, culto minutim inciſi, & aqua roſarum ſæpiùs loti, & in mortario marmoreo minutiſſimè triti, ſeſquiunciam, amygdalarum dulcium decorticatarum N. duodecim: quæ ſimul cum lardo iterum terantur: affundendo modicum aquæ roſarum: adde duos aut tres vitellos ovorum, cinnamomi triti, & ſacchari, quantum voles.* Hæc omnia debitè permixta intra maſſam tenuiſſimè extenſam adaptanda ſunt: dein coquenda. Hanc placentam guſtu ſuaviorem reddes, ſi moſchi duo grana in tantillo aquæ roſarum diſſolveris, & pennâ, hac aqua, intinctâ, mixturæ huius ſuperficiem illiniveris.

Lactis quædam præparatio, Gallis cresme.

Præparatur quædam compoſitio ex lacte, Gallis *creſme* dicta, quæ ſe habet inſtar communis cuiuſdam materiæ, ex qua diverſigeneris placentæ, *tourtres & tartres* Gallis dictæ, conficiuntur: eius componendi modus talis eſt:

℞. *Lactis menſuram Pariſienſem unam, quod in ahenulo ebullire ſinas:* intereà neceſſe eſt, ut paratam habeas ſequentem compoſitionem:

℞. *Ovorum N. ſex, è quibus tria tantum à principio probè agitentur: his admiſce farinæ uncias duas aut tres: mixturæ ſuperadde reliqua tria ova ſufficienter*

cienter

Digitized by Google

cienter agitata, ut compoſitionis ſubſtantia evadat liquidior. His omnibus probè invicem mixtis, totum cum lacte ſupradicto ebulleſcente infunde, cochleari ligneo id continuò agitando: poſteà intercoquendum adde butyri libræ quartam partem, decoctionem ad ignem lentum continuando, quoad ad pultis conſiſtentiam redigatur. Ex hac compoſitione confici poſſunt omnis generis placentæ, vel ex admixtione ſacchari, cinnamomi minutim triti, aliorumque ſimilium, prout cuique videbitur. Dicta compoſitio maſſali tenui includatur, & pro cuiuslibet arbitrio, inde variæ parentur placentæ.

Placentæ ex fructibus. Gallis tartres des fruicts.

Fiunt præterea placentæ, Gallis *tartres ex groiſelles*, ceraſis, uvis immaturis, præcocibus, & aliis fructibus acidulis: quæ non ſolùm grati ſunt ſaporis, ſed utiles etiam omnibus inappetentibus. Sic etiam aliæ ex piſtaceis, nucleis pini, & uvis paſſis componuntur ſatis delicatæ, & adeò frequentes, ut opus non ſit, hîc in illis deſcribendis diu immorari.

Paſta Regia ad phthiſin.

Paſtæ regales hoc modo parantur:

℞. *Amygdalarum dulcium decorticatarum, nucleorum pineorum, piſtaciorum, ana uncias quatuor, aut ampliùs: ſeminum cucumerum, cucurbitarum, mundatorum uncias duas: tere optimè in mortario, irrigando maſſam aquâ roſarum: adde ſacchari uncias duodecim, penidii uncias duas: gummi Arabici uncias tres: amyli unciam unam: omnibus ex arte agitatis, & invicem mixtis, fiat liquidior maſſa: ex qua fiant tabellæ ad formam tabellarum manus Chriſti, vel pineolati: aut placentulæ: coquanturq; ut artis eſt.*

Alia methodus paſtæ regalis, priori præſtantior.

Alius modus paſtæ regalis præparandæ præſtantior, & viribus exhauſtis reparandis utilior.

℞. *Pulpæ caponis aſſi, & perdicum aſſatarum: carnium teſtudinum, cancrorum fluviatilium; in vino albo lotarum, & in aqua hordei decoctarum: ana uncias quatuor: adde pinearum recentium mundatarum, in aqua roſarum tepida per quatuor horas infuſarum, uncias tres: amygdalarum dulcium decorticatarum, quatuor ſeminum frigidorum maiorum mundatorum, ana uncias duas: panidiorum ſeſquiunciam: pinſantur omnia fortiter in mortario marmoreo; dein per ſetaceum cum aqua roſarum trajiciantur: addendo ſacchari albiſſimi in aqua tuſſilaginis & roſarum diſſoluti lib. unam: ſacchari candi uncias duas, gummi tragacanthi drachmas tres. Decoquantur ad ignem lentum ad convenientem glutinationem: & cum refrigeſcere cœperint, adde margaritarum præparat. & corallorum præparat. ana ſemiunciam: Ex qua compoſitione paſta formari poſſunt, minores vel maiores, prout videbitur: quæ iterum coquenda ſunt, ad ſufficientem uſque decoctionem & exiccationem.* Hic cibus plurimùm confert phthiſicis, tabidis, peripneumonicis, & quicunq; reſtaurantium auxilio opus habent.

Paſtà regales ad diverſi generis affectus.

Iuxta hanc formulam, tanquam exemplaris loco propoſitam, poterit verus ac peritus medicus alias diverſi generis componere: quibus ea addenda, quæ morbo, cuius curatio-

nem

nem ſuſceperit, conveniunt: verbi gratia *in aſthmate*, ubi expectoratio requiritur, addet pulverem reſumptivum, diatragacanthum frigidum, pulverem diaireos, ſaccharum violatum, diapenidium, & ſimilia. *In phthiſi* aut ulcere pulmonum, addenda erunt detergentia, exiccantia, & agglutinantia: ut ſunt corallis, mucilago ſeminum cydoniorum, terra ſigillata, pulveres radicis conſolidæ maioris, tormentillæ, ſeminis berberis, & imprimis ſaccharum roſatum; quo ſolo remedio Herculanus & Valeſcus (poſt Avicennam) curaſſe, & integræ ſanitati reſtituiſſe multos phthiſicos deploratiſſimos ſcriptis teſtantur.

Accedamus nunc ad alia noſtra alimenta medicamentoſa, in ægrorum uſum proferenda: inter quæ Amygdalina, hordeata, frumentata, pultes, & panatellæ, omnium maximè in uſum veniunt: quæ breviſſimè tantùm, utpotè omnibus nota, perſtringemus: idque propter juniores imprimis medicinę ſtudioſos, alioſve rudiores: quibus ſolis operam noſtram, hac in parte deſtinatam volumus.

Lac amygdalinum. Lac amygdalinum ſic fit:

℞. *Amygdalarum decorticatarum uncias quatuor, ſem. cucumerum, melonum, mundatorum ana unciam unam. Semina cum amygdalis, in aqua roſarum, horis tribus aut quatuor macerata, & in mortario trita exprimantur per ſetaceum cum ſufficienti aqua quantitate: Addatur ſacchari albiſſimi, quantum pro ægri natura poſtulat.* Alij enim aliis plus delectantur ſaccharo. *Decoque in lebete aut patina argentea, ad lentum ignem, donec ſatis fuerit.*

Hordeatum. Hordeatum fit hoc modo:

℞. *Hordei mundati uncias iiij. coque in ollula, affundendo inter coquendum jus optimum ex capone: in quo ſuo tempore lactuca, borrago, acetoſa, portulaca, incocta fuerint. Hordeum ita coctum per ſpatium ſex aut ſeptem horarum ad minimum; & optimè tritum, trajice cum jure illo per ſetaceum, & in patinam effunde abſque alia additione. Quidam* (ut albius & guſtui gratius reddatur hordeatum) *addunt terendo hordeo, amygdalarum decorticatarum unam aut alteram unciam.*

Alius modus faciendi hordeati. Alii *hordeum mundum exiccant, in furno, ex eoque farinam conficiunt, quæ per integrum annum reſervari poteſt: ex qua cum jure prædicti pultis hordeatum conficiunt, omnia coquendo, ut ſuprà.*

Hordeatũ ſomniferum. At ſi provocandus ſit ſomnus, tale paretur hordeatum ſomniferum:

℞. *Hordei mundati, accuratè vel cum prædicto jure aut ſimplici aqua cocti, uncias quatuor, amygdalarum dulcium uncias duas: quatuor ſeminum frigidorum maiorum mundatorum, ana ſemiunciam, ſeminis papaveris albi drachmam unam. Amygdalæ & ſemina macerentur per duodecim horas in aqua lactucæ; dein una cum hordeo, ut ſuprà, cocto, optime terantur in mortario marmoreo: & tranſcolantur per ſetaceum, addendo ſacchari, quantum ſufficit, coquantur ſecundùm artem,* & exhibeatur hora ſomni, tale ptiſinarium vel hordeatum, ut vocant.

Digitized by Google

Frumentata. Frumenta fiunt *cum tritico optimo, mundato, non aliter ac hordeatum: quod triticum diu in aqua ſimplici aut lacte coctum, in mortario marmoreo terendum eſt, addendo aliquot amygdalas: dein trajiciatur per ſetaceum, & coquatur ad pultis conſiſtentiam: addendo grana aliquot ſalis, & ſacchari quantum voles.*

Aliud frumentatum. Ut magis nutriat, addatur *pulpa caponis unius cocti, minutim inciſa: & cum juſculo optimi caponis coquatur: dein pinſatur, & tranſcoletur, & rurſus coquatur ad pappæ conſiſtentiam.*

Pappa. Pappa præparatur *cum farina albiſſima, quæ diſſolvi debet in ſufficienti quantitate lactis: omnia decoquendo in lebete, uſq; ad juſtam conſiſtentiam. Quidam addunt vitellum ovi, & ſacchari ad libitum.*

Panatella pro diebus ſarcoticis. Panatellæ confectio talis eſt:

℞. *Medullam panis albi, infunde cum jure caponis per unam aut alteram horam, & per ſetaceum trajice, addendo vitellum ovi unius, & parum ſacchari: Coque uſq; ad juſtā conſiſtentiam. Diebus aſarcis pro jure caponis infundatur panis cum lacte.*

Panatella pro diebus aſarcis. Alius panatellæ conficiendi modus:

℞. *Medullam panis candidiſſimi minutim infriatam, & probè in patina argentea ſuper carbones exiccatam: infunde cum jure caponis, diebus nempè ſarcoticis; aut cum lacte, diebus aſarcis: coque in ollula, ſuper infundendo continuò jus caponis, vel lac, uſq; ad perfectam decoctionem:* Hæc panatella ægris quovis tempore porrigi poteſt.

Edulium album. Reſtat *edulium album*, Gallis *blanc mangé*, cuius præparatio varia eſt: ſed optima in hunc modum conficitur:

℞. *Farinæ orizæ, ſemilibram: infunde cum lacte: accipe præterea pulpam integram caponis cocti: amygdalarum n. 24. terantur in mortario, addendo orizæ farinam cum lacte infuſam: mixtis & trajectis omnibus per ſetaceum: adde ſacchari ad libitū: coque, ſubinde mixturam agitando cochleari vel ſpatula lignea, uſq; ad conſiſtentiam pappæ.*

Hæc igitur ſunt varia illa eduliorum genera, locum panis tenentia, quæ in uſum ægrorum, aliorumque qui inappetentes ſunt, producenda duximus: medici periti partes ſunt, ut in iis delectum inſtituat, & pro ratione morbi aut ſymptomatis, necnō temperamenti ac naturæ ægrotantis, legitimè omnia adminiſtret.

Remedia alimentoſa ex carnibus. Quæ ex carnibus edulia parantur, ægris ſalubriora, & utiliora ſunt omnis generis juſcula, conſummata, reſtaurantia, expreſſa, & gelatinæ.

Iuſcula & eorum differentia. Inter juſcula alia ſunt minùs, alia plus nutrientia. Quæ minùs nutriunt, parantur ex pullis gallinaceis, & pauca vitulina: additis pro temporis occaſione, ex herbis, endivia alba, acetoſa, borragine, portulaca, & lactuca: Hæc ſunt juſcula, quæ ægris in morbis acutis offeruntur, ubi tenuis victûs ratio requiritur, *juxta Hippocratem*, ut in febribus ardentibus & continuis, inflammationibus internis, & ſimilibus affectibus. *Lib. 1. Aphoriſ. & lib. de vict. rat. in morb. acut.*

In diuturnis autem, ſeu *chronicis morbis*, juſcula magis nutrientia exhibenda ſunt: qualia ſunt, quæ parantur ex ca-

horas. Quo tempore carnes perfectè & ſufficienter coquentur, & jurulentæ fient. Tepefactum vas aperiatur, juſq; inde ſeparetur, exprimendo reſiduam carnium partem per linteum: omnibus refrigeratis, pinguedo ſi qua reſtat, cochleari argenteo ſeparanda eſt: ſique forte cruditatis quædam apparent veſtigia, jus inter duas patinas recoquendum eſt, donec albedinem & decoctionem perfectam aſſequatur. Huius reſtaurantis, inſtar gelatinæ gelati, accipe tria vel quatuor cochlearia, quod in patina ſuper carbones eliquatum, ſorbendum des ægro ad vires inſtaurandas: idq; continuandam ſingulis tribus horis: ex quo brevi reſtitutum iri illum videbis.

Expreſſorum varia genera. *Expreſſa fiunt* ex caponibus, perdicibus, coxis vitulinis & vervecinis, & ſimilibus carnibus boni nutrimenti: ex quibus ſemiaſſis, per torculare exprimitur jus: quod quia crudius & non ſatis coctum apparebit, ſuper carbones in patina recoquendum, uſque ad perfectam decoctionem. Hoc inappetentibus, & imbecillis corpore, ad reparandas vires, toto morbi decurſu exhibendum.

Expreſſum ad ventris profluvia. Expreſſo coxæ vervecinæ, ſi inter recoquendum addideris medullam panis, gummi Arabici ſcrupulum aut alterum: vitellum ovi unum, terræ ſigillatæ vel croci martis & nucis moſchatæ parum, ſummum habebis remedium alimentoſum, contra quævis ventris profluvia, diarrhœam, lienteriam, & dyſenteriam, & ſimiles affectus.

Reſtat ut adhuc pauca dicamus de gelatinis; earumque præparandarum modis: ex quibus unam præ cæteris utiliſſimam tantùm proponemus; quæ fit, ut ſequitur:

Gelatina præſtantiſſima. *℞. Unum caponem duorum annorum vitulinam, poplitariam, pedes vitulinos quatuor: omnia decoque cum vini albi duabus menſuris, & aqua tantundem, idq; in olla nova vitreata: deſpumando pinguedinem, tàm inter coquendum, quàm poſt: omnibus ſufficienter coctis, jus per linteum fortiter exprimatur: & pinguedo ſi qua reſtat omnis dematur: jus porrò in ollam novam trajiciatur, addendo ſacchari albiſſimi ſeſquilibram: cinnamomi integri ſemiunciam: garyophyllorum n. 12. Poſt cuius ebullitionem, addenda inſuper ſunt duo ovorum albumina ſufficienter agitata: iterumq; ebulliat: dein tranſcoletur per manicam, & ſic habebis gelatinam optimi nutrimenti, quæ prodeſt appetitui proſtrato, & languoribus aliis diuturnis.*

Eadem ut colore rubicunda efficiatur, in locum garyophyllorum, alii parum ſantali rubri adjiciunt: alii ut flava fiat, paulùlum croci addunt: alii ut acidulum & ſuavem acquirat ſaporem, affundunt ſuccum limonum, vel parum aceti.

Hactenus ſatis dictum eſt, *de cibis tam alimentariis quàm medicamentoſis*; temporis ratio nunc poſtulare videtur, ut in pòſterum de omnis generis potibus, dicamus, adeò ut nihil in hoc *Diætetico noſtro* deſideretur, quod tàm ad univerſalem, quàm ad particularem victus rationem ſpectet.

Digitized by Google

Cap. XIV.

De potibus, tum in alimentum corporis noſtri, & vitæ conſervationem, tum in morborum curationem neceſſariis & primum.

DE VINO.

Potus baſis eſt Vinum & huius ſuccedanea alia potuum genera.

1. Vini natura.

SI verum eſt quod aſſerunt Philoſophi, in frigore mortem, in calore vitam eſſe repoſitam, nonnullorum opinionem, ignorationis aut pertinaciæ ſpiritu magis, quàm amore veritatis contendentium, apertè erroneam demonſtrabimus, dum axioma hoc ſuum tueri volunt, frigidam aquam uſui hominis in alimentum, & vitæ conſervationem, vino eſſe aptiorem & utiliorem. Cum enim *vinum calidæ ſit eſſentiæ, ſpiritibus vitalibus abundet, & à Deo Opt. Max. nobis datum ſit in recreationem cordis; ſicut panis in hominis alimentum*, id regio Prophetâ differente, quis ibit inficias, apprimè noſtræ naturæ eſſe amicum atq; conſentaneum? Faceſſant igitur iſti homines, qui judicant vinum in hominis detrimentum potius, quàm commodum fuiſſe à Deo conceſſum: ſuam alibi pertinaciam oſtentent, ignorantiamque patefaciant, qui non verentur, tam falſam tueri opinionem, quam neque ratione, neque autoritate ulla fulcire poſſint. E contrà verò nulli non conſtat, uno conſenſu omnes Philoſophos ac Medicos ſcribere de ſingularibus vini virtutibus, imò etiam vinum inter optima ac maximè ſubſtantialia ac ſuccoſa alimenta recenſere; ut *Galen.* de eo ſentit *lib. 3. de alimentorum facultatibus*, ubi nonnullorum medicorum ſententiam impugnat, qui aſſerunt, alimentum quod & cibum, edulium, & eſca dicitur, contrarium potus ſeu potionis quid eſſe, ea de cauſa vinum alimentum vocari nolunt.

Vini natura alimentoſa.

Pſal. 104.

Plato imprimis in id genus homines inſurgit, qui tantum de vini bonitate & virtute detrahunt, in eoſque hæc ſcribit, *Vinum*, ut ferunt nonnulli (inquit) *ad ultionem hominibus datum eſt, ut inſaniant.* Ut autem ſermo habet noſter, remedium & medicina in contrarium, ut anima quidem pudorem: corpus autem ſanitatem & vires adipiſcatur.

2. dialog. de leg.

Quin & in *Timæo idem Plato*, ut naturam & qualitates vini propriè definiret, ſcribit in hæc verba: *Quod animam ſimul cum corpore calefacit, vinum dicitur.*

Calfaciens.

Deniq; ea eſt omnium medicorum ſententia, *vinum eſſe calidæ facultatis ad generandum ſanguinem aptiſſimũ, in cuius naturã facilè tranſit*: Unde inter præcipua alimẽta ſecundùm panem connumerandum eſt, primumq; noſtrorum ſpirituum inſtaurativum. Quam etiam opinionem ſequitur *Galen. lib. 3. de Aliment. facult.* in quo *de vino* privatim caput ſcripſit, ubi ſententia eorum quæ ſupra dicta ſunt, conti-

Digitized by Google

continetur: nec *in eodem libro, de aqua* uſpiam tanquam de alimento tractatur, ut quæ inter alimenta non cenſeatur.

Galeni ſequitur ſententiam *Oribaſius*, eaſdem qualitates ac facultates vino tribuens *in lib. ſuo εὐποριστῶν ca.* 12. his verbis: *Vinum igitur recreat, ac calorem ſuſcitat noſtrum: atque ideò concoctiones meliores fiunt, & ſanguis probus gignitur, alimentumque in omnem corporis partem à vino, quia vim habet permeandi, diducitur.* Quocirca eos, qui tenues ex morbis fiunt, habiliores reddit, & ſimul etiam appetitum alimentorum affert, pituitam attenuat, bilem urinis expurgat, jucunditateque & alacritate perfundit animum, & robur addit. *Vinum ergo moderate potum* (inquit) *eſt borum bonorum cauſa, immodicè verò, contrariorum.*

Hinc conſtat ex uſu, non abuſu vini, magnas eius eſſe facultates ac vires, *tum ad alendum*, quòd copioſum gignat ſanguinem, *tum ad* virtutem cordis *corroborandam*, tum etiam *ad inſtaurandos* languentes aut deficientes noſtros ſpiritus, tum ad multa alia præſtanda, quæ corpori humano maximè utilia ſunt, ſive conſervanda ſit ſanitas, ſive morbi profligandi, quorum curationi conducit, ut paulò pòſt ſuo loco dicemus, poſtquam de differentiis eius diſſeruerimus.

2. *Differentiæ.*

Galenus tertio commentario quem in librum de ratione victus in morbis acutis Hippocratis edidit. Aetius tetr. 1. *ſerm.* 1. *tr de vino, & de victus ratione in morbis acutis. Ægin. lib.* 1. *de re medica cap.* 15. *Actuar. de Spirit. ani. nutr. cap.* 8. Hi, inquam, authores varias vinorum *differentias* conſtituerunt, quas in medium primo proferemus: deinde noſtras adijciemus. *Differentiæ.*

Prima vini differentia in *colore* ſtatuitur, quatenus *aliud* eſt album inſtar aquæ, *aliud* flavum & coloris paleæ aut ſtipulæ: *aliud* heluellum, & colorem rubini dilutioris ac vivacioris referens: aliud rubino vegetiori, aut coloratiori ſimile: aliud granato clariori: aliud granato rubicundiori & obſcuriori colore reſpondens. *1. à Colore.*

Secunda in *ſapore* poſita eſt: alia enim vina dulcia ſunt; alia auſtera & pontica: alia gratiſſimi ſaporis: alia inſuavis guſtus; alia matura: alia non ſatis cocta. *2. à Sapore.*

Tertia vinorum differentia *conſiſtentiæ* rationem habet, ut alia ſint admodum tenuia & ſpirituoſa, qualia ſunt vina Græca & Canariana, aut nullas aut paucas fœces gignentia: alia verò craſſa & admodum materialia, magnam tartari atque fœtum copiam deponentia; Alia inter utramq; hanc differentiam medium tenentia: qualia ſunt in Germania, Vina Rhenana, vel Neccarina, in Gallia, vina, quæ dicuntur de Grave. Hujuſmodi ſunt vina, quæ in Gallia Narbonenſi, *vin de Cante-perdrix*, dici ſolent, *vin de Beaulne* in Burgundia, & varia alia, quæ in multis Galliæ locis naſcuntur, vina, inquam, tenuia ſpirituoſaque potius, quàm materialia & craſſa: quæque idcircò ſalubriora & præſtantiora ſunt, aliis longè *3. à conſiſtentia.*

 longè

Digitized by Google

longè terreſtrioribus & multas fœces ex ſe deturbantibus.

4. ab odore. Quarta in *odore* ſita eſt, quem gratum & ſuavem bona omnia vina obtinent: reliqua ingratum. Hinc fit ut docti bibones, odore vini bonitatem vel pravitatem, priuſquam deguſtent, experiri ſoleant, pronuncientq; de vino ſententiam. Alia odore carent: quo arguuntur ſpiritu carere, ideoque bonitate: quod vini bonitas in ſpiritu ejus poſita ſit.

Nec alienum fuerit à propoſito hoc loco narrare, quid in vinis tentandis fiat Burdegalæ, quod cum ſit veriſſimum, multi tamen in dubium vocaturi ſunt, niſi qui ibi rei periculum fieri viderint. Omnia Vaſconiæ vina, quæ mari in varias provincias avehenda, Burdegalam comportantur. Illuc convecta, in cellas publicas immenſæ longitudinis ac latitudinis, ut forum vinarium verè dici poſſint, in hunc finem conſtructas, & ab urbe pauliſper ſubductas, reponuntur: atque ita compreſſis ordinibus ſeriatim componuntur, ut inter ordines deſit ſpatium ad perforandum dolium, è quo vinum hauriatur. Quo fit, ut mercatores, vina empturientes, & in hac re verſatiſſimi, non ex guſtu vini notent, quæ probant, vini dolia: ſed ſuper ſingulos ordines vaſorum gradientes, in ſingulis vaſis, greſſum prementes, facilè dignoſcât, quæ ſpirituoſiora ſunt & leviora, atq; idcircò ut meliora ſigillis ſuis denotent. Levius enim ac agilius ſuper meliora incedunt vina, quàm ſuper craſſiora ac terreſtriora, quæ graviorem & tardiorem greſſum reddunt.

Aliæ porrò ſunt vini differentiæ ex *tempore* petitæ, ut cum vina alia aliis recentiora, aut vetuſtiora ſunt: ſiquidem pro varietate, & vetuſtate temporis, variam qualitatem contrahunt: alia enim temporis ſpatio potentiora & calidiora redduntur: colore, ſapore & ſubſtantia variant: alia verò viribus imminuuntur, & brevi temporis intervallo fugiunt. 5. à tempore ætate.

Differentiæ aliæ vinorum petuntur *ex regionibus & terræ varietate*, ubi creſcunt: Nimirum in hoc climate alia vina, in alio alia diverſæ naturæ, ſive ex ſoli qualitate, ſive ex racemi natura id fiat, producuntur. Quicquid eſt, ſatis nobis conſtat; vina hîc, quàm illîc meliora: nec ubique æqualia bonitate naſci: imò in eodem vineto vineas alias aliis vini melioris eſſe feraciores, alias deteriores, quotidianâ experientiâ confirmatur. Sic in Gallia vinum *de Couſſy, d' Hai*, & ſimilia probata ſunt Aurelianis ſalubriora, atque idcircò Regibus congruentiora, quod non ita vaporibus & fumis ſuis caput feriant, ut alia. Hinc in Oeconomia Regis ſancitum eſt lege domeſtica, ne Oeconomus cum ad hoc munus vocatur, Aurelianum vinum Regiæ Majeſtati auſit propinare: quod bona fide & jurejurando ſe præſtiturum promittit: Etſi Aureliana vina inter cætera ſapore quàm ſuaviſſimo excellant. 6. à regionib. natalitiis.

Sic in Germania Rhenanum reliquis præfertur, ceu ſalubrius, eſt in

his

his Rincovienſe quod præ aliis expetitur ceu delicatius & ſpirituoſius.

Poſtrema vinorum differentia ex eorum facultatibus & proprietatibus deſumitur.

3. *Delectus.*

Sed hic quæritur quid utilitatis, iſtarum omnium differentiarum cognitio Medico pariat? Maximam teſtatur *Aetius tetr. 1. ſerm. 1.* his verbis: „Quandoquidem verò, inquit, plurimas in vino differentias reperimus, „diſtinguendum eſt de ipſis, quàm breviſſime id fieri poteſt: Rubra itaque & „craſſa ex omnibus ad generandum „ſanguinem commodiſſima ſunt, ut „quæ parva egeant in ſanguinem tranſ„mutatione. Deinde nigra, ſimul„que dulcia & craſſa. Deinde colore „quidem rufa aut nigra, compage ve„rò craſſa & habentia ſimul adſtringē„tem qualitatem. Hic minus valent „alba, ſimulque craſſa & acerba ad nu„tritionem. Minimè verò omnium a„ſunt, colore alba, compage tenuia & „quodammodò aquæ ſimilia. Conco„quuntur autem in ventriculo, & magis „diſtribuuntur dulcia, quàm auſtera, „utpote calidiore vi prædita: ſed & ven„trem magis ſubducunt. Cæterum val„dè craſſa & tardius concoquuntur, & „tardius in corpus diſtribuuntur. Ubi „autem ventriculum robuſtum nacta „fuerint, ut probè concoquantur, am„plius nutrimentum corpori præbent. „Manifeſtum eſt autem, quod & alvum „ſiſtunt, & urinæ ciendæ incommoda „exiſtunt: in quibuſdam craſſum ſuccum generantes. Quædam ex ipſis etiam jecur & lienem, ac renes obtu„rant: atque inde aliqui in aquam in„tercutem incidunt: aliqui è calculo „laborant ex nimio ipſorum uſu & præ„ſertim ſenes. Tandem *Aetius* ſic con„cludit: *Optimum vinum eſt*, & ſanis, & „ex morbo ſe recolligentibus, commo„diſſimum, quod colore rufum, com„page tenue, & leviter ſubaſtringens „exiſtit.

Ex his omnibus, ac ex iis quæ ab *Hippocrate* ſcripta ſunt *lib. 3. de ratione victus in morbis acutis*, nec non à *Galeno in principio commentarii tertii eiuſdem libri, aliiſque locis*, medicus diſcat, quæ vina meliora, ſalubriora, ac conſervādæ ſanitati congruentiora ſunt, ut quæ in curam multorum morborum concedantur, tum mera, tum plus aut minus aqua diluta.

Lib. Meth. med. & ſanitatis tuendæ.

Vis medicamentalis ad corpus.

Non enim *tantùm alendo* noſtro corpori aptum eſt vinum, aut *cordi recreando*, & inſtaurandis ac roborandis ſpiritibus noſtris: *Quin & eius facultates ac virtutes ad medicandum curandumq́;* protenduntur, ut non ſolùm ex Hippocratis teſtimonio probabimus *libro jam citato*, Galenoque ejus interprete: ſed ex omnium celeberrimorum medicorum, Græcorum, Arabum, & Latinorum uno eodemque conſenſu. Quod idcirco in medium proferimus: ut qui nituntur vini tanquam humanæ naturæ noxii uſum explodere, deſinant antiquorum, quos malè conſuluerunt, authoritate, errores ſuos tueri.

Hæc

Aret. lib. 1. de cur. acut. morb. c. 1. de cura phrenit.

Hæc ſunt etiam quæ *Aretæus* inter antiquiſſimos Græcos, ab Hippocrate, cujus ſummus eſt imitator, teſtatur de uſu ac proprietate vini in „ phreneſi etiam, deliquio animi aut „ ſyncope ſtipata. Sed cum metus ſit ne „ in vaporem humiditatemque homo „ diſſolvatur, unicum ſubſidium vinum „ eſt: celeriter enim ſubſtantiam alen„do inſtaurat, & quoquo verſus ad ex„tremitates uſque permeat: tenori te„norem apponit, & ſpiritum torpen„tem expergefacit: frigiditatem calore „ temperat; laxatem madorem adſtrin„git, extorſum erumpentia ac diffluen„tia coërcet: olfactu ſuavi delectat: vi„res demum fulcire ad vitam prorogan„dam poteſt, atque in inſania ad ani„mum demulcendum optimum eſt. „ Hæc omnia epotum vinum ſimul „ præſtat, iracundia enim molleſcente „ animus conquieſcit: atque ipſimet ad „ recreandas vires cibos accipiunt: quin „ etiam ſeipſos ad voluptatem re„plent.

Hæc una tanti viri authoritas ſatis eſſe deberet ad errorem illum diluendum, quo iſti ſibi licere putant aliis imponere: veruntamen alias authoritates citabimus, quæ noſtram hanc ſententiam confirment.

Vinum quibus interdictum?

Dum virtutes vini commendo, ejuſque proprietates enarro, nolim inde inferri, omnibus nullo diſcrimine adminiſtrandum eſſe, aut quibuſvis ægrotantibus, ut febricitantibus, inflammatione interna laborantibus, & id genus aliis, ubi ptiſana, aut alius liquor humectans ac refrigerans congruentior ſit exhibendus. Idcircò medici prudentia requiritur, ut quibus morbis aptum ſit, vinum præſcribat, juxtaque naturam ægrotantis, quam noſſe debet, naturam morbi & cauſarum illius, idoneos potus adminiſtret.

Sed ut oſtendam vinum ſine ulla exceptione longè inſignius ac utilius magiſque neceſſarium alimentũ, aquâ: utque diluam erroneam iſtorũ hominum opinionem, proferam iterum aliud Tralliani teſtimonium, qui 12. *lib. cap.* 4. de hecticis loquens, iis uſum vini concedit, idque non ſine moderatione à prudente medico præſcripta, qualis ille fuit. Atque hæc ſunt, quæ ſcribit. Vinum iis qui frigi„dam ſiccamque intemperiem in ſoli„dis particulis habent, & maraſmo ex„morbo (ut vocant) detinentur, exhi„bere neceſſe eſt, ut quos calefacere ſi„mul & humectare oporteat: quæ o„mnia vinum moderatum præſtare ipſis„poteſt. Qui verò cum febre marceſcunt, præſertim, qui macie torren„tur: iis vinum dare cautio eſt, ut„quod eis, ſi quid aliud, maximè ad„verſetur.„

Idem Trall. *eodem libro, cap.* 3. *de„ſyncope tractans* hæc ſcribit: Vinum„dare febris quidem cauſa non oportet:„verùm ob crudiorem materiam ſu„perantem eorum, quæ ſenſim exte„nuare & calefacere poſſunt, uſus exi„ſtit. Nihil itaque abſurdi eſt, vinum„tenue, quod in corpus facilè diſtribui„tur, & nullam manifeſtam adſtrictio„nem, aut dulcedinem obtinet, exhibere.

Digitized by Google

„ bere. Ætate verò non nimium re-
„ cens, neque vetus eſto, neque colore
„ nigrum, ſed potius ſubſulvum, & al-
„ bum, & ſubſtantiâ tenue. Cupimus e-
„ nim ut quàm primùm in venas, to-
„ tumque corpus diſtribuatur: præſer-
„ tim cum vires collapſas, & in periculo
„ interius conſtitutas, recreare feſtina-
„ mus. Quin etiam, ſi ab igneis in-
„ flammationibus deliquia animi ſuſci-
„ tentur, vitæque periculum ſubeſſe co-
„ gnoveris, vinum mox exhibebis, ma-
„ ximè quod chondro incocto ſuper-
„ fuderis, &c.

Vt autem oſtendat, quantâ vir-
tute polleat vinum ad inſtaurandas
corporis vires, vel etiam imbecillimas
& totas propè proſtratas, idem ſcri-
„ bit, quæ ſequuntur: *lib.* 7. *cap.* 14. Sin
„ autem vires urgeant extremarum per-
„ frictiones, convulſionesque, & animi
„ defectio oriatur: ſalutare eſt etiam vi-
„ num decoctoadmiſcere. Nam vinum
„ (addit) omnium maximè ſubitò & ce-
„ leriter vires collapſas refocillare po-
„ teſt: ac multos novi ex ſola illius po-
„ tione, præter ſpem, mortis periculum
„ evaſiſſe.

Producendus adhuc nobis hic
eſt alius locus ex eodem Tralliano, in-
ſignis & elegans, Vbi, qui in ſanitatem
corporis & curationem morborum
præferunt aquam vino, ipſumque tam
protervè reſpuunt ac vituperāt, quaſi
exitiale quid potius, quàm ſalubre &
utile, erroris & falſitatis ſuæ damna-
tionem audient. Hæc igitur verba
ſunt Tralliani, dum agit de phreniti-
de curanda, quæ ad noſtrum iterum
faciunt iuſtitutum. Quin & vinum «
(inquit) quod ſitim reſtinguat, dare «
phreniticis audendum eſt, in quibus «
multæ urgent vigiliæ & vires ſunt im- «
becillæ: febres autem nondum vehe- «
mentiam, neque ardorem habent: «
ſed quædam concoctio urinarū quo- «
que in eis apparet. Præterea illis cum «
fiducia dandum eſt, qui per ſanitatem «
quoque vinum amare conſueverunt, «
& os ventriculi imbecillum & natura «
frigidius obtinent. In his enim tem- «
peſtiva eſt vini potio, & omnibus mē- «
te alienatis, ſi modicè aſſumatur. Nā «
ferociam ipſorum mutat, & ferinos «
mores ad hilaritatem transfert, ſom- «
numque conciliat, eò quod cibum «
celeriter concoquat, & in totum cor- «
pus diſtribuendum adjuvet. In quibus «
igitur nulla fervens inflammatio aut «
magnus admodum calor præcordia «
infeſtet, & vires infirmentur, audacter «
vinum ipſis exhibeto. Majus enim ex «
eo commodum erit, quàm quæ noxa «
fore putetur. Si enim vires recolle- «
ctæ fuerint, & non collabi permiſſæ, «
omnia tentare poſſumus, & multifa- «
riam ægro ſuccurrere. Collapſis autē «
ipſis, omnis medicorum curatio de- «
ſperata erit. Quare metiri conve- «
nit, & noxam quæ ex vino expecta- «
tur, & commodum: atque ſi plura fu- «
erint, quæ permittant, propinare de- «
bes, minorem offenſionem contem- «
nendo. Fieri enim haud poteſt, ut «
id quod juvat, aliqua etiam parte non «
noceat. Medici autem eſt ejuſmodi «
tùm metiri, tùm judicare. Nam ſi uni- «
verſa moderata quantitate, qualitate,

non hoc tempore Gallis. Compoſitio illarum eſt, ut ſequitur:

Placenta ex herbis: Gallis tourtre de herbe.

℞. *Betas, in aqua coctas, & minutim inciſas, butyroq́ frixas, admiſce tres aut quatuor vitellos ovorum: ſacchari, cinnamomi pulveriſati, nucleorum pini, & uvarum paſſarum, quantum voles, & parum ſalis communis: Quæ omnia probè invicem mixta, intra maſſale tenuiſſimum adaptentur, indé furno mediocriter calido coquantur.*

Vt gratius & delicatius evadat maſſale, illud ex farina albiſſima, ovo uno & modico butyri componendum eſt: cui quidam *tantillum ſacchari, & fermenti ad piſi magnitudinem* (eſt enim fermentatio omninò neceſſaria) *adjiciunt.*

Placenta ex pomis, Gallis. tourtres de pommes.

Placentæ ex pomis ita conficiuntur:

℞. *Poma,* Gallis rambons *dicta, vel quæ ſunt omnium mitiſſima, minutim conciſa, quibus adde paululum ſacchari & cinnamomi contriti. Poſtea hac omnia intra maſſale adaptata, uti ſuprà, in furna coquantur: adjiciunt nonnulli uvas paſſas, & nucleos pini ad libitum.*

Alius modus.

Modus alius componendi eaſdem placentas.

℞. *Dicta poma, vel ſimilia, fruſtulatim conciſa: quæ poſt ſeparationem nucleorum ſive ſeminum internorum, maſſâ in tenuiſſimum quaſi folium redactâ circumdabis, ita tamen, ut ſuperior maſſæ pars, poſt ſufficientem coctionem elevari poſſit: pomis autem undique rectè aptatis, adde ſacchari, cinnamomi, quantum voles, & tantillum aquæ roſarum: & repoſito maſſæ operculo, in furno, leviter ſaltem calefacto, reponuntur.*

Eodem modo *placentæ ex piris* optimis præparantur.

Placenta ex lardo, Gallis, tourtre au lard.

Placenta ex lardo, quas Galli vocant *tourtres au lard,* ſunt omnium delicatiſſimæ & optimæ: quæ opulentorum primis plerunque menſis offeruntur: quarum parandi modus eſt, ut ſequitur:

℞. *Lardi, neutiquam rancidi, culto minutim inciſi, & aqua roſarum ſæpiùs loti, & in mortario marmoreo minutiſſimè triti, ſeſquiunciam, amygdalarum dulcium decorticatarum N. duodecim: quæ ſimul cum lardo iterum terantur: affundendo modicum aquæ roſarum: adde duos aut tres vitellos ovorum, cinnamomi triti, & ſacchari, quantum voles.* Hæc omnia debitè permixta intra maſſam tenuiſſimè extenſam adaptanda ſunt: dein coquenda. Hanc placentam guſtu ſuaviorem reddes, ſi moſchi duo grana in tantillo aquæ roſarum diſſolveris, & pennâ, hac aqua, intinctâ, mixturæ huius ſuperficiem illiniveris.

Lactis quædam præparatio, Gallis creſme.

Præparatur quædam compoſitio ex lacte, Gallis *creſme* dicta, quæ ſe habet inſtar communis cuiuſdam materiæ, ex qua diverſi generis placentæ, *tourtres & tartres* Gallis dictæ, conficiuntur: eius componendi modus talis eſt:

℞. *Lactis menſuram Pariſienſem unam, quod in ahenulo ebullire ſinas:* intereà neceſſe eſt, ut paratam habeas ſequentem compoſitionem:

℞. *Ovorum N. ſex, è quibus tria tantum à principio probè agitentur: his admiſce farinæ uncias duas aut tres: mixturæ ſuperadde reliqua tria ova ſufficienter*

Digitized by Google

ciente agitata, ut compoſitionis ſubſtantia evadat liquidior. His omnibus probè invicem mixtis, totum cum lacte ſupradicto ebulleſcente infunde, cochleari ligneo id continuò agitando: poſteà inter coquendum adde butyri libræ quartam partem, decoctionem ad ignem lentum continuando, quoad ad pultis conſiſtentiam redigatur. Ex hac compoſitione confici poſſunt omnis generis placentæ, vel ex admixtione ſacchari, cinnamomi minutim triti, aliorumque ſimilium, prout cuique videbitur. Dicta compoſitio maſſali tenui includatur, & pro cuiuslibet arbitrio, inde variæ parentur placentæ.

Placentæ ex fructibus, Gallis tartres des fruicts.

Fiunt præterea placentæ, Gallis *tartres ex groiſelles*, ceraſis, uvis immaturis, præcocibus, & aliis fructibus acidulis: quæ non ſolùm grati ſunt ſaporis, ſed utiles etiam omnibus inappetentibus. Sic etiam aliæ ex piſtaceis, nucleis pini, & uvis paſſis componuntur ſatis delicatæ, & adeò frequentes, ut opus non ſit, hîc in illis deſcribendis diu immorari.

Paſta Regia ad phthiſin.

Paſtæ regales hoc modo parantur:

℞. *Amygdalarum dulcium decorticatarum, nucleorum pineorum, piſtaciorum, ana uncias quatuor, aut ampliùs: ſeminum cucumerum, cucurbitarum, mundatorum uncias duas: tere optimè in mortario, irrigando maſſam aquâ roſarum: adde ſacchari uncias duodecim, penidii uncias duas: gummi Arabici uncias tres: amyli unciam unam: omnibus ex arte agitatis, & invicem mixtis, fiat liquidior maſſa: ex qua fiant tabellæ ad formam tabellarum manus Chriſti, vel pineolati: aut placentulæ: coquanturq; ut artis eſt.*

Alia methodus paſtæ regalis, priori præſtantior.

Alius modus paſtæ regalis præparandæ præſtantior, & viribus exhauſtis reparandis utilior.

℞. *Pulpæ caponis aſſi, & perdicum aſſatarum: carnium teſtudinum, cancrorum fluviatilium, in vino albo lotarum, & in aqua hordei decoctarum: ana uncias quatuor: adde pinearum recentium mundatarum, in aqua roſarum tepida per quatuor horas infuſarum, uncias tres: amygdalarum dulcium decorticatarum, quatuor ſeminum frigidorum maiorum mundatorum, ana uncias duas: panidiorum ſeſquiunciam: pinſantur omnia fortiter in mortario marmoreo; dein per Setaceum cum aqua roſarum traiiciantur: addendo ſacchari albiſſimi in aqua tuſſilaginis & roſarum diſſoluti lib. unam: ſacchari candi uncias duas, gummi tragacanthi drachmas tres. Decoquantur ad ignem lentum ad convenientem glutinationem: & cum refrigeſcere cœperint, adde margaritarum præparat. & corallorum præparat. ana ſemiunciam: Ex qua compoſitione paſta formari poſſunt, minores vel maiores, prout videbitur: quæ iterum coquendæ ſunt, ad ſufficientem uſque decoctionem & exiccationem.* Hic cibus plurimùm confert phthiſicis, tabidis, peripneumonicis, & quicunq; reſtaurantium auxilio opus habent.

Paſtæ regales ad diverſi generis affectus.

Iuxta hanc formulam, tanquam exemplaris loco propoſitam, poterit verus ac peritus medicus alias diverſi generis componere: quibus ea addenda, quæ morbo, cuius curationem

Digitized by Google

nem ſuſceperit, conveniunt: verbi gratia *in aſthmate*, ubi expectoratio requiritur, addet pulverem reſumptivum, diatragacanthum frigidum, pulverem diaireos, ſaccharum violatum, diapenidium, & ſimilia. *In phthiſi* aut ulcere pulmonum, addenda erunt detergentia, exiccantia, & agglutinantia: ut ſunt corallis, mucilago ſeminum cydoniorum, terra ſigillata, pulveres radicis conſolidæ maioris, tormentillæ, ſeminis berberis, & imprimis ſaccharum roſatum: quo ſolo remedio Herculanus & Valeſcus (poſt Avicennam) curaſſe, & integræ ſanitati reſtituiſſe multos phthiſicos deploratiſſimos ſcriptis teſtantur.

Accedamus nunc ad alia noſtra alimenta medicamentoſa, in ægrorum uſum proferenda: inter quæ Amygdalina, hordeata, frumentata, pultes, & panatellæ, omnium maximè in uſum veniunt; quæ breviſſimè tantùm, utpotè omnibus nota, perſtringemus: idque propter juniores imprimis medicinę ſtudioſos, alioſve rudiores: quibus ſolis operam noſtram, hac in parte deſtinatam volumus.

Lac amygdalinum.

Lac amygdalinum ſic fit:

℞. *Amygdalarum decorticatarum uncias quatuor, ſem. cucumerum, melonum, mundatorum ana unciam unam. Semina cum amygdalis, in aqua roſarum, horis tribus aut quatuor macerata, & in mortario trita exprimantur per ſetaceum cum ſufficienti aqua quantitate: Addatur ſacchari albiſſimi, quantum pro ægri natura poſtulat.* Alij enim aliis plus delectantur ſaccharo. *Decoque in lebete aut patina argentea, ad lentum ignem, donec ſatis fuerit.*

Hordeatum.

Hordeatum fit hoc modo:

℞. *Hordei mundati uncias iiij. coque in ollula, affundendo inter coquendum jus optimum ex capone: in quo ſuo tempore lactuca, borrago, acetoſa, portulaca, incocta fuerint. Hordeum ita coctum per ſpatium ſex aut ſeptem horarum ad minimum; & optimè tritum, trajice cum jure illo per ſetaceum, & in patinam effunde abſque alia additione. Quidam* (ut albius & guſtui gratius reddatur hordeatum) *addunt terendo hordeo, amygdalarum decorticatarum unam aut alteram unciam.*

Alius modus faciendi hordeati.

Alii *hordeum mundum exiccant, in furno, ex eoque farinam conficiunt, quæ per integrum annum reſervari poteſt: ex qua cum jure prædicti pultis hordeatum conficiunt, omnia coquendo, ut ſuprà.*

Hordeatū ſomniferum.

At ſi provocandus ſit ſomnus, tale paretur hordeatum ſomniferum:

℞. *Hordei mundati, accuratè vel cum prædicto jure aut ſimplici aqua cocti, uncias quatuor, amygdalarum dulcium uncias duas: quatuor ſeminum frigidorum maiorum mundatorum, ana ſemiunciam, ſeminis papaveris albi drachmam unam. Amygdalæ & ſemina macerentur per duodecim horas in aqua lactucæ; dein una cum hordeo, ut ſuprà, cocto, optime terantur in mortario marmoreo: & transcolantur per ſetaceum, addendo ſacchari, quantum ſufficit, coquantur ſecundùm artem,* & exhibeatur hora ſomni, tale ptiſinarium vel hordeatum, ut vocant.

Fru-

Frumentata. Frumenta fiunt *cum tritico optimo, mundato, non aliter ac hordeatum: quod triticum diu in aqua ſimplici aut lacte coctum, in mortario marmoreo terendum eſt, addendo aliquot amygdalas: dein trajiciatur per ſetaceum, & coquatur ad pultis conſiſtentiam: addendo grana aliquot ſalis, & ſacchari quantum voles.*

Aliud frumentatum. Ut magis nutriat, *addatur pulpa caponis unius cocti, minutim inciſa: & cum juſculo optimi caponis coquatur: dein pinſatur, & tranſcoletur, & rurſus coquatur ad pappæ conſiſtentiam.*

Pappa. Pappa præparatur *cum farina albiſſima, quæ diſſolvi debet in ſufficienti quantitate lactis: omnia decoquendo in lebete, uſq; ad juſtam conſiſtentiam. Quidam addunt vitellum ovi, & ſacchari ad libitum.*

Panatella pro diebus ſarcoticis. Panatellæ confectio talis eſt:

℞. *Medullam panis albi, infunde cum jure caponis per unam aut alteram horam, & per ſetaceum trajice, addendo vitellum ovi unius, & parum ſacchari: Coque uſq; ad juſtã conſiſtentiam. Diebus aſarcis pro jure caponis infundatur panis cum lacte.*

Panatella pro diebus aſarcis. Alius panatellæ conficiendi modus:

℞. *Medullam panis candidiſſimi minutim infriatam, & probè in patina argentea ſuper carbones exiccatam: infunde cum jure caponis, diebus nempè ſarcoticis; aut cum lacte, diebus aſarcis: coque in ollula, ſuper infundendo continuò jus caponis, vel lac, uſq; ad perfectam decoctionem:* Hæc panatella ægris quovis tempore porrigi poteſt.

Edulium album. Reſtat *edulium album*, Gallis *blanc mangé*, cuius præparatio varia eſt: ſed optima in hunc modum conficitur:

℞. *Farinæ orizæ, ſemilibram: infunde cum lacte: accipe præterea pulpam integram caponis cocti: amygdalarum n. 24. terantur in mortario, addendo orizæ farinam cum lacte infuſam: mixtis & trajectis omnibus per ſetaceum: adde ſacchari ad libitũ: coque, ſubinde mixturam agitando cochleari vel ſpatula lignea, uſq; ad conſiſtentiam pappæ.*

Hæc igitur ſunt varia illa eduliorum genera, locum panis tenentia, quæ in uſum ægrorum, aliorumque qui inappetentes ſunt, producenda duximus: medici periti partes ſunt, ut in iis delectum inſtituat, & pro ratione morbi aut ſymptomatis, nec nõ temperamenti ac naturæ ægrotantis, legitimè omnia adminiſtret.

Remedia alimentoſa ex carnibus. Quæ ex carnibus edulia parantur, ægris ſalubriora, & utiliora ſunt omnis generis juſcula, conſummata, reſtaurantia, expreſſa, & gelatinæ.

Iuſcula & eorum differentia. Inter juſcula alia ſunt minùs, alia plus nutrientia. Quæ minùs nutriunt, parantur ex pullis gallinaceis, & pauca vitulina: additis pro temporis occaſione, ex herbis, endivia alba, acetoſa, borragine, portulaca, & lactuca: Hæc ſunt juſcula, quæ ægris in morbis acutis offeruntur, ubi tenuis victûs ratio requiritur, *juxta Hippocratem*, ut in febribus ardentibus & continuis, inflammationibus internis, & ſimilibus affectibus. *Lib. 1. Aphoriſ. & lib. de vict. rat. in morb. acut.*

In diuturnis autem, ſeu *chronicis morbis*, juſcula magis nutrientia exhibenda ſunt: qualia ſunt, quæ parantur

Digitized by Google

horas. Quo tempore carnes perfectè & ſufficienter coquentur, & jurulentæ fient. Tepefactum vas aperiatur, ius'q; inde ſeparetur, exprimendo reſiduam carnium partem per linteum: omnibus refrigeratis, pinguedo ſi qua reſtat, cochleari argenteo ſeparanda eſt: ſique fortè cruditatis quædam apparent veſtigia, jus inter duas patinas recoquendum eſt, donec albedinem & decoctionem perfectam aſſequatur. Huius reſtaurantis, inſtar gelatinæ gelati, accipe tria vel quatuor cochlearia, quod in patina ſuper carbones eliquatum, ſorbendum des ægro ad vires inſtaurandas: idq; continuandam ſingulis tribus horis: ex quo brevi reſtitutum iri illum videbis.

Expreſſorum varia genera.

Expreſſa ſiunt ex caponibus, perdicibus, coxis vitulinis & vervecinis, & ſimilibus carnibus boni nutrimenti: ex quibus ſemiaſſis, per torculare exprimitur jus: quod quia crudius & non ſatis coctum apparebit, ſuper carbones in patina recoquendum, uſque ad perfectam decoctionem. Hoc in appetentibus, & imbecillis corpore, ad reparandas vires, toto morbi decurſu exhibendum.

Expreſſum ad ventris profluvia.

Expreſſo coxæ vervecinæ, ſi inter recoquendum addideris medullam panis, gummi Arabici ſcrupulum aut alterum: vitellum ovi unum, terræ ſigillatæ vel croci martis & nucis moſchatæ parum, ſummum habebis remedium alimentoſum, contra quævis ventris profluvia, diarrhœam, lienteriam, & dyſenteriam, & ſimiles affectus.

Reſtat ut adhuc pauca dicamus de gelatinis; earumque præparandarum modis: ex quibus unam præ cæteris utiliſſimam tantùm proponemus: quæ fit, ut ſequitur:

Gelatina præſtantiſſima.

℞. Unum caponem duorum annorum vitulinam, poplitariam, pedes vitulinos quatuor: omnia decoque cum vini albi duabus menſuris, & aqua tantundem, idq; in olla nova vitreata: deſpumando pinguedinem, tàm inter coquendum, quàm pòſt: omnibus ſufficienter coctis, jus per linteum fortiter exprimatur: & pinguedo ſi qua reſtat omnis dematur: jus porrò in ollam novam trajiciatur, addendo ſacchari albiſſimi ſeſquilibram: cinnamomi integri ſeminunciam: garyophyllorum n. 12. Poſt cuius ebullitionem, addenda inſuper ſunt duo ovorum albumina ſufficienter agitata: iterumq; ebulliat: dein tranſcoletur per manicam, & ſic habebis gelatinam optimi nutrimenti, quæ prodeſt appetitui proſtrato, & languoribus aliis diuturnis.

Eadem ut colore rubicunda efficiatur, in locum garyophyllorum, alii parum ſantali rubri adjiciunt: alii ut flava fiat, paululum croci addunt: alii ut acidulum & ſuavem acquirat ſaporem, affundunt ſuccum limonum, vel parum aceti.

Hactenus ſatis dictum eſt, *de cibis tam alimentariis quàm medicamentoſis*; temporis ratio nunc poſtulare videtur, ut in pòſterum de omnis generis potibus, dicamus, adeò ut nihil in hoc *Diætetico noſtro* deſideretur, quod tàm ad univerſalem, quàm ad particularem victus rationem ſpectet.

CAP. XIV.

De potibus, tum in alimentum corporis noſtri, & vitæ conſervationem, tum in morborum curationem neceſſariis & primum.

DE VINO.

Potus baſis eſt Vinum & huius ſuccedanea alia potuum genera.

1. Vini natura.

SI verum eſt quod aſſerunt Philoſophi, in frigore mortem, in calore vitam eſſe repoſitam, nonnullorum opinionem, ignorationis aut pertinaciæ ſpiritu magis, quàm amore veritatis contendentium, apertè erroneam demonſtrabimus, dum axioma hoc ſuum tueri volunt, frigidam aquam uſui hominis in alimentum, & vitæ conſervationem, vino eſſe aptiorem & utiliorem. Cum enim *vinum calidæ ſit eſſentiæ, ſpiritibus vitalibus abundet, & à Deo Opt. Max. nobis datum ſit in recreationem cordis: ſicut panis in hominis alimentum*, id regio Prophetâ differente, quis ibit inficias, apprimè noſtræ naturæ eſſe amicum atq; conſentaneum? Faceſſant igitur iſti homines, qui judicant vinum in hominis detrimentum potius, quàm commodum fuiſſe à Deo conceſſum: ſuam alibi pertinaciam oſtentent, ignorantiamque patefaciant, qui non vereantur, tam falſam tueri opinionem, quam neque ratione, neque autoritate ulla fulcire poſſint. E contrà verò nulli non conſtat, uno conſenſu omnes Philoſophos ac Medicos ſcribere de ſingularibus vini virtutibus, imò etiam vinum inter optima ac maximè ſubſtantialia ac ſuccoſa alimenta recenſere; ut *Galen.* de eo ſentit *lib. 3. de alimentorum facultatibus*, ubi nonnullorum medicorum ſententiam impugnat, qui aſſerunt, alimentum quod & cibum, edulium, & eſca dicitur, contrarium potus ſeu potionis quid eſſe, ea de cauſa vinum alimentum vocari nolunt.

Vini natura alimentoſa.

Pſal. 104.

Plato imprimis in id genus homines inſurgit, qui tantum de vini bonitate & virtute detrahunt, in eoſque hæc ſcribit, *Vinum*, ut ferunt nonnulli (inquit) *ad ultionem hominibus datum eſt, ut inſaniant.* Ut autem ſermo habet noſter, remedium & medicina in contrarium, ut anima quidem pudorem: corpus autem ſanitatem & vires adipiſcatur.

2. dialog. de leg.

Quin & in *Timæo idem Plato*, ut naturam & qualitates vini propriè definiret, ſcribit in hæc verba: *Quod animam ſimul cum corpore calefacit, vinum dicitur.*

Calfaciens.

Deniq; ea eſt omnium medicorum ſententia, *vinum eſſe calidæ facultatis ad generandum ſanguinem aptiſſimũ, in cuius naturã facilè tranſit*: Unde inter præcipua alimẽta ſecundùm panem connumerandum eſt, primumq; noſtrorum ſpirituum inſtaurativum. Quam etiam opinionem ſequitur *Galen. lib. 3. de Aliment. facult.* in quo *de vino* privatim caput ſcripſit, ubi ſententia eorum quæ ſupra dicta ſunt, conti-

continetur: nec *in eodem libro, de aqua* uſpiam tanquam de alimento tractatur, ut quæ inter alimenta non cenſeatur.

Galeni ſequitur ſententiam *Oribaſius*, eaſdem qualitates ac facultates vino tribuens *in lib. ſuo* εὐπορισῶν *ca.* 12. his verbis: *Vinum igitur recreat, ac calorem ſuſcitat noſtrum: atque ideò concoctiones meliores fiunt, & ſanguis probus gignitur, alimentumque in omnem corporis partem à vino, quia vim habet permeandi, diducitur.* Quocirca eos, qui tenues ex morbis fiunt, habiliores reddit, & ſimul etiam appetitum alimentorum affert, pituitam attenuat, bilem urinis expurgat, jucunditateque & alacritate perfundit animum, & robur addit. *Vinum ergo moderatè potum* (inquit) *eſt horum bonorum cauſa, immodicè verò, contrariorum.*

Hinc conſtat ex uſu, non abuſu vini, magna ejus eſſe facultates ac vires, *tum ad alendum*, quòd copioſum gignat ſanguinem, *tum ad* virtutem cordis *corroborandam*, tum etiam *ad inſtaurandos* languentes aut deficientes noſtros ſpiritus, tum ad multa alia præſtanda, quæ corpori humano maximè utilia ſunt, ſive conſervanda ſit ſanitas, ſive morbi profligandi, quorum curationi conducit, ut paulò poſt ſuo loco dicemus, poſtquam de differentiis ejus diſſeruerimus.

2. *Differentiæ.*

Galenus tertio commentario quem in librum de ratione victus in morbis acutis Hippocratis edidit, Aetius tetr. 1. *ſerm.* 1. *tr. de vino, & de victus ratione in morbis acutis. Ægin. lib.* 1. *de re medica cap.* 15. *Actuar. de Spirit. ani. nutr. cap.* 8. Hi, inquam, authores varias vinorum *differentias* conſtituerunt, quas in medium primo proferemus: deinde noſtras adjiciemus. ***Differentiæ.***

Prima vini differentia in *colore* ſtatuitur, quatenus *aliud* eſt album inſtar aquæ, *aliud* flavum & coloris paleæ aut ſtipulæ: *aliud* helucllum, & colorem rubini dilutioris ac vivacioris referens: aliud rubino vegetiori, aut coloratiori ſimile: aliud granato clariori: aliud granato rubicundiori & obſcuriori colore reſpondens. ***1. à Colore.***

Secunda in *ſapore* poſita eſt: alia enim vina dulcia ſunt; alia auſtera & pontica: alia gratiſſimi ſaporis: alia inſuavis guſtus: alia matura: alia non ſatis cocta. ***2. à Sapore.***

Tertia vinorum differentia *conſiſtentiæ* rationem habet, ut alia ſint admodum tenuia & ſpirituoſa, qualia ſunt vina Græca & Canariana, aut nullas aut paucas fœces gignentia: alia verò craſſa & admodum materialia, magnam tartari atque fœtum copiam deponentia; Alia inter utramq; hanc differentiam medium tenentia: qualia ſunt in Germania, Vina Rhenana, vel Neccarina, in Gallia, vina, quæ dicuntur de Grave. Hujuſmodi ſunt vina, quæ in Gallia Narbonenſi, *vin de Cante-perdrix*, dici ſolent, *vin de Beaulne* in Burgundia, & varia alia, quæ in multis Galliæ locis naſcuntur, vina, inquam, tenuia ſpirituoſaque potius, quàm materialia & craſſa: quæque idcircò ſalubriora & præſtantiora ſunt, aliis ***3. à conſiſtentia.***

Ll 3 longè

longè terreſtrioribus & multas fœces ex ſe deturbantibus.

4. ab odore. Quarta in *odore* ſita eſt, quem gratum & ſuavem bona omnia vina obtinent: reliqua ingratum. Hinc fit ut docti bibones, odore vini bonitatem vel pravitatem, priuſquam deguſtent, experiri ſoleant, pronunciéntq; de vino ſententiam. Alia odore carent: quo arguuntur ſpiritu carere, ideoque bonitate: quod vini bonitas in ſpiritu ejus poſita ſit.

Nec alienum fuerit à propoſito hoc loco narrare, quid in vinis tentandis fiat Burdegalæ, quod cum ſit veriſſimum, multi tamen in dubium vocaturi ſunt, niſi qui ibi rei periculum fieri viderint. Omnia Vaſconiæ vina, quæ mari in varias provincias avehenda, Burdegalam comportantur. Illuc convecta, in cellas publicas immenſæ longitudinis ac latitudinis, ut forum vinarium verè dici poſſint, in hunc finem conſtructas, & ab urbe pauliſper ſubductas, reponuntur: atque ita compreſſis ordinibus ſeriatim componuntur, ut inter ordines deſit ſpatium ad perforandum dolium, è quo vinum hauriatur. Quo fit, ut mercatores, vina empturientes, & in hac re verſatiſſimi, non ex guſtu vini notent, quæ probant, vini dolia: ſed ſuper ſingulos ordines vaſorum gradientes, in ſingulis vaſis, greſſum prementes, facilè dignoſcãt, quæ ſpirituoſiora ſunt & leviora, atq; idcircò ut meliora ſigillis ſuis denotent. Levius enim ac agilius ſuper meliora incedunt vina, quàm ſuper craſſiora ac terreſtriora, quæ graviorem & tardiorem greſſum reddunt.

5. à tempore ætate. Aliæ porrò ſunt vini differentiæ ex *tempore* petitæ, ut cum vina alia aliis recentiora, aut vetuſtiora ſunt: ſiquidem pro varietate, & vetuſtate temporis, variam qualitatem contrahunt: alia enim temporis ſpatio potentiora & calidiora redduntur: colore, ſapore & ſubſtantia variant: alia verò viribus imminuuntur, & brevi temporis intervallo fugiunt.

6. à regionib. natalitiis. *Differentiæ* aliæ vinorum petuntur *ex regionibus & terræ varietate*, ubi creſcunt: Nimirum in hoc climate alia vina, in alio alia diverſæ naturæ, ſive ex ſoli qualitate, ſive ex racemi natura id fiat, producuntur. Quicquid eſt, ſatis nobis conſtat, vina hîc, quàm illîc meliora: nec ubique æqualia bonitate naſci: imò in eodem vineto vineas alias aliis vini melioris eſſe feraciores, alias deteriores, quotidianâ experientiâ confirmatur. Sic in Gallia vinum *de Couſſy, d' Hai*, & ſimilia probata ſunt Aurelianis ſalubriora, atque idcircò Regibus congruentiora, quod non ita vaporibus & fumis ſuis caput feriant, ut alia. Hinc in Oeconomia Regis ſancitum eſt lege domeſtica, ne Oeconomus cum ad hoc munus vocatur, Aurelianum vinum Regiæ Majeſtati auſit propinare: quod bona fide & jurejurando ſe præſtiturum promittit: Etſi Aureliana vina inter cætera ſapore quàm ſuaviſſimo excellant.

Sic in Germania Rhenanum reliquis præfertur, ceu ſalubrius, eſt in

his

Digitized by Google

his Rincovienſe quod præ aliis expetitur ceu delicatius & ſpirituoſius.

Poſtrema vinorum differentia ex eorum facultatibus & proprietatibus deſumitur.

3. *Delectus.*

Sed hîc quæritur quid utilitatis, iſtarum omnium differentiarum cognitio Medico pariat? Maximam teſtatur *Aetius tetr. 1. ſerm. 1.* his verbis: „Quandoquidem verò, inquit, plurimas in vino differentias reperimus, diſtinguendum eſt de ipſis, quàm breviſſimè id fieri poteſt. Rubra itaque & craſſa ex omnibus ad generandum ſanguinem commodiſſima ſunt, ut quæ parva egeant in ſanguinem tranſmutatione. Deinde nigra, ſimulque dulcia & craſſa: Deinde colore quidem rufa aut nigra, compage verò craſſa & habentia ſimul adſtringētem qualitatem. Hic minus valent alba, ſimulque craſſa & acerba ad nutritionem. Minimè verò omnium alunt, colore alba, compage tenuia & quodammodò aquæ ſimilia. Concoquuntur autem in ventriculo, & magis diſtribuuntur dulcia, quàm auſtera, utpote calidiore vi prædita: ſed & ventrem magis ſubducunt. Ceterum valdè craſſa & tardius concoquuntur, & tardius in corpus diſtribuuntur. Vbi autem ventriculum robuſtum nacta fuerint, ut probè concoquantur, amplius nutrimentum corpori præbent. Manifeſtum eſt autem, quod & alvum ſiſtunt, & urinæ ciendæ incommoda exiſtunt: in quibuſdam craſſum ſuccum generantes. Quædam ex ipſis etiam jecur & lienem, ac renes obturant: atque inde aliqui in aquam intercutem incidunt: aliqui è calculo laborant ex nimio ipſorum uſu & præſertim ſenes. Tandem *Aetius* ſic concludit: *Optimum vinum eſt*, & ſanis & ex morbo ſe recolligentibus, commodiſſimum, quod colore rufum, compage tenue, & leviter ſubaſtringens exiſtit.

Ex his omnibus, ac ex iis quæ ab *Hippocrate* ſcripta ſunt *lib. 3. de ratione victus in morbis acutis*, nec non à *Galeno in principio commentarii tertii eiuſdem libri, aliiſque locis*, medicus diſcat, quæ vina meliora, ſalubriora, ac conſervādæ ſanitati congruentiora ſunt, ut quæ in curam multorum morborum concedantur, tum mera, tum plus aut minus aqua diluta.

Lib. Meth. med. & ſanitatis tuendæ.

Vis medicamentalis ad corpus.

Non enim *tantùm alendo* noſtro corpori aptum eſt vinum, aut *cordi recreando*, & inſtaurandis ac roborandis ſpiritibus noſtris: *Quin & eius facultates ac virtutes ad medicandum curandumq;* protenduntur, ut non ſolùm ex Hippocratis teſtimonio probabimus *libro jam citato*, Galenoque ejus interprete: ſed ex omnium celeberrimorum medicorum, Græcorum, Arabum, & Latinorum uno eodemque conſenſu. Quod idcirco in medium proferimus; ut qui nituntur vini tanquam humanæ naturæ noxij uſum explodere, deſinant antiquorum, quos malè conſuluerunt, authoritate, errores ſuos tueri.

Hæc:

Digitized by Google

bere. Ætate verò non nimium recens, neque vetus eſto, neque colore nigrum, ſed potius ſubſulvum, & album, & ſubſtantiâ tenue. Cupimus enim ut quàm primùm in venas, totumque corpus diſtribuatur: præſertim cum vires collapſas, & in periculo interius conſtitutas, recreare feſtinamus. Quin etiam, ſi ab igneis inflammationibus deliquia animi ſuſcitentur, vitæque periculum ſubeſſe cognoveris, vinum mox exhibebis, maximè quod chondro incocto ſuperfuderis, &c.

Vt autem oſtendat, quantâ virtute polleat vinum ad inſtaurandas corporis vires, vel etiam imbecillimas & totas propè proſtratas, idem ſcribit, quæ ſequuntur: *lib. 7. cap. 14.* Sin autem vires urgeant extremarum perfrictiones, convulſionesque, & animi defectio oriatur: ſalutare eſt etiam vinum decoctoadmiſcere. Nam vinum (addit) omnium maximè ſubitò & celeriter vires collapſas refocillare poteſt: ac multos novi ex ſola illius potione, præter ſpem, mortis periculum evaſiſſe.

Producendus adhùc nobis hic eſt alius locus ex eodem Tralliano, inſignis & elegans, Vbi, qui in ſanitatem corporis & curationem morborum præferunt aquam vino, ipſumque tam protervè reſpuunt ac vituperât, quaſi exitiale quid potius, quàm ſalubre & utile, erroris & falſitatis ſuæ damnationem audient. Hæc igitur verba ſunt Tralliani, dum agit de phrenitide curanda, quæ ad noſtrum iterum faciunt iuſtitutum. Quin & vinum (inquit) quod ſitim reſtinguat, dare phreniticis audendum eſt, in quibus multæ urgent vigiliæ & vires ſunt imbecillæ: febres autem nondum vehementiam, neque ardorem habent: ſed quædam concoctio urinarũ quoque in eis apparet. Præterea illis cum fiducia dandum eſt, qui per ſanitatem quoque vinum amare conſueverunt, & os ventriculi imbecillum & natura frigidius obtinent. In his enim tempeſtiva eſt vini potio, & omnibus mẽte alienatis, ſi modicè aſſumatur. Nã ferociam ipſorum mutat, & ferinos mores ad hilaritatem transfert, ſomnumque conciliat, eò quod cibum celeriter concoquat, & in totum corpus diſtribuendum adjuvet. In quibus igitur nulla fervens inflammatio aut magnus admodum calor præcordia infeſtet, & vires infirmentur, audacter vinum ipſis exhibeto. Majus enim ex eo commodum erit, quàm quæ noxa fore putetur. Si enim vires recollectæ fuerint, & non collabi permiſſæ, omnia tentare poſſumus, & multifariam ægro ſuccurrere. Collapſis autẽ ipſis, omnis medicorum curatio deſperata erit. Quare metiri convenit, & noxam quæ ex vino expectatur, & commodum: atque ſi plura fuerint, quæ permittant, propinare debes, minorem offenſionem contemnendo. Fieri enim haud poteſt, ut id quod juvat, aliqua etiam parte non noceat. Medici autem eſt ejuſmodi tùm metiri, tùm judicare. Nam ſi univerſa moderata quantitate, qualitate, ordi-

Digitized by Google

„ordine &tempore adhibeantur, totam „artem abſolvunt, conſummantque, & „finem bonum imponunt.

Atque hæc ſunt, quibus prudens Medicus intentus eſſe debet ex conſilio Tralliani, ut uſum vini in graviſſimis etiam morbis vel concedat, vel detrahat, prout viderit expedire, non ut prorſus ejiciat ac damnet, quaſi perniciosum quid potius, quàm utile.

Vis alexipharmaca. Pergamus ad aliarum vini facultatum expoſitionem, ut tandem finē huic orationi imponamus. Omnibus *venenis contrarium* eſt, ut vult *Celſus*, „*lib.* 8. *de re medica cap.* 27. Quidam, in„quit, poſt rabioſi canis morſum, pro„tinus in balneum mittunt, ibique pa„tiuntur deſudare dum vires corporis „ſinunt, ulcere adaperto, quo magis ex „eo quoq; virus deſtillet. Deinde mul„to meracoque vino excipiunt, quod „omnibus venenis contrarium eſt.

Vinum porrò inter omnia alia præſidia, ſumma eſt ſenectutis medicina: quod docet *Aetius tetr.* 1. *ſerm.* 4. *cap.* 30. *de ratione victus ſenum:* Vinum verò, inquit, ſenibus utiliſſimum eſt, „Sit autem ex calidioribus natura, qua„le eſt quod ſubſtantia quidem tenue „eſt, colore autem fulvum, aut flavum. „Atque unum quidem hoc maximum „bonum ſenibus accedit, quod cale„fiunt omnes eorum partes: deinde „quod ſerum ſanguinis per urinas pur„gatur.

5. *Vis medicamentalis quo ad animum.*

Quid præterea de vino dicemus, quod non tantùm nutriendo corpori, recreandis & corroborandis cordis viribus, & innumeris ægritudinibus curandis aptum eſt: ſed *& mentis medicamentum optimum* eſt ex Oribaſij ſententia? Sic enim Oribaſius *lib.* 3. *Medic. collect. cap.* 7. ſcribebat; Quin etiam vinum poterit animum quodammodo afficere, quippe cum vinum ſit mæroris medicamentum: Atque Helena quidem mihi videtur hoc crate„ri infudiſſe, ut mœrorem ſedaret. „

In hoc argumentum *Plato* quoque dicebat; Equidem, inquit, ſi infi„nita commemores, nunquam inve„nies, in quo per jocum, ſine omni„ prorſus periculo, ſpectare ingenia, ſicut in vino, licet. *1. dialog. de legibus.*

Satis ſuperque de natura, differentiis & ſingularibus vini proprietatibus ac facultatibus, ex ſpiritibus, quibus abundat, ei comparatis, dictum eſt.

CAP. XV.

De aliis potuum generibus.

Similes ſecundùm vinum tritico, ac omnibus frumentis, graniſque ex quibus elicitur farina, inſunt: ex quibus ſola fermentatione, aquæ vitæ adurentis copia extillari poteſt, qualis ex vino prolicitur; ex fructibus quoque, ſed minore copia, ejuſdem fermentationis vi, aqua vitæ ſimilis extrahi poteſt. Quin & per eandem fermentationem duplex potus genus optimum ex pomis & pyris in Normandia conficitur, quibus potibus inebriantur etiam, qui immodicè iis utuntur.

Digitized by Google

utuntur, perinde ac vino: nec non ex illis etiam ardentiſſima aqua, ut diximus, educi poteſt.

De cereviſia.

Iidem aut ſimiles ſpectantur effectus in variis cereviſiarum generibus, quæ ex hordeo granisque aliis concinnantur: quibus potantur Angli, Belgæ, & plerique Germani, vini loco, non minus caput afficientes, quàm vinum ipſum: ex quibus etiam aqua vitæ ardentiſſima educitur, quæ vim in ipſis alimentoſam & roborantem latere, ſatis arguit. Propria enim ſunt hæc ſpirituum officia, & effectus, qui idcircò non abſurdè (ſed inprimis virtus ex vino expreſſa) ſpiritus & aquæ vitæ à præclaris Philoſophis vocantur: quibus ſpiritibus cùm aqua ſimplex careat, nullo modo alimentoſa, nec corroborans dici poteſt: nullumque eſt alimentum, qualecunque fuerit, ſive vegetabile, ſive animale, quod ejuſmodi ſpirituum non ſit particeps: unde ingenioſus artifex, & verè Philoſophus, aquam vitæ non extrahat.

De Hydromellibus.

Præter ejuſmodi cereviſias, pomaria, & pyraria vina, alioſque id genus potus, quos neceſſitas invexit variis in locis, nec non utilitas ad alendũ corpus; plura alia ſunt potuum genera excogitata, quæ & alimenti vices ſuppleant. Hujus generis ſunt hydromella, quæ antiquis maximè familiaria fuerunt & uſitata. Variè autem concinnantur, quin & nonnulla etiam fiunt uſque adeò vinoſa, ut malvatica vina bonitate & generoſitate æquent: quod immoderatè potum facilè inebriat, tantumque aut plus etiam, vel potentiſſimo vino calfaciat: Ex eo magna aquæ ardentis copia, eiuſque potentioris, quàm quæ eſt vini, prolicitur, quamvis ex ſola aqua & melle, debita proportione mixtis, debitè exhalatis, fermentatis, & ad ſolem aliquandiu, vel in cella vinaria, non uſquequaque humida decoctis, conſter. Hoc idem Hydromel ſeparato ſpiritu, uſque adeò aceſcit, ut vini acetum quam fortiſſimum ſuperet. Denique vires obtinet, ac qualitates admodum calfacientes, ut quod ex materia roris cœleſtis ac ſpiritualis, digeſtionem in animali, hoc eſt, apibus jam paſſæ, partim confectum ſit: Quæ quidem apum digeſtio longè potentior eſt, omni alia quæ per vegetabilia perficitur: cum & vegetabilium digeſtio ſub animalis digeſtione, quod primò herbis paſcitur, continеatur: Sed de tàm eleganti Philoſophia, apertiùs in alijs meis operibus diſſerui, ad quæ lectorem relego, ne toties dicta repetantur.

Multæ ſunt aliæ hydromellum ſpecies & ſimplices, & compoſitæ, tum in alimentum, tum in medicamentum utiles, de quibus in Pharmacopœa noſtra reſtituta, omnibus ſatis ſuperque tractabimus.

De Ptiſanis.

Variæ etiam ptiſanarum genera conficiuntur, quæ in morbis, loco vini uſurpantur, quas hîc non opus eſt inſerere.

Digitized by Google

Vina medicata. Quin & medicata vina multorum generum concinnantur: Qua de re conſulendus eſt *Myrepſus* inter omnes, *ſect* 37. *cap*. 29. Aet. *tetr. ſi ſerm*. 3. *cap*. 58. 60. & 61. *Oribaſius lib*. 5. *medic. collect. cap*. 25. *Trall. lib*. 1. *cap*. 15. Ægineta *lib*. 1. *de remed. cap*. 23. & *lib*. 7. *cap*. 9. *Celſus lib. de remed*. 4. *cap*. 5. De ſtomachi morbis eorumque curatione. Apud illos liceat videre, innumera vinorum genera, purgantia & alia, quorum jam aliquam in pharmacopœa noſtra deſcriptionem exhibuimus. Atque hæ ſunt variæ utilitates & proprietates vini, aliorumque potuum, è quibus facilè eſt perpendere, an ad potus aquarum accedant, & cum iis ullo modo conferri queant.

Cap. XVI.

De Aqua.

Aqua. Communis aqua (utpote ad elementum aqueum proximè accedens) frigidæ eſt & humidæ qualitatis: non caret illa vitali principio, ut nec reliqua omnia creata.

1. *Vſus.*

Eius uſus admodum neceſſarius eſt, ac utilis (ſi quid aliud eſt) *ad vitæ conſervationem.* Terra enim eius irrigatione, germina, & fructus producit, quæ alioqui ſterilis, & infrugifera langueret. Ea aquantur animalia alia cum hominibus, ut ſitim extinguant, nec commodè alioqui citra eius uſum viverent.

Hac diluitur farina, ut paſta fiat, & panis: nec citra illam edulia in uſum hominis coquuntur: hæc pariter non parvo uſui eſt ad multos potus alimentoſos ac medicamentoſos conficiendos in ſalutem hominis. Denique ſi hûc congerere omnes illius uſus, ac commoditates propoſuerim, nullus unquam fiet finis.

Proprietatis. Satis eſt mihi illius *proprietates* indagare, quæ diætæ ſanitatique conſervandæ congruæ ac neceſſariæ fuerint. In quem finem ſummè neceſſaria eſt medico facultatum illius cognitio. Atque id ipſum eſt, quod nos docet Æginet a *lib. primo de re medic. cap*. 50. De Aquis, inſcripto, quod ſic orditur: Oportet etiam (inquit) aquarum virtutis ac vitij pretium eſſe. Multi enim uſus ſunt aquæ, præ omnibus fere rebus aliis, ad omnem victus rationem.

2. *Differentiæ.*

Vt bonas ac laudabiles aquas à vitioſis diſtinguamus, differentiæ illarum primò nobis cognoſcēdæ ſunt: quæ ex ſententia Aetij in genere ſpectatæ, quintuplices numero ſunt: *aqua pluvia, fontana, putealis, fluvialis, & ſtagnoſa vel lacunoſa*: quæ quidem generales differentiæ, in alias ſpecialiores dividendæ ſunt. *Aet. tr*. 1. *ſerm* 3. 163.

Pluvia. Aquæ pluviæ nomine intelligi poteſt, quicquid ab aere in terram defluit, aquæ formam obtinens. Quod cum variè accidat, diverſas quoq; diſtinctiones, ut neceſſarias poſtulat.

Aliæ

Digitized by Google

Aliæ enim ſunt pluviæ lenes ac ſuaves, quæ nulla aëris commotione decidunt: *aliæ* ſunt procelloſiores.

Præterea nivalium quoque aquarum, à pluviis diſtinctarum, nobis ſtatuendum eſt diſcrimen: quæ etſi inter leviſſimas cenſentur, quod ſublimatæ & deſtillatæ fuerint, ideoque putrefactæ aut digeſtæ: hoc nomine tamen inter optimas aquas non ſunt reponendæ, ut quæ febricitantibus & ictericis incommodæ & detrimentoſæ ſint, ut ſcribit *Aetius eodem loco*: Verùm febrientibus, inquit, & iis qui bilem ſupernè ac infernè reddunt, & regio morbo, incommoda eſt. Subjungitque poſteà: Quare neque exterget, neque concoquit, neque madefacit, & excretiones impedit: diuturniorque, tardiùs item concoquitur ac digeritur: De aqua pluvia loquitur. Anteà enim dixerat, eam non niſi recentem eſſe utilem, idque ſi trajiceretur aut tranſcolaretur. Quæ magna eſt moleſtia & nimia ſervitus, in potu aquæ. Nec dubium eſt tamen, quin ciſternarum aquæ in Italia uſitatiſſimæ, & quæ in Gallia nunc frequentes eſſe ſolent, liberent aquas hac trajectionis moleſtia. Si quidem eiuſmodi aqua per arenam transfuſa, atque ſic repurgata, leviorque reddita inter optimas cenſetur, ſive guſtus, ſive valetudinis habeatur ratio.

Fontanæ. Quod ad *fontanas* aquas attinet, uſitatiſſimæ ſunt omnium, atque inter optimas connumerantur. Veruntamen advertendum eſt accuratè, in quam partem fluant, & quo ſole ſpectentur. Si enim ab Oriente id fiat, ceteris præſtant, ut ait Oribaſius, humiditate, tenuitate, odoris ſuavitate, & moderatè refrigerando, moderateque calefaciendo. *Aetius loco præcitato* in huiuſmodi aquis exigit, ut per meatum quendam, aut terram puram excolentur, calefiant ac refrigerent citiſſimè. Has ait inter alias eſſe optimas, niſi aliquod vitium ex cloacis contrahant. *Nota optimarum aquarum.*

Fontanæ verò aquæ (addit Aëtius) quarum fontes ad ſeptentrionem erumpunt ex petris ſtillantes, ſolem averſum habent; incoctiles ac tardi tranſitus ſunt; tardeq; calefiunt & frigefiunt, idcircò aliis deteriores ſunt: Quæ ad Occidentem vergunt, ut ait Oribaſius, violentæ ſunt, & refrigeratione, & duritie. Quæ ad meridiem ſpectant, magis ſalſæ ſunt, & calidiores, & ad mejendum non idoneæ, ſed ad deſcendendum per inteſtina promtiores.

Putiales. Aqua ex puteis vivas ſcaturigines habentibus, ex quibus in horas hauritur aqua, ſi nullum aliunde vitium accedat, inter bonas cenſetur, & quibuſdam hominum naturis congrua eſt. De ea ſic ſcribebat *Aetius eodem libro & capite*: At puteana, inquit, frigida eſt; terrâ difficulter excernitur, ægrè digeritur: propterea æſtuoſo ſtomacho aut ventri commodior eſt, quàm fontana.

In examen aquarum fluvialium & putealium, naturæ terrarum, & loca unde ſcaturiunt, nobis imprimis obſervanda ſunt: ſive ſit locus planus & campeſtris; ſive monticuloſus, aut

Digitized by Google

etiam montanus: Nam qui fontes aut putei in planis locis ſiti in ſuo nativo ſolo ſcaturigines nacti ſunt, minus commodas ac ſalubres aquas producunt, quàm quæ ex altioribus & montanis locis decurrunt. Ut enim ſcribit *Oribaſius libro jam citato*, colles & montes ad bonas aquas eructandas potiores ſunt humiliore & planiore ſolo. Nam & puriores & tenuiores, ac odoratione dulcedineq; ſuaviores aquas emittunt.

Diſtinguenda porrò ſunt eiuſmodi loca. Quædam enim ſunt plana quidem, ſed ſub quibus rupes delitеſcunt, ex quibus aquæ frigidiores emergunt, quàm ubi nullæ ſunt. Quædam ſunt arenoſa, aut pinguia & opima arva, ex quibus quæ ſcaturiunt origines, ſemper meliores aliis habentur.

Quod verò ad eas aquas attinet, quæ ex montibus & collibus delabuntur, cum alii montes aut colles ſint terrei, (ut ibidem ſcribit Oribaſius) alii petroſi, pro varia natura diverſas etiam aquas emittunt. Terrei ſiquidem ferunt præſtantiores, & mollitie, & minoris frigiditatis: Saxei aquas habent deteriores, tùm duritie, tùm frigore: Puriores tamen, quàm aliæ ſunt, minimumque habent ſubſiſtentiæ.

Fluvialis & ſtagnoſa. De *fluvialibus* verò & *ſtagnoſis aquis Aetius* loquens, eodem ipſas ordine collocat, cum ſic ſcribit: Fluviales, inquit, aquæ & ſtagninæ, omnes malæ ſunt, Nili aquâ excepta: hæc enim (addit) omnibus virtutibus exornata eſt. In ſumma, mirum in modum laudat fluminis illius aquam: aqua cum procul diſtemus, parùm tot illius laudes nobis conferunt. Hinc tamen inferre poſſumus, cum iſtud flumen lutoſius ſit, quàm arenoſius, à quo tota Ægypti regio (ut ferunt hiſtoriæ) quotannis, cùm ab alveo ſuo excurrit; impinguatur: omnes fluviorum pingues aquas, pari modo, aliis ex torrente arenoſo profluentibus, eſſe præferendas. Hinc fit, ut Sequanæ lutoſa & pinguis, Ligurinam aquam ſabuloſam bonitate ſuperet: Non enim ex Ligeri exundante impinguantur arva, quæ potius adeò arena conteguntur, ut inde ſterileſcant: At cum Sequana lutoſam aquam & pinguem, per opima arva transfluens, obtineat, meliorem idcircò exhibet aquam, tùm quod onera ferat graviora; quàm alii Galliæ fluvii, tùm quod equos impinguet, leguminaq; citiùs, & melius coquat, quæ bonæ aquæ certiſſima ſunt indicia, ut paulò poſt dicemus. Hinc concludimus inter optimas recenſendas eſſe Sequanæ aquas, præſertim ſi ab hypoſtaſi ſua repurgatæ fuerint, aut in ciſternas depurandæ infundantur.

Celſus fluviorum aquas, nec ipſe eodem loco, quo ſtagninas ſtatuit, quemadmodum nec Aëtius: At ſecundo loco fontanas illas æſtimat, putealibus etiam eas præferens. De ſtagnoſis verò ac paluſtribus, quæ quieſcunt, nec moventur, ita ut mortuæ videantur, cenſet inter peſſimas & ſummè noxias eſſe reponendas. Quare (ut inquit Aëtius) nunquam talis *Lib. 2. de re medic. cap. 18.*

aqua

Digitized by Google

aqua, alia præſente debilibus exhibenda eſt.

3. Delectus.

Hæ ſunt omnes aquarum differentiæ, & qua ratione vitioſæ à bonis ſecernendæ ſint: quarum conditiones & qualitates propriæ, ut verè bonæ dici poſſint, huiuſmodi eſſe debent, nempè *ut bona aqua ſit levis, pellucida, limpida, & oculis grata, ut omni ſapore & odore, aliave id genus qualitate careat: quæ tamen palatum delectet: ut ſitim facilè ſedet: ut parum diu ventriculo immoretur: ut promptè incaleſcat, prompteque refrigeretur: quæ hyeme calida ſit, æſtate gelida: qua leguminа facilè, & citò, nec non carnes, reliquaque edulia percoquantur.* Ea etiam (inquit Aëtius) bona eſt, quæ cibos in ventre bene concoquit. Hæ omnes notæ, bonitatem aquæ ſignificant: quæ tamen pro variis gradibus illarum conditionum, vel melior, vel deterior redditur.

4. Effectus ſeu vires.

Quæ bona vel mala inferat humano corpori aqua ſimplex & cruda, idem Aëtius eodem libro abundè edocet: ubi tamen quæſtionem reticet, *an aqua elementum ſit, nec ne: an nutriat, nec ne, num alimenti vehiculum ſit.* Non eſt, inquit, propoſitum hic quærere. Ut tamen magnam eius utilitatem oſtendat, quàm ſupra expoſuimus initio huius capitis, hæc addit: Quod verò dicere neceſſarium eſt, hoc eſt, quod ſine aqua alimentum concoqui non poteſt, ſicut neque citra aquam, quicquam commodè coqui poteſt.

Oribaſius Hippocratis ſententiam referens, quæſtionem ſolvit, quam Aetius videtur de induſtria ſubticuiſſe, aut in dubium vocaſſe. Sic enim ſcribit, Porrò aquam non alere, ſed vehiculum tantummodò alimenti eſſe, & Hippocrates & ceteri præſtantiſſimi medici dixerunt; ob eamque cauſam non poteſt vitalem facultatem roborare; & hoc fuit in cauſa, ut Hippocrates ab aquæ uſu in ægrotantibus abſtinens, ad mulſam, oxymel & vinum ſe contulerit &c. Quæ *Oribaſius ex Hippocrate*, nec non etiam Galeno, *in commentario de ratione victus in morbis acutis* tranſcripſit. Sequuntur verba *Hippocratis*, quæ poſtquam de vini uſu, etiam oligophori, de hydromelite & oxymelite uſitatis potibus, & in multis acutis morbis conceſſis, differuit, de aqua ſubjicit: Aquæ quæ in acutis bibitur, nullum ſanè aliud habeo, quod concedam officium. Neque enim in peripneumonicis tuſſim ſedat, neque ſputum educit: imò ceteris minùs, ſi quis aquæ potione utatur: verùm ſi inter oxymel & mulſam parùm aquæ inſtilletur, ob qualitatis paſſionum tranſmutationem ſputum educit, &c.

Lib. 5. med. collect. c. 1.

Aqua non alit, ſed eſt alimenti tantùm vehiculum.

Galenus in ſuo commentario addit, quod ſequitur, quodque Oribaſius ex ipſo mutuatus eſt ad verbum, in eo textu, quem ſupra citavimus. Hæc igitur (de aqua optima

verba

Cap. XIV.

De potibus, tum in alimentum corporis noſtri, & vitæ conſervationem, tum in morborum curationem neceſſariis & primum

DE VINO.

Potus baſis eſt Vinum & huius ſuccedanea alia potuum genera.

1. Vini natura.

SI verum eſt quod aſſerunt Philoſophi, in frigore mortem, in calore vitam eſſe repoſitam, nonnullorum opinionem, ignorationis aut pertinaciæ ſpiritu magis, quàm amore veritatis contendentium, apertè erroneam demonſtrabimus, dum axioma hoc ſuum tueri volunt, frigidam aquam uſui hominis in alimentum, & vitæ conſervationem, vino eſſe aptiorem & utiliorem. Cum enim *vinum calidæ ſit eſſentiæ, ſpiritibus vitalibus abundet, & à Deo Opt. Max. nobis datum ſit in recreationem cordis; ſicut panis in hominis alimentum*, id regio Propheta differente, quis ibit inficias, apprimè noſtræ naturæ eſſe amicum atq; conſentaneum? Faceſſant igitur iſti homines, qui judicant vinum in hominis detrimentum potius, quàm commodum fuiſſe à Deo conceſſum: ſuam alibi pertinaciam oſtentent, ignorantiamque patefaciant, qui non verentur, tam falſam tueri opinionem, quam neque ratione, neque autoritate ulla fulcire poſſint. E contrà verò nulli non conſtat, uno conſenſu omnes Philoſophos ac Medicos ſcribere de ſingularibus vini virtutibus, imò etiam vinum inter optima ac maximè ſubſtantialia ac ſuccoſa alimenta recenſere; ut *Galen.* de eo ſentit *lib. 3. de alimentorum facultatibus*, ubi nonnullorum medicorum ſententiam impugnat, qui aſſerunt, alimentum quod & cibum, edulium, & eſca dicitur, contrarium potus ſeu potionis quid eſſe, ea de cauſa vinum alimentum vocari nolunt.

Vini natura alimentoſa.

Pſal. 104.

Plato imprimis in id genus homines inſurgit, qui tantum de vini bonitate & virtute detrahunt, in eoſque hæc ſcribit, *Vinum*, ut ferunt nonnulli (inquit) *ad ultionem hominibus datum eſt, ut inſaniant.* Ut autem ſermo habet noſter, remedium & medicina in contrarium, ut anima quidem pudorem: corpus autem ſanitatem & vires adipiſcatur.

2. dialog. de leg.

Quin & in *Timæo* idem *Plato*, ut naturam & qualitates vini propriè definiret, ſcribit in hæc verba: *Quod animam ſimul cum corpore calefacit, vinum dicitur.*

Calfaciens.

Deniq; ea eſt omnium medicorum ſententia, *vinum eſſe calidæ facultatis ad generandum ſanguinem aptiſſimũ, in cuius naturã facilè tranſit*: Unde inter præcipua alimẽta ſecundùm panem connumerandum eſt, primumq; noſtrorum ſpirituum inſtaurativum. Quam etiam opinionem ſequitur *Galen. lib. 3. de Aliment. facult.* in quo *de vino* privatim caput ſcripſit, ubi ſententia eorum quæ ſupra dicta ſunt, conti-

continetur; nec *in eodem libro, de aqua* uſpiam tanquam de alimento tractatur, ut quæ inter alimenta non cenſeatur.

Galeni ſequitur ſententiam *Oribaſius*, eaſdem qualitates ac facultates vino tribuens *in lib. ſuo* εὐπορίστων *ca. 12.* his verbis: *Vinum igitur recreat, ac calorem ſuſcitat noſtrum: atque ideò concoctiones meliores fiunt, & ſanguis probus gignitur, alimentumque in omnem corporis partem à vino, quia vim habet permeandi, diducitur.* Quocirca eos, qui tenues ex morbis fiunt, habiliores reddit, & ſimul etiam appetitum alimentorum affert, pituitam attenuat, bilem urinis expurgat, jucunditateque & alacritate perfundit animum, & robur addit. *Vinum ergo moderate potum* (inquit) *eſt horum bonorum cauſa, immodicè verò, contrariorum.*

Hinc conſtat ex uſu, non abuſu vini, magnas eius eſſe facultates ac vires, *tum ad alendum*, quòd copioſum gignat ſanguinem, *tum ad* virtutem cordis *corroborandam*, tum etiam *ad instaurandos* languentes aut deficientes noſtros ſpiritus, tum ad multa alia præſtanda, quæ corpori humano maximè utilia ſunt, ſive conſervanda ſit ſanitas, ſive morbi profligandi, quorum curationi conducit, ut paulò pòſt ſuo loco dicemus, poſtquam de differentiis eius diſſeruerimus.

2. *Differentiæ.*

Galenus tertio commentario quem in librum de ratione victus in morbis acutis Hippocratis edidit, Aetius tetr. 1. ſerm. 1. tr. de vino, & de victus ratione in morbis acutis. Ægin. lib. 1. de re medica cap. 15. Actuar. de Spirit. ani. nutr. cap. 8. Hi, inquam, authores varias vinorum *differentias* conſtituerunt, quas in medium primo proferemus: deinde noſtras adijciemus. *Differentiæ.*

Prima vini differentia in *colore* ſtatuitur, quatenus *aliud* eſt album inſtar aquæ, *aliud* flavum & coloris paleæ aut ſtipulæ: *aliud* helvellum, & colorem rubini dilutioris ac vivacioris referens: aliud rubino vegetiori, aut coloratiori ſimile: aliud granato clariori: aliud granato rubicundiori & obſcuriori colore reſpondens. *1. à Colore.*

Secunda in *ſapore* poſita eſt: alia enim vina dulcia ſunt; alia auſtera & pontica: alia gratiſſimi ſaporis: alia inſuavis guſtus: alia matura: alia non ſatis cocta. *2. à Sapore.*

Tertia vinorum differentia *conſiſtentiæ* rationem habet, ut alia ſint admodum tenuia & ſpirituoſa, qualia ſunt vina Græca & Canariana, aut nullas aut paucas fœces gignentia: alia verò craſſa & admodum materialia, magnam tartari atque fœtum copiam deponentia; Alia inter utramq; hanc differentiam medium tenentia: qualia ſunt in Germania, Vina Rhenana, vel Neccarina, in Gallia, vina, quæ dicuntur de Grave. Hujuſmodi ſunt vina, quæ in Gallia Narbonenſi, *vin de Cante perdrix*, dici ſolent, *vin de Beaulne* in Burgundia, & varia alia, quæ in multis Galliæ locis naſcuntur, vina, inquam, tenuia ſpirituoſaque potius, quàm materialia & craſſa: quæque idcircò ſalubriora & præſtantiora ſunt, aliis *3. à conſiſtentia.*

Ll 3 longè

longè terreſtrioribus & multas fœces ex ſe deturbantibus.

4. ab odore. Quarta in *odore* ſita eſt, quem gratum & ſuavem bona omnia vina obtinent: reliqua ingratum. Hinc fit ut docti bibones, odore vini bonitatem vel pravitatem, priuſquam deguſtent, experiri ſoleant, pronuncientq; de vino ſententiam. Alia odore carent: quo arguuntur ſpiritu carere, ideoque bonitate: quod vini bonitas in ſpiritu ejus poſita ſit.

Nec alienum fuerit à propoſito hoc loco narrare, quid in vinis tentandis fiat Burdegalæ, quod cum ſit veriſſimum, multi tamen in dubium vocaturi ſunt, niſi qui ibi rei periculum fieri viderint. Omnia Vaſconiæ vina, quæ mari in varias provincias avehenda, Burdegalam comportantur. Illuc convecta, in cellas publicas immenſæ longitudinis ac latitudinis, ut forum vinarium verè dici poſſint, in hunc finem conſtructas, & ab urbe pauliſper ſubductas, reponuntur: atque ita compreſſis ordinibus ſeriatim componuntur, ut inter ordines deſit ſpatium ad perforandum dolium, è quo vinum hauriatur. Quo fit, ut mercatores, vina empturientes, & in hac re verſatiſſimi, non ex guſtu vini notent, quæ probant, vini dolia: ſed ſuper ſingulos ordines vaſorum gradientes, in ſingulis vaſis, greſſum prementes, facilè dignoſcât, quæ ſpirituoſiora ſunt & leviora, atq; idcircò ut meliora ſigillis ſuis denotent. Levius enim ac agilius ſuper meliora incedunt vina, quàm ſuper craſſiora ac terreſtriora, quæ graviorem & tardiorem greſſum reddunt.

5. à tempore ætate. Aliæ porrò ſunt vini differentiæ ex *tempore* petitæ, ut cum vina alia aliis recentiora, aut vetuſtiora ſunt: ſiquidem pro varietate, & vetuſtate temporis, variant qualitatem contrahunt: alia enim temporis ſpatio potentiora & calidiora redduntur: colore, ſapore & ſubſtantia variant: alia verò viribus imminuuntur, & brevi temporis intervallo fugiunt.

6. à regionib. natalitiis. *Differentiæ* aliæ vinorum petuntur *ex regionibus & terræ varietate*, ubi creſcunt: Nimirum in hoc climate alia vina, in alio alia diverſæ naturæ, ſive ex ſoli qualitate, ſive ex racemi natura id fiat, producuntur. Quicquid eſt, ſatis nobis conſtat, vina hîc, quàm illîc meliora: nec ubique æqualia bonitate naſci: imò in eodem vineto vineas alias aliis vini melioris eſſe feraciores, alias deteriores, quotidiana experientiâ confirmatur. Sic in Gallia vinum *de Couſſy*, *d'Hai*, & ſimilia probata ſunt Aurelianis ſalubriora, atque idcircò Regibus congruentiora, quod non ita vaporibus & fumis ſuis caput feriant, ut alia. Hinc in Oeconomia Regis ſancitum eſt lege domeſtica, ne Oeconomus cum ad hoc munus vocatur, Aurelianum vinum Regiæ Majeſtati auſit propinare: quod bona fide & jurejurando ſe præſtiturum promittit. Etſi Aureliana vina inter cætera ſapore quàm ſuaviſſimo excellant.

Sic in Germania Rhenanum reliquis præfertur, ceu ſalubrius, eſt in

his

Digitized by Google

his Rincovienſe quod præ aliis expetitur ceu delicatius & ſpirituoſius.

Poſtrema vinorum differentia ex eorum facultatibus & proprietatibus deſumitur.

3. *Delectus.*

Sed hîc quæritur quid utilitatis, iſtarum omnium differentiarum cognitio Medico pariat? Maximam teſtatur *Aetius tetr.* 1. *ſerm.* 1. his verbis: ,, Quandoquidem verò, inquit, pluri-
,, mas in vino differentias reperimus,
,, diſtinguendum eſt de ipſis, quàm bre-
,, viſſimè id fieri poteſt: Rubra itaque &
,, craſſa ex omnibus ad generandum
,, ſanguinem commodiſſima ſunt, ut
,, quæ parva egeant in ſanguinem tranſ-
,, mutatione. Deinde nigra, ſimul-
,, que dulcia & craſſa. Deinde colore
,, quidem rufa aut nigra, compage ve-
,, rò craſſa & habentia ſimul adſtringē-
,, tem qualitatem. Hic minus valent
,, alba, ſimulque craſſa & acerba ad nu-
,, tritionem. Minimè verò omnium a-
,, lunt, colore alba, compage tenuia &
,, quodammodò aquæ ſimilia. Conco-
,, quuntur autem in ventriculo, & magis
,, diſtribuuntur dulcia, quàm auſtera,
,, utpote calidiore vi prædita: ſed & ven-
,, trem magis ſubducunt. Ceterum val-
,, dè craſſa & tardius concoquuntur, &
,, tardius in corpus diſtribuuntur. Vbi
,, autem ventriculum robuſtum nacta
,, fuerint, ut probè concoquantur, am-
,, plius nutrimentum corpori præbent.
,, Manifeſtum eſt autem, quod & alvum
,, ſiſtunt, & urinæ ciendæ incommoda
,, exiſtunt: in quibuſdam craſſum ſuc-
cum generantes. Quædam ex ipſis etiam jecur & lienem, ac renes obtu- ,,
rant: atque inde aliqui in aquam in- ,,
tercutem incidunt: aliqui è calculo ,,
laborant ex nimio ipſorum uſu & præ- ,,
ſertim ſenes. Tandem *Aetius* ſic con- ,,
cludit: *Optimum vinum eſt*, & ſanis & ,,
ex morbo ſe recolligentibus, commo- ,,
diſſimum, quod colore rufum, com- ,,
page tenue, & leviter ſubaſtringens ,,
exiſtit.

Ex his omnibus, ac ex iis quæ ab *Hippocrate* ſcripta ſunt *lib. 3. de ratione victus in morbis acutis*, nec non à *Galeno in principio commentarii tertii eiuſdem libri, aliiſque locis*, medicus diſcat, quæ vina meliora, ſalubriora, ac conſervādæ ſanitati congruentiora ſunt, ut quæ in curam multorum morborum concedantur, tum mera, tum plus aut minus aqua diluta.

Lib. Meth. med. & ſanitatis tuendæ.

Vis medicamentalis ad corpus.

Non enim *tantùm alendo* noſtro corpori aptum eſt vinum, aut *cordi recreando*, & inſtaurandis ac roborandis ſpiritibus noſtris: *Quin & eius facultates ac virtutes ad medicandum curandumq;* protenduntur, ut non ſolùm ex Hippocratis teſtimonio probabimus *libro jam citato*; Galenoque ejus interprete: ſed ex omnium celeberrimorum medicorum, Græcorum, Arabum, & Latinorum uno eodemque conſenſu. Quod idcirco in medium proferimus: ut qui nituntur vini tanquam humanæ naturæ noxij uſum explodere, deſinant antiquorum, quos malè conſuluerunt, authoritate, errores ſuos tueri.

Hæc

„ bere. Ætate verò non nimium re-„ cens, neque vetus eſto, neque colore „ nigrum, ſed potius ſubſulvum, & al-„ bum, & ſubſtantiâ tenue. Cupimus e-„ nim ut quàm primùm in venas, to-„ tumque corpus diſtribuatur: præſer-„ tim cum vires collapſas, & in periculo „ interius conſtitutas, recreare feſtina-„ mus. Quin etiam, ſi ab igneis in-„ flammationibus deliquia animi ſuſci-„ tentur, vitæque periculum ſubeſſe co-„ gnoveris, vinum mox exhibebis, ma-„ ximè quod chondro incocto ſuper-„ fuderis, &c.

Vt autem oſtendat, quantâ virtute polleat vinum ad inſtaurandas corporis vires, vel etiam imbecillimas & totas propè proſtratas, idem ſcri-„ bit, quæ ſequuntur: *lib. 7. cap. 14.* Sin „ autem vires urgeant extremarum per-„ frictiones, convulſionesque, & animi „ defectio oriatur: ſalutare eſt etiam vi-„ num decoctoadmiſcere. Nam vinum „ (addit) omnium maximè ſubitò & ce-„ leriter vires collapſas refocillare po-„ teſt: ac multos novi ex ſola illius po-„ tione, præter ſpem, mortis periculum „ evaſiſſe.

Producendus adhuc nobis hic eſt alius locus ex eodem Tralliano, inſignis & elegans, Vbi, qui in ſanitatem corporis & curationem morborum præferunt aquam vino, ipſumque tam protervè reſpuunt ac vituperat, quaſi exitiale quid potius, quàm ſalubre & utile, erroris & falſitatis ſuæ damnationem audient. Hæc igitur verba ſunt Tralliani, dum agit de phrenitide curanda, quæ ad noſtrum iterum faciunt iuſtitutum. Quin & vinum „ (inquit) quod ſitim reſtinguat, dare „ phreniticis audendum eſt, in quibus „ multæ urgent vigiliæ & vires ſunt im-„ becillæ: febres autem nondum vehe-„ mentiam, neque ardorem habent: „ ſed quædam concoctio urinarũ quo-„ que in eis apparet. Præterea illis cum „ fiducia dandum eſt, qui per ſanitatem „ quoque vinum amare conſueverunt, „ & os ventriculi imbecillum & natura „ frigidius obtinent. In his enim tem-„ peſtiva eſt vini potio, & omnibus mẽ-„ te alienatis, ſi modicè aſſumatur. Nã „ ferociam ipſorum mutat, & ferinos „ mores ad hilaritatem transfert, ſom-„ numque conciliat, eò quod cibum „ celeriter concoquat, & in totum cor-„ pus diſtribuendum adjuvet. In quibus „ igitur nulla fervens inflammatio aut „ magnus admodum calor præcordia „ infeſtet, & vires infirmentur, audacter „ vinum ipſis exhibeto. Majus enim ex „ eo commodum erit, quàm quæ noxa „ fore putetur. Si enim vires recolle-„ ctæ fuerint, & non collabi permiſſæ, „ omnia tentare poſſumus, & multifa-„ riam ægro ſuccurrere. Collapſis autẽ „ ipſis, omnis medicorum curatio de-„ ſperata erit. Quare metiri conve-„ nit, & noxam quæ ex vino expecta-„ tur, & commodum: atque ſi plura fu-„ erint, quæ permittant, propinare de-„ bes, minorem offenſionem contem-„ nendo. Fieri enim haud poteſt, ut „ id quod juvat, aliqua etiam parte non „ noceat. Medici autem eſt ejuſmodi „ tùm metiri, tùm judicare. Nam ſi uni-„ verſa moderata quantitate, qualitate,

Digitized by Google

„ordine & tempore adhibeantur, totam „artem abſolvunt, conſummantque, & „finem bonum imponunt.

Atque hæc ſunt, quibus prudens Medicus intentus eſſe debet ex conſilio Tralliani, ut uſum vini in graviſſimis etiam morbis vel concedat, vel detrahat, prout viderit expedire, non ut prorſus ejiciat ac damnet, quaſi perniciosum quid potius, quàm utile.

Vis alexipharmaca. Pergamus ad aliarum vini facultatum expoſitionem, ut tandem finē huic orationi imponamus: Omnibus *venenis contrarium* eſt, ut vult *Celſus*, „*lib.* 8. *de re medica cap.* 27. Quidam, in„quit, poſt rabioſi canis morſum, pro„tinus in balneum mittunt, ibique pa„tiuntur deſudare dum vires corporis „ſinunt, ulcere adaperto, quo magis ex „eo quoq; virus deſtillet. Deinde mul„to meracoque vino excipiunt, quod „omnibus venenis contrarium eſt.

Vinum porrò inter omnia alia præſidia, ſumma eſt ſenectutis medicina: quod docet *Aetius tetr.* 1. *ſerm.* 4. *cap.* 30. *de ratione victus ſenum:* Vinum verò, inquit, ſenibus utiliſſimum eſt, „Sit autem ex calidioribus natura, qua„le eſt quod ſubſtantia quidem tenue „eſt, colore autem fulvum, aut flavum. „Atque unum quidem hoc maximum „bonum ſenibus accedit, quod cale„fiunt omnes eorum partes: deinde „quod ſerum ſanguinis per urinas pur„gatur.

5. *Vis medicamentalis quo ad animum.*

Quid præterea de vino dicemus, quod non tantùm nutriendo corpori, recreandis & corroborandis cordis viribus, & innumeris ægritudinibus curandis aptum eſt: ſed & *mentis medicamentum optimum* eſt ex Oribaſij ſententia? Sic enim Oribaſius *lib.* 3. *Medic. collect. cap.* 7. ſcribebat; Quin etiam vinum poterit animum quodammodo afficere, quippe cum vinum ſit mœroris medicamentum: Atque Helena quidem mihi videtur hoc cratē„ri infudiſſe, ut mœrorem ſedaret. „

In hoc argumentum *Plato* quoque dicebat; Equidem, inquit, ſi infi„nita commemores, nunquam inve„nies, in quo per jocum, ſine omni„ prorſus periculo, ſpectare ingenia, ſicut in vino, licet. *1. dialog. de legibus.*

Satis ſuperque de natura, differentiis & ſingularibus vini proprietatibus ac facultatibus, ex ſpiritibus, quibus abundat, ei comparatis, dictum eſt.

CAP. XV.

De aliis potuum generibus.

Similes ſecundùm vinum tritico, ac omnibus frumentis, granisque ex quibus elicitur farina, inſunt: ex quibus ſola fermentatione, aquæ vitæ adurentis copia extillari poteſt, qualis ex vino prolicitur; ex fructibus quoque, ſed minore copia, ejuſdem fermentationis vi, aqua vitæ ſimilis extrahi poteſt. Quin & per eandem fermentationem duplex potus genus optimum ex pomis & pyris in Normandia conficitur, quibus potibus inebriantur etiam, qui immodicè iis

utuntur,

Digitized by Google

utuntur, perinde ac vino: nec non ex illis etiam ardentiſſima aqua, ut diximus, educi poteſt.

De cerevyſia.

Iidem aut ſimiles ſpectantur effectus in variis cerevyſiarum generibus, quæ ex hordeo granisque aliis concinnantur: quibus potantur Angli, Belgæ, & plerique Germani, vini loco, non minus caput afficientes, quàm vinum ipſum: ex quibus etiam aqua vitæ ardentiſſima educitur, quæ vim in ipſis alimentoſam & roborantem latere, ſatis arguit. Propria enim ſunt hæc ſpirituum officia, & effectus, qui idcircò non abſurdè (ſed inprimis virtus ex vino expreſſa) ſpiritus & aquæ vitæ à præclaris Philoſophis vocantur: quibus ſpiritibus cùm aqua ſimplex careat, nullo modo alimentoſa, nec corroborans dici poteſt: nullumque eſt alimentum, qualecunque fuerit, ſive vegetabile, ſive animale, quod ejuſmodi ſpirituum non ſit particeps: unde ingenioſus artifex, & verè Philoſophus, aquam vitæ non extrahat.

De Hydromellibus.

Præter ejuſmodi cereviſias, pomaria, & pyraria vina, aliosque id genus potus, quos neceſſitas invexit variis in locis, nec non utilitas ad alendũ corpus; plura alia ſunt potuum genera excogitata, quæ & alimenti vices ſuppleant. Hujus generis ſunt hydromella, quæ antiquis maximè familiaria fuerunt & uſitata. Variè autem concinnantur, quin & nonnulla etiam fiunt uſque adeò vinoſa, ut malvatica vina bonitate & generoſitate æquent: quod immoderatè potum facilè inebriat, tantumque aut plus etiam, vel potentiſſimo vino calfaciat: Ex eo magna aquæ ardentis copia, eiuſque potentioris, quàm quæ eſt vini, prolicitur, quamvis ex ſola aqua & melle, debita proportione mixtis, debitè exhalatis, fermentatis, & ad ſolem aliquandiu, vel in cella vinaria, non uſquequaque humida decoctis, conſtet. Hoc idem Hydromel ſeparato ſpiritu, uſque adeò aceſcit, ut vini acetum quam fortiſſimum ſuperet. Denique vires obtinet, ac qualitates admodum calfacientes, ut quod ex materia roris cœleſtis ac ſpiritualis, digeſtionem in animali, hoc eſt, apibus jam paſſæ, partim confectum ſit: Quæ quidem apum digeſtio longè potentior eſt, omni alia quæ per vegetabilia perficitur: cum & vegetabilium digeſtio ſub animalis digeſtione, quod primò herbis paſcitur, contineatur: Sed de tàm eleganti Philoſophia, apertiùs in alijs meis operibus diſſerui, ad quæ lectorem relego, ne toties dicta repetantur.

Multæ ſunt aliæ hydromellum ſpecies & ſimplices, & compoſitæ, tum in alimentum, tum in medicamentum utiles, de quibus in Pharmacopœa noſtra reſtituta, omnibus ſatis ſuperque tractabimus.

De Ptiſanis.

Varia etiam ptiſanarum genera conficiuntur, quæ in morbis, loco vini uſurpantur, quas hîc non opus eſt inſerere.

Aliæ enim ſunt pluviæ lenes ac ſuaves, quæ nulla aëris commotione decidunt: *aliæ* ſunt procelloſiores.

Præterea nivalium quoque aquarum, à pluviis diſtinctarum, nobis ſtatuendum eſt diſcrimen: quæ etſi inter leviſſimas cenſentur, quod ſublimatæ & deſtillatæ fuerint, ideoque putrefactæ aut digeſtæ: hoc nomine tamen inter optimas aquas non ſunt reponendæ, ut quæ febricitantibus & ictericis incommodæ & detrimentoſæ ſint, ut ſcribit *Aetius eodem loco*: Verùm febrientibus, inquit, & iis qui bilem ſupernè ac infernè reddunt, & regio morbo, incommoda eſt. Subjungitque poſteà: Quare neque exterget, neque concoquit, neque madefacit, & excretiones impedit: diuturniorque, tardiùs item concoquitur ac digeritur: De aqua pluvia loquitur. Anteà enim dixerat, eam non niſi recentem eſſe utilem, idque ſi trajiceretur aut tranſcolaretur. Quæ magna eſt moleſtia & nimia ſervitus, in potu aquæ. Nec dubium eſt tamen, quin ciſternarum aquæ in Italia uſitatiſſimæ, & quæ in Gallia nunc frequentes eſſe ſolent, liberent aquas hac trajectionis moleſtia. Si quidem eiuſmodi aqua per arenam transfuſa, atque ſic repurgata, leviorque reddita inter optimas cenſetur, ſive guſtus, ſive valetudinis habeatur ratio.

Fontanæ. Quod ad *fontanas* aquas attinet, uſitatiſſimæ ſunt omnium, atque inter optimas connumerantur. Veruntamen advertendum eſt accuratè, in quam partem fluant, & quo ſole ſpectentur. Si enim ab Oriente id fiat, ceteris præſtant, ut ait Oribaſius, humiditate, tenuitate, odoris ſuavitate, & moderatè refrigerando, moderateque calefaciendo. *Aetius loco præcitato* in huiuſmodi aquis exigit, ut per meatum quendam, aut terram puram excolentur, caleſiant ac refrigerent citiſſimè. Has ait inter alias eſſe optimas, niſi aliquod vitium ex cloacis contrahant. *Nota optimarum aquarum.*

Fontanæ verò aquæ (addit Aëtius) quarum fontes ad ſeptentrionem erumpunt ex petris ſtillantes, ſolem averſum habent; incoctiles ac tardi tranſitus ſunt; tardeq; calefiunt & frigefiunt, idcircò aliis deteriores ſunt: Quæ ad Occidentem vergunt, ut ait Oribaſius, violentæ ſunt, & refrigeratione, & duritie. Quæ ad meridiem ſpectant, magis ſalſæ ſunt, & calidiores, & ad mejendum non idoneæ, ſed ad deſcendendum per inteſtina promtiores.

Putiales. Aqua ex puteis vivas ſcaturigines habentibus, ex quibus in horas hauritur aqua, ſi nullum aliunde vitium accedat, inter bonas cenſetur, & quibuſdam hominum naturis congrua eſt. De ea ſic ſcribebat *Aëtius eodem libro & capite*: At puteana, inquit, frigida eſt; terrâ difficulter excernitur, ægrè digeritur: propterea æſtuoſo ſtomacho aut ventri commodior eſt, quàm fontana.

In examen aquarum fluvialium & putealium, naturæ terrarum, & loca unde ſcaturiunt, nobis imprimis obſervanda ſunt: ſive ſit locus planus & campeſtris; ſive monticuloſus, aut

Digitized by Google

aqua, alia præſente debilibus exhibenda eſt.

3. *Delectus.*

Hæ ſunt omnes aquarum differentiæ, & qua ratione vitioſæ à bonis ſecernendæ ſint: quarum conditiones & qualitates propriæ, ut verè bonæ dici poſſint, huiuſmodi eſſe debent, nempè *ut bona aqua ſit levis; pellucida, limpida, & oculis grata, ut omni ſapore & odore, aliave id genus qualitate careat: qua tamen palatum delectet: ut ſitim facilè ſedet: ut parum diu ventriculo immoretur: ut promptè incaleſcat, prompteque refrigeretur: quæ hyeme calida ſit, æſtate gelida: qua legumina facilè, & citò, nec non carnes, reliquaque edulia percoquantur.* Ea etiam (inquit Aëtius) bona eſt, quæ cibos in ventre bene concoquit. Hæ omnes notæ, bonitatem aquæ ſignificant: quæ tamen pro variis gradibus illarum conditionum, vel melior, vel deterior redditur.

4. *Effectus ſeu vires.*

Quæ bona vel mala inferat humano corpori aqua ſimplex & cruda, idem Aëtius eodem libro abundè edocet: ubi tamen quæſtionem reticet, *an aqua elementum ſit, nec ne: an nutriat, nec ne, num alimenti vehiculum ſit.* Non eſt, inquit, propoſitum hìc quærere. Ut tamen magnam eius utilitatem oſtendat; quàm ſupra expoſuimus initio huius capitis, hæc addit: Quod verò dicere neceſſarium eſt, hoc eſt, quod ſine aqua alimentum concoqui non poteſt, ſicut neque citra aquam, quicquam commodè coqui poteſt.

Oribaſius Hippocratis ſententiam referens, quæſtionem ſolvit, quam Aetius videtur de induſtria ſubticuiſſe, aut in dubium vocaſſe. Sic enim ſcribit, Porrò aquam non alere, ſed vehiculum tantummodò alimenti eſſe, & Hippocrates & ceteri præſtantiſſimi medici dixerunt: ob eamque cauſam non poteſt vitalem facultatem roborare; & hoc fuit in cauſa, ut Hippocrates ab aquæ uſu in ægrotantibus abſtinens, ad mulſam, oxymel & vinum ſe contulerit &c. Quæ *Oribaſius ex Hippocrate*, nec non etiam Galeno, *in commentario de ratione victus in morbis acutis* tranſcripſit. Sequuntur verba *Hippocratis*, quæ poſtquam de vini uſu, etiam oligophori, de hydromelite & oxymelite uſitatis potibus, & in multis acutis morbis conceſſis, diſſeruit, de aqua ſubjicit: Aquæ quæ in acutis bibitur, nullum ſanè aliud habeo, quod concedam officium. Neque enim in peripneumonicis tuſſim ſedat, neque ſputum educit: imò ceteris minùs, ſi quis aquæ potione utatur: verùm ſi inter oxymel & mulſam parùm aquæ inſtilletur, ob qualitatis paſſionum tranſmutationem ſputum educit, &c.

Lib. 5. med. collect. c. 3.

Aqua non alit, ſed eſt alimenti tantùm vehiculum.

Galenus in ſuo commentario addit, quod ſequitur, quodque Oribaſius ex ipſo mutuatus eſt ad verbum, in eo textu, quem ſupra citavimus. Hæc igitur (de aqua optima verba

Quales aquæ potæ proprietates.

verba faciens) quanquam optima ſit, multo tamen tempore in ventriculo manet, fluctuationeſque plurimas parit: quo fit ut cum bilioſus ventriculus fuerit, corrumpatur & illa. Præterea cum ex ventriculo ad jejunum inteſtinum ægrè perveniat, non facilè diſtribuitur, neque in hepar, & minùs in renes, thoracem, & pulmonem: Quo fit ut neque urinas movere poſſit, neque ſputum educere: imò neque per totum corpus molitur tranſpirationes: id namque ſubſtantiæ, quæ tenuium ſit partium, opus eſt, calidæque non frigidæ, nec craſſarum partium. Neq; præterea ſitim ſedat, quod in amplis, tum ventris, tum inteſtinorum animalis inſtrumentis, pluſculo maneat tempore, neque prorſus imas penetrat partes, neque ſiccitatem humectat.

Aqua vitali facultate caret.

Quòd autem non alat, antè eſt dictum: quo fit ut neq; vitalem facultatem roborare poſſit: Atque ea eſt cauſa, propter quam Hippocrates, ad mulſam, oxymeli & vinum ſe contulit, in ægris ab aqua ſimplici abſtinentibus. Illud ipſum eſt quod Hippocratis interpres Galenus docuit, cum ſcripſit, aquam nullam habere alendi facultatem, his verbis: At quæ nullo pacto nutriunt (ut aqua) ea neque virtutem habere, neque imbecillitate, neq; roborare quiſpiam verè dixerit, niſi id aliquando per accidens contingat. Aqua ſcilicet non ut alimentum vires recreat: ſed benè, ut medicamentum ad temperamenti ſymmetriam, quæ propter ipſius immoderationem imbecilla ſunt, reducens.

Ex verbis Hippocratis & Galeni, primo appulſu, nullius uſus, nec effectus, aquam quis dixerit ad alendum; prout expreſſis verbis ſcriptum legitur: imò ne in medicamenti quidem uſum tranſire: veruntamen ſi attentè expendantur ſententiæ & diſtinguantur, ut par eſt, ſatis conſtabit, nec ab Hippocrate, nec Galeno uſum aquæ in medicamentum, explodi. Quin argumentum ipſius libri Hippocratis, & tota illius tractatio contrarium docet, præſertim cum hæc ſcribit: In quibus autem maximè utendum ſit aqua, & quando valde multa, & quando gelida & quando calida, partim quidem antea dictum eſt: partim verò ſuo tempore dicetur. Quin & aliis locis idem Hippocrates cenſet aquam inter alia, ad vitam ſummè eſſe neceſſariam, etſi in curam morborum plures alias potiones commendet, cum ipſa compoſitas, ut ptiſanam, hydromeli, oxymeli: & quæ ab herbis viridibus, uvis paſſis, vinaccis, pyris, cnico, myrtis, panico, & aliis parantur: (ut eodem libro ſcribit) quas quidem ſimplicis aquæ potui præfert ob rationes ſuperiùs allatas.

Num aqua uſus aliquis ſit in medicamentum.

Lib. de victus rat. in morbis acutis.

Hoc ipſum hodiè adhûc inter nos in uſu eſt inter medicandum: ut ſcilicet in pleuritidibus, febribus ardentibus, propinetur ægro citiùs ptiſana, aut ſimilis alius potus, mediocriter detergens & humectans, quàm ſimplex aqua frigida: quam tamen ego quicquid dicant alii, naturæ vitalis ac alimentoſæ eſſe participem cenſeo; ut quæ ad naturam elementi

ſui

Digitized by Google

Cur aqua vita partíceps eſſe dicatur.

ſui proximè accedat: quæque benedictionis fructum ferat, quam Deus illi impertitus eſt, cum juſſit, ut aquæ producerent reptile animæ viventis, &c. quæ quidem benedictio permanet adhuc, & permanebit in finem ſeculorum. Hujus aquæ vitalis fidem faciunt, quæ conſtruuntur privata vivaria ad aſſervandos piſces: qui licèt voraces ſint, & ex præda aliorum piſcium victitent: qualis eſt Lucius, ingentes truttæ, & id genus alij, tamen diu in vita perſtant, citra prædam ullam ſola aqua vitam foventes: quæ illis foret inutilis, ſi vitali omni ſpiritu, & alimentoſa facultate, deſtituerentur.

Aqua minus vitalis ſpiritus poſſidet vino & aliis potibus.

Nolim tamen inferre aquam, vino aliiſque potibus, æquales nutriendi habere facultates: quos neceſſitas ad conſervationem vitæ in uſum noſtrum excogitavit, quod & ſalubriores eſſent, & magis alerent, quàm potus aquæ: Quæ quamvis omnibus ſit communis, ea tamen non contenti homines, alios ſibi potus meliores, majoriſque alimenti indagare omni ingenio non deſierunt, prout neceſſitate adacti fuerunt. Sic Americani, aliæque barbaræ gentes, vineæ plantandæ ac colendæ imperiti, ex ſuccis fructuum quarundam arborum potiones concinnare in uſum compulſi ſunt: quemadmodum & illi apud quos vina naſci nequeunt ob caloris defectum, & terræ repugnantiam, quales diximus eſſe cereviſias, pomaria, pyraria, & id genus alia.

Atque hæc de aqua, pane & vino, nec non aliis alimentis, quę præcipua ſunt cibi & potus fundamenta, ſatis ſuperque dicta ſint: reſtat ut de reliquis potionum generibus dicamus.

Cap. XVII.

De potulentis alimentoſis.

SVb Vino ac aquis tanquam generalioribus, comprehenduntur adhuc alia potus genera: qualia ſunt, Zythum, pyrarium & cereviſia: quæ quibuſdam in regionibus, incolis pro vino ſunt. Horum quoque frequens apud illos uſus eſt, in iis morborum affectibus in quibus à vino mero & aqua cruda prorſus abſtinendum eſt. Eſſet enim vinum ex inſigni illa calefaciendi vi, qua pollet, febribus & inflammationibus noxium: aqua vero ſimplex & cruda, frigiditate ſua nimia progigneret crudos humores & obſtructiones, unde infiniti alij morbi orirentur.

Aqua nihilominus & vinum ſunt inſtar baſis, quibus præparatis, mixtis & compoſitis tuto uti poſſunt. Sunt enim morbi quidam in quibus vini uſus aquæ præfertur: veluti in viribus proſtratis, ventriculi cruditatibus, hydrope, cachexiis & ſymptomatis ex iis prodictis. Idem quoque in febri quartana multum prodeſt: ita ut ad plures affectus curandos vinum aquæ præſtet: quin etiam præcipuum & principale fomentum ſit ipſius ſenectutis, aliâs imbecillitatum & moleſtiarum pleniſſimæ.

Ex vinis igitur, ſalubriora & præſtantiora ſunt, oligophora, matura,

Digitized by Google

non auſtera, non fumoſa, neque turbulenta: ſed ſincera & ab omnibus fæcibus depurata. Vina alba quibuſdam affectibus & temperamentis magis conveniunt: ſic alijs rubra magis congrua ſunt. Sunt præterea vina plus minùs aquâ diluenda, pro ratione videlicet morborum, & temperamentorum hominum: quod à periti ac prudentis medici judicio pendet: qui ſimiliter conſulendus erit de aquæ uſu: num ipſa pro vino diluendo cruda vel cocta ſumenda ſit, quò melius mali cauſæ tollendæ conferat. Sic exempli cauſa, in obſtructione ſolvenda ſciendum eſt, num utile ſit, in aquam, quæ coquitur, adjicere radices graminis, aut ſimilis alicujus herbę: quę ſapore tamen ſuo nullum pariat ægrotanti faſtidium, neque ipſum ab ejus uſu retrahat: An item expediat diluere vinum eadem aquâ, in dyſenterijs, lienterijs, alijſve ventris fluoribus: numque uſus aquæ chalybeatæ ſit admittendus potiùs, quàm ſimplicis aquæ, & crudæ: In his, inquam, omnibus, docti medici conſilium audiendum, & ſequendum erit.

Quale vinum ægris conveniat.

Alij cum pane aſſato ſuper carbones, vinum attemperant: nonnulli in eo macerandam ponunt pimpinellam, bugloſſam, & ſimiles herbas minus faſtidioſas: quibus palato jucundius vinum efficiunt, eoque utuntur in quotidiano victu: quod non uſque adeò improbamus.

Vulgares vini correctiones.

Sed interim approbare minimè poſſumus conſuetudinem illam, magnatibus & opulentis per totam Italiam & Hiſpaniam familiariſſimam, qui vinum impoſitâ glacie adeò refrigerant, ut in os ſumptum, dentes ex nimia illa frigiditate conglaciet: qui quidem uſus, quamvis gratus ſit palato, ventriculo tamen plurimum nocet: ejuſque nativum infringit calorem, colicas inſuper paſſiones, obſtructiones, & ſucceſſu temporis, infinitos alios morbos progenerat. Nec, aquâ refrigeratum vinum, noxâ caret: ſaluberrimum autem eſt, bibere id, vel in maximo Solis æſtu, quale è cella depromitur. Et hæc de vini uſu & correctione ſufficiant.

Vinum glacie infrigidatum, noxium.

Quemadmodum igitur vinum, ut diximus, anteferendum eſt *aqua* in nonnullis affectibus: ſic viciſſim in alijs quibuſdam, aqua præferenda eſt vino. In febribus enim continuis, ab eo abſtinendum: ſic etiam in inflammationibus internis, nec non in ſimilibus alijs morbis.

Aqua uſui in quibuſdam morbis.

Non tamen idcircò aqua exhibenda prorſus cruda & ſimplex: ſed corrigenda eſt per ebullitionem, factam in phiala vitrea optimè clauſa, ut nihil exhalare poſſit: idque in balneo Mar. per horam integram. Hæc optima ejus præparatio. Nam citra partium tenuiorum & ſalubriorum exhalationem, cruditatem omnem amittit in B.M. fæceſque ejus & impuritates terreſtres in fundo reſidebunt omnes: quod vulgaris ebullitio vix aut nunquam præſtabit. Eadem quoque ex additione radicum graminis aut oxalidis efficacior evadit, & magis innoxia.

Aqua cocta præſtantior cruda, ejuſque præparatio.

Aqua ſive cruda, ſive cocta, cum pane infriato, ſæpius tranſvaſata & clutria-

Aqua panata.

chytriata, dicitur aqua panata: quæ datur iis, qui ab aqua coctâ abhorrent.

Aqua ſaccharata. Fiunt etiam aquæ ex ſaccharo, quibus ſi addideris cinnamomum, & per manicam tranſcolaris: habebis Hippocraticum ex aqua: Gallis *Bouchet* dictum.

Ptiſana. *Ptiſana* eſt potus familiaris multis ægrotis: paratam illam ad uſum ſervant pharmacopolæ. Ejus præparatio varia eſt: alij cum aqua ſufficienti, ſolam adjciunt liquiritiam: alij hordeum, uvas damaſcenas, & pruna dulcia, quibus virtutem ejus augent.

Cremor hordei. Veteres familiariter utebantur *cremore hordei*, quem hoc modo parabant: ℞. *Hordei cum aqua infuſi, & à ſordibus omnibus per ebullitionem purgati, libram unam: ablatâ impurâ aquâ, novam reaffunde, & coque uſque ad medietatis conſumptionem*: potus hic, humectandi & detergendi vi pollens, veteribus cremor ptiſanę nuncupatur. De his vide *Gal. lib. de ptiſana, in verſione Lalamantij.*

Hippocrates, & priſci medici probabant uſum mellis, ex quo hydromel paratum ægris propinabant: de quo ſupra *cap*. 8. copioſè ſat dictum.

Hæc de vinis, aquis, aliiſq; poculentis alimentarijs dicta ſufficiunt.

Cap. XVIII.

De Vigilia & Somno: & primum De Vigilia.

D. Bernhardo familiare dictum erat, dormientem monachum Deo mortuum eſſe, neque ſibi neque ulli utilem. Ex lege igitur contrariorum inferre poſſumus, vigilantem monachum Deo vivere, nec non, & ſibi & aliis uſui eſſe: Quod utiq; non tantum de iis, qui religionis voto in monaſteriis degunt, commodè dici ac pronunciari poteſt: ſed de reliquis etiam omnibus, cujuſcunque ordinis & conditionis tandem homines ipſi fuerint. Potiſſimum enim in vigilias creata eſt lux diei: cui ſi ſuccedat nox in quietem, id in animalium potius gratiam à Deo factum eſt, quàm hominum, qui perpetuis vigiliis, in contemplandis admirandiſque operibus ſummi opificis, illiuſque maximis decantandis laudibus verſari debent: etſi quieti etiam hominis aliquot horas Deus conceſſerit ad refocillandam naturam, & actiones, quæ communis vitæ conſervandæ gratiâ neceſſariò ſuſcipiuntur, commodiùs obeundas. Sic enim ſcriptum legitur:

Luce vigent operoſæ artes, it miles in arma
Luce, gemunt feſſi ſub juga luce boves.
Delia non noctu venatur: nocte quieſcunt
Pulpita: ſed luce eſt docta Minerva vigil.
Luce minax Pallas: vigilatæ quot bona lucis
Corpora, dij, ſenſus, ingenium, arſque vigent.

Unde liquidò conſtat, quàm longè vigilia ſit ſomno anteponenda, & quomodo horum alterum altero ſit magis appetendum, magiſque neceſſarium ac utile, in quibuſvis ſcientiarum generibus. Idcircò poſthabito ordine illo medicorum, quo ſomnus præmit-

Digitized by Google

Commoda vigiliarum.

Commoda vigiliarum moderatarum.

Propoſuimus breviter vigilantiæ encomia & exempla: videamus ſi lubet, eius moderatæ in corpore humano commoda, & contrariò ex abuſu incommoda.

Mediocres enim & modicæ, ſpirituum diſtributionem per totius corporis partes adjuvant, ſenſibus ſtuporem torporemq; excutiunt; quo ſingulæ corporis facultates, naturalis, vitalis, & animalis, promptiùs ſua obeant munia, earumq; beneficio legitima & naturalis alimentorum concoctio ac digeſtio perficiatur: ſuperfluitates autem & excrementa ex corpore tanquam noxia pellantur.

Sed de his plura apud *Oribaſium lib. 6. Medic. collect. c. 6.* ex profeſſo de harum uſu ibi tractantem, ex quo ad ſtabilienda ea, quæ diximus, hîc annotare nonnulla placuit. Vigilia, inquit ille, plenitudinem per halitum digerit, quæ in ventre ſunt, minuit, & ut per partes infernas exeant, præparat: languorem diſſolvit, gravitatem diſpenſat, reſoluta corrigit, & robur naturæ atque animo adjungit, ſudores cohibet, &c. En præclara illa & inſignia proprietatum dona, quibus vigiliæ ad præſcriptam mediocritatis naturæque legem moderatæ inſigniuntur: utpote per quas corpus noſtrum in convenienti temperiei ſymmetriâ bonaque valetudine perpetuò conſervetur, quemadmodum id palàm ex illarum effectis apparet.

Incommoda vigiliarum immodicarum.

Verùm ſi immoderatæ, naturæ præſcriptos terminos tranſgrediantur, à quacunque etiam cauſa accidentali id fiat, ſive ea ſit interna, ſive externa: ſtatim temperamentum hominis mutatur: facies palleſcere incipit, corpus macie contabeſcere: oculi in capite concavi cum auſtero & triſti vultu: frons vel ſereniſſima ac placidiſſima, deformes aniles que contrahit rugas: omnes facultates naturales depravantur: unde harum vitio mala & perverſa concoctio procreat crudorum ac malignorum humorum copiam: Sic deinceps vitales attenuantur vires: nec hinc animales excipiuntur, ſed etiam læduntur adeò, ab impetuoſo illo & hoſtili humorum incurſu, ut corrupta vitiataque cerebri temperie, ſenſus tam interiores, quàm exteriores à naturali inſitaque agendi ratione deflectant ac aberrent, ac ſæpenumero actio illorum omninò pervertatur. Humores enim & ſpiritus nimium calefacti & inflammati, progignunt omnis generis febres ardentes, & ſiccas ægritudines: quæ in cerebro ſuſcitant phreneſin, maniam, deliria & id genus alia: Hinc non immeritò eius generis vigilias Plinius refert inter corporis mala. In qua re ad evitandos præcavendoſque huiuſmodi & ſimiles errores; medici induſtria & prudentia plurimum valet.

N 3 Cauſæ

Et victu humectante velut lactucis & ſimilibus: & papaveris nigri quandoque folia viridia obſoniis admiſceant, & piſces concoctu faciles edant: vinoque uberiore, tenui, non vetuſto utantur. Ubi verò reclinari volunt, roſacco caput ungant, aut oleo in quo papaveris capita aut mandragoras incocta ſint. Quin & anethinum oleum non vetuſtum ex ſomnificis eſt. Novi & poſt prægreſſam laſſitudinem, quietem derepentè ſuccedentem, ſomnum induxiſſe. Sed & coitus moderatus idem hoc efficit. Alii ſi aut caput, aut pedes perfrigerentur, facilè in ſomnum delabuntur. Si verò ob multitudinem aut malitiam cibi ſtomacho gravati vigilarunt (nam & hoc factum novimus: quemadmodum rurſus alii præter conſuetudinem à cibo abſtinentes aut modicum cibum capientes vigilarunt) conſiderare hoc & cauſam recidere oportet.

Hæ ſunt vigiliarum cauſæ & ſcaturigines, quæ hominem ſanum invadere poſſunt, atq; affligere, earumque opportuna remedia, de quibus (uti videtis) ſatis prolixè hîc ab Ægineta tractatum fuit.

Alia ſpecies.

Sunt præterea alia adhuc vigiliarum genera, quarum cauſa nimis occulta atque abdita eſt: propterea quod illi, qui hoc affectu corripiuntur, tanto eam ſtudio celant, ut de illa inquirenda neminem patiantur quicquam dicere: Ubi prudenti Medici ſagacitate opus eſt, in eiuſmodi veris perveſtigandis cauſis, debitiſque ac ſalutaribus medicamentis inveniendis. Qua induſtria atque dexteritatis laude, claruerunt olim Hippocrates & Eraſiſtratus, quorum ille Perdiccam: hic verò Antiochum reſtituit.

Eiuſmodi laborioſâ vigiliarum moleſtiâ conflictabatur C. Mœcenas primarius quidam aulicorum Cæſaris Auguſti, qui nimis moleſtè ferens amorem illicitum Terentiæ uxoris ſuæ (quam Auguſtus deperibat) & moroſæ uxoris repudia deflens, cum nec mero, nec aquarum fragoribus ſomnum allicere poſſet, toto triennio vigilavit, & vix tandem per ſymphoniarum cantum ex longinquo lene ſonantium ſopitus eſt, ſicut ſcribit *Seneca lib. de providentia.*

Ex qua hiſtoria videre licet, quanta vis ſit Zelotypiæ? quantaque efficacia ſit harmoniæ: ad ſedandos & conſopiendos ſpiritus, nimiâ vigiliâ perturbatos.

Sed de vigiliis, quibus pro noſtri inſtituti ratione ſatis à nobis invigilatum huc uſque fuit, dictum ſit ſatis. Temp⁹ nunc poſtulare videtur, ut adoptatæ quietis ſoporiſq; portum nos conferamus: ubi in poſterum docebimus, quæ commoda vel incommoda proferat ſomni moderati, vel immoderati uſus.

CAP. XIX.

De Somno.

Diximus ſuprà, ingentem eſſe neceſſitatem utilitatemque vigilia-

ex permiſſione & voluntate divina, primas illas & ſingulares ſomni virtutes, dum Deus illum ſinebat labi in ſomnum profundum; ut de illius corpore ſumeret coſtam, ex qua crearet ſociam: Res certè plena maximi & admirandi myſterii.

Gen. c. 2.

Eiuſmodi ſingularia commoda, & inſignes utilitates, quæ ſomni beneficio in genus humanum derivantur, occaſionem olim dederunt Ethnicis, ut illum in Deorum numerum retulerint. Hinc factum eſt, ut hymnorum Orphei (qui author illorum æſtimatur fuiſſe) unus dicatus ſit Somno: quem Regem Deorum hominumque non veritus eſt nuncupare. *Heſiodus in Theogonia* ipſum nominat filium Noctis. Hinc etiam ab *Ovidio lib. Metam.* relegatur ad Cimmerios Scythiæ popúlos, quæ regio eſt frigidiſſima, glacialis & tenebricoſa: quo innuere vult, quod tempore hyemis, brumaliſque ſolſtitii noctes ſint longiſſimæ, quibus ut plurimum homines tempus dormiendo inſumant. *Virgilius & alii Poetæ* vocitant ipſum mortis filiam. Nihil enim eſt, quod propiùs accedat ad ſimilitudinem mortis, quodque illam magis repræſentet, quàm ſomnus; cuius lectus ſepulchrum eſt. Hinc idem *Ovidius* arcem ſeu palatium Somni definiens, in hæc verba erumpit:

Muta quies habitat; ſaxo tamen exit ab imo
Rivus aquæ lethes.

Paulo pòſt addit:

Ante fores antri fœcunda papavera florent.

Eo quòd omnia oblivioni tradantur tàm in ſomno, quàm in morte: Papaver namque inducit ſomnum & ſtupefacit. *Papaveris proprietas.* Hæc deprompta ex naturali Philoſophia, ſub illis fabulis & allegoriis tacitè inſinuant proprietates ipſius immoderati & præternaturalis ſomni: in quo ſenſuum functiones prorſus impeditæ ac proſtratæ jacent: adeò ut aures non audiant; oculi non videant: os nihil loquatur: manus tangendi poteſtate priventur: Pedeſque ambulare non pòſſint. Præterea, homo ſenſuum rationiſque expers, vera & ipſiſſima mortis imago eſt, ut non malè ſomnus ἀδελφὸς θανάτου dictus ſit.

Porrò intemperatus eiuſmodi ſomnus non eſt, niſi via quædam & diſpoſitio ad lethargum, carum, apoplexiam & ſimiles ſoporiferas affectus, qui ſorores germanæ ſunt ipſius mortis, ipſorumque interventu tandem in illam delabimur.

De ſomni utilitate.

Redeamus ad ſomnum moderatum, ac oſtendamus, quonam tempore eo debeamus commodè uti: ubi ulterius diligenter conſideranda veniunt ipſius qualitas, quantitas ac aliæ circumſtantiæ, quæ hîc occurrunt ſcitu digniſſimæ.

Jam antea diximus, quod dies factus ſit in uſum vigiliarum, ex quo concluditur, noctis tempus eſſe conſtitutum ordinatumq; pro quiete ſomnoque capeſſando, qui tunc omnium naturaliſſimus, & maximè tempeſtivus judicatur.

Digitized by Google

Quoniam autem nulla eſt regula tam communis, quæ non aliquam admittat exceptionem, ita & nos non omninò damnamus ſomnum diurnum in certis quibuſdam hominibus, qui, ſi conſueverunt in multam vigilare noctem, tardiuſque ire cubitum, coguntur certè bonam diei partem quieti attribuere: Nolo autem hîc inferre, quaſi ad hoc propoſitum ſolummodo ſit requirendum tempus matutinum: neque occaſionem anſamque iis præbere, qui præſertim in aulis, vix ante horam decimam aut undecimam antemeridianam è plumis ſtratiſq; ſuis tandem ſolent exurgere: ſed poteſt in hanc rem eligi tempeſtivius commodiuſq; tempus, uti eſt pomeridianum: hora ſcilicet una atque altera à prandio. Quod tempus erit commodiſſimum iis, qui dolore aliquo corporis, aliàve quadam ægritudine impediti; nocturnam quietem capere nequeunt. Item ſi quis tanta membrorum laſſitudine premitur, ut erecto corpore ſtare nequeat, huic etiam permiſſum eſt paululum conquieſcere, &, ſi poteſt, dormire. Similiter & iis, qui debili & imbecillo laborant ventriculo, ac in quibus alimentorum concoctio difficulter, magnoque negotio perficitur.

Quibus & quando ſomnus diurnus ſit concedendus.

Sed neceſſe eſt, ut eiuſmodi homines in ſella erecto capite dormiant: neque ſomnus excedat ſpatium unius aut duarum horarum, idque fiat prima aut ſecunda poſt prandium, ut dictum eſt.

Hîc enim ſummoperè ac diligenter circumſpiciendum eſt, ut & ſalubrior & tempeſtivior deligatur ſomnus, qualis eſt nocturnus, tertiâ ad plurimum horâ poſt cœnam inceptus: propterea quod talis ſomnus potentiſſima ſit cauſa procreandorum benignorum ac ſalutarium vaporum, qui mediante alimentorum concoctione à ventriculo in cerebrum aſcendunt, cuius naturali refrigerio congelantur ac condenſantur, tandemque convertuntur in rorem benignum utilemq;: quo ſuffunduntur meatus ſenſuum cerebri, aliarumque partium, unde talis quædam oritur (ſi ita dicenda eſt) ſtupefactio, quam ſomnum appellamus.

Quæ ſit cauſa ſomni.

Si igitur interpoſita aliqua mora eouſque vigilatur, donec vapores alimenti prorſus evaneſcant & conſumantur (id quod poſt illius concoctionem perfectam, abſolutamque, quæ ſpatio quatuor, quinque aut ſex horarum, prout ventriculus ſe meliùs peiuſve habet, perficitur, fieri poteſt) ſomnus hoc modo vi quaſi coactus, nulla ratione bonus erit, nec naturæ conſentaneus. Id quod intelligi tantum velim de iis, qui bona temperataque ſunt corporis cōſtitutione. Nam reperiuntur nonnulli, quorum cerebrum naturâ tam humidum eſt & nubiloſum, ut non indigeant eiuſmodi alimentoſorum vaporum ad ſomnū excitandum, ſed ſua ſponte omnibus horis ac momentis ſomnolenti dormituriunt: quibus potius interdicendus eſt ſomnus tàm diurnus, quàm nocturnus, nec niſi parciſſimus concedendus.

Quibus interdicendus ſomnus.

Quod

Quod ad modum cubandi attinet, alii diuturna ſed mala conſuetudine reſupini ſolent jacere, oculis ſurſum verſis: alii verò in contrarium proni, ventre videlicet inferius verſus lectum demiſſo: Sunt & aliæ aliorum recubandi varietates, quæ neutiquam ſunt probandæ. Hæc ratio optima, ubi in principio ſomni cubatur in dextrum latus, poſtea poſt primum ſomnum in ſiniſtrum: Situs verò ſupinus eſto paucus ac rarus, ad evitandam renum inflammationem.

Quantitas ſomni.

De quantitate, diuturnitate & brevitate ſomni diverſæ ſunt conſiderandi viæ, pro variis nempè differentiis, diverſorum hominum temperamentorum, pro multiplici ætatum aliarumq; circumſtantiarum diſcrimine. Nam ii, quorum ventriculus benè temperatus, promptè & facilè cibos coquit ac digerit, non tantum temporis dormiendi requirunt, quàm illi, qui imbecillioris ſunt ventriculi, quique ad promovendam digeſtionem auxilio aliquo externo indigent, quale eſt ſomnus, qui ad hoc inſtitutum plurimum confert. Ubi prioribus illis ſex aut ſeptẽ horæ ſufficiunt: hi verò plus temporis poſtulant. Juvenibus ſanis ac robuſtis ſatis erunt ſex horæ: at plures ſibi poſcunt ſenes.

Ex his apparet, quomodo ratione temperiei diverſæ, & ætatis quantitas, ac diuturnitas ſomni varietur.

Somnus Endymionis.

Exempla ſomnolentiæ addam animi gratiâ. Eudymion quidam à Luna adamatus (*ut fingunt Poetæ*) à Jove impetravit copiam perpetuò dormiendi in monte Atmiæ in Caria ſito: hæc inepta petitio omniq; reprehenſione digna occaſionem poſteà dedit adagio iſti in homines ſomnolentos & deſides: Endymionis ſomnum dormire. Ubi contra in honorem & gratiam illorum, qui pro Reipub. commodo ac utilitate per multas noctes, aſſiduo literarum ſtudio ac continuis vigiliis vacant, inventum eſt iſtud alterum: Scopeliano more invigilare: propterea quod Scopelianus celebris Philoſophus ac ſophiſta inter cæteros minimè deditus erat ſomno: qui ſingulis noctibus, abſoluto ſtudiorum penſo, interambulandum ſubinde hæc repetere ſolebat verba: *ô Nox, tu quidem ſapientiæ divinæ obtines plurimum.* Contra P. Scipio (magnæ aliàs authoritatis vir) *ob nimiam ſomnolentiam à Pop. Rom. publicis opprobriis & contumeliis affectus eſt.* Plutarch *lib. polit.*

Cic. lib. 2. quæſt. Tuſc.

Summa Scopeliani vigilantia.

Cal. lib. 20. cap. 11. antiq. lect.

Ariſtoteles ad fugiendam vitandamq; eiuſmodi ſomnolentiam, grues imitatus, Sphærulam manu tenebat, ſubjecto lebete æneo, quæ per ſomnum delapſa ſtrepitu ſuo dormientem excitaret ut *Laertius in ipſius vita* commemorat.

Ariſtoteles ſomnolentiæ oſor.

Ammianus Marcellinus ſimile quid enarrat de Alexandro Magno, Ariſtotelis diſcipulo, qui cum dormitaret, brachio extra cubile protenſo, pilam tenuit argenteam ſuppoſita pelvi, ut cum nervorum rigorem ſopor laxaſſet, pilæ elapſæ tinnitus ſomnum abrumperet. Vigilavit uterq;

Lib. 16. Alexander Magnus.

Digitized by Google

tàm pro literis, quàm armis, diſpari fine, eodem tamen imitaturis exemplo.

Iulianus Auguſtus parum dormivit. Julianus Auguſtus tàm extremè flagrabat amore & ſtudio philoſophiæ, ut arma gerens contra Perſas & Alemannos ſive Teutones, à quibus licet variis ille modis, ac quàm plurimis impedimentis irretitus & diſtrictus tenebatur, nihilominus alacriter & ſumma cum dexteritate ſuo perfungeretur officio, humique jaceret dormiturus, totamque propemodum noctem ſcribendo ac legendo conſumeret, dum interim reliqui ſomni beneficio fruentes, molliter conquieſcerent: Sicque noctem divideret in tria tempora, quietis, reipub. & Muſarum, Alexandri magni exemplo. *Marcel. lib. 16.*

Dormitatores. Cum contrà, & olim, & nunc, omnes dormitatores, qui ſimiles ſunt Smyndyridæ Sybaritano, & Pontico Hiſtiæo, qui ſe jactabant, viginti annis nec orientem, neque occidentem Solem vidiſſe (vox nec pecudis, nec hominis) omnes, inquam, tales dormitatores & ſomnolenti glires viſi ſint nihil aliud promeruiſſe, quàm ignominiæ ac vituperii opprobria: ut qui digni cenſendi ſint appellari turpiſſimo & ſordidiſſimo ſuum porcorumq; nomine, quorum voluptas deliciæque ſunt cœno noctes & dies volvi.

Quare Romani olim diei initia à media nocte duxerint. Sapientiores Romani hanc olfacientes ſummam utilitatem & nobilitatem vigiliæ, cuiuſq; beneficio rerum omniū actiones perficiantur, Civilis diei initia à media nocte duxere: ut ſolis exortus eſſet quidem operis initium, tempus verò quod præcedit, apparatui impenderetur. Quippè paratos inſtructoſq; obire negotia oportet, non inter obeundum inſtrui apparative. *Cæl. lib. 11. cap. 1 antiq. lect.*

Quod ad incredibiles illos & nimis diuturnos ſomnos attinet, quibus complures olim fuere correpti, ſi hiſtoriis credendum eſt, veluti eſt exemplum ſomni Epimenidis Cretenſis, qui cum rus ablegaretur oves paſturus, & ob nimium Solis meridiani ardorem æſtumque in antrum aliquod refrigerandi ſe cauſa, ingrederetur: ibi ſomno oppreſſus dormivit per ſpatium quinquaginta ſeptem annorum, ut Plinius & Apollonius volunt, aut quadraginta, juxta Pauſaniam: eius generis ſopores, quamvis ſcriptis hiſtoricorum tùm Græcorum, tum Latinorum pro veriſſimis approbentur, nihilominus tamen pro incredibilibus potius & prodigioſis habendi videntur.

Sic etiam miraculoſa cenſenda eſt hiſtoria illa, cuius à Sigeberto in Chronicis, & ab aliis probatis hiſtoriographis Eccleſiaſticis fit mentio; de ſeptem illis dormientibus (ut vocantur) nempè Maximiano, Malcho, Martiniano, Dionyſio, Joanne, Serapiano, & Conſtantino, qui cùm ob immanem & crudelem Decii perſecutionem ex hominum conſpectu abire, ac, ne fortè proderentur, ſe in loco quodam remoto ac occulto abſcondere conſtituiſſent: in quandam tenebroſam ac inhoſpitã cavernam ingreſſi ſunt ut videlicet ibi per tempus aliquod laterent: Tandem autem *Hiſtoria de ſeptem dormientibus.*

autem, deliberatione factâ, cibisque ad corporis recreationem ſumptis, eam ſententiam unanimiter omnes inierunt, multò videlicet ſatius ſibi videri, ſi relictâ iſtâ latibuli ſpelunca, in lucis propatulum prodirent, ſeſeque impavido ac conſtanti animo, atrociſſimo martyrij iſtius ſupplicio ſubjicerent: ſed cum jam exituri eſſent è caverna, ſingulari Dei providentiâ ſubitò tam diuturno ac profundo correpti ſunt ſomno, ut ibi commorantes dormirent per 196. annorum ſpacium: ſicuti id ex temporum computatione facilè colligitur. Nam expergefacti & reſuſcitati ſunt à tanto ſomno, die paſchatis, anni 30. regni Theodoſii junioris. Hæc & ſimilia, inquam, omninò ſunt miraculoſa, & captum ingenij noſtri, omnemque admirationem, imò & fidem excedunt.

CAP. XX.

De inſomniis.

SAtis dictum eſt hactenus de his, quæ pertinent ad ſomni quantitatem: Tranſibimus nunc ad ipſius qualitatis conſiderationem, ubi ſe oſterent quædam ſcitu quoque non indigna.

Somni accidentia ſunt inſomnia & nocturnæ viſiones.

In quolibet ſomno ſolent plerumque apparere inſomnia & nocturnæ viſiones; quæ ipſum non aliter ex accidente comitantur, quàm vmbra corpus. Vnde mirari ſubit, quid ſibi velit illud quod ſcriptum reperitur apud Plutarchum de quodam Cleone, item apud alios de quodam Thraſymede: nec non id, quod Herodotus obſervavit, & poſt illum Pratenſis, de Atlantibus videlicet, Aphricæ populis, quos affirmant nullis unquam ſomnijs aut viſionibus eſſe obnoxios. Quod utique vix credibile eſt. Fieri autem poſſe non negamus illos ejuſmodi apparitionibus minùs ſubjectos, minùſve pronos ac proclives, idque peculiari quadam victus ratione, aut ſingulari nativi proprijq; temperamenti complexione: ut qui ſint cerebro ſolidiore ac fortiore, à quo vapores illi & exhalationes, à quibus ejuſmodi inſomnia aliâs excitari ſolent, multò facilius citiuſque diſſipentur.

Lib. de oraculis.

Homines quidam nullis obnoxii ſomniis.

Poëtarum eſt, fabulis ſuis aliquid utile innuere: inter quos *Ovidius* facilè princeps *lib. metamorph.* ſimiliter ſomno affinxit tres miniſtros, quorum primus ab eo appellatur Morpheus: qui in viſionibus nocturnis humanas repræſentet figuras, tàm maſculas, quàm fœmineas: ideoque ab autore etiam dicitur

M tam. lib. 11.

Triplicia ſomnia.

Artifex ſimulatorque figuræ.

Alterius autem nomen eſt Icelus ſive Phobetor, qui inſomnijs & viſionibus refert animalium brutorũ formas ac figuras: de quo idem author his verſibus:

Fit fera, fit volucris, fit longo corpore ſerpens:

Et: *Hunc Icelon ſuperi, mortale Phobetora vulgus Nominat.*

Et propterea, quod Phobetor inſomnijs repræſentat bruta animalia, quæ nobis terribiliora videntur ipſis homi-

O 3

hominibus, dictus eſt φοβήτωρ, qui Græcis ſignificat perterrefactorem.

Tertius Phantaſus, qui in apparitionibus nocturnis repræſentat & exprimit omnis generis ſpecies ac formas illarum rerum, quæ animalis animæ ſunt expertes.

Tres ſomniorum differentiæ. *Lib. 10. cōment. de divinat.*

Horum autem ſomniorum ac viſionum tres ſunt differentię: vel enim illa ſunt divina, vel ſupernaturalia: vel naturalia. Peucerus ea diſtinguit in divina, diabolica, allegorica, prædicentia, & naturalia: quæ omnia ad hanc trium differentiarum claſſem, haud incommodè reduci poſſunt.

Quid in ſomniis divinis obſervandum.

Somniorum divinorum origo & inſpiratio pendet à ſolo Deo Opt. Max. qui horum adminiculo, tanquā idoneo medio & inſtrumento uſus ad Prophetas, ſuoſque fideles ſervos locutus eſt. De illorum autem veritate aut certitudine nemo ſanæ mentis dubitabit unquam, modò ob oculos ſibi ponant autorem, qui ipſa veritas eſt. Miſit autem Deus ſpiritum ſuum vel etiam angelos in hominum miniſterium creatos, qui fidelib. per ſomnia revelarent omnia ea, quæ divina ipſius & bona voluntas decreverat, ſive id ſpectaret communem eccleſiæ ſalutem, ſive privatæ perſonæ conſolationem aliquam: quamvis definitum temporis terminum Deus ſibi ſoli reſervarit. Ejuſmodi revelationum viſiones, dormientibus noctu contingebant, ut videre eſt ex ſomnijs Danielis. Nonnunquam talia viſionum genera habebant certas & peculiares eventuum ſignificationes, ut ex pleriſque Petriarcharum, Prophetarum, item ex Sanctorum Petri Paulique in novo teſtamēto ſomnijs, colligitur. Voluit quoque Deus ejuſmodi apparitionum participes fieri nonnullos, qui ab eccleſia ſeparati erant: idque in hunc finem, ut vel populo ſuccurreretur, & mundanæ Reipub. conſuleretur: vel ut ſpecialiter domeſticorum vitæ ſervandæ & incolumitati ſubveniretur, ut ſunt ſomnia Pharaonis, ipſiuſque duorum miniſtrorum. Horum enim principalis & præcipuus finis erat, ut Ioſeph ex diuturno & indigno carcere liberaretur, & in aulæ Pharaonis Principem eveheretur, atque ita totius Ægypti cōmodo & utilitati proſpiceretur: tandem in ſpecie quoque ut inde domus & familia Iacobi Patriarchæ conſervaretur. Sic nullum alium finem ſpectabat ſomnium Nebuchadnezaris, niſi ad emolumentum ac ſalutem Eccleſiæ Dei.

Diabolica ſomnia.

Diabolus igitur hoſtis & contemtor maximus Dei & operum ej mirabilium, dum ipſa conatur imitari, potius ea corrumpit, depravat, & mentitur. Hinc in ſuam Synagogam introduxit falſa & abominanda ſacrificia: ſic etiam ſua invexit perverſa iniquitatis ſomnia, quæ, quamvis ad decipiendos ſolummodo homines, veritatis quandam ſpeciem præ ſe ferant, non tamen niſi pura puta mendacia, & pernicioſæ ac calamitoſę depravationes exiſtunt: quod Deus fieri permittit in talium ſuperſtitioſorum idololatrarum juſtiſſimam pœnam ac vindictam.

Google

Duplicia ſunt ſomnia diabolica.

Erant autem hæc diabolica ſomnia diviſa in duo genera: primum requiſitorium vocabatur, ubi ab Ethnicis inquietudinis ſpiritu exagitatis, ſomnia illa requirebantur, & deteſtandis conjurationibus impetrabantur: cui exectandæ actioni, certa quædam loca & templa deſtinata ac conſecrata erant: in quibus illos, peractis prius memoratis iſtis conjurationibus ac ceremonijs, dormire oportebat: & quicquid inter dormiendum ſomniabant oraculi loco habebatur.

Hæc autem ſunt primaria loca iſtis ſomniorum accerſendorum ritibus dicata: templum ſcilicet Amphiarei, & ara Ardalia in urbe Trœzene: quò miſera Ethnicorum gens, turmatim ab omnibus mundi angulis convolabant.

Præter hæc alia quoque erant; ut antrum Charonis in urbe Tralles: & in Ægypto templum Iſidis, Deæque Melopidæ: nec non in Epidaurio templum Æſculapij, in quo, prout Ethnici certò ſibi perſuadebant, ægroti, qui illuc veniebant, certiſſima & aptiſſima remedia per ſomniorum viſiones inveniebant, ad curãdos proprios morborum vel etiam deploratiſſimorum & immedicabilium languores & infirmitates. De cujus rei effectis portentoſis ac prodigioſis, paſſim literis proditum eſt in hiſtoriarum commẽtarijs. In eodem Æſculapij templo, ut refert Pauſanias, erectæ erant columnæ, quibus inſculpta cernebantur, cùm nomina eorum, qui ſanitatem recuperaverant, tùm etiam remedia, quibus ex conſilio Oraculi ac viſionum, ipſis dato, uſi fuerant.

Satanæ aſtutia.

Idem mos fuit apud Romanos uſque ad Antoninorum tempora, id quod ex tabella marmorea Romæ in Æſculapij templo in inſula Tiberina inventa, & uſque in hanc diem apud Maphæos conſervata, intelligere licet. In qua tabula, teſte Hieronymo Mercuriali, medico doctiſſimo ac celeberrimo, ſcriptum reperitur (ſcriptura eſt translata è Græco in Latinum) quomodo oraculum docuerit Cajum & Valerium utrumque cæcum, modum recuperandi viſum; idque factum eſt publicè coram omni populo, & maximo cum applauſu. Item aliud remedium, pro cruenta ſanguinis ſputatione revelatum fuit per Oraculum Iuliano: & cuidam Lucio, qui graviſſimo laterum dolore laborabat, adeò ut prorſus deſperatus ab omnibus relinqueretur, remedia illa, qualia fuerint, notata invenies in ipſa tabula.

Alterum genus ſomniorum diabolicorum.

Eſt adhuc, præter illa requiſitoria ſomnia, aliud ſomniorum diabolicorum genus, quod inopinatum dicitur; propterea quod ejuſmodi ſomnia accidere ſolent ex improviſo, præterque omnem ſpem & expectationem, quæque neque accerſita, neque poſtulata unquam fuere: idque ex ſolo diaboli inſtinctu & fraudulenta machinatione, dum modò hoc, modo illud ad prædicendum præſagiendumque ſeſe offert: ſolummodo in eum finem, ut imponat illis, quos inſidioſis ſuis falſarum perſuaſionum, præſtigiarumque caſſibus irretitos ac captivos tenet,

tenet. Id quod abunde teſtantur ſomnia veneficorum, nigromanticorum & talium fanaticorum hominum, qui Enthuſiaſmo, neſcio quo, afflati creduntur.

Sed relictis his ſomnijs & terriculamentis diabolicis, nos ad illas ſomniorum differentias, ſuprà à nobis conſtitutas, recurramus: ubi primo loco de divinis egimus: ſequuntur nunc ordine ſupernaturalia, quæ medio loco ſe habent inter divina & naturalia: utpote quorum cauſæ, neque ad ipſum Deum immediate referendę ſint, neque etiam ad pravorum humorum malignitatem, à quibus naturalium ſomniorum origo dependet. Sed ad animam noſtram, quæ dormiente etiam corpore, vigilat: quæque raptu quodam ſupernaturali excitata, præſertim bono genio inſpirante, per ſomnium ac viſiones nobis repręſentat multa phantaſmata, quæ plerumque certi aliquid præſagiunt, quorum certitudo ut plurimum per rerum eventum cognoſcitur.

Somnia ſupernaturalia.

Solent autem ejuſmodi ſomnia plerumque matutino tempore contingere, quando nimirum cerebrum eſt liberum, & à vaporoſis iſtis ciborum exhalationibus immune, quæ aliàs illud offuſcarent, & ejus generis viſionibus obſtaculo eſſent.

Exempla ejuſmodi ſomniorum quam plurima paſſim occurrunt, ubi ſomniantibus ſæpenumero viſum fuit, aut in morbum aliquem incidiſſe, aut ab eodem convaluiſſe: quibus viſionibus poſteà reſpondit ſimiliter eventus ad omnia, quæ in ſomnis antea prævider ant: quamvis illa non fuerint neque citata neque poſtulata, ſicut acciri ſolent diabolica ſomnia.

Ælius Ariſtides Rhetor Smyrneus, cum quondam peſte laboraret, ſomniabat ſe Lyſin, poſteriorem fabulæ partem videre, ex quo ſomno convaluit.

Aelii Ariſtidis aliorumque plurium ſomnia, eorumque effectus.

Phayllus dux Phocenſium, ſub initia ſui imperij effigiei cuidam æreę, (quæ Delphis inter donaria ſpectabatur, ab Hippocrate Medico dedicata) hominis cui carne conſumpta ſola ſupereſſent oſſa ſimilem ſe ſomniabat: nec multis poſt diebus tabe periit.

Pauſan. lib. 10.

Quidam, ut refert *Cælius ex Galeno*, viſi ſunt in ſomnis, pedes in lapideam ſubſtantiam induruiſſe: non longè poſt paralyſi infeſtabatur ea pars pedis, ubi nulla mali ſuſpicio anteà à medicis deprehenſa fuerat.

Cæl. l. 7. c. 15. ant. lect.

Arnoldo de Villa nova inſigni medico, ſicut ſcribit *Fulgoſius l. 1. c. 5.* noctu in ſomnis viſum fuit cato quodam nigri coloris in pede ſe ſauciatum: ſequenti ſtatim die erupit in eadem pedis regione, malignum & cancroſum ulcus.

Avenzoar, in ſomni viſione, invenit medicamentum, quo oculi affectum curavit: in cujus diuturna inquiſitione, incaſſum antehac laboraverat: ut ſcribit idem Fulgoſius.

Artemidorus ſcribit *lib. 5.* quòd aliquis in ſomnis ſibi viſus fuerit accepiſſe vulnus à Marte: cui ex tempore quoque prorupit ulcus in podice: quo ſecto apertoque lanceola quadam, ſubitò reſtitutus fuit.

Extat

Aelian in lib. var. hiſt. 12 illuſtra hiſtoria de Aſpaſia.

Extat apud *Ælianum* hiſtoria quædam memoranda de Aſpaſia, filia Hermotimi, quæ (poſtquam mater ob difficiliorem partum ejuſdem mortem oppetierat) à parente ſuo, ſingulari modeſtia diſciplinaque fuit enutrita ac educata. Hæc frequenter admodum ſomniabat ſe nupſiſſe cuidam ſpecioſo, eleganti ac magno viro: ſed dum intereà temporis tardiùs labentis, mora aliqua introducitur: accidit, ut fortè in ipſius mento tumor quidã ingens enaſceretur: qui ob ejus inſignem magnitudinem & horribilem aſpectum faciei priſtinam formam totam immutavit, eamque adeò deturpavit, ut ſine ſumma moleſtia ac animi ægritudine, id neque parens, neq; ipſamet etiam ferre poſſet. Hinc motus parens, in conſilium, auxiliumque filiæ acceſſivit medicum: is ubi rem cognovit, continuò eam percurandã ſuſcepit, ſed ea lege, ſi tres ſibi ſtateres perſolverentur. Cum autem pater tantum ſe non habere diceret, medicus puellam incuratam dimiſit, quæ ob id in acerbiſſimo luctu verſata eſt. Verùm poſteà cum præ dolore non cœnaſſet, planè opportunus eam ſomnus invaſit. In ſomno autem viſio oblata, hæc verba protulit: Bono animo eſto: valeant medici cum ſuis pharmacis: Tu verò roſam Veneris cape, eamque contritam tuberi impone. Hæc ubi audiſſet & executa eſſet, tuber evanuit. Porrò Aſpaſia inter omnes puellas, adeò forma, vitæ honeſtate, incorruptiſque moribus emicuit, ut primùm Cyro Perſarum Regi, eo autem interfecto, Artaxerxi etiam nupſerit.

Plin. lib. 25. cap. 2.

Plinius narrat hiſtoriam de matre militis, qui longiori loci diſtantiâ ab ea remotus erat: Hæc admonita fuit per viſionem, ut colligeret radicem roſæ ſylveſtris, quæ Cynorrhodon aliàs dicitur; quam ipſa die præterito heſterno, in horto cum animi quadam delectatione ac voluptate aſpexiſſet: & ut eandem radicem illicò mitteret ad filium ſuum, quâ in lacte infusâ macerataque, pro potione medica uteretur. Id quod mater fecit. Et hinc paulò pòſt accidit, ut miles iſte, unà cum ipſo medicamento, matris acciperet literas, quibus filium ſummopere hortabatur, ut ſine mora exequeretur id, quod ſcriptum eſſet in literis. O quàm opportunum certè nuncium! Nam miſer ille tunc tẽporis læſus canis rabioſi morſu, in tanto vitæ periculo verſabatur, ut ex hujus veneni, profundiores radices agentis, nimiâ atrocitate, jam incidiſſet in hydrophobiam, quæ mortis certiſſimum indicium eſt: hoc autem matris uſurpato remedio, ab interitu ſe inopinato præſervavit; quod poſtea à multis aliis feliciter quoque uſurpatum probatumque fuit.

Herba contra morſum rabioſi canis.

Hæc dicta ſint de morbis deque horum curandi ratione, deſumpta ex ſomniorum viſionumque nocturnarum præſagiis ac prædictionibus.

Ex his jam intelligi poteſt, quanta ſit vis & efficacia ſomniorum, ut quorum beneficio ac interventu quã plurimi, in vitæ etiam diſcrimine conſtituti,

ſtituti, evaſerint. Hæc tamen à nobis non dicuntur in eum finem, quaſi ad nimiam ſuperſtitioſamque ſomniorum obſervandorum diligentiâ quęvis pellicere velimus: cum ſomnia interdum fallere poſſint: ſed noſtrum eſt propoſitum ſolummodo indicare & commonefacere, non ſemper contemnenda eſſe eadem, legemque illam Catonis, *Somnia ne cures*, non ita generaliter de omnibus ſomniis, ſed cum certa quadam limitatione intelligendam.

Cic. lib. 2. de divinat. Simonidis ſomnium.

Simonides per ſomnium admonitus, ne illo die quem conſtituerat, ſe committeret mari, ſalutariter obtemperavit: Nam reliqui omnes, qui tunc navem conſcenderant, fluctibus & procellis in conſpectu eius obruti ſunt: ipſe interim ſibi gratulatus eſt, quod vitam ſomnio, quàm navi credere maluiſſet.

Plutarch. Aliud Themiſtoclis.

Themiſtocles etiam ex maximis inſidiis, quas ipſi ſtruxerat quidam Epixyes in pago Leontocephalo (quod ſignificat Leonis caput) liber & incolumis evaſit: cum nimirum in ſomnio vidiſſet matrem his illum verbis alloquentem: *Evita Themiſtocles Leonum caput, ne in leonem incurras.*

Cicero in eodem libro divinationum: & Suetonius in vita Augſti Octavij quoque referunt: cum copiæ Augſti & Antonij ex una parte, & ex altera Bruti & Caſſij jam inſtructæ eſſent ad prælium committendum in campis Philippicis: M. Artorium, Medicum Augſti, oblata viſione, Mandatum à Minerva accepiſſe, ut hortaretur Octavium tunc ægrum, ne ſe contineret etiam per morbum, quin ipſemet in præſens iret prælium. Quod cum Cæſar audiviſſet, lectica ſe in aciem ferri juſſit: in qua cum ſupra vires pro victoria laboraſſet, morbo liberatus eſt, & à Bruti militibus, de cæde ejus cogitantibus, caſtraque diripientibus, & lecticam inanem jaculis & pilis traijcientibus, liberatus.

Quot regnorum ac imperiorum mutationes ac translationes, per ſomnia ac viſiones, longo antè tempore, prævisæ ac prædictæ ſunt à multis potentiſſimis ac ſummis viris, aut etiam ipſorum propinquis & cognatis, ad quos regna illa ac imperia poſteà pervenerunt?

Somnium Olympiæ & Philippi regis Macedoniæ.

Olympiæ matri Alexandri, viſum eſt in ſomnis prima nocte, quâ legitimo ac matrimoniali thoro Philippo, marito ſuo, jungebatur: è viſceribus ſuis proſiliiſſe tonitru immenſum & fulgur: cujus flamma ſeſe in ampliſſima & remotiſſima quæq; loca diffunderet. Philippus ſimiliter ſomniabat eadem nocte, ſe in ventrem Olympiæ, uxoris ſuæ, impreſſiſſe fortiſſimum quendam leonem. Omnia hæc præſagiebant Alexandri filij ipſorum, ſummam imperij alicujus amplitudinem ac maximam poteſtatem. *Hæc in vita Alexandri apud Plutarchum, & Sabellum.*

Aliud ſomnium Antigoni.

Antigonus ſomniavit, ſe à Mithridate, (quem cum filio ſuo Demetrio intimo amico, ſimul educabat ac ſuſtentabat) regno ſuo ſpoliatum & expulſum fuiſſe. Quod ſomnium Antigonus filio ſuo Demetrio revelavit, ſed ea juramenti lege, ne verbulum quidem

quidem referret ad Mithridatem, quem adeò amabat: quemque Antigonus conſtituerat, clam interficere. Demetrius, licet ſilentij juramentum præſtiterit, ægerrimè tamen ferens hoc patris nefandum conſilium, in necem amici ſui fideliſſimi, ſuſceptũ: cogitare cœpit de ratione præmonendi de hac re Mithridatem, & cum ambo ſoli eſſent, accepit telum ſuum, cujus acie hæc in terram exarabat verba: *Fuge Mithridates*: Quod ſimul ac intellexerat Mithridates, ſtatim arrepta fugâ, ſequenti nocte trajecit in Cappadociam uſque: Id ſomnium autem Antigoni, mox fatum comprobavit: amplam enim & bonam regionem Mithridates regni Pontici occupavit: ſicut habetur apud Plutarchum in vita Demetrij.

Iulius Cæſar, antequam Dictatoris nomen & dignitatem geſſiſſet, per ſomnium viſus cum matre ſua cõcubuiſſe: quod (ut ſomniorum conjectores interpretati ſunt) terrarum imperium illi promittebat: cùm terra ſit omnium mater, quam ſubactam ſibi viderat per quietem. *Plutarch. in vita Caſ.*

Somnium Octavii & Actiæ parentũ Auguſti Caſ. Octavius & Actia parentes Auguſti Cæſaris videbant in ſomnio, filium ſuum magnum olim monarcham futurum: quod idem viderant Philippus & Olympias, ut ſuprà diximus. Nam Actia dormiens in Apollinis templo, viſa eſt cum dracone commiſceri, peperitque expletis ad pariendum menſibus. Ad hæc, antequam pareret, ſomniavit viſcera ſua ſublime in cælum ferri, & in totum terrarum orbem diffundi. Eadem nocte Octavius Solem ex utero uxoris oriri in ſomnis vidit. Nigidius Figulus Senator ſtatim patri ſummum imperium prædixit. *De his conſule Suetonium in vita Auguſti.*

Trajanus, Hadrianus & Marcus Antoninus Philoſophus eadem ſomnia & viſiones habebant, priuſquam, ad imperij gubernacula acceſſerunt, Sicut ſcribunt *Xiphilinus, & Dion Nicæus in illorum vita.*

Sed, ne ſolummodo profanas hiſtorias, in mirabilibus ejuſmodi ſomniorum & viſionum effectus demonſtrandis, afferamus, loco concluſionis annectemus adhuc unicum veriſſimũ exemplum, quod literarum monumentis mandatum apud *Theodoretum lib.5. cap.6. & 7. & alios Eccleſiaſticos Doctores*: quod de verbo ad verbum transſcriptum ita habet:

Theodoſius dux exercitus adverſus barbaros à Gratiano imperatore conſtitutus, oblatam ſibi in ſomnis Meletij Antiocheni imaginem vidit, paludamentum ſibi Imperatorium injicere & coronam capiti imponere: nec caruit eventu viſio. Nam bello feliciter contra barbaros confecto, à Gratiano paulo poſt imperator deſignatus eſt. Annoque ſui imperij tertio, Chriſti 383. Synodum Conſtantinopolitanam pro fide Nicena confirmanda indixit. Cum Epiſcopi conveniſſent, Imperator Meletium ſibi indicari vetuit, facturus periculum, utrum imagini per ſomnium conſpectæ, vera eſſet Meletij *Somnium Theodoſii notatu dignum.*

facies reſponſura. Ingreſſus ad patres ad Meletium confeſtim agnitum accurrit, cumque complectens oſculatus eſt, & ſomnium coram omnibus expoſuit.

Somnia naturalia.

Satis dictum eſt de ſomniis ſupernaturalibus; quorum nonnulla divinorum naturam non obſcurè æmulantur. Reliquum eſt, ut nunc agamus de naturalibus, ut quæ ſpecialiter ad Medici conſiderationem pertinent. Somnia naturalia ſunt paſſionum animi & corporis indicia: proinde ſunt à Medico contemplanda, ut ait Ariſtoteles. De his etiam ſcripſerunt Hippocrates, Galenus plureſque alij medici, ſed pleniſſimè Artemidorus.

Autores, qui de ſomniis ſcripſerunt.

Varia ſomniorum cauſa externa.

Suſcitantur ejuſmodi ſomnia plerunque è cauſis cùm externis, tùm internis: Externæ ſunt, uſus ciborum, copioſos vapores excitantium, & eorum, qui gignunt ſanguinem torridum & melancholicum: Ex intempeſtivo caulium uſu triſtia ſomnia ſuboriuntur: phaſeli turbulenta inſomnia inducunt; Cæpæ & allia terribilia. Ita etiam aliorum ciborum noxiorum immoderatus uſus poteſt dormientes ejuſmodi moleſtis & triſtibus viſionibus perturbare. Hæc omnia pendent à cauſa externa: ſicut & aliarum mirabilium viſionum cauſæ creduntur eſſe varia animalium corda, capita, & dormientium capitibus ſuppoſita, ut docet *Albertus magnus*: Ad eandem quoque cauſarum externarum familiam referre licet id quod Olaus notavit *in ſuo lib. 18. cap. 8.* Hæc ſunt ejus verba: In Succia ſeptentrionali Gulo animal voraciſſimum capitur: Pellis eius pretioſiſſima: dormientibus ſub harum pellium tegumētis evenire ſolent ſomnia, quaſi eius animalis vitæ naturæque cōformia, & cum inſatiabili vorandi cupiditate, & beſtiis inſidiis faciendis & præcavendis.

Interna.

Quod ad cauſas internas attinet: illæ ſunt humores maligni atque melancholici, qui tenebroſa ſua caligine mentis lucem obfuſcant, illiq; varia moleſtiarum genera imprimūt: ut manifeſtè conſpicitur in omnibus iis, qui melancholico temperamento ſunt præditi.

Sed, quod magis ſtupendum eſt, ejuſmodi ſomnia & viſiones, non tantùm ſenſuum functiones, ſed ipſius etiam motus, afficiunt.

Teſtis eſt Theon Stoicus, qui inter dormiendum ambulabat; ejuſdem rei teſtimonium perhibet ſervus Periclis, qui domus tectum dormiens conſcendebat.

Hujus quoque teſtis exſtàt ipſe *Galenus de ſe ipſo ſcribens lib. 2. de motu muſculorum cap. 4.* Qui noctu aliquādo iter faciens obdormivit intereundum, & ſtadium fermè integrū dormiendo peregit, ſomnia videns, nec prius excitatus eſt, quàm in lapidem pede impegiſſet.

Remedia ad ſomnia moleſta & inquieta.

Remedia igitur, quæ ad præcavendā ejuſmodi ſomnia, bonam noctis quietem interturbantia, adhiberi debent, talia ſunto: vt videlicet ab initio imprimis cuivis caveatur ab omnium

omniuma

Google

omnium ciborum uſu, qui illorum cauſam fovere poſſint: utque præterea uſurpentur remedia, purgantia humores iſtos melancholicos, qui talia in nobis ſomnia plerunque excitant: ut adhibeantur quoque corrigentia atque alterantia, antidoti & medicamenta alia appropriata: item revulſiones ac derivationes ad diſſipandam nimiam fumoſorum vaporum exhalationem, qui aſcendentes in cerebrum talium moleſtiarum cauſæ exiſtunt: ut denique non omittantur etiam opportuno tempore & loco ſanguinis miſſio, cucurbitularum applicatio & alia remedia à Chirurgia mutuata.

Simplicia quædã medicamenta contra inſomnia. Medicamina particularia ſunt, ſemina lactucæ in juſculo ſumpta: ſemina quinetiam portulacæ lecto impoſita, inſomnia arcent ſecundùm Amech. Albertus laudat pulverem cutis ſerpentis pulvinari ſuppoſitum. Margaritæ ſuſpenſæ collo timorem in ſomno abigunt, ſecundùm Avicennam. Aniſum inſomnia levat ſuſpenſum in pulvino, ut dormientes olfaciant, juxta Plinium. *Galenus* commendat anethum ſub cervicali poſitum ad ſtertentes, & eos qui è lecto exiliunt. Et *Raſis* dicit, quod dentes equi poſiti ſub capite dormientis, eum continent. Coronidis loco, hoc quoque tibi ſomnum conciliabit tutiſſimum, ad inſomnia, phantaſmata, & malos ſpiritus profligandos, Deo ſeſe commendare ab eoque cuſtodiam bonorum geniorum exorare.

CAP. XXI.

De Exercitio.

1. De utilitate Exercitiorum.

INTER res alias maximè utiles, ſummeque neceſſarias, ad humani corporis integram ſanamque conſtitutionem conſervandam, plurimoſque eiuſdem languores & infirmitates præcavendas ac propulſandas, in quas aliâs homo ex nimio otio ac quiete facilè præcipitatur, *exercitium* primum ſibi locum jure vendicat. Eſt enim illud noſtri caloris innati verum fomentum, & fuliginoſarum ſuperfluitatum in corporibus redundantium, aptum remedium: omnis plethoræ ſive plenitudinis inducendæ obſtaculum ac impedimentum: agilitatis ac promptitudinis corporis comparandæ incitamentum: nervorum & juncturarum corroborandarum idoneum & opportunum auxilium: nec non præcipua ac primaria cauſa apertionis pororum ac meatuū, per quos fuliginoſa illa & ſuperflua ſanguinis & ſpirituum, qui aliâs vitæ noſtræ fomites ac ſuſtentacula ſunt, materia foras propellitur ac diſſipatur. Unde fit, ut ſingulæ corporis facultates corroborentur & inſtaurentur: omnium ſenſuum tàm interiorum, quàm exteriorū actio promptius ac rectius perficiatur: liberior fiat pulmonum inſpiratio ac reſpiratio: cordis robur ac vigor reſtituatur: partes quoq; nutritioni inſervientes meliùs concoquant, digerant & *Effectus exercitii.*

aſſimilent alimenta, eorumq; excretionem citiùs abſolvant. Hæc ſunt inſignia illa emolumenta, quæ legitimum moderatumq; comitantur exercitium, in tempore ſcilicet, & loco, ut mox dicemus, inſtitutum.

Paulus Ægineta de exercitio ſcribens, noſtram ſententiam his verbis confirmat: Exercitium eſt, inquit, motus vehemens: vehementiæ terminus eſt reſpirationis mutatio ad denſitudinem: Exercitia verò præparant partes inſtrumentales, ut ne facilè offendi poſſint, & robuſtas ad actiones efficiunt. Faciunt etiam alimenti attractionem fortiorem, & alterationem promptiorem, & nutritionem meliorem, propter exorientem caliditatem: expurgant quoque meatus, & ſuperfluitates evacuant propter fortem ſpiritus motum, &c.

Lib. 1. de rem. med. cap. 16.

In eundem modum ferè ſcribit *Oribaſius*: Exercitatio, inquit, eſt vehemens motus. Terminus vehementiæ eſt anhelitus ad frequentiorem alteratio. Porrò laborioſæ exercitationes membra organica præparant, & robuſtiora ad actiones, & ad validiſſimam alimenti attractionem, promptiſſimamque alterationem, & meliorem appetitum propter calorem excitatum reddunt, meatus purgans, & vehementi ſpiritus impetu excrementa expellunt.

Lib. 1. ſynopſ. cap. 2.

Ex hac itaque definitione *Oribaſii*, illoque laborioſi vocabulo, quo utitur, intelligere licet, plures eſſe exercitiorum differentias: quæ nos in tres ſpecies reduximus, eaque diſtinximus: 1. in laborioſa, vehementia ſeu violenta: 2. in mediocria ſive media: & 3. in parva ſeu levia. Hæc eſt generalis exercitiorum diviſio, quæ ſpecialius conſiderata, pro diverſa ætatum ratione ulterius diſtinguitur; prout que alii aliis plus minuſve laborum ferre queunt.

Varia exercitioru differentia, diſtincta in tres ſpecies.

De qualitate & differentiis exercitiorum.

Eſt præterea advertendum, *qualia* nam exercitia vel in genere corpori conveniant: vel in ſpecie ſingulis eius partibus, ut capiti, collo, pectori, humeris, brachiis, manibus, renibus, coxendici, cruribus, & reliquis.

Ratio quoque non minima habenda eſt *loci*, quo inſtituuntur exercitia: Alii enim magis aſſueti ſunt ſe exercere, ſuper vel ſubter terram: alii verò in aquis, ſtagnis, fluviis mari aut ſimilibus locis aquaticis: circa hæc enim elementa duo homines operando communiter verſantur.

Sic ſimiliter *temporis* conſideratio hîc admodum eſt neceſſaria: Sciendum enim eſt, quodnam exercitio tempus ſit maximè idoneum; matutinum ne, an veſpertinum: ante vel poſt paſtum. Quorum omnium uſus legitimè ac debitè adminiſtrandus erit, pro ratione varia corporis, aliarumque circumſtantiarum: interim tamen ingenij exercitia minimè debent negligi: quæ ſæpenumerò corporis exercitiis longè prævalent.

Quoniam autem nunc conſtituimus, veterum, cum noſtri ſeculi

Praeoccupatio.

Google

exercitiis, paulò exquiſitiùs ac fuſiùs conferre: vix aberit, quin Momus aliquis hîc ſibi calumniandi anſam arripiat. Pergat ergò ille calumniari, quantum lubet. Tu verò, benevole lector, æqui bonique conſule, quicquid in tui gratiam & utilitatem, hîc de exercitiis elucubraverimus.

Ars Gymnaſtica.

Apud antiquos paſſim in uſu fuit ars illa Gymnaſtica, quæ ſucceſſu temporis, ſimul cum mundana luxuria ac intemperantiâ adeò increvit, ut quam plurima eius veſtigia, hodierno adhuc ſeculo inter nos reperiantur, ſicuti paulò infra ſuo demonſtrabimus loco.

Extat de hac arte, ex neotericis Hieronymi Mercurialis celeberrimi medici, elegans ſanè & doctus liber.

Hæc ars eſt primùm inventa à 2. de Orat. Græcis, *teſte Cicerone*, qui Gymnaſia, delectationis & exercitationis gratia primùm à Græcis inventa aſſerit, quod vocabulum Gymnaſij eſt derivatum à Græco γυμνάζειν quod *exercere* ſignificat. Accipitur quoque Gymnaſium pro quolibet exercitii loco, ut luctandi, currendi, diſputandi, literas tractandi, ut *Plautus* teſtatur. Et Gymnaſiarchus ſive Gymnaſiarcha dicitur is, qui ſupremum obtinet locum, in quodam horum exercitiorum ludo: ſicut refert idem Cicero.

Quantum ad horum ludorum ſive exercitiorum differentias attinet, illarum quidem plures recenſeri poſſunt; quas tamen in hæc duo præcipua capita reducimus: (pendent autem utraque illa à motu naturali, accedente arte:) quorum *alterum* eſt ſimplex: *alterum* verò comitem habet æmulationem ac imitationem: *Duo exercitiorū præcipua capita.* *Simplex* ſeu antecedens erat, quando homo ſolus vel ſaliendo, vel currendo, vel ſine ſocio aliter ſe exercendo ludebat: *Hoc* ſecutum eſt mox alterum illud æmulationis videlicet, qua ingenti quodam deſiderio ac omni conatu ſeſe attentabat luſor, ut vel idem exercitium ad unguem imitaretur, vel etiam alterum colludendi ſocium majori induſtria ſua vinceret: unde orta eſt primùm invidia, obtrectatio & maledicentia: ex maledicentia verò lucta, quæ non niſi inter duos ad minimum fieri poteſt: qua alter alterum ſupplantare conatur ſtudetq;. *Lucta cauſa.* Pro varia horum certaminum conditione, varia quoque exercitiorum nomina inventa, variaque inter luctatores præmia diviſa fuerunt. Dicebantur enim digladiatores illi palæſtritæ, pugiles ſive palæſtræ luſores. Athletæ verò dicti ſunt ἀπὸ τοῦ ἄθλου, hoc eſt, à præmio. *Athletæ unde dicti.*

Genera Exercitiorum veteribus uſitatorum.

Luctarum autem harum ſive exercitiorum *quinque* erant præcipuè genera: nempe 1. *curſus*, 2. *lucta*, 3. *pugilatus*, 4. *ſaltus*, 5. *jactus diſci*, *ſaxi*, *& jaculi*. Hi qui palmam reportabant, *pentathli* appellabantur: Latinè *Quinquertiones*. *Pentathli. Scalig. lib. 1. poem cap. 22.*

De his *quinque* ludorum generibus,

Modus luctandi. Denique luctaturi olim, veſtimentis depoſitis, nudoq́ue corpore in arenam deſcendebant, ac ceromate inungebantur, hoc eſt, quodam linimento ex oleo & cera compoſito: & miniſtri, qui in eiuſmodi ceremoniarum ritus obſervandos conſtituti aderant, Ceromatiſtæ appellabantur. Hinc *Stat.* palæſtram vocat pinguem; *Claud.* liquidam, & *Ovidius* unctam: aliiq; *Poetæ* illam nominant madidam ſordidamq; palæſtram, ut annotavit Raviſius.

Secundùm *Thucydidem*, Lacedæmonii primùm in huiuſmodi ludis Gymnaſticis, modum inungendi & denudandi corpus introduxerunt: ob quam denudationem ars iſta præſertim nomen Gymnaſiæ accepit.

Cal. l. 7. c. 46. ant. lect. Alex. lib. cap. 25. Lucta Lacedæmoniis familiariſsima. *Cælius* & *Alexander* literis prodiderunt, quod & ipſæ filiæ Lacedæmoniorum nondum adultæ Palæſtra exercebantur nudæ. Quod ſtudium *Plato* nequaquam improbavit: cenſuit enim ut non modò puellæ, ſed & anus luctarentur cum viris, ut patientes laborum eò facilius res arduas ſubirent: quorum ſtudio in poſterum adeò infecti ſunt, ut pro fortibus militibus ſe bonos Palæſtras & Athletas dici potius exoptarint.

Lib. 1. Ennead. *Sabellicus* confirmat hoc ipſum de iiſdem puellis Lacedæmoniis, addens, nudationem illam nil turpis habuiſſe, aderat nempe verecundia, aberatque omnis petulantia. Sed quamvis ſint, qui honeſtatis quodam prætextu, huic ſtrumæ bitaphum quendam prætexere conantur: me tamen iudice, talia ludorum genera, verecundiæ modeſtiæque fines longè excedunt. Neque enim viros, neque fœminas aut puellas unquam decent nuda huiuſmodi exercitia. Fuit hæc conſuetudo ſimul etiam cum luxu accreſcente introducta, ut quæ nullibi antehac apud priſcos in uſu erat. Athletæ olim ferulatis campeſtribus certabant, ut ſcribit *Thucydides*: *1. Hiſtor.* certabant tecti aut veſte, vel etiam armis, ut eſt apud Hippocratem. Hinc Auguſtus morem & conſuetudinem hanc inverecundam ac turpem deprehendens, omninò prohibuit eiuſmodi ſpectaculis fœminas intereſſe.

3. *De pugilatu.*

Tertium antiquorum exercitium eſt pugilatus, unde pugil dicitur, qui pugno plagas impingere poteſt; & adverſarium ſolo percuſſu proſternere. Eſt illud genus pugnandi, quod Gallicè dicitur; *ſe battre à coups de poing*, id eſt, pugnos invicem conſerere: Agreſte nimis & indecens exercitium, quo tamen nihil familiarius in Gallia ſervis & pediſſequis, & eiuſmodi inferioris conditionis petulanti turbæ: quo de pluribus agendum non eſt, quia ſatius eſt illud dediſcere, quam addiſcere.

Ex his duobus exercitiis pugni ſcilicet & luctæ, ſurrexit quoddam aliud certaminis genus, quod Pancratium apud priſcos nominabatur. Tales enim dicuntur, qui corporis totius conatu, etiam calcibus, etiam genubus, etiam dentibus, omniq́ue virium contentione inſurgunt in pugnam, ut adverſarium ſuperent. *Cœlius* huius *Lib. 13. ant. lect.* inven-

inventionem aſſcribit Theſeo, quando in Creta abſque gladio Minotaurum aggreſſus eſt. Quod licet ita ſit, eſt tamen exercitium potiùs Sycophantarum & hominum nauci, quo hodie dicti iſti ſervi ac pediſſequi, & huius farinæ bajuli, ſe ſolent oblectare, ubi ipſi in tali pugna, pro ſui defenſione & obtinenda victoria, contra adverſarios ſimul cum pugno, inferunt etiam dentes & pedes, & genua, & alia corporis membra. Egregius certè ludus, ſi diis placet; qui *in 28. Olymp.* primum invectus eſt. Nihil ipſo communius eſt in hac Pariſienſi urbe, ad quem videas, tanto concurſu ſe congregare, tot otioſos ſpectatores, *Badauts* Gallicè dictos, qui finito certo certamine, de eorum poſtea virilitate, ac heroica (ſcilicet) roboris præſtantia, quaſi re benè geſta, judicium ferunt.

4. *De Saltu.*

De quarto antiquorum exercitio, quod eſt ſaltus ſive ſaltatio, abundè ſatis ſcripſerunt *Athenæus*, *Alexander*, *Cœlius*, *Iulius Scaliger*: quò lectorem relegatum volumus. Hoc tantùm obiter placet hîc monuiſſe, majores olim noſtros non minori ſtudio huic exercitio incubuiſſe, quàm adhuc noſtro ſeculo fieri ſolet non ſolùm in Francia noſtra, ſed propemodum ubivis locorum.

Ath. l.14. Alex. l.2. cap 25. Cæl. l.5 c.3. ant. lect. Scal. lib.1. poet. c.18.

Inventores ſaltatoriæ artis.

Huius primi inventores fuerunt Orpheus & Muſæus, tanquam ſuo tempore ſaltatoriæ artis Coryphæi, qui & feſtivitates & ceremonias omnes, ut & cætera omnia, ut honeſtiſſimum quiddam, legibus ſanxiſſe videntur initiati cum rythmo & ſaltatione.

Luc. lib. de Saltatione.

Antiquorum ſaltādi ratio quænam?

Prima omnium, antiquorum ſaltandi ratio, non erat, niſi ſimplex, leviſq; corporis commotio, ſive unius ſolius, ſive plurium, manibus catenatis invicem cohærentium: Græci eam appellabant ὄρχησιν: Latini *ſaltationem*: quæ ſine cantu & inſtrumento muſico fiebat: Idem ſaltandi modus, multis adhûc in locis, apud plures in uſu eſt. Poſteà verò acceſſit cantus vocalis, à quo ipſam ſaltationem χορεῖαν nuncupabant: cuius uſus frequentiſſimus exiſtit hiſce adhuc temporibus inter plebeios.

Tandem etiam omnis generis inſtrumenta muſica fuerunt adhibita: quorum tot tamque diverſa hodie genera habentur, quibus etiam priſca illa tempora caruerunt. Progreſſu enim temporis, artium ac ſcientiarum, fœcunda inventio, magis magiſque accreſcit.

Principales ſaltationum differencia.

Idem *Scaliger* ſaltationem dividit in duplicem potiſſimum ſpeciem: in ſtatariam nempè unam: & in motoriam alteram: non quod alterutra citra motionis miniſterium perficiatur: aliàs enim ſaltationis nomen ſterile ac inane eſſet: cuius tamen proprius finis eſt corporis exercitatio quædam, ſive ea ſit levior, ſive paulò vehementior: Sed quòd ſolummodo oſtendatur differentia, majoris aut minoris commotionis, omnium corporis membrorum. Cuius rei exempla ſe offerunt manifeſta, & omnibus nota in illis ſaltationum generi-

Digitized by Google

generibus, quibus tùm Galli, tùm aliæ nationes utuntur: ut ſunt (nominibus ſimul cum re & populis ipſis natis, ignoſcite quæſo Latini) *Volta, Curanta & Galliardæ:* quæ majorem corporis requirunt motum, ſicut oſtendit nominum illorum derivatio: quàm ceterorum populorum, ut Germanorum aliorumq; conſuetudo fert, qui inter ſaltandum primum leviori, ac tandem in ſecunda ſaltationis parte, paulò majori corporis impulſu commoventur.

Ex his duabus generalibus differentiis poſſunt aliæ plures deduci: idq; vel ratione corporis, plus minúſve laſſitudine oppreſſi: vel honeſtatis, ubi ſaltatio alia modeſta, & laudabilis eſt, alia verò laſciva & inverecunda: vel à loco ipſarum regionum, ubi primum inventæ fuerant: vel à ſingulari quadam & artificioſa membrorum diſpoſitione. Sic & aliæ ab imitatione & varietate melodiæ, muſicis inſtrumentis præcantatæ: & ab habitus ſive indumenti, tali exercitio deſtinati, qualitate.

Erant præterea alia ſaltationum genera antiquis conſueta, quæ vel ipſorum authorum ac inventorum, vel etiam aliorum, in quorum gratiam inſtituta fuerant, nominibus inſigniebantur: ut eſt *Pyrrhica ſaltatio*, pro juventute in armis ſe exercenda, à Pyrrho inventa ac celebrata: Et tripudium Caſtoris, cuius fit mentio à veteribus: in quo ſaltandi genere juvenes, armis induti tripudiabant, & pedibus terram feriebant. Quæ ſaltandi ratio introducta fuit in gratiam & honorem Caſtoris à Lynceo interfecti.

Pyrrhica ſaltatio. Plin. lib. 7. Lact. lib de Saltat.

Duæ quoq; aliæ ſaltationum principales ſpecies erant, quæ vocabantur *vulgares* & *Theatricæ*: *Vulgarium* uſus erat in nuptiis & ſacrificiis. Antiquitùs enim nulla fiebant ſacra ſine ſaltatione & choro muſico. Proderant enim (ut Cœlius memorat) puerorum Chori tibiis ac cithara præcinentibus: inter quos exercitatiores & peritiores ad ſaltandum eligebantur: & illorum cantiones ab huius ſaltationis uſu appellabantur *hyporchemata*, ita dicta, quod inter ſaltandum ferè generoſum quiddam ſervarent & virile. Sed cantus ſolus ſine ſaltatione, *ſtaſima* ipſis dicebatur.

Lib. 5. cap. 5. ant. lect.

Hyporchemata.

Staſima.

Theatricæ verò diſtinctæ erant, ratione argumenti ſive materiæ ipſarum fabularum, quæ in theatris induci agique ſolebant. In tragœdia enim, tanquam materia triſti, ſaltatio erat gravis, certis numerum gradibus diſtincta, ac luctuoſa: quam appellabant ἐμμέλειαν. In Comœdia verò ſaltus erat liberior ac feſtivior potius, quàm lugubris: qui nuncupatur κόρδαξ. Satyrorum autem ſaltatio conjuncta erat cum ſumma levitate, ac laſcivia, quę propterea dicebatur σίκιννις.

Theatricæ ſaltationis differentia.

Hæc ſunt præcipua antiquorum ſaltationum genera, è quibus plurimam partem tàm in Gallia quàm in pluribus aliis regionibus adhuc hodie vigere, cuivis ſtudioſè inquirenti patebit.

Hæ ſaltationes ſive choreæ, vocibus ac inſtrumentis muſicis adaptatæ, apud Ethnicos olim non ſolùm uſitatæ, magniq́; æſtimatæ fuerunt, ſed in ſacris quoq; literis, eaſdem approbatas fuiſſe, ex ſequentibus videre licet exemplis.

David Regius ille propheta, lineo cingulo ſuccinctus totis viribus ſaltabat & ſimul cum ipſo tota ipſius domus: dum nimirum, cum magna jubilationis vociferatione, adhibitis ſimul omnis generis muſicis inſtrumẽ-
1. Sam. 6. tis, ut cithara, buccina, tympano, decachordo, tuba & cymbalis bene ſonantibus, aream fœderis à Philiſtinis Hieroſolymam reducebat.

Sic quoque *Iudith* celebris illa heroina, Holoferni capite abſciſſo & detruncato, hacque ratione copiis Aſſyriorum nimio terrore perturbatis ac proſtratis, urbeq; ab obſidione eorum ſic liberata, à cunctis mulieribus Iſraeliticis, laudis & gloriæ benedictione ac plauſibus excepta, oleæq; ramo præcincta, thyrſum geſtans, & chorum mulierum præcedens, cum omni populo Iſraelitico, hymnum triumphalem Deo æterno ac maximo, ſaltando decantabat, eique immenſas ac immortales, pro tam admiranda ac incredibili victoria, gratias referebat.

Hoc exercitii genere, non ſolummodo homines plebeii ac juvenes olim uſi, eoque delectati ſunt: ſed fuerunt etiam magni quidam reges, ac Philoſophi ſapientiſſimi, qui eandem artem in ſummis deliciis habuerunt, didicerunt atque exercuerunt.

De Socrate legimus, quòd artem ſaltatoriam, non ſolùm ſummis proſecutus ſit laudibus: ſed & ipſam quoque addidicerit, nec veritus ſit in provecta etiam ætate ſaltare, eamq; ſimul cum aliis graviſſimis ſcientiis conjungere: multum tribuens venuſtæ concinnitati & elegantiæ, tum apto motui, neq; non moventis afformationi. *Socrates saltandi arti deditus.* Hinc videmus adhuc hodie in uſu eſſe, dum pueros noſtros aut puellas, hac in arte erudiri volumus, potiſſimùm id fieri, ob morum elegantiam, concinnamq́ue corporis compoſitionem comparandam. Magnum enim diſcrimen apparet inter illos, qui huius artis periti aut imperiti ſint, quique illam addidicerint, vel non addidicerint. *Ath. l. 1. c. 16.*

Adeò magni faciebat Socrates hanc artem, ut familiariter cum amicis loquendo, illam membrorũ ac totius corporis exercitium utiliſſimum eſſe, prædicaret: & ſubinde diceret, ſcitè tripudiantes maximè eſſe idoneos rebus bellicis. De quo hi verſus extant: *Lucian. lib. de ſalt.*

Qui rectè ſcivere choris decorare deos, hi Optimi & in bello.

Inter Reges olim eodem ſaltationis exercitio ſummoperè delectabatur *Antiochus magnus*, nec non & alii plures. *Poetæ* quoque in Deorum laudes uſi ſunt ſaltatoris titulò. *Pindarus & Homerus* Phœbum Orcheſten ſaltatorem appellant. Idem nomen & Jovi attribuitur. *Homerus* præterea dicit, ſaltationem certis temporum intervallis, & muſicis rhythmis menſuratam, eſſe donum cœleſte potius, *Ath. lib. 1. cap. 16. Cœl. l. 5. c. 3. Encomium ſaltationis.*

quàm

quàm mundanum aut terreſtre. Sic igitur diviſio hoc munere donatus homo, à ceteris diſtinguitur animantibus eo deſtitutis: ut qui non ſit merum animal, ſed Deus mortalis.

Dum autem hic generalem ſaltationum commẽdationem inſtituo, non propterea in ſpecie & illas approbare conſilium eſt, quę indecoræ & laſcivæ ſunt, fineſque honeſtatis tranſiliunt: Neque etiam illas, in quibus tot tantæque ridiculæ geſticulationes, indecentes quoque ac nimis impetuoſæ corporis hinc inde dimotiones atque agitationes, aliæq; ſexcentæ ejuſmodi fatuitatum ineptiæ conſpiciuntur: quæ ſaltandi ratio deteſtanda, potiùs convenit circulatoribus, quàm hominibus liberali ingenio natis & educatis: quæque ab omnibus Rebuſpubl. benè conſtitutis quondam damnata, & tanquam ſordida, vilis & abjecta, maximeque infamis, repudiata fuit: quam & ego ipſe ſummopere abhorreo & deteſtor, (nec nõ quoſdam alios ludos gymnaſticos) quemadmodùm & eadem, non ſolùm in verbo Dei, ſed à complùribus etiam ſanctorum Patrum aliiſquegraviſſimis authoribus, tanquam res deteſtanda, & homine verè Chriſtiano, Deumque timente indigniſſima, damnatur ac improbatur. Quamobrem ſciendum eſt, noſtrum eſſe inſtitutum, de licitis tantum ſaltationibus, honeſtis & laude dignis verba facere: quibus Deus ipſe non offenditur, quæque civilitatis & urbanitatis ſtudium promovent & provehunt, quò homines negotia ſua, cum decẽtiori corporis, ejuſque membrorum commoderatione expedire queant: & hoc pacto ipſius quoque corporis habitus ac conſtitutio bona, non ſolùm ſarta tecta conſervetur, ſed vegetior etiam, agilior & promptior reddatur ad quoſvis labores ſuſtinendos: utque hinc otium, turpiſſimum Satanæ pulvinar, devitetur.

Tales ſaltationes ſunt, quas *Socrates, Plato, Sophocles & alii ſapientes* comprobarunt, & addiſcere ideoque in votis habuerunt, uti diximus: quæ, ſi temporum injuria, hominumque improba depravatione in abuſum quendam devenerunt: non propterea tamen ars ipſa reprehendenda eſt: poſſent enim pari modo omnes etiam reliquæ artes damnari ac vituperari, quod iis ut plurimum abutantur homines: Veteres autem ſapientes abuſum illum, qui tunc illorum temporibus jam irrepſerat, neque recipere, neque ullo modo tolerare conſueverunt.

Plato enim, cum mandatum acceperat à Dionyſio Tyranno (quod idem mandatum & aliis pluribus datum erat) ut in quodam convivio, togâ longâ purpureâ, qualem Reges tunc temporis geſtare ſolebant, indutus ſaltaret: id ille fieri recuſavit, hoſque *Euripidis* verſus recitavit: *Exemplum Platonis.*

Muliebri ego haudquaquam indui queam ſtola:
Vir natus ipſe, & ex virili germine.

Quo indicare voluit, tale ſaltandi genus, cum habitu muliebri, arguere ſummam quandam levitatem, & po-

tius circulatorem, quam Philoſophum decere. Et Demades Orator facundiſſimus, cum quodam die conſpexiſſet Philippum Macedoniæ regẽ, vino obrutum ſaltare in media perditorum hominum, ac captivorum turba, coram quibus detexit turpitudinem ac miſeriam ſuam: illum ſic compellavit ipſique Philippo erubeſcenti, vitæ emendandæ occaſionem dedit: *Cum, ô Rex, inquit, fortuna tibi Agamemnonis perſonam impoſuerit, non pudet te factis agere Therſiten?*

Elegans admonitio Demadis ad Philippum regem Macedoniæ.

Eraſm. in apophth.

Ex quibus palàm fit, multos viros egregios ac præclaros, tum Philoſophos, tum etiam alios (de quorum authoritate ſuprà dictum) comprobaſſe, commendaſſe, nec non exercuiſſe quoque artem hanc ſaltatoriã, tanquam utilem & neceſſariam, tam ad corporis ſanitatem conſervandam, quàm ad bonos mores comparandos: contra verò improbaſſe & deteſtatos fuiſſe, ſicut & nos ſimul cum ipſis deteſtamur, omnis generis alias ſaltationes illicitas, ad faſtum natas, & exitioſas tam corpori, quàm animæ.

Sciens volensque hîc ſilentio pertranſeo exercitia illa ſaliendi in altũ, & in aerem quaſi volandi: quæ etiamſi quodammodo ad ſaltationum ſpeciẽ aliquam referri queant, ob motum illorum violentum & vehementiſſimum, propter quem etiam non omni carent periculo: ipſa tamen potius circulatoribus relinquenda ſunt, qui iis utuntur in theatris ad ſpectatorum oculos paſcendos: non enim magni aliquid momenti afferre poſſunt ad vitæ communis commodum, & ſanitatis ſtudium.

Capriolſ ſchneiden.

Nec miror amplius, cur *Plato*, *Hippocrates & Galenus* tantoperè averſati fuerint, adeoque damnarint ſaltatoria nonnulla exercitia, necnon gymnaſticos ludos. Surrexerat enim tunc illorum temporibus, tantus illorum abuſus, tantaque confuſio, ut mutatâ rerum facie, uſus illorum bonus ac laudabilis, prorſus depravatus atque corruptus.

Hæc de variis exercitiorum differentiis & conditionibus tractatio, fuſior fortaſſis & prolixior quibuſdam videbitur, nimiſque vereor ne me hîc critici cujuſdam iniqua vexet cenſura, mihique his verbis obſtrepat: me nil niſi actum agere, & eandem canere cantilenam, toties ab aliis prius decãtatam: Quod quidem, quamvis non ignoro vulgatiſſimum illud, nihil dici poſſe, quod non dictum ſit prius: nequaquam tamen id adeò alienum eſſe puto ab hoc noſtro inſtituto, ut forſan iſte ſomniare poſſit. Nam, poſteaquam exercitij, quod unum è ſex rebus non naturalibus à medicis conſtituitur, generalem quandam tractationem propoſueramus: non intempeſtivè hîc varia ſimul ſaltationum genera, tàm antiquorum, quàm noſtri ſeculi introduximus, idque ideò, quòd hoc exercitij genus ſit familiariſſimum: Sic quoque reliquorum exercitiorum gymnaſticorum, ab antiquis olim uſurpatorum, comparatione cum noſtris factâ, horum præcipuas differentias, quibus ratione honeſta-

neſtatis & turpitudinis: laudis ac vituperij: celebritatis & infamiæ: commodi & incommodi, diſtinguebantur, breviter perſtrinximus. Quæ omnia pro inſtituti noſtri ratione raptim congeſta, ac ordine debito diſpoſita, benevolis lectoribus lubenter obtulimus: quibus labor noſter, ut ſpero, haud ingratus futurus eſt: ſiquidem inde fructus jucundos ſimul, & utiles percepturi ſunt: utpote, quos ex collatione quadam facta, apibus non immeritò aſſimilare liceat quæ omnia illa, quibus paſcuntur, in dulciſſimum mel convertunt: cùm contrà Cenſores non inique comparandi ſint cum bruchis, qui vel ſaluberrimos quoſque floſculos ac herbas in venenum tranſmutant.

5. *De Iactu vel diſci vel jaculi.*

Quintum exercitationis genus, quod adhuc tractandum reſtat, eſt jactus, vel diſci, hoc eſt, lapidis rotundi, & in medio perforati: vel jaculi.

Hujus ludi inventum aſcribunt Perſeo, ejuſmodi exercitij genus, in quo lapis admodum ponderoſus, fortiſſimo luſoris impulſu, propellitur.

Sed ſolebant olim jaculum manu tantum torquere, quod & hodie multi, multis in locis ſolent: cujus loco ingenioſa & apta nunc habentur inſtrumenta, veluti arcus & arcubaliſtæ, quibus ad antiquorum imitationem majori cum violentia, ſagittas ac tela noſtra, quæ jaculi nimiis longi vicem gerunt, jaculamur: quod idem exercitium Vaſconibus admodum familiare eſt, qui præ cæteris nationibus, majorem veterum exercitiorum, & monimentorum partem retinuiſſe videntur.

Qui verò tela illa aut jacula moliebantur, jaculatores olim nuncupabantur.

Sarmatæ & Parthi olim, quemadmodum hodie Scythæ & Tartari, ſingulari dexteritate, hoc exercitio utebantur: veluti mira de ipſis ſcripta legimus. Nam non aliis armis, quàm his ipſis telis atque ſagittis in bello, equis inſidentes utebantur: ut etiam fugientes à tergo jaculari, averſique ſequentes hoſtes læderent perinde ac adverſi: *Qui populi peritiores iaculandi ſagittas.*

Sarmaticæ major Geticæque frequentia gentis
Per medias in equis itque reditque vias.
In quibus eſt nemo qui non Coryton & arcum,
Telaque viperea lurida felle gerat.

Ejuſdem exercitij periti ſſimi quoque fuerunt Ithuræi, unde Poëtæ cecinerunt arcum Ithuræum; ſagittas Parthicas; nervos Geticos: Pharetras Sarmaticas.

Cretenſes item fuerunt baliſtæ & ſagittandi peritiſſimi, atque inter alios celebriores, pagi Cydonij coloni; Unde Virgilius:

Ire libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula, tanquam hæc ſit noſtri medicina doloris.

Romani dabant operam, ut ſua juventus plerumque imbueretur atque:

que inſtitueretur omnibus iſtis diſciplinis, quæ ad bellicam artem ſpectabant: præcipuè tamen curabant, ut jaculandi peritiâ excellerent, eiuſque rei inter arma peritiam non vulgarem haberent. *Alex. lib. 1. c. 20.*

Hæc ars olim adeò fuit honorifica atque ſpectabilis, ut Ethnici inde honoris titulos ac nomina mutuati ſint: quibus Deos ſuos, & fortiſsimos ſui ſeculi heroes affecerunt. Poëta Apollinem vocant Sagittiferum:

Mars clypeo melior: Phœbus præſtantior arcu.

Arcubaliſtæ præſtantiſsimi. Et Hercules, qui à Rege quodam Oechaliæ, nomine Euryto, didicerat ſagittandi induſtriam: Centaurum Neſſum, quamvis in ulteriore Acheloi ripa remotum, & cervam æripedem, certo trajecit ictu, Harpyjaſque volucres in medio aere confecit.

Fuerunt ſimiliter multi potentes Monarchæ, Principes, duces, aliique magnates, qui ſummæ ſibi laudi & gloriæ duxerunt, ſi in huiuſmodi exercitiis eminere, & primas præ aliis partes obtinere potuerunt.

Cyrus rex Perſarum: Teridates, Dux & Princeps Parthorum excellens, à Nerone tandem ſuperatus: Conſtantius ac Gratianus, Imperatores Romani: hi omnes, inquam, eximiè in hiſtoriis celebrantur, ob ſingularem induſtriam, qua in telis & ſagittis jaculandis excellebant: qua etiam in arte incredibilia & admiranda peritiæ ſuæ ediderunt ſpecimina.

Quid dicemus de **Commodo** (etſi ſit, qui à parentis ſui ſingulari probitate ac pietate prorſus degenerarit) cujus tamen interim tantum erat robur, ut etiam elephantem jactu haſtę penitus transfigeret: tantaque dexteritas, ut emiſſis centum ſagittis, centum leones humum dejiceret: unoque ſolo ictu plures feras ſimul in terram proſterneret: imò tam peritam & exercitatam ſibi comparaverat manum, ut quicquid oculo deſtinaſſet, jaculo & ſagitta contingeret: ut author eſt *Sabellius, lib. 5. Ennead. 7.*

Non minori induſtria præſtantiaque in hoc exercitiorum genere, olim florebat *Imperator Domitianus*: qui in ſagittarum ſtudio totus erat: Centenas variis generis feras ſæpè in Albano ſucceſſu conficientem ſpectavere plerique: atque etiam ex induſtria ita quarundam capita figentem, ut duobus ictibus quaſi cornua effingeret. Sed adhuc magis mirandum eſt, quod de eodem ſcribit *Suetonius*: Nonnũquam, inquit, in pueri procul ſtantis præbentiſque pro ſcopulo diſpanſam dextræ manus palmam, ſagittas tanta arte dirigebat, ut omnes per intervalla digitorum innocuè evaderent. *Domitianus ſagittandi peritiſſimus.*

Poſſet mihi hîc quiſpiam objicere, *hanc de huius generis exercitiis tractationem, potius ſpecialem* (ut quæ de rebus bellicis agat) *quam generalem eſſe: Eſſe præterea talia exercitia ſolummodo particularia brachiorum, non autem totius corporis.* *Obiectio.*

℞. Ad quorum objectionem reſpondemus, quamvis hæc ita ſeſe habeant, nos tamen quotidie perſpicere, plurimos homines ſedentariam ac me-

Digitized by Google

ac mechanicam exercentes, ſolere diebus feſtis à prandio, arcuum & arcubaliſtarum exercitio incumbere, idq; non ſolùm in pagis ac oppidis, ſed pluribus etiàm civitatibus primariis, ubi publica loca talibus exercitiis deſtinata ſunt: Vnde occaſionem arripuimus de ejuſmodi exercitiis diſſerendi, illorumq́ue præcipuas differentias propoſitas, huic capiti inſerendi: utpote, quæ non minus etiam ſanitati, quàm quævis alia conducant, ac ubivis locorum maximè vigeant.

Satis dictum eſſe opinor, de quinque horum exercitiorum generibus, quæ præcipuè ab antiquis olim inventa & uſitata fuerunt.

His progreſſu temporis, quam plurima alia acceſſerunt. Nam loco curſus pedeſtris, *equi* poſtea adhibiti fuerunt, quorum miniſterio inſidentes ad curſum utebantur. *Hippocomia.* Equi porrò in hunc finem domiti, artificiosè edocebantur, ut pro cujuſvis arbitrio, ſcitè ac bellè ſaltare, ac reſultare addiſcerent: quorum uſus poſtea non ſolùm erat in ejuſmodi exercitiis equeſtribus, ſed etiam in aliis certaminibus ac ludis, quos vocabant equeſtres concurſus. *Virgilius* 5. *Æneid.* de horũ exercitiorum origine tractat. Quæ, cum nimis uſitata hodie ſint, & in Gallia & alibi, non neceſſum eſſe puramus, de illis plura hîc ſcribere.

Currus. Fuerunt etiam in hunc modum *certamina ac ludi* inſtituti, *duobus ſcilicet equis*, ſimul in curru conjugatis ac copulatis, interdum etiam quatuor: quæ certamina vocabantur bijuga & quadrijuga. Vtimur hodie in Germania, Gallia & aliis regionibus, ejuſmodi curribus, bigis & quadrigis in eum finem, ut illorum beneficio, de uno loco in alium, ſive propinquum ſive longius diſſitum provehamur, ac ſic ab una urbe in aliam quoque commodiſſimè pervenire queamus. Sunt autem iſti ab omni parte occluſi ac deſuper tecti, contraque omnem tempeſtatum injuriam optimè muniti, inſtar alicujus cubiculi.

Ex hac curruum commoditate, *Vſus curruum.* ſæpenumero incommodum maximũ incurritur: quod ſcilicet, qui illis vehuntur, dum perpetuo iis inſident, & alternatim pedibus incedere negligunt, ex aſſiduo horum, ac nimis violento motu, corpus concutiant, & crurum ac reliquorum membrorum juncturas enervent, ac torpidas inde referant. Præterea ex hujuſmodi motus violentia, præter reliqui corporis perturbationem, renes ſimul concutiuntur, unde facilè inflammantur, nec non qui calculo obnoxij hinc valdè læduntur ac torquentur.

Si hîc recenſere vellem omnia exercitiorum ac ludorum genera, quę apud veteres olim uſitata erant, quæque adhuc noſtro ſeculo non deſierunt, ut eſt inter alia, ludus digladiatorum ſive pugilum, citius me tempus, quàm ſcribendi materia deficeret.

De Ludo pila.

Dicam ſolummodo pauca quædam de pilæ ludo tanquam uſitatiori ac omnium primo & nobiliſſimo, cui veteres plurimum olim tribuerunt.

Digitized by Google

Lib de rerum vocac.

Scripſerunt enim de illo multi, inter quos Pollux quatuor hujus ludi diſtinctas proponit ſpecies, quarum primam vocat ἐπίσκυρον : ſecundam φαινίνδα: tertiam ἀπόῤῥαξιν: quartã οὐράνιον, propterea quod in hac ultima differẽtiâ, luſorum unus, reſupino corpore jacens, in altum verſus cœlum pilam totis viribus mittebat, quam reliqui colluſores excipiebant, antequam relapſu, terræ ſuperficiem attingeret.

Quatuor pilæ ludi genera.

Adhuc quatuor pilæ ludi genera habentur, quæ in omnibus tamen cũ veterum differentiis non conveniũt, Primum genus ſola manu & pila, mediocriter molli, perficitur: cujus magnitudo reſpondet globo ligneo, cujus uſus eſt in ludo, dicto Gallicè *Palemaille*: familiaris hic ludus eſt literarum ſtudioſis, nec non alijs iuvenibus: quem Galli vocant, *Ieu de la Pelotte*. Secundum vocatur, *Ieu de longue Paulme*: propterea quod in eo ludo metæ locus, quo mittitur & remittitur pila, majori longitudinis diſtantiâ, à priore diſtinguitur: Vtuntur autem luſores ad pilam jaciendam palliculâ quadam, ſive inſtrumento quodam ligneo, parvo, mediocriter lato, cum capula rotunda, quod prorſus ſimile eſt iſti malleolo ligneo, quo mulieres, quibuſdam in locis, linteamenta ſua. inter lavandum percutiunt ac repurgant. Tertium, & elegantius, & uſitatius eſt illud, quod ſimpliciter ludus pilæ dicitur, Gallicè *Ieu de Paulme*. Hic ludus exercetur in certis quibuſdam locis, ſive domibus ex quatuor parietibus conſtructis, iiſque vel tectis vel apertis, quæ loca ſimiliter ludi ipſius nomine à Gallis inſigniuntur, & vocantur *Ieulx de Paulme*: Germani dicunt Ballhauß/à pila & loco, ubi ludi habentur. Hoc in ludo, pilæ agitantur reticulo quodam, hoc eſt inſtrumento ad retis ſimilitudinem, ex nervis diametraliter & tranſverſim expanſis, confecto. Quem ludum indifferenter hodie exercent, tam ſuperioris quam inferioris conditionis homines. Qui hîc cum judicio & induſtria diligenter obſervant eos, qui male ludunt, aut qui benè, faciliorem utique viam invenient, ad hujus ludi perfectionem perveniendi. Quartum genus ludi pilæ, eſt ludus folliculi, Gallicè *Ieu du Balon*. Folliculus autem hic, eſt genus quoddam pilæ, rotundum, magnum, ex corio conſutum, intus vacuum, & non niſi aëre repletum: quem brachiali quodam ligneo in aërem magna violentia propellunt: qui ludus in pluribus locis admodum familiaris eſt ijs, qui ditiores ſunt, aut ſummo nobilique loco nati. In quibus omnibus enarratis ludis, luſores partitè, duo videlicet aut tres, contra alios totidem: aut etiam plures contra plures ſæpenumero, ludere, ſeque tali exercitio mirificè oblectare ſolent.

De ludo trunculorum.

Alia ludorum genera.

Præter hos adhuc alij ludi & exercitia reperiuntur, ut ludus trunculorum, Gallicè *Ieu de Quilles*: qui à meta duplici, longiori ſcilicet & breviori, diſtinguitur in ludum longum & brevem. Eſt præterea ludus, *Palemaille* Gallicè dictus, quo globus ligneus.

(ple-

(plerunque ex buxo, tanquam duriori & ſolidiori ligno tornatus) pugni magnitudinem, aut paulò majorem referens, malleo ſimiliter ligneo, manubrium rotundum ac oblongum habente, per planam terræ ſuperficiem, ſummo ac maximo cum impulſo ludentis propellitur. Qui duo ludi valdè communes ſunt inter plebeios quoque, tum in Gallia, tum in aliis regionibus.

De Venatione.

Inter omnia vero exercitia, quæ præſtantiæ ac celebritatis laudem merentur, venatio facilè primum occupat locum: cujus differentias varias ponit *Plato in Sophiſta.* Nos autem hîc tantum de illa diſſeremus, quæ affinitatem quandam habet & communionem cum vita ruſtica, & in qua feris ac beſtiis perſequendis capiendiſque, inſidiæ ſtruuntur. Ex qua conſideratione elicitur, quod exercitium hoc maximè ſit neceſſarium, utiliſſimum ſimul, ac jucundiſſimum: ſicut id paulò poſt pluribus exemplis demonſtrabimus.

Neceſſarium enim illud eſt, ad arcendas & è medio tollendas atrociſſimas & crudeliſſimas iſtas feras, ut ſunt Leones, Vrſi, Lupi, Vulpes, ac aliæ rapaciſſimæ & nocentiſſimæ id genus ſimiles beſtiæ, quæ non niſi noxam ac damnum hominibus inferunt.

Vtilitas autem ejus in his duobus maximè conſpicitur: primũ quod corporis ſanitati hinc proſpiciatur ac conſulatur, dum ſcilicet id venator variis exercitationum modis, prout ipſi viſum fuerit, expedire poteſt, ſive pedes ire libuerit: ſive equiminiſterio adjutus, incedere voluerit: ſive laborem grandiorem aut leviorem ſuſcipere, cumque longiori vel breviori temporis ſpacio continuare placuerit: in quibus omnibus, tum pro corporis varia conſtitutione ac conditione, tum pro fortioris aut imbecillioris valetudinis ratione, cautè & adhibito judicio agendum eſt. Deinde utilitas hujus exercitij eximia ac maxima, hinc quoque eluceſcit, quod ex illius uſu ac beneficio, carnibus ferinis & delicioſis non ſolum urbium fora, ſed potentiorum etiam menſæ ac tabulæ refertæ ac ornatæ, videantur.

Tandem *exercitium hoc proprium eſt Nobilium, & eorum, qui generoſo & illuſtri ſtemmate procreati ſunt: ut videmus, eo quondam potentiſſimos monarchas & principes ſummopere delectatos eſſe, nec non noſtro adhuc ſeculo quàm plurimos oblectari:* tempore ſcilicet pacis, armiſque, ut aiunt, unco ſuſpenſis. Nam, dum ipſi in armorum ſilentiis, adverſus hoſtem, heroicam animi fortitudinem oſtendere nequeunt, illam in perſequendis interim, ac venandis ſæviſſimis beſtiis, ſatis abundè declarant.

Cyrus, in domo Aſtyagis Medorum regis, avi ſui educatus, ſolebat in pubertate ſua teneriori, edomare equos, & in venatione beſtias conficere, ſepto incluſas: poſtquam adolevit, ut *Xenophon lib. 1. Cyropædiæ* addit, aut leonem aut aprum in ſylvis petebat. Et idem author, ut demonſtra- *Cyrus venationi deditus.*

ret, in quanta æſtimatione ejuſmodi beſtiarum venatio apud cæteros quoque Perſarum reges eſſet, ulteriùs de illa in hanc ſententiam ſcripſit.

„ Perſarum, inquit, rege exeunte „ venatum (exit autem in menſe multo- „ ties) epheborum dimidia pars ab ipſo „ educitur. Cauſa verò cur publicè venationi operam dent (in qua rex ducis officio, perindè ac belli tempore fungitur, cum & ipſe venetur, & ut venentur alij, curam adhibeat) „ hæc eſt, quòd bellicarum rerum, hæc „ meditatio veriſſima videatur eſſe. „ Conſuefacit enim ad ſurgendum diluculo, & ad frigora, caloreſque perferendum: atque etiam ad itinera, & „ curſus exercet. Præterea ſagittis jaculiſque beſtiam petere neceſſe eſt, ubicunque inciderit. Sæpe etiam acui animam in venatione oportet, objiciente ſe feroci aliqua beſtia. Nam quæ offerunt ſeſe beſtiæ, feriendæ ſunt; ab iis autem cavendum, quæ in venantem irruunt. Ita ut hinc colligendum ſit, ſicut & author ipſe in ſequentibus declarat, quod non ſecus venationis exercitium ſeſe habeat, ac ſi in bello contra hoſtem dimicandum ſit. Hæcque duo venatio & bellum, ex pari utriuſque conditione, & ſimilitudine, ſe invicem mirum in modum referant.

[Venationis exercitium eſt ſpeculũ belli.]

Hinc *Lycurgus* legislator Lacedæmoniorum, (imitans Cretenſes) eos, qui jam puberem ætatem ſuperaſſent, in venatione præcipue exerceri voluit, ut ſtudio venationis intenti, ad bellum redderentur aptiores, ut ſcribunt *Xenophon & Stobæus*. Porrò, *Strabo lib. 10. & Alexander l. 2. c. 25.* oſtendunt, hanc fuiſſe Cretenſium cõſuetudinem, qui filios ſuos ab ineunte etiam ætate aſſiduis laboribus firmabant, ne ſenes jam otio torpeſcere, honeſtum ducerent. Vnde legimus (apud eoſdem authores) eos ſemper laborioſis exercitationibus, utpote currendo ac venãdo, algendo, æſtuando, arduas, difficileſque vias peragrando, omnes conſumſiſſe juventutis annos. Quin imò eorũ pueri in claſſes, quas Ἀγέλας vocabant, diſtribuebantur: Iiſque præerat Pædonomus certis diebus in venationes eos educens.

[Xenoph. in Repub. La-] [Lacedæmon. Stob. ſerm. 42.]

Plutarchus recenſet *Alexandrum* magnum, Antiochum, & alios præclaros reges adeò fuiſſe deditos venationis exercitio, ut ejus nomine nullam moleſtiam, neque laborem ullum ſubterfugerint, quin imò multis ſeſe & maximis periculis ſæpenumero, objecerint.

Idem author teſtatum reliquit de *Pompeio*, in eius vita, illum ſcilicet, victis & ſubactis Numidis & barbaræ iſti genti terrore incuſſo, ob nominis charitatem & poteſtatem ſummam Romani imperij: non quieviſſe hominibus devictis: ſed, cum ſciret, regionem illam præ cæteris innumeris beſtiis ac feris, iiſque ferociſſimis & invectiſſimis abundare, eas impetiiſſe, domuiſſe ac debellaſſe: ut & hæ Romanorum felicitatem ac virtutem, omnium rerum domitricem ac expugnatricem, tandem ſentirent: Et ob hanc cauſam, certis quibuſdam diebus exibat ad venationem Leonum & Elephantorum.

[Pompeius magnanimus & fortis.]

Mithri-

Mithridates & Adrianus Imperator venatores.

Mithridates Rex Ponti in Aſia, & *Adrianus Imperator Romanus*, tam inexplebili uterque amore proſequebantur ſtudium venationis, ut mira de illis referant hiſtoriæ: ubi unus huic exercitio tam ſtupendo modo intentus erat, ut etiam ſeptem integros annos nullo prorſus uſus fuerit tegumento, velopertorio, ſive ruri, ſive domi, aut in urbe. Alter verò mortuo & ſepulto equo ſuo, in æternam eius memoriam erexit columnam, ſuper inſcripto Epitaphio: eò quod opera eius in venationibus longo jam tempore uſus fuiſſet. Hi potentes monarchæ non interim à negotiis publicis, cum res poſtularet, obeundis ſuperſedebant: nec quod ſpectabat ad imperii adminiſtrationem, diligenter eius ſatagere ceſſabant: qui promptiſſimi ſemper ibant ſingulis horis atque momentis, hoſtibus obviam: eoſq; ſi quid fortè moliebantur, à finibus ſuis arcebant, non ſecus ac ipſi ſolebant ex conſuetudine quotidiana, feras ac beſtias venando perſequi & profligere.

Venatio propriè convenit viris, Saltatio autem fæminis.

Imperator Albertus ſolebat ſubinde dicere, venationem eſſe exercitium virile, & viris tanquam bellicoſis magis competere: cum ſaltatio conveniat fæminis, quæ omnia alia voluptatum genera ſuperat, excepta illa, quæ ex venatione capitur.

Nec *Carolus Magnus*, ut confirmat *Cuſpinianus*, vel in ſenectute ſua contemnebat venationis exercitium, tanquam rem ſaluberrimam: ac quando is exire conſtituerat, neque nive, neque glacie, neque frigore, neque æſtu, neque aſperrimis ſcopulis, neque horrendis & inacceſſis montibus, neque denſiſſimis dumetis perterrefactus, à ſententia unquam receſſit: ſed inſtitutum conſtanter proſecutus eſt.

Falconaria.

Falconaria ſive *accipitraria ars*, genus etiam quoddam eſt venationis, quod propriè principum ac nobilium exercitium eſt, ex quo ipſi ſingularem etiam voluptatem referre ſolent. Nos de Falconaria abundè ſatis in lib. 6. noſtri Magni ſpeculi mundi ſcripſimus: quam ob cauſam plura hîc dicere ſupervacaneum eſt.

De Natandi exercitio.

Reſtat de *natandi exercitio* diſſerere, quod in aquis perficitur, quodq; non minùs, ac alia quævis, ſcitu utile ac neceſſarium eſt: utpote cuius beneficio ſæpenumero magni viri, in graviſſimis periculis conſtituti, ſeſe ſalvos ac incolumes morti eripuerint: ut interim nihil dicam, de ſingulari eius utilitate, ad corporis ſanitatem conſervandam, deperditamq; reſtituendam: quæ ſanè tanta eſt, ut ex eius uſu tempeſtivo & legitimo, infinita corporis mala, quæ ob caloris exceſſum, refrigerium & humectationem poſtulant, è medio tolli & curari poſſint. Cui inſtituto confert balneum univerſale maris aut fluviorum: remedium vulgare, morſu canis rabioſi laborantibus, nec non melancholicis ac phthiſicis.

Græci & Romani, quæ præ cæteris populis, hac laude extolluntur, ut qui juventuti ſuæ præſcripſerint ſalu-

taria præcepta, omnis generis diſciplinarum, eandem quoque, juxta Ariſtotelis doctrinam, utiliſſimam docuerunt natandi artem: ut juvenes ſuos robuſtiores redderent, ad graviora exercitia ac labores perferendos.

Alex l. 2. c. 25. & l. 11. c. 20.

Nobiles præſertim *Romani*, inter alia exercitia bellica, nandi quoq; ſtudio ſummoperè incumbebant. Unde proverbium natum eſt, in liberos deploratos: neque natare, neq; literas didicit.

Si *Iulius Cæſar* imperitus fuiſſet natandi, neq; vitam neq; commentarios ſuos ſalvos unquam conſervaſſet: dum nimirum cogebatur ſe præcipitem dare in mare, & ultrà ducentos paſſus nando conficere, ut in navim propinquam ſe reciperet, & à nimis ſubitaneo ac improviſo hoſtium incurſu, ſe in Alexandria defenderet.

Natandi utilitas.

Quintus Sertorius, & *M. Scævola*, ſolâ arte bene natandi, uterque magna cum admiratione, & inſuper armis induti, evaſerunt hoſtium impreſſionem: Unus quidem non mediocriter ſauciatus, natando trajecit Rhodanum fluvium rapidiſſimum, in ipſo hoſtium conſpectu: alter verò undique ab hoſtibus circumvallatus neque aliud refugium præter mare videns in id præceps irruit, & exercitum Cæſaris Ducis ſui inſecutus eſt. Quis igitur natandi peritiam non laudet, ex qua tanta utilitas promanat etiam vel ad eos, qui militiam ſequuntur?

Hoc exercitium maxima olim in commendatione erat, ut videre eſt in Agrigentinis populis, qui ſuo tempore omnes alios, deliciarum cultu & ſumptuum profuſione ſuperabant, ut Plato teſtis de illis ſcribit: Perinde Agrigentinos ædificare, ac ſi victuri perpetuò forent, itemq; convivari, velut ſemper morituri. Iidem, Agrigentini inquam, ædificari curabant, in honorem & gratiam Gelonis (qui ex Satellite factus erat inſignis Rex ac dux belli) magnis impenſis & ſumptibus natatoriam, cuius ambitus ſeptem ſtadia continebat. profunditas vero erat viginti cubitorum: in quam derivatæ multæ aquæ fluviatiles & rivuli fontani, ad aquam vividiorem reddendam, decurrebant. Abundantia cygnorum, & varia piſcium genera, conſpectu pulchriorem ac amœniorem reddebant locum. Ita ut natatoria illa inter miracula mundi, ſui temporis relata fuerit: tandem ſucceſſu temporis diu neglecta computruit, & collapſa eſt, ut Athenæus & Diodorus ſcribunt.

Natatoria Agrigentinorum.

Ath. l. 12. cap. 2.

De Applicatione Exercitiorum.

Nos hîc ferè omnia illa exercitiorum genera expoſuimus, quæ humanæ vitæ plurimum prodeſſe, ac vulgò in uſu eſſe ſolent. Reſtat nunc, ut doceamus, quomodo ea pro variis ætatis, naturæ & perſonarum circumſtantiis, convenienter applicari debeant.

Diod lib. 11. c. 1.

Eſt igitur generale & commune officium omnium exercitiorum, ut ex eorum uſu legitimo animalium calor excitetur & augeatur. Diſtinximus autem ſuprà exercitia in vehementia ſeu laborioſa; in mediocria: & in levia.

Ægineta lib. 1. de re med. c. 17. Oribaſ. lib. 1 ſynopſ. 15.

Vehemens

Digitized by Google

Exercitia violenta. *Vehemens & laborioſum* dicitur, in quo reſpiratio eſt difficillima ſine velocitate, ex quo muſculis & nervis robur paratur. Eiuſmodi ſunt terram fodere, & onere maximo impoſito, vel eodem ſubſiſtere loco, vel paulatim incedere.

Mediocria. Exercitia verò *mediocria* citra tantam violentiam fiunt: huius generis ſunt, curſus levis, armorum exercitatio, lucta, magnæ & parvæ pilæ luſus.

Parva. *Leviſſimum* exercitium eſt lectio, muſica vocalis, & inſtrumentalis, ludus chartarum, tabularum, & deambulatio.

Omnium horum exercitiorum diverſus eſt finis, & applicandi modus, pro diverſa partium corporis, perſonarum, & ætatum ratione.

Exercitiorum violentorum differentia. *Violenta* in genere muſculis, & nervis robur parant: quod non minus & reliquæ duæ efficiunt differentiæ; in ſpecie verò certis corporis partibus conſulitur: ubi exercitiorum alia lumbos, alia manus & crura, alia ſpinam, aut collum ſolum; alia caput, vel thoracem, & alia pedes juvant. Sed quoad reſpectum perſonarum, & ætatum: violenta exercitia conveniunt juvenibus & viris robuſtis potius quàm ſenibus: potiſſimum verò iis, qui in ſudore victum quotidianum quæritant, quales ſunt agricolæ, operarii, bajuli doſſuarii, ſaccarii, & multi huius generis opifices alii: qui id genus exercitiis laborioſis maturo tempore aſſueverunt.

Mediocria propriè conveniunt divitibus, qui ex fortunarum ſuarum reditu victitant: nec non & illis, qui literarum ſtudio, & armis ex profeſſo addicti ſunt.

Quin, ut liberè dicam, quod ſentio, Nobiles inprimis necnon & alios, ad arma natos ac deſtinatos juvenes, magis deceret laboribus aſperrimiſq; exercitiis maturè aſſueſcere, quàm molli otio delicatè indulgere.

Hunc morem à Lacedæmoniis imprimis obſervatum legimus: qui ſimul ac animadvertebant, juvenes ſuos à prandio, jucundis quidem & gratis, ſed prorſus inutilibus obambulationibus tempus fallere, Ephori repentè per ſuos miniſtros imperabant, ut ad honeſta officia ſe conferrent, nec malè aut otioſè bonas horas perderent. Indignum enim Lacedæmoniis eſſe, deambulationibus aut inertiâ, non autem congruis exercitationibus bonam corporis valetudinē tueri; ſic enim alacriores ac promptiores, aptioreſq; ad omnes bellorum moleſtias perferendas futuros, cum occurret occaſio. *Æl. lib. 2. de var. hiſt.* *Iuſtin. l. 3.*

Lycurgi lex pro juventute educanda. Quin etiam Lycurgus eorum legislator, pueros impuberes non in forum, ſed in agrum deduci præcipiebat, ut primos annos non in luxu, ſed in laboribus agerent: nihil ſomni cauſa ſubſternerent, vitamq; ſine pulmento degerent, neque prius in urbem redirent, quàm in viros fortes evaſiſſent.

Sed excipiet hic aliquis aſperam nimis hanc Lacedæmoniorum fuiſſe diſciplinam, ac moderationis terminos tranſiliiſſe, quæ ubique congrua & ſalu-

Digitized by Google

Senib. cem-petit exercitium moderatum.

nullâ utuntur exercitatione, corpus vitioſis humorum cruditatibus replent, quæ ſeminariæ cauſæ exiſtunt multorum affectuum, unde ſæpenumero, morte acceleratâ, vitæ curſus ante tempus abrumpitur, quæ aliàs ex interventu huiuſmodi exercitiorum, conſervari diutius poſſit: ubi imitandum ſibi eiuſmodi homines proponant exemplum magni illius Philoſophi Socratis, qui, dum ſolebat quotidie ferè uſq; ad veſperam contentiùs ambulare, à quodam interrogatus, cur hoc faceret, reſpondit, quò melius cœnem. Quibus verbis oſtendit vir ſapientiſſimus, deambulationis uſum, tùm ad ciborum appetitum, tum ad cruditates abſumendas, non parum conferre.

Cic. lib. 5. Tuſc. quæſt.

Porrò in his particularibus ambulationum exercitijs, de quibus ſermo eſt, quæque non ſolùm ſenibus, ſed cuilibet etiã ætati familiaria ſunt: alia quædam occurrunt obſervanda, à *Celſo* ſtudioſè annotata, quæ huic loco non malè inſerenda eſſe duxi: ex quibus nonnihil utilitatis benevolus etiam lector, ſi placet, capiat. Differentia autem ambulationum, inquit, ſumitur, vel à ſitu loci, vel ab hora, & tempore, vel ab aliis circumſtantiis: ubi oſtendit, ambulationem per locum planum minùs commodare & conferre, quàm per locum accliviorem ac decliviorem; idq; ideò, quod cum quadam varietate corpus moveat. Sed nolim hoc referri ad eos qui corpore languidiore ac imbecilliore ſunt, & qui vix è morbo quodam convaluerunt, quique podagricis doloribus, aliiſve corporis languoribus ſunt obnoxij: his enim melius conducant deambulationes per loca plana. De reliquis horum exercitiorum circumſtantiis Celſus hæc ſubjungit: melior autem eſt ſub dio, quàm in porticu: melior (ſi caput patitur) in Sole, quàm in umbra: melior in umbra, quam parietes aut viridaria efficiunt, quàm quæ tecto ſubeſt: melior recta, quam flexuoſa.

lib. 1. de re-med. cap. 2.

Locus de-ambulatio-nib. deſtinatus qualis eſſe debeat.

In explicatione & conſideratione horum exercitiorum, quorum varia genera ac ſpecies ſupra enucleavimus, palàm in multis oſtenditur, quàm eximia & excellens ſit illorum utilitas. *Illis* enim, *qui valentioris alimenti cibum ſumpſerunt, exercitatione uti convenit vehementiore & concitatiore deambulatione, venatu, palæſtra, curſu, diſco, pila parva*, ubi ſcribit *Actuarius lib. de ſpiritib. animal. nutr. cap.* 11. hæc ſuperioribus adjungens: ſummatim quodcunq; tandem exercitationis genus exiſtimetur reſpirationem vehementiorem conciliare poſſe, ac calorem adaugere, & tenui quodam ſudore humectam cutim perfundere, his ipſis accommodum.

Exercitia præterea *congruant cum natura & complexione ejus, qui iis utetur.* Opus enim habent exercitatione majori & violentiori, quicunque corpore præditi ſunt carnoſo & ſolido: pituitoſo & excrementorum copia luxuriante: quàm qui graciles ſunt, macilenti & emaciati, qui dum ſunt ſiccioris temperamenti, à tanta ſuperfluitatum excrementitiarum ubertate facile excipiuntur. Quæ

Digitized by Google

omnia medici prudentis judicio ac ſolertiæ committenda ſunt. Ratio quoq; habenda eſt illorum exercitiorum, quæ tum ad tuendam ſanitatem, tum ad curationem morborum diuturnorum & chronicorum, ut podagræ, epilepſiæ, & ſimilium, præcipienda ſunt.

De tempore exercitiorum.

Tempus quoque idoneum exercitationum probè conſiderandum, ſemperq́; quo ad fieri poteſt, ante cibum ſive manè, ſive veſperi, corpus exercendum eſt.

Hoc quamvis nulla egeat probatione, doctiſque plus ſatis conſtet: audiamus tamen, rudiorum gratia, veterum hac de re teſtimonia.

Lib. 1 de re med. c. 16.

Ægineta de opportuno exercitationum tempore ſic loquitur: Quãdoquidem igitur, inquit, diſtributioni alimenti opitulantur, non oportet crudorum & incoctorum, neq; ciborum, neq; humorum copiam aut in ventre, aut in venis contineri. Periculum enim eſt, ne ad omnes corporis partes attrahantur priuſquam concocti commodi fiant. Clarum itaq; eſt, ante cibos exercitia ſumi debere. Verùm temporis opportuni exercitii notæ ex urinarum colore colliguntur. Nam quæ aquea eſt, incoctum adhuc ſignificat diſtributum in ventre humorem: fulva verò & biliosa, jam diu concoctum eſſe: moderatè autem pallida, recens factæ concoctionis ſignum eſt. Tunc igitur ad exercitia ducere oportet, idq; veſicæ & ventris recrementis priùs reiectis.

Tempus exercitii opportunum ex urina cognoſcitur.

Synopſ. lib. 10 c 2.

Oribaſius idem confirmat iiſdem ferè verbis: cum igitur, inquit, digeſtionem in corpus adjuvant, neq; crudorum, neq; incoctorum & ciborum aut ſuccorum in ventriculo atque inteſtinis multitudo ſit oportet: periculum enim eſſet, ne antequam per concoctionem utiles facti eſſent in omnes animantis partes raparentur: ex quo patet, exercitia ante cibum fieri debere. Ut igitur non medicus tantùm, ſed quilibet alius intelligat ſciatque ſigna perfectæ concoctionis urinæ, ex cuius inſpectione aptum & opportunum exercitationis tempus colligere poteſt, audiat, quæ & *Oribaſius, & Ægineta* ſubjungant. Pro opportuna temporis nota inquiunt, urinæ color eſt: Quæ enim aquæ ſpeciem præfert, crudum adhuc eſſe cum ſuccum indicat, qui in ventriculum ſubmittitur: quæ verò ruffa bilioſaq; eſt, jam dudum concoctum eſſe: quæ mediocriter pallet, nuper factæ concoctionis ſignum eſt, ac tunc quidem adeunda eſt exercitatio, ejectis tamen prius excrementis, quæ in veſica & ventre continentur.

Hæc ſunt ſalutaria illa præcepta, quæ de exercitiorum tempore, & ejus legitima obſervatione nobis proponuntur à clariſſimis illis duobus antiquorum medicorum luminibus: ut ipſorum utilitates nobis innoteſcant. Neque hæc dicta ſint agricolis & operarijs, qui æquè pòſt, ac ante cibum, nulla intercedente vacatione, à matutino tempore uſque ad veſpertinum continuâ manuum ſuarum operatione, ac labore, panem lucrantur: ſed potius illis, quibus Deus largitus eſt opes ac fortunas, ex quarum affluentia & acco-

Digitized by Google

ac copia omnia ad vitam ſuſtentandam neceſſaria abunde illis ſuggeruntur, principibus præſertim, ac iis qui authoritate primariâ ac ſummâ reliquis præcedunt, ac præſunt, quique claves imperii tenent, & ad gubernacula Reipub. ſedent: à quorum ſanitatis tutela ac præſervatione, non privata ſolùm ipſorum, ſed publica potius omnium ſalus dependet: & cum quorum interitu ac perditione, intereunt ac cadunt ſimul omnia. In horum, inquam, gratiam, hæc ſaluberrima exercitiorum præcepta, data potiſſimum ſunt: ad quæ ut diligenter vitæ ſuæ rationem inſtituant, ſummâ induſtriâ ac diligentiâ niti illos decet: præcipuè autem illis hæc dicta ſunto, quicunque jam aliquam corporis ægritudinem præſentiunt, quæ ſubinde, ex delictis exercitiorum, non maturo opportunoque tempore adhibitorum, longiùs proſerpit, ac in dies magis magiſque augeri poteſt.

Quibus potiſſimum præſcripta ſint regulæ exercitiorum.

Celſus præterea, in ſpecie, *his qui ventriculo debiliori ſunt*, obſervandum illud imperat. *Prima* (inquit) eius *curatio, exercitatio eſt*, quæ ſemper antecedere cibum debet: in eo qui minùs laboravit, & benè concoxit, amplior: in eo qui fatigatus eſt, & minùs concoxit, remiſſior.

Lib. 1 de re med. cap. 2.

Sufficiant igitur hæc de exercitiis: quorum uſus naturalis ac legitimus, admodum utilis eſt & neceſſarius, ad ſanitatis vitæque diuturnæ conſervationem: cum contrà illorum intermiſſio varios morbos, teſte Aëtio, ingeneret.

tetr. 1. ſerm. 4. cap. 7.

CAP. XXII.

De quiete.

Demonſtravimus ſuprà, clariſſimorum virorum authoritatibus non ſolùm, ſed firmiſſimis etiam ac validiſſimis rationũ momentis comprobavimus, quàm utilis & neceſſarius exercitiorum ſit uſus, ad corporis humani ſanitatem conſervandam: adeò, ut non putem, inveniri adhuc quendam poſſe, qui in re tam certa ac manifeſta dubitare auſit.

Hinc igitur palàm liquet, ex primis illis & antiquiſſimis medicis, Aſclepiadem, & poſt illum Eraſiſtratum (errore ambos effaſcinatos) perperam non ſolùm reprehendiſſe, ſed conatos quoque fuiſſe omnem exercitiorum uſum tollere, tanquam rem inutilem & exitioſam: quique eò veſaniæ proceſſerunt, ut hominibus perſuaſerint, majorem eſſe quietis otiique neceſſitatem, quàm exercitij, contra plus quàm centum medicorum, illorum ætate florentium, opinionem.

Abrogatio exercitiorum.

Si igitur ſummis hactenus laudibus, exercitiorum uſum, ad ſanitatis conſervationem ſummè neceſſarium proſecuti fuimus, id ad imitationem plurium antiquorum medicorum, qui nobiſcum idem ſentiunt, fecimus. Adjunximus præterea differentias illorum conſpicuas, ex quibus diſci poteſt, quænam exercitia ſint violentiora, quæve moderata, & naturæ conſentanea.

Similiter *nunc de quiete* dicturi, neque Aſclepiadis neque Eraſiſtrati opinio-

Digitized by Google

multorum malorum, quæ à laſſitudine proveniunt: ſimiliter illa confert etiam omnibus diarrhœis, lienteriis, dyſenteriis, & reliquis ventris profluviis.

Aet. tetr. 3. ſerm. ca. 7. Nam, ut ſcribit *Aetius*: Silentium quidem ac quies ventrem cohibent, motus autem & deambulatus impellunt.

Celſ. lib. 2. de re med. cap. 6. Id quod confirmat etiam *Celſus* his verbis: Quem verò frequenter citata alvus exercet, ſemper debet „ poſt cibum conquieſcere, ac neque „ intendere animum, neque ambula„ tione, utcunque etiam levi, dimo„ veri.

Quemadmodum igitur ſomnus mediocris poſt vigilias requiritur, tanquam res utilis & neceſſaria: ſic pari modo utilis & neceſſaria quies eſt, poſt exercitia & labores.

Oribaſius lib. 6. collect. medicin. ca. 2. ubi tractat de quiete, expreſsè docet, quibus hominibus, & quibus in caſibus quies potiſſimum ſit neceſſa„ ria: Quibus, inquit, decubitus, iis et„ iam quies & tranquillitas convenit: ac „ præcipuè quidem in principiis acceſ„ ſionum: itemque incrementis, & poſt „ cibum nuper ſumptum, & cum quis „ dormire cogitat, apta eſt quies & tran„ quillitas.

Præterea *diligenter obſervandum eſt, circa quietis conſiderationem, quibus temperamentis naturaliter homines ſint præditi.* Nam quemadmodum exercitium mediocre, *juxta Hippocratem*; congruum eſt & utile phlegmaticis, & iis, qui natura ſunt frigidi & humidi: ut qui ſunt pingues, obeſi, carnoſi & robuſti: ſic ſimiliter quies maximè convenit iis, qui ſunt bilioſi & calidæ temperiei & ſiccæ: qui ſunt extenuati, macri, & emaciati, ac imbecilli: propterea quod quietis beneficio ſpiritus refocillantur & corroborantur, corpusque grata humiditate perfunditur. Hæc breviter dicta ſint de utilitate & fructibus, qui ex moderata quiete proficiſcuntur. Multa ſunt ſupra de ſomno à nobis dicta, quæ aptè hûc ad quietis contemplationem referri poſſunt: propterea quod hæc duo maximam vicinitatem invicem habeant, & unum alterum non obſcurè referat: quò lectorem, ne rem unam eandemque toties repetere neceſſe ſit, relegatum volumus.

CAP. XXIII.

De repletione & inanitione.

PAucis agendum reſtat de repletione & inanitione.

Repletio igitur, quam Græci πλησμονὴν *vocant, non eſt niſi redundantia, plenitudo ac multitudo humorum, qui in corporis cavitatibus & vaſis continentur.* Quid & ubi repletio?

Hujus autem plenitudinis ſive repletionis fons & origo, plerumque eſt alimentum, quo corpus, dum nutritur ſimul etiam nimiâ humorum ſuperfluitate ac redundantiâ repletur ac oneratur. Hinc diverſa eſt conſiderandi ratio alimenti & replementi, ſi ita loqui liceat.

Solet autem hujuſmodi replètio plerunque contingere in ventre, in inteſtinis, in vaſis & venis, quæ nónnunquam adeò obſtruuntur, implentur,

tur, inflantur ac diſtenduntur, ut omninò diſrumpantur, ac inde niſi ſummâ diligentiâ præveniatur, ſanguinis ſæpenumero eruptio cauſetur: quæ venarum repletio majori cum periculo conjuncta eſt, quàm illa, quæ in ventre fieri ſolet: quæ ut plurimum, aut ſupernè per vomitum, aut infernè per ſeceſſum evacuatur. Idem confirmat *Ægineta*, ubi *de repletione* loquitur, in hunc modum ſcribens: In

Aeg. l. 1. de re med. cap. 32.

" cibis, inquit, maximè delinquitur circa repletionem. Nam etiamſi ventriculus probè concoquat, venæ tamen nimium impletæ affliguntur, diſtenduntur, rumpuntur, obturantur, plenæ fiunt & valdè gravantur.

Incommoda repletionis.

" Peſſimum autem eſt in morbis, venarum repletio. At ventris repletio quandoque ſurſum evacuat id quod redundat, quandoque deorſum per ſeceſſum. Et tamen neque hæc admittenda eſt; verum ſi quis plura ingeſſerit, ſtatim vomere oportet.

Hinc conſtat, cibum ac potum immoderatè ſumptum ſuperfluitates & excrementa gignere: quæ omnis repletionis fomites, removeri & auferri debent evacuatione, quæ vel natura, vel artis miniſterio perficitur.

Quemadmodum igitur *eiuſmodi excrementitiarum ſuperfluitatum plures ſunt differentiæ: ſic etiam varia & diverſa evacuandi loca natura iis deſtinavit.* Caput ad ſui purgationem *auribus*, tanquam ſentinis utitur, per quas ſordes, & alia capitis excrementa biliosa purgantur. *Oculi* & *os* pituitæ evacuandæ inſerviunt: craſſi verò ſeu melancholici humoris maxima pars, per *nares* deſtillando effluit.

Varii corporis meatus per quos excrementa purgantur.

Horum excrementorum omnium generatio excitatur a meteoris, à partibus inferioribus ſurſum in cerebrum elatis: hoc eſt, à vaporibus & exhalationibus, quæ partim ab alimentis, partim à ſanguine calefacto & ferveſcente procreatæ fuerunt.

Duo ſunt adhuc alij meatus, ſive ſentinæ & cloacæ, *inteſtinum* ſcilicet rectum & *veſica*, quorum pari ratione uſus & officium eſt, ut excrementorum materiam craſſiorem, ex alimentis productam, ſive ſulphura, liquores & ſales craſſiores excipiant, ad tempus retineant, & tandem excernant.

Inteſtinum. veſica.

Fœminæ quoque *uterum ſive matricem*, loco ſentinæ obtinuerunt: ut illius operâ menſtruum exonerent ſanguinem, quamvis ipſis ejuſmodi vacuandi ratio propria & peculiaris ſit, non aliter, ac nonnullis viris, qui reſolutis *hæmorrhoidibus* ſanguinem melancholicum per anum evacuant.

Uterus.

Cutis inſtar cribri perforata, eſt commune quoque totius corporis repurgandi inſtrumentum: per quam generaliter & continuè (ſive inſenſili, ſive ſenſili & manifeſtâ tranſpiratione) vaporoſæ & ſpiritales corporis noſtri ſubſtantiæ evaporantur & diſſipantur: ſicuti hujus rei documento ſunt ſudores, aliæque variæ ac imperceptibiles expirationes, tenuium ſubſtantiarum, quæ plerunque è corpore noſtro, ſolius naturæ beneficio excluſæ, evaneſcunt.

Si igi-

Digitized by Google

Evacuatio arte procuranda.

Si igitur ejuſmodi evacuandi inſtrumenta (ſive naturæ imbecillitate, aliove vitio partis ſingularis) ab actione ſua impediantur: ſtatim ſequitur repletio, quæ plurimorum malorum cauſa exiſtit, quibus arte, naturæ miniſtrâ, præcavendum eſt.

Hinc errhinis, ſternutamentis & maſticatoriis, expultricem cerebri facultatem expeditiorem & promptiorem reddimus, ad evacuandas & rejiciendas fuliginoſas ejuſmodi ſuperfluitates, quæ ſine noxa in corpore aliâs ſubſiſtere nequeunt.

Ventriculum, nimiâ vini, cibique, vel aliorum etiam pravorum humorum copiâ repletum, inanitione juvamus: naturamque imbecillam vomitoriis arte factis irritamus, & ſuperflua removemus.

Multi reperiuntur, qui ventrem naturâ ſiccum & durum habent, ob quam cauſam excrementa multa colligunt: quibus omnibus per artem præveniendum eſt, juſculis, clyſteribus, ſuppoſitoriis, aliiſque ſimilibus, quæ ventrem emolliendi laxandique facultatem habent.

Ars imitatur naturam, in variis evacuandi generibus.

Ars præterea ſuppeditat varia diureticorum & exercitiorum genera: balnea item artificioſè præparata, naturalium vim ac virtutem æmulantia: quæ poris & meatibus cutis aperiendis conferunt; & in ciendis provocandisq; ſudoribus, naturæ auxiliantur, & hac ratione corpus ſuperfluo vaporum ac excrementorum onere ſublevant: quorum diuturnior mora aliâs noxam inferret.

Plenitudine exiſtente in vaſis, artis induſtriâ venam ſecamus, ſanguinemque detrahimus: quo remedio, ſi res poſtulat, hæmorrhoidum menſiumque ſuppreſſionem tollimus.

Hinc patet, quomodo ars imitetur naturam, cùm in variis remediorum præparandorum modis: tum etiam in aliis rebus pluribus: id quod ſuo loco; ſectione ſcilicet ſequente, ſpecialius tractabimus, adjunctis ſimul quibuſdam formulis particularibus.

Remedium repletionis Sobrietas.

Sobrietas repletionis remedium.

Inter alias repletionis cauſas, principem obtinet locum *crapula*: ſive nimia cibi ac potus ingurgitatio cum otio conjuncta: cui malo medendo, medicamen nullum eſt potentius ſobrietate ſive temperantia, cui imprimis ſtudendum eſt: non tantùm ſanitatis tuendæ cauſa, ſed ut & re, & opere demonſtremus, nos homines rationis participes eſſe: non verò pecudes, quibus deteriores, vino ciboque ſtomachum ad regurgitationem uſq; ſæpenumero infarcimus, id quod vel vix in ipſis deprehenditur.

Non autem hîc intelligimus illam ſobrietatem, quæ vel in univerſum omnem cibi potusque uſum tollat, vel certis diebus, quorundam ciborum eſu interdicat: quam vulgò jejunium vocant; ſed moderatum & frugalem cibi uſum innuimus, quo vita ſufficienter quidem ac ſobriè ſuſtentetur.

Repudiamus interimatque damnamus omnis generis ſumptuoſas cœnas.

Digitized by Google

nas ſive convivia, aliaſque non neceſſarias & inutiles expenſas, in damnoſæ gulæ gratiam factas: quæ non minùs corporis valetudini, quàm animæ ſaluti plurimum obſunt.

Sobrietas vitam longam & ſanam conſervat.

Inter cœteras cauſas vitæ longioris, ad quam patres noſtri perveniebant, una vel ex præcipuis erat ſobrietas: qui cùm frugibus ſolis veſcerentur, hanc virtutem *Frugalitatem* appellarunt: quam à parcendo alij dixerunt *Parſimoniam*.

Marullus lib.4.ca 2. Dicaearchus lib. antiq.

Noſtri itaque primi parentes, qui tam longævam degebant vitam, non aliis uſi ſunt alimentis quàm liquoribus fructuum, mellis, & lacticiniorum: ita ut uſus vini & carnium poſt diluvium demum ſit introductus: anno nimirum, à mundi creatione 2242. Saturnino enim ſeculo homines abſtinebant carnibus, ac ſolis veſcebantur frugibus ac pomis.

At licèt vini, carnium, ſimiliumque alimentorum cupediæ, iam introductæ eſſent, iis tamen veteres ſobriè & frugaliter utebantur: fugientes atque averſantes, tanquam ſanitati infenſiſſimam non ſolùm, ſed etiam turpiſſimam, boniſque moribus prorſus inimicam, Crapulam & Ebrietatem omnemque epularum ſuperfluitatem atque luxuriam.

Exempla inſignis ſobrietatis.

Ægyptiorum reges ſimplici veſcebantur cibo: ut quorum menſæ nihil præter vitulum & anſerem inferretur. Vini certa præſcripta erat menſura, qua neque farciri venter, neque inebriari quis poſſet. Denique vita eâ regebatur modeſtiâ, ut non à legislatore, ſed conſilio peritiſſimi medici ad conſervandam ſanitatem videretur inſtituta. Lycurgus legislator Lacedæmoniorum, maſculo cibi tantum dandum cenſuit, ne unquam gravari crapulâ, & indigentiam ferre poſſet.

Diodor. lib. 1. cap. 6. Xenophon lib. de Repub. Val. Max. lib. 2. c. de inſtit. antiq. Plin. l. 18. c. 11.

Eidem ſobrietatis ſtudio maximoperè dediti quondam erant antiquiores Romani: ex qua ſumma rerum felicitate, proſperaque valetudine fruebantur.

Incommoda gulæ.

Gula & ingluvieſ quanta pariat mala.

Vt autem oſtendamus, quanta mala ex gula nimiaque ciborum ingeſtione proveniant, quædam exempla in medium proferemus.

Seneca quodam loco in Eunuchos & fœminas ſui ſeculi invehitur: eò quod mendacij convincant Hippocratem, mulieres & Eunuchos arthriticis doloribus divexari non poſſe, affirmantem: qui tamen temporis ſucceſſu, luxuria ſua ac nimia intemperantia tam obnoxij redditi fuerunt, ut cæteri.

Rogatianus luxuriæ inimicus ac oſor.

Contrà Rogatianus, nobilis quidam ſenator Romanus, mirum in modum commendatur à Porphyrio: propterea quod acerrimus fuerit hoſtis omnis luxus & intemperantiæ: qui etiam ſingulari ſobrietate ſua & frugalitate tantum effecit, ut cum antea arthriticis cruciatibus vehementer ac ſubinde torqueretur, mox ita convaluerit, ut manuum peduumque munere non uteretur ſecus, ac quilibet optimè habens.

De

De Ebrietate.

Ebrietas olim damnata. Ebrietas vitium apud veteres paſſim tàm infame, turpe, & abominabile erat, ut illud tanquam pernicioſiſſimum ac peſtiferum malum, brutis potius, quàm homine dignum cēſerent: & hinc omni ſtudio illud fugiendum, dictis ac ſcriptis hortarentur.

Eraſ. lib. 7. apoph. Vnde *Anacharſis* quodam die interrogatus, quo remedio ſibi ab ebrietate præcaveret? Si ſemper (reſpondit) præ oculis habeam ebriorum turpiſſimos & indecoros mores.

Increvit autem hodie adeò luxuria, tamque commune & frequens gulæ ebrietatiſque vitium, in pluribus locis graſſatur, ut inde ventrem plurimi pro Deo habeant. Vnde proh dolor! mihi cum Catone conquerendum eſt, qui cùm pop. Romani luxum cenſoriè coargueret, difficillimum eſſe addebat, verba ventri facere, qui aures non habeat: ita mihi res hæc plena difficultatis eſſe videtur: adeò ut me operam ſimul & oleum perdere jam exiſtimem, qui ventri, auribus carenti, verba faciam.

Ebrietas noſtri temporis reprehenditur. Quorſum igitur hoc tempore, quo omnia gulæ & intemperantiæ barathro multò profundiùs immerſa videntur, quàm nunquam antehac, laboramus, tàm perſpicuè & ad oculum quaſi demonſtrare, infinitas iſtas ægritudinum & calamitatum ſcaturigines, ex immodica & pecuina ventris ingluvie, promanantes? Siquidem hoc vitium nimis commune eſt, & tā altas jam radices egit, ut vix amplius evelli poſſit aut eradicari: in alia enim naturam tranſiit conſuetudo. Neque etiam noſtri eſt inſtituti, hîc omninò exactam horum vitiorum reformationem inſtituere velle: cum non ignorem, illud ſuperare vires meas: ſed ſufficiat ſaltem oſtendiſſe, gravia illa & enormia delicta, aliaſque corporis ægritudines, ex vini & ciborum abuſu procreari. Hæc enim vitia plerunque repletionem comitantur, non ſecus ac umbra corpus. His itaque malis, ob hominum oculos poſitis, prout me, non ſolùm rationibus, ſed etiam authoritatibus, & exemplis hûc adductis, nunc feciſſe videtis, procul-dubio vel his, qui præ cæteris plus pollent animi moderatione & æquitate, occaſionem dabimus, ut poſthac ejuſmodi vitia plus quam Vatiniano odio proſequantur, abhorreant & fugiant, & majorem ſanitatis, vitæque conſervandæ curam adhibeant.

Vel ſolum ſpectaculum hominis, repletionis dominio & imperio ſubjecti, & undiquaque æquale corporis plenitudine quaſi turgentis, tàm horrendum & terribile eſt aſpectu, ut meritò inde quilibet abhorrere debeat.

Albertus Epiſcopus VVormatienſis, & frater *Rhodolphi Sueviæ Ducis*, adeò fuit repletus, pinguis, craſſus, ventriculoſus, adeoque vorax & ingluvioſus, ſicut refert Chronica Hirſaugiana, ut aſpicientibus horrorem incuteret: atque ipſa adipis mole tandem ſuffocatus eſt. *Repletionis monſtra.*

Neque is ſolus eſt, qui nimia repletione & pinguedtne vitæ uſurâ privatus:

Aelian.l. 2.var.hiſt. vatus: ſed & *Dionyſius Heracleotes* pari modo ob nimiam pinguedinem & craſſitudinem vitam perdidit: cujus etiam corpuſtam extremè plenum, obeſum & ventroſum erat, ut nocte dum quieſceret, cogeretur ſuis lateribus hirudines admovere, quæ tumorem ſuperfluum paulatim exhaurirēr, eoque modo aliquid adimerent de craſſitudine.

De ſubtil. lib. de plantis. *Cardanus* mentionem facit alterius cujuſdam craſſi & ventroſi monſtri, *Sanctii* videlicet *Regis Hiſpaniarum*: qui cum præ nimia obeſitate, neque equitare, neque manus circumvertere commodè poſſet, tædio quaſi vitæ advocavit medicum quendam celebrem à rege quodam Africæ, à quo curatus fuit ad tempus, ſemine cujuſdam herbæ, quam *Cardanus* exiſtimat fuiſſe linguam avis: ſed (addit) ſeu veneno adjecto, ſeu mutata ex contrario intemperie corporis, brevi periit.

Lib.13. cap 25.ant.lect. *Epaminondas Thebarum Dux*, uti ſcribit Cœlius, tantoperè odit pingues & obeſos, ut tanquam inutiles exercitu ſuo relegaret.

Lib. περὶ σαρκοφαγ. *Bœoti* nimium gulæ dediti, nulla alia de cauſa ab Athenienſibus *(ut ſcribit Plutarchus)* appellati ſtulti, hoc eſt, rerum omnium ignari, quàm propter edendi inexplebilem aviditatem, qua ſibi tantam corporis obeſitatem accelerarunt.

Euripides ſcriptis ſuis teſtatur, ſe inter Græcos varia miſeriarum genera vidiſſe: peius autem ac miſerius deprehendiſſe nullum, quàm athletarum, qui ſolummodò ſervi ac mancipia eſſent maxillarum & ventrum: ut ſcribit *Cœlius*; id quod *Hippocrates* & *Galenus* pluribus in locis in commentariis ſuis, de hac re, & doctiſſimè, & copioſiſſimè ſatis confirmant. *Lib.7 c. 11 ant.lect.*

Cap. XXIV.

De Inanitione.

QVemadmodum repletionis remedium evacuationem eſſe diximus, ita inanitionis repletione perfici debere, certum eſt.

Sunt autem hujus inanitionis duplices potiſſimum differentiæ: *una* quæ ex nimia ſpirituum reſolutione ortum trahit: *altera* verò ab immodica excrementorum evacuatione procreatur. *1. Inanitio ſpirituum.*

Reſolutio ſive inanitio ſpirituū à variis & diverſis cauſis dependet: vel oritur ſpirituū ſubitaneâ quadam exhalatione, motu aliquo inopinato & repentino, aliove aliquo animi affectu, ut nimio gaudio, ira aut triſtitia concitata. Spirituum hujuſmodi inanitio interdum adeò vehemens eſt, ut mortem inferat, ſicuti ſuprà pluribus exemplis demonſtravimus de animi paſſionibus.

2. Idem ſpiritus etiam pro ætatis ingraveſcentis & ſenectutis ratione ſenſim evaporant & evaneſcunt, unde mors conſequitur: quod nulla eget probatione, ſiquidem id plus quàm ſatis notum eſt omnibus Hæc autem ſpirituum evaneſcentia non eſt, niſi abolitio, & conſumptio omnis balſami, veri nectaris & olei ſpiritualis pretioſiſſimi, quod inſtar vitalis lampadis

padis tenebricoſum corpus illuminat & fovet.

3. Inanitionis fomentum atque cauſa exiſtit quoque alimentum, & immoderatæ humorum evacuationes: quarum differentiæ ex varia diverſarum partium, generationis modo, & cauſarum conſideratione ſumendæ ſunt.

2. Inanitio Excrementorum. *Altera* inanitionis differentia eſt, quæ ab immodica & nimia excrementorum egeſtione provenit. Hæc ſimiliter variatur ratione *meatuum*, per quos excretio illa fit, idque *vel* à motu ipſius naturæ, *vel* ab eo, qui arte comparatur.

Cholera. Excitantur autem à motu naturæ, vehementes vomitiones & rejectiones, ut exempli gratia *cholera*, quæ nihil aliud eſt, quam ſolutio ſtomachi & ventris, inteſtinorumque, etiam cum celerrimo periculo. Hujus mali cauſam, ipſum nomen prodit, quæ eſt bilis, ſive alius humor mordax, qui facultatem expultricem nimium irritat.

Sunt præterea aliæ evacuationes, quarum origo pendet ab ipſius quoque naturæ motu, ut ſunt diverſa fluxionum genera, & excrementorum expulſiones per ſeceſſum: uti ſunt *diarrhϾ, lienteriæ*, & variæ *dyſenteriæ* ſpecies, & id genus aliæ: item ſudorum & urinarum excretiones, ſive illæ ſint criticæ, ſive non.

Sic quoque evacuationes artis miniſterio perficiuntur, ut ſunt vomitiones, & dejectiones, non modò ſuperiùs per os, ſed inferiùs quoque per anum: laceſſitæ ab antimonio, helleboro, & id genus aliis remediis violentis, quibus multi Empirici hodie utuntur, vel potius inconſideratè in multorum ægrorum perniciem abutuntur. Sic præterea ſunt hydrotica, diaphoretica, & diuretica medicamenta, quæ ſudores & urinas movent: nec non alia, quæ tamen à pleriſque medicis, ſiniſtrè adminiſtrantur, adeò ut etiam hinc magnæ ſæpenumero, repentinæ & immodicæ evacuationes eveniant, quæ interdum tam vehementem & ſubitaneam ſpirituum inanitionem & reſolutionem inducunt, ut non tantùm varia inde & graviſſima excitentur ſymptomata, ſed mors quoque ipſa ſæpenumero ſequatur.

Remedia inanitorum ſpirituum.

Remedia contra inanitionem & reſolutionem ſpirituum. Vt igitur hujuſmodi inanitionibus, vel à ſpirituum reſolutione, ſive ab excrementorum evacuatione ortis, medeamur, in genere opera *dandæ eſt, ut ſpiritus diſſipati reparentur, quibuſcunque modis id fieri poteſt, ſive bonis & benignis alimentis, ſive etiam medicamentis iis, quæ proprietate & facultate ſua, vires inſtaurant, reficiunt, & naturam corroborant.*

Si verò malum ab *animi paſſionibus*, ut à nimio gaudio, triſtitia, & cæteris ortum fuerit: remedia hujus curationis petenda ſunt ex prima hujus tractatus ſectione.

Sin verò ſpirituum reſolutio atque inanitio fiat *ratione extremæ & decrepitæ ætatis*: ejuſmodi ſenes reficiendi ſunt roborantibus, paulò liberaliori

Digitized by Google

rallori vini uſu, ſalutaribus vitæ elixiriis, omnibusque iis, quæ vim & facultatem poſſident ſpiritus recreandi roburque parandi.

Sin autem inanitio ſpirituum facta fuerit *penuriâ & inopiâ alimenti*, corpusque minusquàm par erat, fuerit nutritum, illud nutriendum erit omnis generis bonis alimentis. Sed obſervandum, ne corpus inanitum ſubitò cibo refarciatur, ſed lentè reficiatur tantum, ſin ſecus, malum: quia omnis mutatio repentina, periculoſa: & reperti ſunt, qui nimiam inediam ſitimque perpeſſi, immodicâ ingeſtione ciborum, mortem ſibi conciliarunt.

Remedia inanitionum Excrementitiarum.

Sin verò provenit à *nimia fluxione ſanguinis*, aut alterius alicujus humoris, curatio medicamentis, ſiſtendi facultate præditis, inſtitui debet: ut revulſionibus, derivationibus, ligaturis, & remediis tam internis, quàm externis, quæ ad ſiſtendum ſanguinem, humorumque fluxum immoderatum idonea ſunt.

Si *nimia & repentina excrementorum evacuatio* ejuſmodi inanitionem invehat, illa juxta præcepta & regulas artis cohibenda eſt: Si igitur infringendus nimius vomitus, aut etiam ventris profluvij vis atque importunitas, interdum vomere & purgare expediet, idque ad cauſam irritantem tollendam: vomitus enim curatur vomitu, & alvi fluor curatur ex Hippocratis ſententia, alvi fluore. Sed hic non omittenda ſunt corroborantia, & adſtringentia, ad coërcendum nimium fluxum, vel à natura, vel ab arte irritatum.

Sudores diaphoretici, & urinæ fluxus, qui interdum (dum ſcilicet nimis immoderatè fluunt) ſpirituum quoque inanitionis cauſæ exiſtunt, debitis appropriatis, & ſpecificis remediis cohiberi & retineri debent: qua in re experti medici prudentia requiritur, ad bene diſcernendum, num ejuſmodi vacuatio ſit critica; aut ſi vires dejiciat, vel non? an nimis ſit immoderata, nec ne? an ſi laceſſita à natura, vel ab arte? idque in hunc finem, ut poſtea adminiſtrari commodè queant operationes iſtæ, ut ſunt revulſiones, derivationes, corroborationes aliaque remedia huic inſtituto neceſſaria, quorum particularem deſcriptionem alibi dabimus. *Sudores.*

CAP. XXV.

De perturbationibus animi in genere, earumque cura univerſali.

DOctiſſime utique ac copioſiſſimè quicquid ad hanc tractationem *de animi pathematibus* pertinet, videntur philoſophi Ethnici, Plato, Ariſtoteles, Xenophon, Plutarchus, Seneca, compluresq; alij diſſeruiſſe, & quod ſatis eſt de ejus quiete ac labore dixiſſe. At quivis Chriſtianus, & veri Dei cognitione imbutus, primo ſtatim occurſu adulterina & falſa illorũ documẽta ex Lydio ſcripturæ ſacræ lapide deteget:

Error philoſophorum de natura morborum animi.

teget: ac in lucem proferet halluci-nationes falſaſque opiniones, quas de natura morborum, eſſentiis & eorundem cauſis ac curatione fallaci indagine conceperunt, utcunque tamen eſt, elegantiſſimas ac eruditiſſimas de his rebus agitarunt diſputationes, ut in illis quaſdam veritatis ſcintillas emicuiſſe certum ſit: quæ tamen nobis deducendis, ac in viam rectam dirigendis citra veri luminis prælucentem flammam ſplendoremq; impares ſint: ac nimis imbecillæ.

Plato duas animæ facit partes.

Inter illos Plato de iis dilucidè philoſophatus eſt: qui dum huiuſmodi malorum originem ſcrutatur ac inquirit, animam *in duas partes* dividit: quarum una ut pote propinquiùs rationi adhærens & vicinior, tranquilla, pacata & cupiditatum domitrix eſt, quæ logica & rationalis dici poteſt: altera bruta, ferox, indomita, omnibus cupiditatum illecebris, ac voluptatibus addicta & mancipata.

1. Quietam.

Primam illam partem voluit omni moleſtia ac turbulentis motibus carere, quiete perpetua frui, cui idcirco adjunxit tanquam hoſpitem, Conſtantiam illam, quam animi tranquillitatem vocat.

2. Turbulentam.

In altera, quibusvis cupiditatibus dedita modò voluptatum illecebris pellecta, modò mali ſtudio compulſa, hûc & illûc navis inſtar contrariis fluctibus agitata, & indefeſſis motibus fluctuante, quæque nulla rationis anchora ſiſti aut retineri valeat, turbulenta omnia animi pathemata

Hæc ſedes cupiditatis, invidiæ, iræ, &c.

collocavit: Cupiditatem, (inquam) invidiam, iram, furorem, metum, triſtitiam, & alios id genus furibundos motus.

Comparatur cum equo feroci.

Hanc ipſam Animæ partem eiuſmodi pathematis obnoxiam, idem *Plato in Phædone*; eleganti comparatione, feroci, effræni ac indomito equo aſſimilat: ut alteram equi manſueti docilis, ac freno aſſueti, ſeſſoris moderamen facilè ferentis, nec non ad arbitrium ejus compoſiti; imaginem perferre docet: ut hæc ratione ſe duci ac regi patiatur, cui facilè adhæret ac obtemperat: atque idcircò fortiter, & conſtanter calamitates omnes ac adverſos fluctus deſpiciat, nec magis boni ullius præſentia aut futuri ſpe moveatur, quàm occurrentiam malorum mœſtitiâ ac indignatione percellatur.

Vana Ethnicorū philoſophorum opinio.

Ex his igitur tam limpidis & perennibus ſcaturiginibus, plures *Ethnici philoſophi* vanam illam opinionem deduxerunt, & umbratilem illam conſtantiam exhauſerunt, qua voluptates reſpuebant: & ad ſtudium imaginariæ cuiuſdam virtutis ſeſe impellebant: falſo opinati, ſibi ſuæque poſteritati hoc modo famam ac gloriam ſempiternam partam iri, ibique *ſummam hominis felicitatem eſſe repoſitam.*

In forma perenni ſummam felicitatem eſſe.

Refutatio Ethnicorum.

Qui verò majore cœli, quàm terræ, hoc eſt, rerum divinarum quàm humanarum amore rapiuntur & flagrant: divinique verbi ſimplicitati plus fidei & honoris; quàm gravibus illis philoſophorum ſententiis attribuunt:, nullo negocio deprehendent, quicquid de conſtantia ſua ſapientes illi garriunt ex virtutibus, ne latum quidem unguem à vitiis diſcre-

Digitized by Google

ptiſſimus: ex ea naturaliter nihil certi ac firmi expiſcari poteſt, ubi tutò pedem figat. Ad clariorem igitur notitiam, & ab omni caligine liberam progrediendum eſt, ut veræ ſapientiæ documenta ac æternæ felicitatis doctrinam hauriamus. Veruntamen multa quæ de perturbationibus animi (de quibus hîc agitur) earumque remediis ac medelis attulerunt, admittimus, ac præclara eorum ſcripta ſpirantéſq; rationes, ac elegantes huius argumenti enarrationes, quibus vitia & virtutes nobis effigiarunt, admiramur.

Virtus depicta. Siquidem *virtutem* depinxerunt totam ſuavem, gratam, & admirandæ pulchritudinis, ut eiuſmodi illecebris nos in amorem illius raperent. Contrà verò *vitium* uſque adeò deforme, *Vitium.* turpe, fœdum ac pravum deſcripſerunt, ut nobis odioſum prorſus ac execrandum redderent, ac tanquam horrendum monſtrum exhiberent. Sed hîc vereor, ne à noſtris Cenſoribus malè excipiar, quod medicinæ terminos tranſilire videar: dum ex Theologia, vera perturbationum animi remedia mutuor, ac veram in cœlo beatitatem perveſtigo. Sed credant illi velim, hæc tantum obiter à me dicta, quæ omnis Chriſtianus candido animo deoſculetur, meumq; laudet inſtitutum, qui ſacram philoſophiam profanæ antepono.

Eia igitur hoc argumentum modicè perſequamur, dignam utique materiam, quæ magna attentione ac ſedulitate inquiri ac dextrè intelligi meretur.

Perturbationes animi, quæ vulgò accidentia animæ nuncupantur, Græcis πάθη, & Latinis perturbationes ac pulſiones animæ dictæ, *aliud nihil ſunt, quàm motus quidam præcipites ac efferi, fervidum animum, turbulentum ac inquietum, & à rectà rationis via ac terminis evagantem, agitantes, prout major philoſophorum numerus arbitratur.* *Definitio perturbationis animæ.*

Quemadmodum morborum corporalium curatio, potiſſimum in vera cauſarum à quibus pendent, cognitione poſita eſt: ſic ut morbis ſpiritualibus, hoc eſt, animi affectibus ſuccurratur, probè eorum cauſæ medicis cognitæ ac perſpectæ eſſe debent. Præterea

Cum cauſæ ægritudinum corporalium, ut plurimum in duas claſſes diſtribuantur, ut aliæ internæ ſint, aliæ externæ: ſic nobis affectionum animæ cauſæ partiendæ ſunt in internas & externas. *Sicut cauſæ morborum corporis ſunt vel internæ vel externæ, ita & animi.*

Ad externas *referuntur, probrum, inopia, honorum ac bonorum iactura, inimicitiæ, injuriæ, & id genus alia. Quæ quidem cauſæ externæ dicuntur, quod extrà corpus naſcantur, & aliunde in ipſum incurrant: quæ tamen multas moleſtias, mœrores, indignationes, iras, in animo noſtro concitare valent: atq; ſic perturbationum animæ cauſæ præbere.*

Internæ cauſæ, *duorum ſunt generum*: aliæ corporeæ *dicuntur*, *quod primo loco corpori occurrant, cuiuſmodi ſunt dolores, infinitique alii affectus, qui corpus diſcruciant, quibus κατὰ συμπάθειαν ac arctiſſimam utriuſque coniunctionem anima patitur, ac ſuo modo,* *Internæ vel corporeæ, vel ſpirituales.*

modo divexatur. Aliæ ſpirituales *ſunt: quæ ſunt illæ ipſæ animi perturbationes, ac turbulenti motus, qui propriè & privatim morbi ac affectiones animi dicuntur: utpotè quæ præ aliis omnibus cauſis ſpiritus noſtros & animum exagitare ac contorquere poſſint. Cum enim ea mobiles, inſtabiles, ac leves ſint, prorſus aereæ & ſpirituales ſunt: quæ idcircò ratione ſuæ ſubtilitatis ac levitatis, eiuſdem naturæ ſpiritus noſtros facilè permeant, afficiunt, ac variis, iiſq; ſtupendis motibus exercent, intellectumque ipſum perturbant. Non ſecus enim ſpiritus noſtri mobiles ac leves, ac eadem facilitate commoventur ab eiusmodi levibus quantumvis & mobilibus cauſis, qua aer & aqua mobilia corpora, ventis agitantur, ac conturbantur nullo negotio: à quibus ſcopuli rupeſq; marinæ, aut terreni montes, ne minimum quidem dimoventur.*

Cauſæ ſublatio.

Quemadmodum igitur Medici, ut præſens auxilium morbis corporeis exhibeant, eorum cauſas callere debent, quibus ex arte ſublatis, effectus etiam ipſos, hoc eſt, morbos extinguant: Sic & *ægritudines ſpiritus, ſublatis cauſis profligari conſentaneum eſt.*

Morborum animi cauſa triplices, ſicu. & corporalium.

Hæ etiam morborum ſpiritualium *cauſæ*, quemadmodum & corporalium, dividi poſſunt, in *primitivas, antecedentes & coniunctas.*

Primitivæ quæ Græcis προκαταρκτικαὶ dicuntur, ad externas, de quibus paulò antè verba fecimus, revocantur, quæ & evidentes nuncupantur: quibus idcircò quod oculis ſubjiciantur, faciliùs ac promptiùs remedium afferri poteſt, quàm antecedentibus & coniunctis, quæ interna ſunt, & minùs ſenſibus occurrunt: attamen veræ & genuinæ ſpiritualium morborum cauſæ cenſeri debent: quarum magnus eſt conſenſus & vicinitas, cum antecedentes cauſæ, ex pravis humoribus, doloribus, ac pravibus morbis in corpore naſcentes, fomentum conjunctis, quæ ſunt ipſæmet animi paſſiones ac perturbationes malè diſpoſitæ, ſuppeditent. Hinc fit, ut quivis dolor, ex pravis ac virulentis humoribus, aut flatibus in corpore genitis, ac continuum ſolventibus, corpus diſcrutians, ſimul & ſpiritus & animum conturbet. Haud ſecus ac melancholici humores, fuliginoſique vapores ipſum afficiunt: qui & aciem intellectus noſtri obtundunt: ſicque phantaſiam aliaſq; animæ facultates ac functiones corrumpunt & vitiant, ut animum ipſum prorſus de ſede rationes dimoveant atq; deturbent, ut paulò pòſt multis exemplis ſuo loco probavimus, cum privatim de ea animi perturbatione, quæ triſtitia vocatur, differemus.

Prophylactica.

Ut autem *prophylactica* pars medicinæ, ſeu præſervatrix, propriè ad *evacuationem, revulſionem, & derivationem antecedentis cauſæ pertinet: therapeutica verò ſeu curatrix ad conjunctam,* hoc eſt, *morbi curationem: ſimili & eadem methodo, cauſa morbi, aut morbi ipſi, qui animum perturbant ac torquent, propulſandi ſunt.*

Modus curandi animi morbum.

Præcipuum autem quod deſideratur remedium, primò cauſæ conjunctæ debetur, hoc eſt, ipſi animi morbo: qui niſi corpori auxilia, ſive intrin-

intrinſecus, ſivè extrinſecùs adhibeantur, fugari aut tolli non poteſt.

Remedia ad paſſiones animi.

Primo igitur loco, corpus ſuis impedimentis, quibus animum etiam fatigat, liberandum eſt: idque duplici illa via, ſalutaribus remediis intrò aſſumptis, & topicis extrinſecùs admotis.

2. Quæ magis, tùm generalia tùm ſpecialia habentur auxilia, ſecundum illud divinum, quod potiſſimum ex verbo Dei nobis accerſendum eſt, in quo certiſſimam ac copioſiſſimam recreationum ſilvam, ſpiritus ſupra modum etiam agitati & divexati nanciſcuntur: *Sunt cohortationes, colloquia, rationes, & exempla, necnon elegantes ac vivæ virtutis & vitij picturæ, effigies ac deſcriptiones, oculis ægrotantium ac perturbatorum ſigillatim ſubindeque ſubjecta, ut ſic animum componant, virtutem amplexentur, & à vitiis abhorreant.*

Remedia ad animi paſſiones generalia.

Atque hæc remedia generalia dicuntur, tanquam univerſales medicinæ, ad omne morborum ſpiritualium genus aptæ & habiles: cui rei inprimis Theologus verus animæ medicus neceſſarius eſt, qui varia conſolationum genera, haud ſecùs ac medicus corporum, varia remedia ac congrua ad varios morbos ſpirituales è vitiis corporum procreatos, quibus animæ functiones ac facultates interpellantur & perturbantur, ſubminiſtrent. Quæ quidem animi affectiones & perturbationes, ex aëreis & ſubtilibus humorum corporis vaporibus excitatæ, non niſi magna ingenii dexteritate, & ſolertis medici induſtriâ abigi poſſunt. Cum enim ex eiuſmodi cauſis, phantaſia ſeu vis imaginatrix oblædatur ac depravetur, non niſi magna ingenij ſagacitate ac acumine, tot portentoſæ ac fanaticæ imaginationes detrudentur ac evaneſcent. Sic peritus ille ſagaxque medicus fuit, qui ægrum ſuum ſibi naſum magnitudine ac craſſitie urnæ æqualem imaginantem magna dexteritate curavit: cum ei perſuaſiſſet novaculâ eſſe amputandum eundem: cui artificio cum apparaſſet duo aut tria bubula hepata, cum novacula obtuſiore cultri parte naſo admota, ut contactum illius æger perſentiret: acutiore magna hepatum fruſtra medicus reſcidit, quibus totam faciem ægri cruentavit, ut hoc conſpecto ſibi ſuæq; naturali formæ reſtitutum naſum æger crediderit, atque ſic ex opinione ac imaginatione contraria, convaluerit.

Dehortatio [illegible].

Phantaſia depravata, cauſa præcipua perturbationum animi.

Varios id genus morbos ſuo loco, & quibus remediis, curati fuerint explicabimus: quod multis ac variis exemplis vix fidem inventuris, oſtendemus: quibus tamen non ſit detrahenda fides, cum ſuperſtites adhuc non parvæ notæ viri, ac fide omni digniſſimi, teſtimoniis ſuis veritatem eorum, quę dico, confirment, ſuiſque comprobent ſuffragiis.

Cum autem cauſas huiuſmodi motuum animi, radicitùs evellendas eſſe dico, nolim Stoicorum more ſtupi-

ſtupidos homines prorſus reddere, quaſi omni affectionum ſenſu ſpoliandi ſint. Neq; enim fieri poteſt, ut animus corporis gubernator, ſuis motibus careat, cum infinitas ſyderum proprietates, in ſe naturaliter poſſideat: quibus etiam brutorum inſtar commovetur. Etenim in bruti modum non poteſt homo appetitibus ſuis carere, quin fame & ſiti preſſus, cibum & potum appetat, ceteraque neceſſaria inquirat. In naturalibus itaque iſtis motibus foveri hominem volumus: at ubi perturbati ſunt, & extrà naturæ ac rationis limites evagantur, ad rationes & naturæ cancellos, ſagaci medici conſilio cenſemus revocandos.

In Stoicos Philoſophos, qui homines eiuſmodi motibus exuere volunt, inſurgit *Ariſtoteles in ethicis:* eoſque carpit, quod virtutem in omnium affectionum privatione conſtituiſſent, docetque in affectuum moderatione eam conſiſtere: nec minus omni ſenſu deſtitutos damnat (qui ut plurimum fatui, ſtupidi, craſſi ſunt) quàm eos, qui intemperanter & immoderatè, ſuis ſe cupiditatibus laxant & addicunt. Has cùm agnoſceret facultates & affectiones animi Plato, tantum abeſt ut damnarit, ut contrà nervos ſpiritus, in Philebo, eſſe pronunciarit: indicans hac comparatione, inſtar nervorum toti corpori ſenſum & motum diſtribuentium, huiuſmodi πάθη habere. Siquidem illa, nervorum uſum ſpiritui præbent, ut hûc & illûc moveatur, ac modò deorſum, modò ſurſum feratur: Quin & inde animus ſenſum & omnem omnium rerum cognitionem mutuatur.

Stoicorum error in affectibus radicitus evellendis refutatur.

His igitur ſi prorſus eſſet deſtitutus homo, velut immobilis jaceret, tanquam navis omni vento carens, nec quoquam dirigeretur. Hæ ſiquidem affectiones impellunt hominem, ut hoc vel illud aggrediatur, quas tamen ratio, gubernator hujus navis primarius, dirigat neceſſe eſt, ne præter naturam morbidæ fiant.

Hinc igitur inferre licet, ut *eiuſmodi morbi & perturbationes ſeu affectiones animi curentur, non eſſe iis prorſus ſpoliandum hominem: ſed perverſas, ex quacunque cauſa vitiatæ fuerint, omnibus modis eſſe corrigendas:* hoc eſt, tollendum eſſe ab illis malum, ut integræ ac ſanæ vigeant: quemadmodum boni ſolent medici facere, qui non omnes ex corpore humores deturbare ſolent: ſed vitia & impuritates eorum extirpant, ut ſalutares & puras functiones exerant, ad optimam craſin revocati.

Officium boni medici.

Sic quoque periti hortulani ſe habent, quos utique imitari liceat: ſiquidem ex horto ſuo ſolas inutiles, aut etiam noxias eruncant ac evellunt herbas, ſalutaribus relictis, quas magna ſedulitate ac induſtria rigant, fovent, excolunt. Quod ſi contingat interdum nonnullas etiam bonas è ſuo loco extirpari, id non fit ut abjiciat eas agricola, ſed quæ minùs inter ſentes ac ſpinas ſuffocatæ proficiebant, liberiori aeri & fertiliori ſolo implantentur, ubi uberius eductæ,

occatæ

occatæque fructus ſuus citra impedimentum ſuo tempore, non agreſtes, ſed cicuratos; non acidos ſed ſuaves, & minùs acres explicent.

Quinam animi affectus evellendi?

Sic & erga animi affectiones agendum, quas non expedit ex naturæ ſuæ ſinu promiſcuè & temere avellere: ita enim in jacturam ſpes lucri degeneraret.

Quemadmodum igitur, ut aptè & concinnè corpori medeamur, præparantia inprimis purgantibus præſcribenda ſunt, quo fluxiores reddantur humores, & ad evacuationem faciliores: necnon ut minori moleſtia, & citra vim purgationem æger ferat.

Praeparatio.

Sic in *curandis animi perturbationibus, præparante methodo utendum eſt*, qua cicurentur pravæ illæ affectiones, & manſuetiores reddantur, eademq; via ægrotus ipſe, poſt imploratam Dei miſericordiam & auxilium, componatur ad admittenda remedia, hoc eſt, ſalubres adhortationes, recreantia colloquia, conſolationes, & id genus alia ſalutaria conſilia, argumenta, & exempla, quæ pro paſſionum natura & conditione, ad ſanitatem mentis reſtituendam explanabuntur.

Atque hæc quæ ſuperiùs allata ſunt, ad univerſalem morborum animi curam pertinent: cui particularis nunc demum annectanda eſt curatio: hanc aggrediemur ab explicatione ſingulorum remediorum, quæ ſingulis paſſionibus ſigillatim aptari debent, poſtquàm priùs illarum numerum, naturam, differentias, & cauſas enucleaverimus.

Triplex in homine appetitus.

Tenendum eſt igitur, præter *appetitum*, qui nobis cum aliis rebus omnibus creatis communis eſt: & *rationis facultatem*, quæ nobis eſt ſingularis, reliquis aliis naturis præter humanam, ea deſtitutis, *animalem* quoq; *appetitum* nobis inſidere, aliter ſentientem, quo & bruta prædita ſunt.

Appetitus ſenſitivus.

Ex hoc ſenſitivo appetitu, aut naturali ſentiendi potentia, qua quæ bona ſunt & ſalutaria amplectimur: quæ verò mala & noxia declinamus & refugimus, duo inſignes rami tanquam ex eadem radice enaſcuntur, *iraſcendi* videlicet, *& concupiſcendi* ſtudium: ex quorum dominio pendent varii illi motus & perturbationes, quibus agitamur inſtar arundinis ventorum flatibus hùc illùc impulſæ.

Concupiſcendi appetitus ſex ſpecies.

Ad *concupiſcendi appetitum* referuntur ſex diverſæ perturbationum ſpecies, tres quidem ex bono, quod ſibi proponit, exurgentes: alię verò tres ex malo, quod vitare ſtudet. Tres primæ dicuntur eſſe *amor, cupiditas & gaudium*: quibus tres aliæ opponuntur, *odium, averſatio, mæſtitia*.

Iraſcendi appetitus.

Ex *iraſcendi appetitu*, qui ſibi bonum proponit tanquam objectum, & eius comparandi difficultatem: quippe fugam mali velut ſcopum, ſibi objicit, cum eius declinandi impotentia, quinque aliæ motûs ſpecies oriuntur, *ſpes* nempè, *deſperatio, metus, audacia & ira*.

Unde quidam undecim paſſionum aut perturbationum genera derivant, quas alii ad ſeptem contrahunt, Ambitionem videlicet, Avaritiam, Voluptatem, Invidiam, Curio-

ſitatem, Iram & Metum. Pleriq; verò quatuor tantum agnoſcunt in genere, gaudium, dolorem, ſpem & metum; Unde illud Virgilianum,

Servius in 6. Æneid.

Hinc metuunt, cupiunt, gaudentq; dolentq;.

Varro & major Philoſophorum natio, de quatuor paſſionibus verba faciunt: duas à bonis, totidem à malis exiſtimatis rebus deducentes. Nam dolere ac timere duæ opiniones mali ſunt, una præſentis, & altera futuri. Si in hoc argumentum penitius introire conſtitutum eſſet, in gurgites & abyſſos immenſi maris incideremus, unde navis noſtra nunquam emergeretur. Satius igitur eſt hîc vela complicare, nec ulterius progredi, tantumque de illis ſpiritus paſſionibus verba facere, quæ motibus ſuis varia morborum genera in corpore parere idonea ſunt; quod præcavere, & eiuſmodi incommodis maturè proſpicere, boni medici & religioſi officium eſt: non ſecùs ac Theologi partes ſunt, perturbatæ animæ motus depravatos compeſcere, quales ſunt *ambitio*, *avaritia*, *cupiditas & invidia*, quæ ſæpè corpori jacturam & interitum minantur, & conciliant.

Quatuor animi paſſiones quæ.

CAP. XXVI.

De Ambitione.

AMBITIO, quæ ſupremorum honoris graduum ardens eſt inſania, datur vitio, quod inanis gloriæ immoderato ſtudio teneatur, non quò publicam utilitatem ſpectet, ſed cæteris cum faſtu tumoreq; dominetur. Unde etiam majore ratione damnatur, ſi obliqua via, & nocendi potiùs, quàm proficiendi ſtudio, ad eos gradus contendat.

Remedia.

Luculenta inſaniæ iſtius; quæ inter primas alias animi perturbationes in humanam ſcenam irrupit, apparuerunt omnibus ſeculis teſtimonia, inſigniaque ſupplicia: quòd ubiq; & ſemper ſolitus ſit Deus hominum *ſuperbiam & arrogantiam* gravibus pœnis mulctare: Quibus ne ipſi quidem Angeli erepti ſunt. Illi enim acerbiſſimas primi omnium ſuſtinuerunt, & in æternum ſuſtinebunt ærumnas, in profunda inferorum barathra detruſi: è quibus nullus unquam futurus eſt exitus, quòd divinis ſuperbi mandatis reluctati ſint. In idem peccatum primus noſter parens Adam lapſus eſt, cum ſeſe Deo æqualem ſuperbè reddere voluit, & ambivit pares cum illo dominandi honores: cuius ambitionis opera perfectum eſt, ut omnibus exueretur, cùm animi; tùm corporis dotibus, quibus inſigniter & abundè à Deo fuerat ornatus & inſtructus.

1. Exempla punitorum

Lapſus angelorum.

Superbia Adami & poſterorum punita.

Ad illius exemplum reliqui, quotquot ſunt, ſive Principes, Reges, Monarchæ, ſive mediæ conditionis, aut inferioris etiam ordinis homines, qui velut Thraſones & Salacones criſtas attollere voluerunt, miſeri tandem & infames perierunt, & mole ſua præcipites abierunt.

Teſtis eſt judiciorum Dei immanis ille gigas Goliath: teſtis ſuperbus Senna-

Sennakerib: nec non audax ille Holofernes: qui ſuperbia ſua abrepti, & furibunda audaces ferocia, in Deum ipſum inſurgere, ac inſolentibus dictis viventem in ſecula, inceſſere auſi ſunt: humanæ ſuæ conditionis & imbecillitatis immemores.

Eandem ſuperbiæ mulctam perculerunt Ozias, quod dignitate regia minimè contentus, ſacerdotium ambiret: Nebuchadnezar, quod cultum divinum, & adorationem ſibi ut Deo præſtari imperaret: Herodes, quod divinitatis titulos à populo aſſentatore ſibi tributos alacriter exciperet. Nec manus Dei effugerunt potentes illi monarchæ Caligula, Domitianus, Heliogabalus, aliique complures, qui ſibi divinos honores deferri, ſimulachra ſua ubique erecta adorari, ſeque in Deorum numerum referri, ſuæ vilitatis obliti, imperioſe & minaciter juſſerunt, ut qui miſerrimum & infeliciſſimum vitæ exitum in ſuæ ambitionis & ſuperbiæ pœnas, experti ſunt.

Hoc ipſum *Poetæ* fabulis ſuis, veritatem rei velantes, ingenioſe expreſſerunt: cum Phaetonta inducunt audacter nimis & ſuperbè, ad agendos Solis equos procliviorem, majoraque viribus ſuis arroganter molientem, contra Phœbi patris monita, filium ſic compellantis:

Altius egreſſus cœleſtia ſigna cremabis,
Inferius terras: medio tutiſſimus ibis.

Cujus ambitionis, temeritatis, & audaciæ, eo ipſo momento, ſupplicium conflagratione ſui pœnas dedit: ut verè dictum fuerit, rarò antecedentem ſceleſtum deſeruit pœna pede claudo. Simile quid de Icaro etiam ijdem referunt, artificioſum volatum ſibi arrogante, quem ſolutis alis per aerem volantem, præcipitem in mare ruiſſe confingent. His nempè figmentis infelicem ambitionis exitum & arrogantiæ docentes.

2. *Verbum Dei dehortans.*

Deponit enim Deus potentes de ſede, & exaltat humiles: ſuperbos enim is ferre non poteſt, quin variis ſupplicijs mulctet, & incognitis morbis afficiat, quibus nulla medicorum auxilia conducunt: tale Ozias tulit ſupplicium, qui deploratam incurrit Elephantiaſin: Herodes verminoſum & pedicularem morbum. Tales etiam morbos, potentiſſimi quidam monarchæ noſtri temporis, fulmina belli, paſſi ſunt: quos medici nulli, quantumvis eruditi, naturalibus ſuis remediis profligare potuerunt: utpote quorum ſupernaturales eſſent cauſſæ, naturalibus remediis minimè curabiles. Quod utique maximè notandum, & alia cogitatione ac meditatione ſpectandum occurrit, cum iſta captum ſenſus humani ſuperent.

CAP. XXVII.

De avaritia.

AMbitionem cominùs ſequitur *Avaritia*, quæ inter violentiſſimas & furioſiſſimas animi perturbationes annumeranda eſt. Infinitis enim flu-

ctibus omnium propè hominum animos exagitat, ut nullo non turbine noctedieque perpetuis vigiliis inquietos eos concutiat, emaceret atque proſternat. Inſtar enim freti & anguſtiarum Lybicarum hæc ſe habet; ubi perpetuis flatibus & fluctibus, iiſque contrariis inter Scyllam & Charybdim, mare conturbatur, ac ſurſum & deorſum pervolvitur.

Furiæ hominis effectus avaritiæ.

Cum enim differentia, metu, ſolicitudine, vana ſpe, aut deſperatione, ſæpius ſtipetur (quas quinque furias ſibi ſemper adjunctas habet Avaritia) nocte dieque perpetuis vigiliis animum fatigat & contorquet, ut nulla quiete frui poſſit. Hinc fit ut Avarus inſomnes noctes ducat, rigidæ terræ incubes potiùs, quàm mollibus ſtratis: quæ impenſarum metu in lentes, ſpinas, & urticas commutat: atque uſque adeò animum torquet variis fluctibus, ut mille mortes in horas ex ingēti illo curarum ardore ſubeat, & ſic inter pereundum vivat: Tantuſque eſt ille cruciatus, ut Phalaridis tyranni incenſum & ignitum Taurum in ſupplicium crudele excogitatum, non æquet modo, ſed etiam immanitate ſuperet.

1. Demonſtratio ſequentium malorum.

Hinc Megæra illa Avaritia tot furioſis motibus animum exagitans, jure à Spiritu Dei radix malorum dicitur: à qua idcirco *Polit. lib. 1. cap. 1.* & ab ambitione tanquam ſeminariis, omnia promanare vitia ac ſcelera, rectè ac verè ſenſit, ſcripſitque Ariſtoteles. Huic igitur tam horrendæ meretrici quicunque adhærent, & laqueis ejus irretiuntur, inſani prorſus ſunt judicandi, & omni ratione ſenſuque carentes. Quid enim inſanius, quàm furioſis impuræ iſtius belluæ motibus à caſto virtutis amore, quæ cœlo & æterna vitâ beat amplexantes, avocari? Quid non moleſtiarum & cruciatuū exhibet avaritia, non tantum in hoc ſeculo: at in futuro etiam pœnis apud inferos æternis ſequaces ſuos mulctatura: Nullum tamen frequentius & uſitatius vitium vel inter Chriſtianos etiam, avaritiâ pullulat, ut hoc nomine ab Ethnicis etiam, & infidelibus multis ſuperemur, qui ſpretis caducis his opibus immortali virtuti & gloriæ toti incubuerunt.

2. Exempla Ethnicorum avaritiam deteſtantium.

Demetrius Phalereus Plutarch. in Tract. de tranq. An.

Vbi nunc alter occurrat Demetrius Phalereus, qui ex mercatura ingentes conſecutus opes, audito forte fortuna Cratete, publicè docente, ac per unam atque alteram horam de laudibus, & admirandis virtutis effectis diſſerente, ſe miſerum exclamavit, qui tam diu ignorantiam foviſſet, bonaq; tam exquiſita virtutis pauco comparanda negotio, flocci pependiſſet, ut magnis cum laboribus, & crebris vitæ periculis ad ea attentior fuiſſet, quæ uſque adeò vana ſunt & caduca.

Anacreon.

Pauci non occurrunt ſive literati ſive ignari, qui Anacreontem imitandum ſibi conſtituant, qui à Polycrate quidem tyranno tria circiter nummiorum aureorum millia dono data accepit; atcùm metu & gravioribus

ribus curis inſuetis vexaretur, ſibique ſomnum eripi indignaretur, interque dormiendum ſubſultim expergefactus, ac nimia conſervandi muneris cura perpetuo teneretur, non ſolùm de pecunia, ſed etiam de vita à latronibus, vel domeſticis eripienda ſolicitus, cœpit de priſtina ſua animi tranquillitate recuperanda cogitare, ac de anxietate deponenda. Quod ut præſtaret, idem argentum Polycrati reſtituit, addiditq; ab eo ſibi plus negocij conflatum, à quo tempore ſuis ſcrinijs incluſerat, quàm ex eo voluptatis & delectationis in poſterum eſſet experturus.

Atque hæc in hunc finem dicta ſint, propoſitaque exempla, ut quàm prava illa cupiditas & avaritia infinitis animum torqueant perturbationibus doceamus, quo minus illis mancipemur, eaſque tanquam corporis & animæ perniciem ac interitum execremur.

3. Demonſtratio ſubſequentium ſymptomatum in corpore.

Reſtat ut tanquam medici, quibus corpus humanum medicæ facultatis objectum proponitur, quàm gravibus affectibus & ſymptomatis impetatur ab execrando illo monſtro recenſeamus, & huic narrationi adijciamus. Avarus famelica ingluvie & inexplebili perpetuò theſauris inhiat, ſtruthionicum gerens ſtomachum, quo non tantùm ferrum concoquit: at aurum, argentumque ſolidiſſima inter omnia metalla abſorbet atque concoquit.

4. Demonſtratio noxiæ Diætæ quam tenent avari.

Excutiamus etiam remedium, imò digniſſimum avari ſupplicium, quo ad ſedandum caninum illum appetitum, & immoderatam rabiem, utatur exigendam. Remedium tenere cupis? fruſtulo panis autopyri & ſecundarij, ſecalini, ſæpiuſq; rancidi: cœpa, porro, ſuilla aut bubula ſalitis & fumoſis molligine cœnoſa, ſalſis halecibus, & id genus peſſimis ſive aſarcorum dierum, ſive ſarcicorũ tempore, ſuæ fami & hianti perpetuò gutturi conſulit. In potum aſſumit vappam vinorum fœces & aceſcentes reliquias, fugax vinum & corruptum, atque id genus depravatos potus: ex quibus omnibus nihil in corpore prę- ter ſalſum ſanguinem, retorridum, impurum, ac peſſimos humores, valetudinem ejus labefactantes gigni poteſt. Hinc redditur valetudinarius, & de perpetuis doloribus conqueritur.

Præterea cum adverſus aëris injurias, vel rigidiſſimam etiam hyemẽ propè nudus incedat, aut vili attritoque veſtimento parciùs aut ſegniùs ſeſe induat: maria terraſque percurrat, nocte dieque æſtivis & hybernis tempeſtatibus ſeſe negotiando citra quietem torqueat: quas non poteſt infirmitates, cruditates, incoctiones, rheumata, catarrhos non contrahere, & innumeros alios affectus incurrere? Vnde enim pleuritides, febres, chiragræ,

græ, podagræ, & id genus alia, ex hoc niſi fonte promanant? quibus ut medeatur, quid agit? nimia nempè abſtinentia, ſeu parſimonia ſibi familiari utitur, ut qui in neceſſarij inſtaurativi locum, unicum ovum, vix adhùc integrum cineribus coctum aſſumat: pane aqua diluto, panatellæ delicatæ aut minutalis loco veſcatur: juſculum ex butyro ſalito & braſſica cōditum, in conſummati alicujus optimi locum ſorbeat, aut gelatinæ. In purgantis verò medicamenti vicem; ſi adſtricta ſit alvus, drachmam unam granorum ebuli, rhabarbaro alioqui cariori ſubſtituit, uſus alicujus veneficæ conſilio: ne apud medicos & pharmacopœos ſumptus ullos faciat.

Eò tandem hujuſmodi homines deſperationis adiguntur, ut ſi fertiliorem meſſem, & viliorem annonam fortè præſenſerint, quæ venditionem ſuorum frumentorum ac vinorum iam ex longa etiam pretij expectatione, rancidorum & pendulorum, remoratura ſint, ſibi laqueo vitam eripiant, vel in puteos præcipites ſe dent, ut hac ratione corpus & animam juſto Dei judicio perdant.

Punitio divina in avaros.

Sexcenta hîc annecteremus pœnarum in illos maledictos homines divinarum genera, ni obſtreperet Momus aliquis aut invidus Cenſor, reclamaretque hæc nihil ad rem futura, neque proprij eſſe loci in quadam de diæta tractatione tot verba, tot hiſtorias, & tot exempla percenſere. Sed æquiori lectori inſtitutum noſtrum aſſecuto, res ſecus videbitur. Satis enim perſpiciet, univerſalem hîc à nobis, non particularem tradi de diæta tractationem, quæ idcireò nihil indictū aut prætermiſſum ferat. Tantus enim ejus eſt ac tam neceſſarius uſus, ut laxam hîc, non ſtrictam ejus explicationem, in qua nihil deſideraretur, proponere conſtituerit: cujus idcircò accuratior & longior tractatio tāquam ſupervacanea inique redarguetur. Boni igitur ac æqui conſulet *candidus lector* noſtrum hoc inſtitutum, nec ſibi inutile futurum, aut de nimia verborum copia, ex qua non poſſit fructum decerpere, conqueretur.

Conſultò enim me in hanc tractationem effundo, quòd ejuſmodi affectionum & morborum animi cognitio, maximè ſit medico neceſſaria, & ad eas explorandas attentiſſimum ejus eſſe debeat ſtudium, quod magnis iiſque ſtupendis perturbationibus & ſæviſſimis etiam cruciatibus corpus excrucient, ex humoribus, quos conturbant, & prorſus deprauant: Vnde etiam magnus ille Hippocrates coactus eſt aliquandò dicere, in quibuſdam morbis divinum quid ineſſe.

Vt igitur inſtitutum noſtrum perſequamur, juverit unum idque perhorrendum de inſigni Avaro ſumptum ſupplicium, quàm breviſſimè recitare: ſiquidem fuſius alibi verſibus Gallicis ante viginti ſex annos illud deſcripſimus in noſtra morocoſinæa, aut cantionibus Doricis à Ioanne Torneſio Lugduni typis expreſſis.

Is, de

Epiſcopus Moguntinus à muribus devoratus.

Is, de quo loquimur, inſignis avarus fuit Moguntinus Epiſcopus, qui ad querulas voces innumerorum pauperum fame pereuntium, & ſtipē ab illo emendicantium, tædio indignatus, omni humanitate & miſericordia depoſita: ſed immanitate & crudelitate, ſæviſſimos quoſvis ſuperante Leones, aſſumptâ, totam illam murium farraginem, ut vocabat, area frumentaria concludi juſſit atque ædificium incendi, ut miſerando ibi ſpectaculo, deplorandi pauperes concremarentur: ſed ſceleſtiſſimum ac crudeliſſimum hominem pœna non deſeruit, divinaque vindicta. Eo enim ipſo tam nefarij ſceleris patrati momento, repentinâ murium innumerûm catervâ circumvallatur, quam nullo ingenio, nullaque vi à ſe excutere & ſummovere potuit, quin ſive ſtans, ſive ſedens, ſive decumbens in lecto, ſive menſæ accumbens, ab illis roderetur, ac dilaceraretur. Nec juvarunt deteſtandum hominem latebræ, quas quæſivit, aut ergaſtula, quæ januis & feneſtris carentia murium turbam introitu arcerent: ſecurè illi diplomate Dei nixi, quovis irrepſerunt: nec quicquam opis Satellites tulerunt, licet hûc illûc fuſtibus, & baculis irruerent, ferirent, ſeſeque circumagerent. Fruſtrà etiam arx & turris in medio Rheno extrui juſſa eſt, qua piaculum illud includeretur, vana vitandæ divinæ vindictæ ſpe & perſuaſione, quaſi mures tranare aquas reformidarent. Repentè enim magnis turmis in aquas irruerunt, trajecerunt, turrim conſcenderunt, ſuperarunt, introierunt, execrandum illum hominem adorti ſunt, vellicarunt, tandemque ab omnibus ſuis ſatellitibus derelictum, & fruſtrà vires humanas implorantem, devorarunt, abſumſeruntque.

Præter viſibile illud Dei judicium, occulta alia in theſauris ſuis Deus aſſervat, quibus ſcelera hominum coercet, quorum cauſæ abditæ ſunt ac nobis incognitæ, captumque hominum ſuperant: quæ idcircò vel acutiſſimorum ac doctiſſimorum medicorum leges & medendi normas rideant ac fallant: Ad quas tamē Chriſtianum medicum attentum eſſe oportet, ne quid ſupra vires aggrediatur, atque aliundè remedia petat, quàm *ex libris Hippocratis, Galeni, Celſi, Avicenna, & aliorum.*

CAP. XXVIII.

De Invidia.

HAs omnes ambitionis & avaritiæ horrendas deformitates depingere graphicè ſuſcepimus: quæ tamen parvi utique momenti ſunt, præ portentoſo illo *invidia* monſtro, quod longè horribiliore, & magis execranda ceteras vincit pernicie. Tanta enim hæc animi perturbatio eſt tot venenis cor abſumens, internis ac cæcis ignibus adurens, vel citra rationem & argumentum, quibus ſuperiores carere non videntur, ad ſuorum motuum ſpecioſam excuſationem, ut nullo calamo dignè ſatis deſcribi aut ratione exprimi poſſit. Ambitio ſiquidem virtutis ſpeciem ſuſtinere videtur;

Invidia monſtrum.

tur: avaritia boni alicujus imaginem ſimulare, quo ſibi & poſteris conſulat: At invidia nihil habet, quod jure fucum ſuæ perturbationi comparet.

Nam quamvis ambitionis & vanæ gloriæ ardore, rapti fuerint Alexander ille Magnus, & Themiſtocles inter Græcos, excuſandi tamen videtur: ille, quòd vereretur, ne à patre Philippo ſemper victore ſibi nihil relinqueretur, quo gloriam & famam aſſequi poſſet. Hic, quod nihil aliud quàm Miltiadis virtute & trophæis excitatus, ipſius veſtigia præclaraque geſta, non æquare ſolùm, ſed etiam ſuperare die nocteque meditaretur. Siquidem vilem eorum conditionem & abjectam apud omnes ſortem animadvertebant, qui nullâ virtutis gloriâ præſtitiſſent, nec ab egregio aliquo facinore ullam ſibi famam conciliaſſent. Sic voluptas ſuos motus dulcedinis cujuſdam prætextu excuſat: quod in congreſſu & conſuetudine ſociorum hilariter vivatur, quod honeſtius ſit eleganti veſte, quàm vili & lacera indui, illiberalem & ſordidam eſſe parſimoniam. Avaritia his exceptionibus tuebitur ſe, quod nihil ſit calamitoſius, nihil turpius, nihil contemptius egeſtate: ſummum bonum in divitiarum acquiſitione & poſſeſſione collocari: & genus & formam à Regina pecunia donari: qua deficiente, omnia ſimul deficere: à medicis in morbis etiam graviſſimis nullum auxilium expectari ab illo qui cenſu careat. Conſanguineis etiam, agnatis & proximis illum eſſe odioſum, cui curta fuerit vel nulla ſupellex.

Invidia inexcuſabilis.

His modis *ambitio & avaritia* ſe tutantur. At invidia nihil habet quod opponat in excuſationem, ſi accuſetur, nihil quod reclamet, ſi perturbationum omnium animi fœdiſſima & turpiſſima eſſe dicatur: Siquidem ſuperiores motus, ex imbecillitate naturæ emergunt. At invidia ex improbitate noſtræ voluntatis naſcitur. Natura enim invidiæ uſque adeò horrenda ac portentoſa eſt, ut ex felicitate alterius ſuum contrahat infortunium, & ex alterius infortunio ſuam ſibi conciliet felicitatem: hîc mala mens, hîc malus animus, cum proſperæ proximi fortunæ invidetur, & gaudium ex ejus mœrore comparatur: cum ridetur ex lacrymis ejus, & ploratur ex riſu ejuſdem: cum bonus ex alterius marcore habitus contrahitur: contrà cum ex ejuſdem pingui habitu tabeſcit aliquis. In ſumma conferri poteſt invidus cum Timone illo Athenienſi μισανθρώπῳ, & fortunæ & felicitatis alienæ oſore, omnique charitate deſtituto: quod nihil ingratius animo concipiat, quàm erga homines benevolum ac beneficum Deũ ſe habere, eoſque proſperè ac feliciter proſpiciat degere.

Invidioſi comparatio cum Timone Athenienſi.

Invidus ſimilis Prometheo.

At quem ex ſuo livore fructum carpit invidus? ut ſcilicet alter fiat Prometheus, cujus cor à vulture acerbiſſimis, iiſque aſſiduis cruciatibus eroditur & vellicatur: ipſum theatrũ, ipſum ſupplicium, ac ſimul ſui fiat carnifex: cui tabes illa inſtar hirudinis

nis ſanguinem exhauriat, medullas exſiccet, oſſa abſumat, ut macie, pallore, ſqualore, & habitu corporis prorſus deformi & horrido σκέλετον potius quã hominem referat. Quod utique vitium, atque horrendum malum pulcrè depinxit poëta his verſibus:

Livor tabificum malis venenum,
Intactas vorat oſſibus medullas,
Et totum bibit artubus cruorem,
Quum quisquis fuerit invidetque ſorti
Vt debet, ſibi pœna ſemper ipſe eſt.

Hic aliquos iſtorum Cenſorum, qui mihi ſemper obſtrepunt, & calamum meum in ſe exacuunt, ac argumentum ſuppeditant patefaciendæ ſuæ immoderatæ invidiæ, cum omnibus ejuſdem proprietatibus & effectis, perbelle depictos mihi videre videor, in quos utique cum acerbius calamo noſtro decreviſſem invehi, & ſuis genuinis coloribus eos delineare, communicaſſemque cum illuſtriſſimo viro, & ex regni hujus primoribus primario, conſilium meum: Sapienter & graviter, ut prudentia, conſilio, & gravibus ſententiis refertus eſt, reſpondit in hæc verba: Conquereris, inquit, de iis quæ non poſſunt non eſſe tibi laudi, & in trophæum præclarum concedere. Si enim invideris, hæc certiſſima nota eſt, aliquid in te eſſe præclarum & laudabile, cui invidetur & quod æmulatione dignum ſit: ſimulque addidit hoc Diogenis apophthegma, qui homini apud illum de livore & odio quorundam, quo inceſſebatur expoſtulanti, hoc aperuit conſilium: ut ſcilicet in ultionem inimicorum inceptũ virtutis curſum fortiter & alacriter perſequeretur, nec eum abrumperet: ut quæ certiſſima ſit via ad vindictam de illis ſumendam, qui hoc nomine ſeſe perpetuò excruciant, & intimas cordis partes ſenſim & aſſiduè exurunt. Majore ſiquidem invidi cruciatu torquentur virtutibus conſpectis in eo, quem imitari nequeunt, quàm ſi fuſtibus & armis ab hoſtibus impeterentur.

Fuſiorem de his tractationem Theologis relinquam, cum ea ſint mera animi pathemata, cujus illi curam gerunt: tranſeamusque ad alias quatuor perturbationum animi ſpecies, quæ reſtant excutiendæ, utpote quæ propiùs corpus attingant, ipſumque conturbent, ut inde magna ſanguinis humorumque aliorum oriatur perturbatio, quæ inteſtinum bellum, & furioſos inſultus prorſus in corpore excitet. Hinc variis agitantur ægritudinum procellis, quarum nulla haberi poſſit, præterquam à ſagaciſſimo & peritiſſimo Medico, cognitio, nec turbarum ejuſmodi compoſitio, aut extinctio.

Cap. XXIX.

De Amore Venereo.

QVæ igitur nobis reſtant enarrandæ animi affectiones, ſunt *venereus amor, ira, gaudium, timor & triſtitia*: inter quas primum occupat locum Amoris perturbatio, velut aliarum radix & ſcaturigo.

Ab eo enim oritur æmulatio, ab æmulatione ira & furor, à furore *Fructus venerei amoris.*

 vindi-

vindicta, ex qua injuriæ naſcuntur & læſiones, quæ demum ſupplicij metũ incutiunt, quem perpetuò triſtis recordatio, tædium & mœſtitia conſequuntur. Aut ſi aliter negotium hoc expedire velimus, ex hoc ipſo amore, abſentis boni potiundi cupiditas naſcitur: ex cujus præſentia & poſſeſſione oritur lætitia: quam brevi duraturam, ut leve mobile & mutabile bonũ, mox metus excipit, ne excidat: ita ut quantacunque ſedulitate ac cuſtodia difficili retineatur, de jactura fugaciſſimi boni ſemper timeatur. Ex hujus boni privatione, ingens naſcitur tædium, & prorſus lethalis mœſtitia ac indignatio, quæ animum nocte dieque contorquet.

Venerea cupido eſt baſis & origo aliarum affectionum.

Venerea igitur hæc *cupido*, cum baſis & origo ſit aliarum, ut diximus, affectionum, atque inde omnium motuum, quibus animus cum corpore perturbatur & excrutiatur, quoties ab ea abripi nos patimur, & trãſverſos agi, primò nobis examinanda ſuſcipietur. Hujus itaque tales ſunt effectus ut ſapientiſſimos quoſque, nec non fortiſſimos duces, nullis bellorum æſtibus aut machinis territos, invadat & concutere ſoleat, imò expugnet & proſternat: acutiſſimos reddat ſtupidiſſimos, & qui judicio pollent, dementet: prudentiſſimos ad inſaniam redigat, moderatos effrænet, denique hominem in brutum commutet; cujus porrò tanta vis eſt, ut quos aggreſſa eſt, in deſperationem præcipitet, ac manus ſibi inferri miſerando aſpectu cogat: homines belluis immaniores efficiat, quas ad mortem ruere voluntariam nuſquam animadvertimus, aut alias ſui generis, unguibus aut dentibus dilacerare.

Sicuti Circe, hominẽ in pecus: ita Amor, virtutem in vitium vertit.

Quemadmodum autem illa veneſica Circe à poetis tam decantata, fingitur eos, quos ad ſe intromitteret, non tantùm effaſcinaſſe, mente & judicio privaſſe: ſed etiam in fœdiſſima bruta, porcos nempè, turpiſſimum animal convertiſſe: Sic quos rapit inſana illa cupido, de ſtatu mentis deturbat, à ſtudio & cognitione virtutis avocat, omnem illorum fortitudinem infringit, corporis robur enervat, functiones animæ omnes interturbat & oblædit, ad omne vitium omnemque turpitudinem præcipites agit, denique ex hominibus bruta animalia effingit, ut jure voluptatem alteram Circen eſſe dixeris.

Morbi ex venere qui & quanti.

Si *morbos* ex amore prodeuntes ſpectemus: corporis & animi mollitiem parit, languores, lipothymias, ſyncopes, paralyſes, cruditates, omnis generis arthridites, vigilias perpetuas parit, omnem threptices facultatem & œconomiam vitiat, ut ſubtumidi, pallidi, lividi, hujuſmodi homines, omni vegeto deſtituti colore conſpiciantur: quin & luem illam veneream tàm famoſam, lepramque qua totum corpus in fruſtra putrida ſolvitur, progignat: qua ratione Circæos porcos fœditate ſuperat. Hęc ſunt ornamenaa, illæ dotes, quibus ſatellites ſuos ac milites voluptas exornat: quos tamen præ amoris inſania parum reformidant, aut nihili potius faciunt.

Attamen ut à depravatis ejuſmodi cupi-

Digitized by Google

cupiditatibus & perturbationibus juniores avertamus, & medicos etiam erudiamus, qua ratione fons ille mali exhauriri ac exſiccari poſſit: exempla quædam ſubjiciemus illuſtrium quorundam virorum, quibus ſaniores & prudentiores doceantur ex aliorum deformitate, mentem ab eiuſmodi inquinamentis, praviſque cogitationibus, abducere. Solent enim aut debent lapſus aliorum, & infelices malè inſtitutæ vitæ eventus, alios terrere, qui eadem veſtigia ſequantur: quique luto inter gradiendum immergitur, comiti ſuo meliori incedendi via autor eſſe debet. Alioqui non careat ille reprehenſione, qui periculum ſibi imminens non defugiat, juſteque imprudentiæ ac temeritatis arguatur, qui alieno exemplo non ſapiat.

Ut igitur oſtendamus vel ſapientiſſimos etiam veneno hoc amoris infici, occurrit primò ſapientis illius Salomonis inſigne exemplum, de quo dicere ſuperſedebimus, cum ex ſacris ſcriptis illius hiſtoria omnibus ſatis eluceſcit. Cuius tamen exempla pius quiſque movebitur, ut ab eiuſmodi illecebris avertatur: ne fortè quem audivit tot virtutum donis, tantaque ſapientiâ inſtructum, turpiter tamen prolapſum, imitetur, nevè idem ipſe inferioris longè conditionis, & levioribus ac nullis propè munitus præſidiis, periculum lapſus incurrat, aut graviora peccata committat: ſicque Dei gratiâ ſpoliatus graviſſimum æternæ mortis ſubeat ſupplicium.

Salomonis amor illegitimus.

Præter hoc, aliorum etiam ſagacis ingenij virorum, ſequuntur exempla, qui licèt fortitudine præſtantes eſſent, hoc icti veneno, & rationem & virilitatem amiſerunt, & prorſus enerves, & effeminati facti ſunt. Teſtatur hoc Marcus ille Antonius, vir prudentia ſingulari præditus, qui Cleopatræ nimio amore incenſus, inſana etiam ejuſdem ſuſcepit ſtudia ac conſilia, nihil non imprudenter, leviter, ac negligenter tractavit, aut deinceps aggreſſus eſt, quod laudem meruerit, & famam ei conciliârit. Totus enim in eo erat, ut in amaſiæ ſuæ ſinu & amplexibus viveret, eiuſque faſcino & incantationibus uſque adeò illaqueabatur, & nulla habita ratione periculi vel dedecoris, unam Cleopatram & ſpiraret & loqueretur, ut ſcribit *Plutarchus in eius vita*: cuius demum utriuſque infeliciſſimus ac ſummè miſerandus ſecutus eſt vitæ exitus.

Marcus Antonius, Cleopatra.

Quid ego Herculem in medium producam, communem orbis humani ἀλεξίκακον, monſtrorum domitorem, totiuſque fortitudinis ſpeculum? ille amatorio Omphales veneficio infelix ſuccubuit, & robur in fœmineam mollitiem, laborem in luxum, Martemque in delicias muliebres, appenſa lateri colo, commutavit: Deliramenta fortaſſis putas? intueamur quid de fortiſſimo illo & robuſtiſſimo Samſone ſcriptum reliquerit ſacra hiſtoria: Quem alioqui invictum una mulier, quam deperibat, emollivit, & tanquam pecudem citra vim ac repugnantiam in manus hoſtium tradidit.

Exemplum Herculis.

Lucius Vitellius. Signatur Lucius Vitellius, Vitellii Imperatoris pater (ut ſcribit *Suetonius*) ſtrenuus, ingenioſus ac prudens, qui turpis & infamis libertinæ cuiuſdam amore irretitus uſque adeò fuit, ut nihil non homine indignum patraret: quippe qui inter cætera, ſcorti viliſſimi ſalivam cum melle inillitum commiſceret, quo tanquam ſummo balſamo inſtaurandæ vitæ oportuno, arterias & guttur crebrò, idque publicè, abjecto omni pudore, ad gratiam eiuſdem aucupandam perfunderet.

Mirum utiq; eſt uſq; adeò homines mente & oculis excæcari, ut quam incurrunt ignominiam ac infamiam, nequeant percipere, ego idcircò amorem depingi cœcum exiſtimo: Si enim oculorum luce frueretur, ſuæ ipſum infamiæ puderet. At eiuſmodi venerei ac laſcivi homines oculorum lumine perſtricti ſunt, quod citatum modò exemplum ſatis oſtendit.

Qualis porrò iſte ſit amor docere nos voluit *Æſopus in quadam ſuarum fabularum*, cùm dicit, omnes animi affectiones ac perturbationes ad effingendum formandumq; amorem concurrere: Iram nempè, metum, triſtitiam, gaudium, manſuetudinem, acerbitatem, æmulationem, diffidentiam, & demum reliquas omnes, inter quas pudor unus & verecundia deſiderantur.

Repetamus curſum noſtrum, doceamuſq; ingenti illo amore inſtar pecudum homines hebetari, nec ſolum molles ac effœminatos fieri, qui illi adhærent: ad dementiores omnibus omninò limphaticis reddi, ut ſæpè etiam ſeſe præcipites agant, ac crudelem vitæ ſuæ laniena in exerceant. Huius generis monſtra fuerunt Phillis, Iphis, Hæmon, Sappho, Biblis, Callucce, Phædra, Timagoras, Zidica, quibus mors à ſeipſis illata, quòd inſultus tantæ perturbationis ferre non poſſent: Hiſce nonnulla etiam, quæ noſtris temporibus evenerunt exempla, apponemus.

Galeazius Mantuæ Dux. *Galeazius* Mantuæ Dux Patavii degens, juſſus à puella, quam deperibat, ut ſeſe in fluvium profundum & ingentem conjiceret, admiſſis ſtatim generoſo equo calcaribus, ſe in flumen præcipitem dedit, ut illi morem gereret, poſito omni mortis terrore, cum tamen vel ſola facti recordatio, lectioq; ſanæ mentis hominem percellat, & in quendam veluti horrorem conjiciat.

Aliis porrò huiuſmodi amore capitis, vel ſola amaſiarum jactura vel abſentia mortem ſtatim præ deſiderio intulit.

Nobilis juvenis Gallus amore periit. Simile quid nobis exemplum ſuppeditat nobilis quidam Gallus juvenis, non minus ſtrenuus quàm omnibus gratus, ex familia Alegriorum oriundus, qui cùm ingenti amore Mantuani Ducis filiam proſequeretur, ab eademq; viciſſim coleretur: cumq; ei fortè veneno infectum pomum ac deleterium, quod in ſui perniciem inſcius ab alio acceperat, obtuliſſet, & ex eius uſu extremos illam ducere ſpiritus animadvertiſſet: deprecatus primò culpam extremo animi dolore perculſus, in ſinu eius non

ſine

ſine ſuſpiriis ac lachrymis, animam prior exhalavit: quem ſtatim illa ſecuta eſt comes. Hinc quam potens ſit amoris vis liquet, qui omnem napellum, arſenicale venenum, & quodvis aliud deleterium, quo potuit pomum intoxicari, noxæ promptitudine, & exitij celeritate ſuperet.

Hiſtoria de inſigni amoris vi, cuiuſdam Euryali amorumq.

Aliam hiſtoriam amoris impetum mirificè referentem petere licet ex *Euryalo* quodam equeſtris ordinis, & comite Sigiſmundi Imperatoris Auguſtano, & Lucretia Sienenſi puella ab eodem adamata: quorum ardor & flamma pauco temporis curriculo uſque adeò increvit, ut cùm Euryalo, diſcedente Imperatore, abeundum eſſet, diſceſſumque ſui Euryali & longum vale ferre non poſſet Lucretia, ex deſiderii vehementia, repentina morte paucas poſt horas concidit: cuius mortem cum audiſſet Euryalus eundem vitæ exitum ſubiiſſet, ni recreatione amicorum, & ſalutaribus cohortationibus fuiſſet reſtitutus. Nec tamen per totam vitam deinceps mœrorem illum excutere, vel ulla animi hilaritate at ne riſu quidem oblectari potuit. *Æn. Syl.*

Quin & prodigioſi huiuſce amoris effectus eò uſq; provecti ſunt, ut non tantùm amatarum mulierum illecebræ excæcent, & homines ſibi addictos intellectûs luce privent: at poculis eoſdem amatoriis fortius pellicere, ac prorſus ſubigere ſibi ſtudeant: quod ſi ſecus contingat, inſanæ illæ mulieres prorſus contabeſcunt, aut furiis agitatæ vitam ſibimet eripiunt.

Caligula uſq; adeò ab uxore ſua Ceſonia amatoria poculo infectus eſt, ut nullam poſteà, nec animi, nec corporis ſanitatem ſit conſecutus.

Cornelius Gallus, tempore Auguſti Ægypti præfectus, ſimili potu furioſus redditus, ac prorſus mente privatus eſt, ut teſtatur Euſebius in ſuis Chronicis.

Idem ſcribit de *Lucretio Poeta*, quem ex ſimili poculo ab uxore Lucilla propinato (ut nonnulli volunt), tantis furiis agitatum fuiſſe dicit, ut tandem ſuis ipſius manibus ſibi mortem conſciverit. *Hieron. in Ruffinum.*

Idem ex antiquiſſimis & præcipuis doctoribus quidam, his verbis confirmat: *Livia*, inquit, *virum ſuum interfecit, quem nimis odit: Lucilla ſuum quem nimis amavit; illa ſponte miſcuit aconitum: Lucilla decepta furorem propinavit pro amoris poculo.* De eodem quoque extat illud Politiani in Nutritiis:

Hic qui Philtra bibit, nimioq; inſanus amore,
Mox ferro occubuit, ſic mentem amiſerat omnem.

Sunt qui ſcribunt inter præcipua amatoriorum poculorum pharmaca Hippomanes recenſeri: ut ut ſit nihil moror, hoc tantùm adjiciam, eiuſmodi pocula ad illiciendum amorem ſpectantia planè eſſe diabolica, ac nomine Chriſtiano indignos eſſe habendos, qui iis abutuntur.

At ſcelerati ſunt quidam alij, qui longius progrediuntur, quos certum eſt intoxicatis annulis, aliiſq; id genus artificiis, quas depereunt, ſibi irretire, ut omnem illis priſtinam libertatem

prorſus

prorſus eripiant, eaſq; ſibi velut mancipia devinciant.

Quæ quidem ὡς ἀδύνατα exiſtimarem, niſi frequentior vinciendæ ligæ, ſive ligandorum ac enervandorum genitalium abuſus certis quibuſdam incantatoriis vocibus inſuſurratis, ſatis ſuperque horum ſcelerum fidem faceret.

Accedit hûc veterum authoritas, qui ſubindè ſcriptis ſuis, amatoriorum poculorum, philtrorum, annulorum, characterũ, imaginũ cerearum, & ſimilium, mentionem faciunt.

Quid enim aliud Pharmaceutria Theocriti & Virgilii, per hos intendit verſus?

Limus ut hic dureſcit, & hæc ut cera liqueſcit,
Vno & eodem igni, ſic noſter Daphnis amore.

Quidve Dipſas illa Ovidiana hoc diſticho:

Devovet abſentes ſimulachraq; cerea fingit:
Et miſerum tenues in jecur urget acus.

Quid deniq; Canidia Horatij, poculum Circes, Aſinus aureus Apuleii, aliud quàm mera philtra & incantamenta amatoria innuunt? Græcis enim & Latinis, his nihil olim fuit familiarius, nihil ſolennius. Sed autorem horum Diabolum eſſe, quis non videt? Meritò igitur ex Juriſconſultorum, tam priſcorum, quàm recentiorum ſententiâ, gravia in eos decreta ſunt ſupplicia, quicunq; his poculis & philtris, in amore potiundo, ſcelerate utantur.

Hiſtoria Cypriani & S. Iuſtinæ.

Hæc inſuper confirmant quidam ex Eccleſiaſticis Doctoribus, inter quos eſt *Nicephorus lib. 5. c. 27. de Amoribus Cypriani adhuc Ethnici, & S. Iuſtinæ Chriſtianæ*: Et *Epiphanius de Gnoſticis*, qui primi hæretici, publicis ſcholis magiam, & artem ſortilegiorum ad amorem conciliandum, profeſſi ſunt.

Carolus Magnus amore effaſcinatus.

Deniq; ut quæ à nobis hac de re dicta ſunt, luculentius declarentur, hiſtoriam recenſebimus mulieris iſtius tantoperè à Carolo Magno adamatæ, cujus etſi vitâ defunctæ longo pòſt tempore fœtidum cadaver, Imperatoris cubiculum uſq; adeò inficeret, ut nemo fœtorem ſuſtineret: unus tamen Imperator non tantum nõ exoſus eſt, ſed tanquam ſuaviſſimum odorem violæ Cypriæ, aut roſæ Majo menſe florem explicantis, odoratiſſimum retinuit. At primores imperatorii ſenatus, cum apud Imperatorem nihil promovere poſſent, ut ſtudium illius ab hoc cadavere avocarent, cogitarunt id citra incantationem & veneficium fieri non poſſe, atq; idcircò hujuſce ſortilegii cauſſam perveſtigarunt, quam tandem compererunt in annulo aureo ſitam, ori incantatricis iſtius impoſito, ut ſibi poſt obitum etiam Imperatorem devinciret. Quo in eius ore deprehenſo & amoto, deſiit repentè ſortilegium: ita ut domum liber Imperator, & ad ſanam mentem revocatus, ubi cubiculum ſuum ingreſſus eſt, nedum obturatis etiam naribus tam tetrum putridi cadaveris fœtorem pateretur, quinimò ſtatim pedem revocavit, magnoq; clamore

cadaver

Digitized by Google

cadavera illud aſportari illicò demandarit. Quid porrò hujus annuli aſſervatori poſteà contigerit, quàm diu ipſum retinuit,& donec eo loco abdidit, ubi reperiri non poſſet, ut hoc faſcino plenè Imperator liberaretur, ex hiſtoria ipſa diſci poteſt.

Præter autem ejuſmodi incantationes, veneficia, manias, furores, ſtupores,& amentias, quas perturbatio iſthæc vel præclarioribus animis, ſeniotibus ac conſtantioribus inducit: quibus prætereà Deus bone! ægritudinibus, iiſque graviſſimis, quarum cauſæ abditæ ſunt, corpus conflictatur, ad quas propulſandas celeberrimus ac prudentiſſimus medicus, utiq; imprimis neceſſarius eſt.

Quot puellæ, mulieres, adoleſcentes, viri maturæ ætatis, ſenes, plebeji, nobiles, humiles, potentes (cum cæcus amor nullius conditionis aut ordinis hominum rationem habeat) hac tyrannica crudelique ſervitute, cùm animo, tum corpore, contorquentur, omni quieti ſpoliantur, proſtratum habent edendi bibendique appetitum, palleſcunt, emaciantur, contabeſcunt, ac præ deliquiis ac virium proſtratione quaſi morbi alicujus pravitate oppreſſi, perpetuò decumbere cogantur? In horum curam ſi accerſantur medici, ij ex pulſu frequentiore, urinarum rubore, perpetuiſq; vigiliis & animi anxietate aliiſq; ſignis commemoratis, ſtatim judicabunt morbum vel cachexiam eſſe, aut lentam aliquam primæ hecticarum ſpeciei febrim, aut aliam aliquam ægritudinem, ſymptomatibus prædictis conſentaneam: hinc hæc vel illa remedia præſcribent: ſanguinis miſſionem imperabunt, benignam aliquam purgationem, aut vehementiorem præcipient: uſum lactis ſuo tempore,& dulcia balnea adminiſtrabunt: nec omittent revulſiones, derivationes: ſectiones venæ ſaphenæ in puellis ſuos menſes nondum emittentibus, aut jam ſuppreſſos habentibus: condita cardiaca ac obſtructiones reſerantia: nec non optimam vivendi rationem præſcribent. Sed fruſtrà hæc omnia, cum ſpiritualis morbus, corporeis auxiliis non juvetur. Hîc medici ſcientia, induſtria, experientiaque requiritur: hîc certa cognitio cauſarum morbi deſideratur.

Idipſum ſua ætate venerandus ille medicorum Coryphæus Hippocrates prudentiſſimè ac ſolertiſſimè aſſecutus eſt: cujus ſcientia ac fama per totam Græciam diffuſa Perdiccæ Macedonum regi inprimis innotuit: à quo chronico & gravi morbo detento tandem in auxilium evocatus eſt. Is verò cum ad regem, unà cum Euriphonte ſocio natu majore perveniſſet, & morbi regii naturam accuratè eſſet rimatus, certiſſimis ſignis deprehendit, morbum eſſe ſpiritualem, non corporeum, eumque ex perturbatione aliqua animi foveri. Ex debili enim & languido eius pulſu ad aſpectum cuiuſdam Philæ patris concubinæ ſeſe prodente, quam amore occulto deperibat *Perdiccas*, cuius tamen non audebat flammam aut indicium aperire, radicem morbi, quo ſenſim indies conficiebatur, agnovit,

Summa Hippocratis prudentia ac ſolertia.

Soran. in vita Perdiccæ.

agnitæque pari induſtria curationem adhibuit Hippocrates: ſiquidem Philæ affectus cauſam explicavit, monuitq; ut Regem ſervaret: ſuavibus Perdiccæ oculis, familiaribus colloquiis adblandiretur, & animum illius recrearet: ex quo factum eſt, ut priſtinæ mox valetudini ſit reſtitutus.

Aliud ſubſequitur exemplum, priori haud diſſimile Antiochi Stratonicis amatoris, qui quòd improbis facibus arderet, impium pectoris vulnus pia diſſimulatione ita contegebat, ut pater Seleucus mœrore proſtratus, de ſolo unici filii obitu cogitaret. Hanc tamen deſperationis nebulam Eraſiſtratus medicus ſua diſcuſſit providentia. Cum enim juxtà Antiochum ſederet, & eum ad Stratonicis ingreſſum & regreſſum, varios animi & corporis motus ſubire animadverteret, morbũ illicò deprehendit & patri expoſuit, qui chariſſimã ſibi conjugẽ, filio cedere nõ dubitavit.

Eraſiſtrati prudentia.

Plutarch. in vita Demetrij.

Magna certè fuit illuſtrium horum medicorum in curandis iſtis principibus ſolertia & ingenium: ilicet turpiſſimo morbo, turpiſſimum quoque remedium, ſcortationem nimirum & inceſtum in medicamentum perſcriberent. Verùm ethnicorum medicorum fuerunt hæc præſidia: quæ à Chriſtianis prorſus rejicienda ſunt: aliaq; æquiora ejuſmodi malis citrà majeſtatis divinæ offendiculum perveſtiganda ac adminiſtranda ſunt. Quæ quidem abunde ſuppetunt: tamq; ſalutaria opportunaque huic malo, ut ægri potius, quàm medici culpa, curationem perturbet.

Remedium optimum ad affectiones animi

Auxilium divinum.

Primum autem univerſaleq; remedium quod in hac affectione, aliiſque id genus morbis præferendum eſt & præſcribendum, auxilium eſt divinum à Deo tanquam ſupremo medico exorandum: cuius potentiæ, gratiæ, & benedictioni, quivis medicus, ſeque ſuaq; remedia committere debet, à quo vires ſuos mutuetur. Præterea facinoris indignitas apud eos, qui turpibus ac violentis affectibus rapiuntur, inſaniaq; mentis audacter exaggeranda, & oculis ſubjicienda eſt, ut morbi periculum, ad mortem inclinantis apprehendant, ac judicia Dei in ſe acerba reformident, cœleſti beatitudine in æternum carituri.

Atque ſic veri ac fidelis medici fungitur officio ille, qui in gravibus ejuſmodi morbis periculoſos ac infelices eorum exitus, liberâ prædictione ægris exponit, unde ſæpè accidit, ut ægri, periculi metu propoſito, ſibi medici monitis ac præceptis alacrius obtemperent, felicemq; morbi eventum experiantur.

Hujus univerſalis remedii, planè divini, pharmaca è cœlo naſcuntur, ſoluſque Deus ea ſuggerit ac adminiſtrat, ſuaq; benedictione & gratiâ beat, ſi precibus ab eodem efflagitentur.

Remedia particularia.

1. Ratio vivendi perparca & ſobria.

Particularia porro alia ſunt re-

media,

Digitized by Google

media, quæ ex medici ſcientia pendent, tanquam Dei in hoc negocio ad reſtituendos ægros miniſtri ac famulantis.

Inter alia privata auxilia, *norma eſt vivendi*, à qua in omni alio morbo etiam medici ſuas curationes auſpicari ſolent, utpote quod ſupremum ſit malorum remedium. Quæ verò omnium ſit in hac affectionis violentia, congruentiſſima ac tutiſſima diæta, Pythagoricam utique cenſeo, ſivè parcam & ſobriam: aut eam quæ à Lycurgo arcta & laudibus Lacedæmonijs inſtituta eſt: quam ſobrietatis ſcholam vulgò in Græcia vocabant. Imperandum eſt igitur illis in condimentum aut reſtaurativum, juſculum illius gentis nigrum: quo reges ipſi, in gravisſimi ſaporis ferculum, & tanquam delicatiſſimo, utebantur: ſed non niſi fame prius, ex laborioſa exercitatione corporis obſonata, citra quã ingratiſſimus erat cibus & planè nauſeabundus: cujus rei teſtis eſt Dionyſius tyrannus: Optimum enim condimentum eſt fames. Aut præſcribenda eſt illis vulgaris illa captivorũ, qui non ſunt ſolvendo, diæta, quæ pane & aqua parciſſimis conſtat. De qua ut querantur, nullo jure fieri poteſt, cùm vel hoc victus genere Imperator ille Cyrus, nullo morbo ad id adactus, contentus degeret. Interrogatus enim ſemel à quodam ex ſuis domeſticis, quid ſibi in cœnam parari vellet: nihil præter panem, inquit, mox enim ad fontem cœnabimus.

Schola ſobrietatis.

Juſculum nigrum Regum Spartanorum.

Xenophon in Cyropædia.

Hæc igitur vivendi ratio perparca & ſobria, mirum in modum huic perturbationi animi conducit. Sine Cerere enim & Baccho friget Venus, ad quam exercendam proni ſunt, qui otio torpent; unde illud:

Quæritur, Ægiſthus: quare ſit factus adulter:
In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.

Hæc, inquam, arcta abſtinentia (famis germana comes) quam amantibus imperamus, ex formulis remediorum Cratetis Thebani petita eſt. Eam enim illis indicebat, qui hoc morbi genere torquerentur. Tria quippe remedia proponebat, ut potiſſima & ſuprema, in hujus mali curationem: λιμὸν, χρόνον, βρόχον, famem, tempus, & laqueum. Nam cum luxus ſit præcipuum amoris alimentum, huic medetur fames & abſtinentia: Sin aliter, tempus omnia tollens, aut certè mitigans, illum levat: Quæ ſi nihil prodeſſent, Ethnici iſtius damnandâ ſententiâ, ſupererat laqueus, ut morbus extremo remedio finiretur.

Laertius lib. 6. cap. 5.

Tria amoris remedia.

2. *Exempla infelicis exitus.*

Reſtat adhuc particulare quoddam, & ultimum hujuſce perturbationis remedium: ut ejuſmodi ægri exemplis doceantur, quibus infelici aliorum exitu propoſito, dedecus, & mentis perturbationem vitare diſcant. Magnoperè enim exempla aliorum nos movent, ut meritò dicatur à poëta:

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Digitized by Google

3. *Demonſtratio ſubſequentium affectuum.*

Quod ſi hæc apud eos carentaculeis remedia: alia via ſuppetit, ut exponamus torſiones, dolores, putredinem, fœtorem, luem veneream, cancros, vultum ac totum corpus virore ſuo depaſcentes, & id genus alia ſymptomata, quæ ſine funere perpetuum funus in dies minantur, ac cruciatus inauditos ipſa morte ferociores eiuſmodi ægris pariunt.

4. *Subſequens infamia.*

Denique proponenda ſunt eis horror, turpitudo, infamia, dedecus, ex tam fœtido naſcentia affectu, nihilque præter miſerandum ac calamitoſum ſtatum eiuſmodi hominibus promittentia: quicquid ſibi ſpecioſum & delectabile ſinguli imaginentur. Non alienum fuerit ab hoc propoſito, duo præclara experimenta & curationes, in gratiam quorundam amore inſano perditorum excogitata, hoc loco breviter perſtringere.

Hypatiæ exemplum. Prius eſt *Hypatiæ* heroinæ, quæ præter corporis inſignem pulchritudinem tantis animi & ingenii dotibus ornabatur, ut eruditione ac doctrina, præclara ſui ſeculi ingenia ſuperaret, publiceq; docendo magnam famam conſequeretur. Ea cum à quodam diſcipulo perditè adamaretur, eiuſq; cruciatus agnoſceret, nolletq; (ne in deſperationem juvenis incideret) acrius reluctari, & poſtulata acerbiùs repellere: excogitavit lene congruumque remedium, quo illum à ſuo faſcino liberaret: ſiquidem cùm eum agnoſceret aliàs prudentem, & rationi facilè morem gerentem, hoc artificio uſa eſt, ut linteamina multa congeſta, menſtruis & ſanie ſordidata illi exhiberet: nec non ſublata veſte, pudenda tota ſanguine madentia oculis eius ſubjiceret, quò turpitudinem ac fœditatem rei tantoperè amatæ averſaretur ſuique ipſius puderet. Adjecit ſimul hæc verba: *Iſtud quidem adamas Adoleſcens: nihil autem pulchrum.* Hinc factum, ut præ pudore indecoræ demonſtrationis ille erubuerit, flammaſque remiſerit, ac modeſtior deinceps factus fuerit. *Suidas.*

Raimundi Lulli exemplum. Poſterius eſt *Raimundi Lulli*, qui cum adamaret elegantem mulierem, ejuſque amoris fructum decerpere magna importunitate contenderet: diem habuiſſe ab ea dictam memoratur, qua ipſam adiret. Acceſſit Lullus, cui illa cum ſiniſtram mammam explicaſſet, & fædiſſimum ulcus cancroſum palàm exhibuiſſet, à quo propemodum tota pars illa depaſta erat: Hoc tam turpi & abominando ſpectaculo territus Lullus, præſens ſuæ inſaniæ remedium expertus eſt. Hac enim ratione factum, ut impudicus illius amor in caſtam amicitiam tranſierit, ſtudiumq; ſuum totum in curationem ulceris Chriſtiana charitate ductus contulerit. Hinc occaſionem captavit peregrinandi, cum magnis ac doctis viris verſandi, ac philoſophiæ chymicæ ſedulam operam navandi, ut medicinam univerſalem inveſtigaret: quam conſecutus

ſecutus mulierem illam integræ valetudini reſtituit.

Tempus eſt, ut huic venereæ perturbationi finem imponamus; de cujus natura, origine, & cauſis tum internis tum externis, iiſque quæ ad curationem ejuſdem pertinent, fusè ſatis diſſeruimus.

Verùm antequam finem attingamus, monebimus, nos hanc effrænem libidinem jam pridem ad vivum expreſſiſſe in doricis noſtris cautionibus: ubi veri ſanctique amoris diſcrimen ab adulterino fœdoque oſtendimus.

Expreſſi adhuc accuratius hunc ipſum amorem, imò furorem, *primo magni ſpeculi mundi à me editi libro*; per hanc antitheſin, quod Deus ſit benignus, manſuetus & amoris plenus, ubi amorem Deo proprium & genuinum, qui unus, verus, & rectus eſt amor, à noſtro ſegrego, qui nullo moderamine fertur, in objectum concupiſcentiæ, mutationum momenta, & intervalla, contrarioſque motus ac diſcordes ſemper ſubiens, nulla certitudine ac conſtantia veræ charitatis nixus: cum unum & idem in Deo ſint amor, conſtantia amoris, & charitas, ut dilucidè paucis verſibus perſcripſi. Noſtri eſt igitur officij petere à Deo, ut vera ipſius charitatis erga nos cognitione imbuamur, dictoque amore ad ipſam totis animæ viribus feramur, ut Deum perinde amemus, prout ab illo viciſſim diligimur. Quod potiſſimum eſt adverſus effrænam hanc affectionem remedium.

CAP. XXX.

De Iræ aut Bilioſa affectione.

INter morales Philoſophos, qui animæ affectiones deſcripſerunt, non infimo loco *Seneca & Plutarchus* annumerantur: Qui quidem uterque videtur de induſtria recreaſſe & laxaſſe animum in deſcribenda & ad vivũ efformanda *Ira*, ut ex ejus genuinis lineamentis hanc tàm portentoſam belluam omnes deteſtentur, quæ cornibus, dentibus, ungulis, aſpectu truculento, & immani ferocia, minax & terribilis eſt. *Effectus iræ.*

Nobis igitur illi, animæ iram repræſentant, tanquam alteram Megæram furioſiſſimam, truculentiſſimam, audaciſſimam, crudeliſſimam, ac ſummè omnibus terribilem: radices in ſe & ſcaturigines ſeditionum omnium, turbarum ac tumultuum continentem, litium, bellorum, homicidiorum, excidiorum, everſionum, at omnium malorum abyſſum; tempeſtatem, diluvium, ignem, machinam, tonitru ac peſtem, inundantem, ſubmergentem, urentem, diruentem, fulminantem, inficientem, occidentem, ac omnia evertentem: homines quos invaſit ad omne ſceleris genus præcipites agentem è qua innumera mala ſtupendaque tùm in corpore tùm ſpiritu contrahuntur. Denique ſcelerata illa eouſque improbitatis & nefandæ malitiæ procedit contagio, ut non tantùm illos in belluas & tigrides immaniſſimas: ſed in dæmonas quodammodò tranſmutet.

Digitized by Google

filium, qui à vero tramite digreditur, dum pervicaciam ejus caſtigat. Sic dominus ſervum, & præceptor diſcipulum ſtomachosè increpant. Hac ira Philoſophus ille corripiebatur, qui cùm in peccantem ſervum excandeſceret, moderamine & fræno ſuum furorem coercuit his verbis: *Ne*, inquit, *iratus eſſem, multis plagis vapulares*.

3. Eſt & tertia iræ ſpecies, quæ intermedia eſt, *vera animi affectio paſſioque*, quæ ſimul cum ſpiritu corpus divexat, & variis modis conturbat.

Iræ duæ ſpecies. Hujus *duæ* traduntur *ſpecies*, quarum *altera nihil putidi perferens* ſtatim erumpit, & virus conceptum evomit: utcunque in ijs laudibilis, qui fætidas aquas corde includi & foveri diutius damnant.

Altera ſimulata eſt & ficta, quam longo tempore clam aſſervari poſſe ajunt: interim tamen; quæ inſtar ignis cineribus ſepulti ſe habeat, quibus fovetur ac conſervatur ſine ullo interitu aut imminutione.

Etſi autem irarum hæ ſpecies inter ſe differre videantur, idq; ſubjecti ratione, varium temperamentum ſubeuntis: ut in melancholico alia ſit iræ ſpecies: in phlegmatico & pituitoſo alia: alia in bilioſo temperamento: Harum tamen aliæ ſemper violentiùs animum perturbant: aliæ leniùs, ut dictum eſt. Hæc volatilem ignem, & Perſicum repræſentat: illa occulti cancri clàm & ſenſim rodentis ſpeciem exhibet, cujus idcircò cura difficillima eſt.

Hanc utramque ſpeciem privatim tractandam ſuſcepimus, ut potè quæ veræ animi affectiones & ægritudines ſint, à quibus corporis noſtri functiones læduntur ac depravantur: variaque morborum & ſymptomatum genera procreantur, in quibus curandis apprime medici opera deſideratur, ac neceſſaria eſt.

Iræ ulciſcendi inſtrumenta.

Duobus autem utraque inſtrumentis utitur: manu & lingua: ſiquidem præterquam, quod animus deſiderio nocendi exardeſcit: manus atrociter, non auras tantùm diverberant: ſed quemlibet occurrentem feriunt, & propulſant: famam & nomen ſcriptis proſcindunt, ac omne convitiorum genus infeſto calamo congerunt: ut aculeos iratæ pennæ vel remotiſſimi quique perſentiant, & ferre cogantur.

Lingua non minùs periculoſa & acerba, imò manu ipſa acerbior, omni veneni genus clã exerit: quod vix vitare quis poſſit, cum occulta ſint vulnera, nec facilè perſpicua, à quibus caveri poſſit. Cujus ictus ſi minùs apertè corpus feriunt, lethalia tamen vulnera animo infligunt, convitijs, maledictis, & horrendis execrationibus ipſum obruentes; ut jure parœmia inde nata ſit; *nocentius eſſe lingua, quàm lancea vulnus*. *Linguæ vitium.*

Ea enim ſi convitiando, detrectando, ac maledicendo incumbat, tũ præſertim cum bilis effterveſcit; tonãtiorem vocem reddit; quàm Colonienſis illius primarij & cathedralis templi organicæ fiſtulæ emittunt, follibus conci-

concitatæ, etſi ad earum ſonum aures obſurdeſcant audientium.

Morales Philoſophi (inter alios *Plutarchus & Seneca*) ſatis ſuperque docent exemplis, quàm varia & infinita mala ex linguæ procacitate, & effræni licentia irati & furibundi hominis oriantur: ſicut ex adverſo ſummam virtutem ad ſocietatem hominum tuendam in ſilentio & taciturnitate collocant; ut ſcilicet longa ſit aurium attentio, brevis linguæ reſponſio: ſicque nihil vel pauca reſpondeantur.

Hæc igitur duo præcipua iræ inſtrumenta, *manus nempe & lingua*, niſi fræno & moderamine aliquo retineantur, iratum hominem & furibundum in graviſſimos affectus & perturbationes præcipitem agunt, quæ ſi, ut par eſt, ritè gubernentur, magno ſunt homini auxilio & uſui: nec minus quã reliqua corporis membra ſint homini oportuniſſima & utiliſſima. Hinc tritus ille verſus:

Manus & lingua utiliſſima hominis inſtrumenta.

Nil melius linguâ, linguâ nil peius eâdem eſt.

Abſit igitur, ut animum perturbatum ſequamur, eique obſecundemus, cum in benè compoſito animo lingua ſe canendis Dei laudibus voveat, ad quas deſtinata eſt. Minus verò ijs deſcribendis, nec non pijs omnibus operibus & charitati in proximum exercendis incumbat.

Signa.

Præter illa duo ſuperiora inſtrumenta, quibus ira in acuendis ſuis effectis, & producendis utitur, ac ſeſe patefacit: alia ſunt ejuſdem indicia, eaq; ferventes motus irati hominis certò præſagientia & apertè teſtantia: ſiquidem ejuſmodi homines iracũdi multo faſtu turgent, multa de ſe ſibi pollicentur: & pavonum inſtar, cum mira oblectatione ac ſuperbia ſeſe circumſpiciunt: ſibi nimium blandiuntur & indulgent, præcipites, acuti, & ſubtiles ſibi videntur: parum tamen firmi, ut qui facilè ad leviſſimum verbum, vel torvum intuitum & inopinatum, ſtomachentur & bilem moveant; quibus omnia diſplicent & faſtidium movẽt, ad omnemq; actionem & orationem exardeſcunt. Illis ne quidẽ omnes Luculli coqui gratum ferculũ condirent: neminem loquentem ferunt, etſi cum ratione reprehendentem aut contradicentem: ſeſe ſolos celebrant reliquis omnibus abjectis: ad quamlibet aurã, aut nihili rem amãtur, & querelas cõcitant. Eorumque animus uſque adeò delicatulus, levis, ſenſilis, mobilis, & omnium impatiens eſt, ut ex ſolo aliorum habitu offendantur: ſimileſque prorſus arthriticorum fiunt, qui ante chirurgi manum admotam, jam de dolore conqueri, & inclamare ſolent. Denique nullus non iracundus inſculptas fronti trium Charitum loco gerit, *impatientiam, inconſtantiam, & impietatem* dyſcharites Eumenidas. Qui ejuſmodi comitibus ſtipatus incedit, nihil non impium, crudele, & truculentum admittit, omnique charitate ſpoliatur: cumque mãſuetudo, pietas, cæteræque virtutes hominem lenem, benignum, conſtantem, lepidũ ac *μακρόθυμον*, reddant, contrariæ bilis & iræ

Iracundi hominis nota.

& iræ affectiones hiſce virtutibus ex diametro opponuntur. Vt autem impietas, & crudelitas charitati adverſatur: ſic impatientia & inconſtantia ſuos motus habet admodum feroces, ut non minùs omnibus injuriæ ſint ac contumelioſæ, quàm ſuperiores.

Remedia.1. Expoſitio incommodorum.

Ex hac igitur furioſæ bilis commotione & continuis fluctibus, animus & ſpiritus primùm agitantur, totum corpus concutitur: ſanguis alijq; humores incaleſcunt & conturbãtur, ac imprimis ipſa bilis inflammatur, ſtomachoſis omnibus & iracundis imperat: cum enim tota ſit ſulphurea, reliquis omnibus citius incenditur: Inde ardentes naſcuntur febres, & tertianæ bilioſæ, inde pleuritides, omneſque aliæ inflammationes internæ, ab eodẽ humore à ſuo temperamento excidẽte excitantur: Inde varia porrò procreantur mala, cùm interna, tùm externa: ut cholera ſeu cœliacus aut iliacus morbus, qui tanquam ſumpto antimonio per inferiora & ſuperiora expurgat: ut icterus croceo colore totum corpus inficiens: ut Eryſipelas, ignes perſici, ſerpigines, & nomica ulcera externas partes corporis, inſtar lepræ depaſcentia.

Iræ incommoda quot & quanta.

Hæc idcircò in medium proferimus, ut conſpicuum fiat, quanta & quam varia inde in corpus mala promanent, ex morbis ſpiritalibus naſcẽtia, qui ut plurimum ad mortem uſq; ægros ſuos deducunt, quod imprimis in hac furibunda affectione ex ſequentibus exemplis videre licet.

Nerva Imperator valetudinarius ac ventriculi tanta debilitate laborans, ut crebrò aſſumptum cibum evomeret: cum ſemel in quendam nomine Regulum excandeſceret, tantum pectoris dolorem ſuſtinuit, ut confeſtim febre exitiali, deplorataq; correptus ſit.

Nerva Imperator.

Idem *Valentiniano Imperatori* contigit: qui cum adverſus Sarmatas nonnunquam propter Illyriç vaſtationem in prætorio ſævus infremeret: & univerſæ genti excidium rigidus minaretur, ſanguine irrumpente animam exhalavit.

Valentinianus Imperator. Cuſpianus.

Simile quid de *Venceslao Bohemiæ Rege* hiſtoriæ ſuppeditant, qui ira in pocillatorem ſuum percitus, cum interficere eum proprijs ſuis manibus vellet, paralyſi affectus concidit, & paucis pòſt diebus vita exceſſit. Quod utique ſummè mirandum eſt, ab una ſcilicet bilioſa commotione, cujus natura ferventiſſima eſt, paralyſim poſſe generari, cujus efficientem ac materialem cauſam, ad frigidam pituitam medicorum vulgus revocat: quæ quidem cauſa naturæ bilis prorſus contraria eſt.

Venceslaus Bohemiæ Rex.

Cromerus lib.18.

Si ſaperent ſtomachoſi homines, & furibundi illi Ajaces, hujuſmodi exempla ſemper ſibi animo verſanda, & oculis perpetuò intuenda proponerent, ut à tam infœlici exitu, & effectis crudeliſſimæ perturbationis ſibi metuerent atque caverent.

Sed alia præſentiora ac opportuniora habemus remedia, quæ in hujus

Digitized by Google

hujus affectionis præcautionem & curationem adferemus.

Atque ut à curatione ordiamur, primò notandum eſt, nequaquam ſpernendum eſſe malum, at ſedulò promteque medicandum.

Continentia.

Vbi igitur vel leviſſima iræ commotio percipitur, quod expulſus elevatione & levibus quibuſdam fervoribus, qui temperamentum excedere, & à naturali ſuo ſtatu deflectere teſtantur, cognoſci poteſt, confeſtim, juxta illud Poëtæ,

Principiis obſta, ſerò medicina paratur,

Summa continentia Socratis.

ejuſmodi ignis aquâ continentiæ à ratione ſublimata & alembicata extinguendus eſt. Ad id ſuppetit exemplum Socratis, qui ſimul ac in ſe primos bilis iſtius igniculos perſentiret, ad remedium convolabat, quoque illa magis ad vehementiorem motum concitabatur, eò promtiùs fræna moderationis injiciebat: quoque magis illa ad violentiam ac acerbitatem erumperet, tantò moderatiorem, dociliorem, ac pacatiorem animum, corpuſque ſedatius ac compoſitius exhibebat: quod ore, oculis, geſtu corporis & omnibus tranquillæ animæ notis ſatis ſuperque teſtabatur, ut nihil deforme in ipſo conſpiceretur.

Plutarch. in tract. de Ira.

At quæret aliquis, qui in iracunda affectione aut irato homine ejuſmodi ſedativum ac illud contemperans papaver reperiatur? Si in cordis, linguæ, manuumque hortis maturè tranſplantetur, colatur, foveatur, & ſedulò educetur. Quomodò enim trãſplantatione & cultu, cichorea natura amara hortulani artificio edulceſcunt: Ita ſi colamus & alamus in nobis hanc contemperantiam, hoc eſt, ſi docilitati, manſuetudini, moderationi aſſueſcamus, naturam noſtram, alioqui agreſtiorẽ & ferociorem cicurabimus, ac ita moderabimur, ut cõtrarias facultates ac vires cõciliet acquiratq́;.

Vt hanc moderationem & temperantiam conſuetudine ſibi compararet idem Socrates, idque in omnibus affectionibus, quæ homini moleſtæ eſſe ſolent: cùm acriori ſiti premebatur, non ſtatim ſe aquis ingurgitabat, ſed è puteo ipſe ſibi lentè hauriebat, quas ſuper oram putei morari ac quieſcere diu ſinebat: ne avidiùs quàm decebat ebiberet: qua ratione frænabat deſiderium ut immoderatis cupiditatibus eluctandis ac domandis aſſueſceret, naturam dociliorem ſibi compararet, ſibique tandem imperaret: conſuetudo enim (ut communi fertur proverbio) altera eſt natura.

Atque hoc remedium ad prophylacticen hujus affectionis partem pertinet & ſpectat.

Moderationis exemplum in Platone.

Hæc eadem moderatio & abſtinentia tanta cura *à Platone* exculta fuit, tantaſque ac tam firmas in eo radices egit: ut nullâ injuriâ, convitiis, crudelitate, quibus à Dionyſio Tyranno olim laceſſebatur, à ſtatu rationis unquam dimotus fuerit, aut in excandeſcentiam, iramve quantumvis levem eruperit.

Hæc

Digitized by Google

Hæc eadem virtus in eodem ipſo Philoſopho confirmatur, ac teſtimonio Plutarchi declaratur. Qui de illo fidem facit in tractatu, *Cur divina Iuſtitia ſcelerum pœnas differat*: Cum enim ipſe Plato ſemel ſervum in culpa & gravi flagitio deprehendiſſet, illico commotus & irâ percitus baculum arripuit, quaſi ſervum eo cæſurus, ſed ipſo tamen momento ſeſe continuit, nec ullum ejus puniendi dedit indicium. Id cum quidam ejus amicus demiraretur, qui cuncta perviderat; & ſciſcitaretur, cur baculum apprehendiſſet: reſpondit Plato, ad iram propriam coercendam, quæ extra rationis limites evagabatur, id eſſe à ſe factum.

Eadem manſuetudo diuturna conſuetudine à nobis comparata, certiſſimum nobis præbet in hujuſce perturbationis præcautionem, auxilium, prout experientia veteres illi Philoſophi didicerunt, & certam nobis hujus rei fidem fecerunt, ſuo exemplo docentes, quoſvis iracundos iiſdem aut ſimilibus in curationem ſui mali, uti poſſe præſidiis.

3. *Patientia ſeu manſuetudo.*

Trita eſt vulgariſque illa medicorum ſententia, extremis morbis extrema eſſe adhibenda remedia. Huic igitur morbo inter alios graviſſimo, *ira* nempe & furioſo affectui, extremum hoc appono, novum tamen ac præſens *remedium*, *Patientiam* videlicet, quæ ſit illius affectionis ſpecifica theriacalis aqua, quæq; à tam lethifero veneno mortales eripiat liberetque.

Iræ remedium, patientia.

Eadem patientia cordis noſtri probitatem ac integritatem apertè teſtatur, monetamque noſtram nequaquam eſſe adulterinam indicat, dum citra imminutionem aut immutationem ſui, tot iſtius paſſionis, eaq; violentiſſima ſuſtinet incendia: noſque auro in fornacibus excocto ſimiles reddit: quod quò pluribus ignibus probatur, eò purius, nitidius ac coruſcantius emicat, naturamque ſuam magis ac magis retinet. Sic patientia noſtra, dum variis exercetur malorum procellis conſtantior & robuſtior redditur adverſus hujus perturbationis feroces motus: palmamque victoriæ magna cum gloria ex conflictu reportat. Siquidem palmæ ipſi planè reſpondet, quæ quò magis premitur, eò fortiùs attollitur; aut tympanum imitatur, quod fortioribus baculi ictibus percuſſum, reſonantiùs auditur.

Sed hujus porrò patientiæ ab Ethnicis ipſis excultæ elegantes affectus conſpiciamus.

Ariſtippus Dionyſii tyranni vitia ſemel increpans, illum in tantum bilis fervorem compulit, ut boni illius Philoſophi faciem conſpuere non vereretur: qui hac vera patientia inſtructus & probè munitus tantum abeſt, ut in iram proruperit, ut contrà injuriam ſibi illatam joco exceperit his verbis, *Si Piſcatores*, inquit, *ut Piſciculum irretiant facilè imbres aquarum perferunt: moleſtum mihi eſſe non debet, ſi in piſcando rhombo parum humecter*.

Manſuetudinis exemplum in Ariſtippo. Laertius li. 2. in vita. Ariſtippi.

At ne eadem virtus aliis denege-

tur,& ſolis Philoſophis aſſervetur,qui omni vindictæ telo carebant: fuerunt & magni Principes non pauci, qui Philoſophos imitati ſunt,nec mediocri modeſtia & patientia armati fuerunt. In his prælucet *Antigonus*, qui cùm tempore hyberno caſtra tranſtuliſſet in locum ubi non erat rerum neceſſariarū copia, atque hac de cauſa milites quidam in regem maledicta congererent, ignari ipſum eſſe in proximo,virgâ tentorij vela diduxit. *Flebitis*, inquit, *ni longius ſemoti de me malè loquamini.* Quid hac facetia clementius? aut quid hac clementia facetius? ſimu'abat ſe non indignari, quod malè de ipſo loquerentur, ſed quod tam vicini, ut exaudiri poſſent ab eo,cui maledicebant.

Modeſtia Antigoni. Plutarch.

Idem Rex cum nocte quadam quoſdam è militibus ſuis audiſſet omnia mala ipſi imprecantes, à quo in iter præceps & inexplicabile lutum inducti fuiſſent: acceſſit ad eos, qui maximè laborabant, eoſque inſcios à quo adjuvarentur,explicuiſſet: *Nunc*, inquit, *maledicite Antigono, cujus vitio in has miſerias incidiſtis: ſed ei bene optate, qui vos ex ea voragine eduxit.* Hanc ille ſolam ultionem repetiit ab inferioribus, quos extremis poterat meritò ſuppliciis afficere, unde magna eius eluceſcit patientia, clementia, ac μακροθυμία, magnitudoque animi.

Cælius lib. 21. cap. 28.

Quid porrò de tam inſigni patientiæ & clementiæ virtute commemorabimus, qua Philippus Macedonum Rex fortiter adverſus multas graviſſimas injurias,convitia, & calumnias prævaluiſſe dicitur? quas mirum in modum patienter ac conſtanter pertulit, variis in locis & temporibus,ut hiſtoriæ ipſæ teſtantur. Luculentum hujuſce veritatis teſtimonium fortaſſe requirimus? *Peloponnenſes*, qui multa magnaq; beneficia à Rege Macedonum *Philippo* acceperant, nihilominus in Olympicis ludis illum dicteriis proſciderant,& acriter in ſuis tragœdiis & comœdiis confoderant. Philippus re cognita, cum à quodam ex ſuis aulicis, ad pœnas exigendas incitaretur,hoc conſilium rejecit, & hæc verba addidit: Si tam pravo homines iſti ſunt ingenio,ut eos irrideant, qui de ipſis bene merentur, quid tum fiet, ſi quid mali ab iiſdem accipiant? Sic Rex patientiſſimus ac clementiſſimus,prudens iniit conſilium, cœteroſque docuit maledicos non eſſe provocandos,ne fortè magis male dicant.

Plutarch. in Apophth.

Philippi Regis Macedonum clementia.

At quis non mirabitur ſimile ejuſdem regis reſponſum datum cuidam è ſuis aulicis Smicytho, Nicanorem utique de regia majeſtate detrahentem ac calumniantem accuſanti: *Nicanor*, inquit Rex,*non habetur inter Macedoniæ peſſimos: Expendendum eſt igitur,num mea ſit culpa, nec ne.* Expendit Philippus negotium & animadvertit illum ſumma obrui inopia, ſpretumque ac oblivioni traditum,licet egregiam in bellis antè ſuſceptis navaſſet operam: juſſit ergò ad eum ſplendidum munus comportari: unde nactus occaſionem Nicanor, mutatâ ſententiâ, Regis laudes ubique ſuis præconiis celebravit:

Hanc

Hanc repentinam prædicationem idem Smicythus cum ad Regem detuliſſet, hoc alterum reſponſum clementiſſimum accepit: *Nunquid vides,* (inquit Rex) *in nobis eſſe ſitum, ut benè aut malè audiamus?* Quo ſatis dicto declaravit, Regum & primatum beneficiis, omnes homines ad benedicendum de ipſis obligari, & contrà injuriis ad detrahendum provocari.

Plutarch. in tracta. de ira. Simile quid legimus de huiuſdem Regis erga Arcadem clementia, qui de illo ubique detrahebat, quem cum Rex ſemel excepiſſet clementiùs, & blandis verbis cum compellaſſet, abditis ſimul exquiſitis muneribus, Arcadem habuit ſuarum laudum per totam Græciam promptiſſimum & ſtudioſiſſimum præconem. Qua in re Rex & patientiam inſignem, & admirandam clementiam omnibus patefacit, ſimulque peſſimos Arcadis mores hoc artificio correxit: qui ſcelere ſuo mortem promeruerat. Hac patientia & clementia doctiorem ſe medicum præſtitit, & ſalubriorem iis, qui capitis pœna hominem mulctandum, & de medio tollendum cenſuerant.

Ceteris tamen præſtat illud, quod de eodem rege apud antiquos legitur, quo ſingularem ſuam in Democharem declaravit manſuetudinem, qui ob nimiam linguæ procacitatem cognominabatur Therſites. Is cum ex numero legatorum ab Athenienſibus ad Philippum miſſorum eſſet: Ipſique jam dimittendi à Rege audirent: ſiquid poſſet in Reipub. Athenienſis gratiam, ſe ſtudioſè facturum: ſtatim inſulſo reſponſo, & nimiùm audaci ac temerario Regis verba excepit Demochares: *Tu*, inquit, *Rex rē civitati noſtræ gratiſſimam feceris, ſi teipſum ſuſpendio præfocaris*: Quod tam indignum & atrox reſponſum, peſſimè audiit apud alios legatos, qui non ſine gravi murmure ac indignatione hanc contumeliam Regi factam pertulerunt. Hos tamen blandiſſimè, & citra ullam commotionem Rex compellans: *Nunciate*, inquit, *Athenienſibus, multò ſuperbiores videri, qui ob animi impotentiam eiuſmodi dicteriis & ſarcaſmis non abſtinent, quàm eos qui impunè dici permittant, ac inſolentiam talem facilè concoquant.*

Tam illuſtribus Philippi regis exemplis adjicietur *Pericles*, qui cum per integrum diem ab improbo & impudente quodam calumniatore uſq; adeò convitiis laceſſeretur, ut ne in aperto quidem foro, ubi Pericles de rebus ſeriis ad rempub. ſpectantibus tractabat, injurias & calumnias adverſus eum remitteret: ſed publicè in eum ſine fronte debaccharetur. Id tamen citra omnem bilem patientiſſimè & conſtantiſſimè tulit. Deindè verò cum impurus ille & ſceleratus convitiator, ipſum Periclem ſub veſperam continuatis calumniis domum uſque comitaretur & deduceret, Pericles lares ingreſſus, juſſit nocte ingruente, tædam accendi, & à ſervo detrectatorem tutò ſuos reduci: tantum hîc abeſt, ut ſtomachoſus in illum proruperit. *Patientiæ exemplum in Pericle. Plutarch.*

Quanta hæc ſit & patientia & moderatio animi, omnibus notum

Digitized by Google

meritatis, quam ſapientiæ in Imperatore arguant.

Atq; hoc remedium non ad latentes illas iras, invidias, & clandeſtina odia ſpectat: at bilioſis & ferventibus furoribus opportunum eſt: qui bombardici pulveris inſtar uno momento incandeſcunt, & violentiſſimo impetu feriunt. Siquidem hoc temporis intervallo, quod alphabeticarum literarum enumeratio interponit, ut ad mentem redeatur; fervores hujuſmodi iræ momentanei retineri ac coërceri poſſunt. Rationi enim conceditur tempus, quo omnia prudenter moderetur; & aquâ clementiæ & temperantiæ tanquam ſpecifico auxilio flammas illas & incenſos motus extinguat atq; cohibeat.

CAP. XXXI.

De Gaudio.

QUOD Gaudium Latini vocant; Græci in ſignificantioribus vocibus feliciores dicunt χαρὰν quaſi κέαρ ῥεῖν, quòd hilaritate cor diffluat, & dilatatis meatibus Spiritus effundat ac expiret, unde repentina oritur ſæpenumerò exanimatio.

Hoc quidem gaudium vel internum eſt, nullis notis extrinſecus ſe prodens, & dicitur tacitum & occultum: vel externum, quod riſu aut benevolo ac hilari vultu, grataque ac jucunda congratulatione, teſtimonia de ſe profert.

Cauſæ gaudii diverſæ. Naſcitur autem *gaudium* diverſis ex cauſis: aut ex commoditate & utilitate, quæ nobis contigit, aut ex ea quam futuram ſperamus, quæ propriè χαρὰ & gaudium dicitur: aut ex ea felicitate exoritur, quâ fruuntur vel quam morantur, qui nobis ſunt amici, quæ quidem ἐπιχαιρεθία dicitur, id eſt, gaudium ex rebus aliorum ſecundis: prout alia gaudii ſpecies eſt, quæ naſcitur in nobis ex infauſtis inimicorum ſucceſſibus & infortuniis: atque hæc ἐπιχαιρεκακία apud Græcos nomen habet.

Huius gaudij apud *Suetonium* leguntur affectus, quo populus Romanus audita Tiberij Neronis aliorumque imperatorum morte, perfuſus eſt, quorum tyrannidem diuturnam expertus fuerat. *Gaudium ex morte tyrannorum.*

Apud eundem ſcribitur, quanto gaudio ſenatus Romanus ex Imperatoris Domitiani cæde affectus fuerit: cuius hæc ſunt verba: *Senatus*, inquit, *adeò lætatus eſt, ut repleta ſtatim curia, non temperaret, quin mortuum contumelioſiſſimè atque acerbiſſimo acclamationũ genere laceraret, &c.* Quin & *Cuſpinianus* admirandum huius ſpeciei gaudij affectum, per totam Italiam circumjacenteſque regiones diffuſum deſcribit; poſt interfectum in Sicilia Conſtantem Secundum Imperatorem: *Adeò extulerunt*, inquit, *animos lætitiâ, ut Italiæ Exarchis & copiarum duces in Publico gaudio nec minimum triſtitiæ ſignum oſtendere auſi ſint; uſq; adeò iſtius Imperatoris odium capitale, omnibus inſederat; ob ſpoliatam Romam, & tributum ab Italia tota exactum.*

Hujuſmodi autem affectio adeò interdum exuberat, ut uno momento

mento hominem perimat. Cor enim violenta & ſubitanea dilatatione à gaudio explicatum, omnes ſpiritus repentè exhalat & effundit, caloremque nativũ efflat, unde ſubſequitur mors. Sic *Chryſippus* ridendo mortuus eſt, dum aſinum veſcentem ficubus conſpiceret.

Chryſippus ob nimium gaudium mortuus.

Zeuxis quoque inſignis ille pictor, qui nullam non induſtriam, ingenium & artificiũ ad perfectè depingendam Helenæ pulchritudinem appulerat: cum vetulæ cujuſdam deformitatem ſuo artificio perfectè delineaſſet, eamque attentè intueretur, uſq; adeò in effuſum prorupiſſe riſum legitur ob expreſſam γραφικῶς anus deformitatem ac turpitudinem, ut animã ipſam inter ridendum efflaverit.

Cœlius lib. 1. cap. 18.

Prioribus alia quædam ſubjungemus exempla eorum, qui, quod proſpera uſi fuerint fortuna, amicoſq; habuerint & agnatos fœlices atq; florentes, gaudio ſoluti è vita emigraverint.

Sophocles inſignis ille *Poeta tragicus*, qui toties palmam ex tragœdiis victor reportarat: ex ultima ſua tragœdia denuò relata victoria, tantã animorũ ab omnibus congratulatione ac applauſu exceptus eſt, ut nimiã lætitiã diffuſus ſpiritum momento emiſerit.

Sophocles. Diodorus. Valer. Max.

Philippus Athenienſis Comicus jam ætate provectus, cum in Poëtarum certamine præter ſpem viciſſet, coronâq; poritus fuiſſet, præ nimio gaudio anima deficiens, repente mortuus eſt. Eodem mortis genere, ex inſolenti lætitia conflatæ, uno momento ſpiritibus diſſipatis, quidam Ænetus diem obiit extremum.

Cœl. lib. 3. cap. 15.

Pauſanias in Laconicis & Ælianus lib. 9. de var. hiſt.

Inſignem porrò hiſtoriam adjiciemus, de quodam parente nimia lætitia correpto, ob honores inopinatos liberis præſtitos, in quorum amplexibus expiravit. Parenti illi nomen erat *Rhodius Diagoras*, qui tres filios juvenes habuit, bonæ omnes indolis & frugi, atq; inter alios ejuſdem ſe cum artis facilè primos. *Unus* illorum pugillatum exercuit: *alter* Pancratiaſtes, *tertius* vero luctator. Hos eadem Olympiade vidit ſimul triumphantes, & corona inſignitos: cum autem illi patris capiti coronas imponerent, quas adepti fuerant, & ſuaviſſimè amplecterentur, præ nimio gaudio commotus pater inſpectantibus ſingulis inter manus filiorum animam exhalavit. Eandem narrat hiſtoriam *Cicero 1. Tuſcul.* Veruntamen duorum tantum filiorum coronis procinctorum mentionem facit.

Gellius.

Hæc proponimus exempla, ut innoteſcat omnibus, quantis viribus ejuſmodi affectiones polleant, & ad nocendum potentes ſint, cum terminos excedunt, quæ alioqui, ſi modum ſervent, ſanitati maximè conducunt: Si quidem Joviales omnes complexiones, ut loquuntur, quales ſunt lætæ & hilares inter reliquas, ſummè ſunt ſalutares: alioqui uſque adeò corpori humano exitioſæ, ut vita ipſum tandem idq; momento ſpolient.

Hinc igitur monemur, ut ejuſmodi affectionum alieni ſimus, omniaque ita temperatè & moderatè à Dei manibus excipiamus, ut in neutram

tram

tram partem excurramus, ſed medium ſervare, perpetuò ſtudeamus, juxta illud:

Medium tenuêre beati.

Ex his etiam à nobis propoſitis exemplis, medicus hunc fructum privatim referet, ut inprimis caveat, ne nunciū, quod ægris vehementius gaudium inducat, repentè deferatur, ſed ut ſingula, quæ ad hoc faciunt, ſigillatim, & variis momentis diſtribuantur, ut motibus illius affectionis, etſi hilaris, paulatim tangatur, nec uno impetu abripiatur & ſolvatur. Præcipiti enim & immoderato gaudio, ut exemplis adhûc pluribus, ni breves eſſe vellemus, doceretur, pleroſque repentè concidiſſe & exanimatos fuiſſe, certo certius eſt.

Cap. XXXII.

De Timore.

INTER alias animi perturbationes ſæpius *Timor* nos adoritur, aliaſque affectiones ut plurimum tanquam umbra corpus comitatur. Etenim avarum ſequitur comes ille perpetuus, à quo ſemper egeſtas ac paupcries reformidatur. Ambitioni adjungitur, quæ probra & vituperia metuit. Quin & amor eo ſtipatur, qui nocte dieque à re amata repulſam pati veretur: perturbatio ſanè ceteris pertinacior, qua vix ullus carere poſſit, aut eam à ſe avertere. Imò verò reliquis affectionibus prior: Aliæ ſiquidem malæ aut noxiæ eſſe non poſſunt, niſi quatenùs perſtat earum cauſa, qua ſublata, tollitur etiam effectus. At

Metus perpetuus eſt comes avaritiæ & ambitionis.

timor citra ullam cauſam coniunctam ſæpè naſci poteſt, ut qui non tantùm præſentia reformidet, ſed etiam futura, imò quæ nunquam fortè eventura ſunt, cum tremore præſagiat.

Unde timor.

Malum igitur hoc, quod opinione ſola mali ſæpè ſubit ſpeciem, nos perpetuò laceſſit, ac omni quiete non tantùm nos privat: ſed uſq; adeò perterret, ut nobis mentem & rationem eripiat, ſenſus omnes noſtros implicet ac confundat, lethargicoſq; ac prorſus ſtupidos & immobiles reddat. Quin etiam metus vel minimus, omni prorſus virtute & robore cor noſtrum ſpoliat, tantoq; ipſum conſtringit frigore, ut omnes febriles horrores ac rigores facilè ſuperet. Hinc ſenſim naſcuntur terrores vani, vel incautus etiam ille metus, qui animos percellit, ut veriſſimum ſit poëtæ dictum:

Pedibus timor addidit alas:

Tantaq; ſit animi ex ea imaginatione perturbatio, ut ab hoſtibus nos ſæpè opprimi, alioqui longè diſſitis aut nullis, fallò nobis perſuadeamus. Hinc *terror* ille qui dicitur *Panicus*: quo perculſus eſt aliquando Brennus Gallorum in Græciam trajiciendorum ductor & imperator. Tota hæc hiſtoria de artificio, conatuque, quo in conſervando ſuo Delphico templo uſus eſt Dæmon impius adverſus hoſtiles Brenni copias, & de origine & cauſis ingentis illius terroris, habetur apud *Iuſtinum ſub finem 24. libri.*

Terror Panicus.

Quin & Pauſanias disertè de iiſdem terroribus Panicis mentionem facit *lib.* 10. quibus nonnunquam & equi

Digitized by Google

equi & homines ſubitò, nulla apparente cauſa conſternantur & profligantur.

Scriptum reliquit *Sigebertus*, quo modo anno 900. per leporem capta ſit Roma. Cum enim Arnulphi Imperatoris, à Pontifice Formoſo propter ſeditionem civium evocati, milites lepuſculum verſus urbem fugientem inſectarentur cum clamore: Romani timore exanimati, ſeſe de muro dejecerunt, & hoſtibus per factos acervos murum aſcendendi locum dederunt.

Roma per leporem capta.

Ex quibus apparet hos Panicos terrores fieri nulla urgente cauſa, omnium propè animis uno momento conſternatis. At magis particulares ſunt timores, in quos facilè nonnulli ſolent incidere, qui varias ob cauſas oriuntur, ſæpiùs occultas, & quarum nulla haberi poteſt cognitio. Sunt enim quidam, qui vel ſolo audito hoſtis ſtrenuiſſimi nomine, repentè expaveſcunt: quemadmodum Johannis Huniadis ducis apud Turcas fortiſſimi nomen formidabile omnibus uſque adeò fuit, & terrificum, ut nutrices ad comprimendos infantulorum vagitos, Huniadem adeſſe confingerent. Multos ego vidi pueros, judicio adhuc carentes, larvatum hominem aut nigredine infectum citra terrorem oculis ſuſtinere non potuiſſe: imò ut coërcerentur eorum ejulatus, qui verberibus compeſci non poterant; audito ſolo horridi cuiuſdam aut ſquallidi hominis nomine, & ſimulata ipſius appellatione, ſtatim obmutuiſſe, & clamores continuiſſe, uſque adeò naturali imaginatione, citra rationem terrores ejuſmodi ab illis concipiebantur.

At non *ſolis infantibus hoc terroris genus accidit, & pueris: verùm etiam magnis ac præſtantibus viris: nec non ipſis philoſophis Stoicis*, qui inter alios temperantiæ, continentiæ, patientiæ, aliiſque id genus virtutibus incumbentes, ſe ab hac perturbatione animi deſtitutos aſſerere non potuerunt. Omnibus enim cuiuſcunque ordinis, ſexus, ætatis hominibus, eſt adeò communis hæc perturbatio, ut nemo ſe ab ea liberare queat, ne quidem conſtantiſſimi, fortiſſimi, ac ſapientiſſimi quiq;.

Hujus rei exemplum nobis ſuppeditatur *in vita Alexandri*, in qua refertur, *Caſſandrum Antipatri filium*, ob inſidiarum ſuſpicionem aliquando ab Alexandro malè exceptum, & poſt Alexandri mortem in regem Macedoniæ, totiuſque Græciæ creatum: cum ſemel Delphis inambularet, & inter alias ſtatuas ſimulachrum Alexandri inſpiceret, tanto terrore perculſum fuiſſe, ut ſubitò toto corpore contremuerit, & ad illius imaginis conſpectum æſtuans ægrè ſe collegerit.

Plutarch.

Caſſandri terror maximus unde?

Hujuſmodi pavor ſive terror, non tantùm accidit ex conſpectu aut recordatione eorum, qui nobis infeſti ſunt, quos ob injurias nobis illatas, ultionem meditari ſuſpicemur: at diverſas alias ob cauſas aliunde etiam naſcitur.

Neq;

Neque enim leones, tigrides, aliaque id genus ferocia animalia ob ſolum metum mortis reformidantur, etſi juſtùm ſuppeditent terroris argumentum. Nec ſerpentes etiam, buffones, araneæ idcircò timentur, quod venenis ſuis nos poſſint perimere. At naturæ ſunt quædam & peuliares hominum proprietates, quæ ἀντιπάθειαι dicuntur, quibus hoc vel illud citra apertam cauſam odimus & metuimus, etſi ab eo nihil incommodi pati poſſimus. Atq; huiuſmodi naturales affectiones nullam curationem ſui admittunt.

Sic ſunt, quorum ſumma eſt aliàs animi fortitudo & adverſus hoſtes in procinctu invicta ferocia: qui tàm facilè aſpectu aut ſenſu alicuius muris in cubiculo degentis perterrentur, ut ſe ipſum vix continere poſſint.

Sic fuit quidam nobilis convivio aliquando exceptus cum multis aliis nobilibus viris, quem videre licuit in medio prandio corpus modò hûc, modò illûc agitare, ac torquere, modò pallefcere, modò ſudores emittere, ita ut ab omnibus crederetur accumbentibus, gravi aliquo malo conflictari: niſi ab aliquo ex convivis, apud quem ille agebat, narratum fuiſſet, neceſſariò in cubiculo felem adeſſe, cuius præſentiam ſimul atque nobilis ille vel oculis vel ſenſu tantùm perciperet, his animi motibus & perturbationibus angeretur. Cuius rei ratio aliò referri non poteſt, quàm ad antipathias naturales, quibus mures natura feles reformidant & oves lupos, ſimile quid dici poteſt de occulta Antipathia, qua nonnulli homines oderunt certa quædam animalia tum ſylveſtria tum domeſtica.

Hæc affectio ſeu perturbatio longè ulteriùs progreditur: ſiquidem alii aquas & naufragia reformidant, qui ὑδρόφοβοι vocantur: alii audito tonitru mirum in modũ percelluntur, qualis fuit *Caligula Imperator*: quem *Caligula Imperator.* ſcribunt fuiſſe naturâ pertimidum, uſq; adeò, ut vel mediocri tonitru audito, formidine quateretur, & ſubterraneas latebras amenti ſimilis percontaretur.

Dantur ſtrenui & bellicoſi milites ac duces, qui ad aſpectum phlebotomiæ deficiebant animo, licèt illi in prælio enſes, hoſtium cruore audacter inficerent, nec ulla mortis formidine teperentur.

Iſtud quidem timoris genus adventitium eſt, & occultis quibuſdam cauſis implicatum: aliud verò inſitum & naturale, à quo vix, ac ne vix quidẽ, homo ſe ipſum poteſt temperare. Atque id eſt quod *Zeno* reſpondebat *apud Laertium* cuidam interroganti, cur canem allatrantem timuiſſet: *Perdifficile eſt*, inquit, *prorſus hominem exuere*, quibus verbis licet inferre, hominem nunquam eſſe tam fortem, quin aliquando oſtendat ſe hominem eſſe, & affectibus obnoxium.

De *Ariſtippo* referunt etiam hi- *Gellius lib.* ſtoriæ, dum navi veheretur, ob exor- *19. cap. 1.* tam ſubitò vehementem tempeſtatem, quæ naufragium minaretur, timore expalluiſſe: quod miles quidam

dam animadvertens ridendo: dixit, illum parum philoſophicè ſe geſſiſſe, cum ipſe nihil metueret, cui *Ariſtippus* reſpondit: *Nō eadem cauſa tibi atq; mihi fuit metuendi: Tu pro anima nebulonis ſollicitus non fuiſti: Ego autem pro anima Philoſophi: ex quibus intelligi poteſt: phantaſiâ quidem mali, Stoicos philoſophos moveri potuiſſe tanquam homines: at* συγκατατίθεσθαι *non addidiſſe.*

Elegans reſponſum Ariſtippi.

Certiſſimum quidem eſt, nonnullos reperiri uſque adeò forti, conſtanti ac pacato animo, ut nulla ratione ejuſmodi perturbationibus vincantur ac conſternentur, etiamſi ex improviſo ipſis occurrant. At rara eſt talis conſtantia, & paucis familiaris: non enim omnes Fabricii ſunt. Fabricius enim cùm legatus eſſet à Romanis miſſus ad Pyrrhum Epirotarum regem: tentatus eſt ab illo, num quid de conſtantia & animi fortitudine, cujus inſignem apud omnes reportabat gloriam, remitteret: & ad tentationem illius cum juſſiſſet Rex inter tapetes celari Elephantem, qui Fabricio illâc tranſeunti immaniter arruderet, ac incautum perterreret, nullo modo terribili illius animalis boatu atque inopino perculſus eſt, imò verò cum illud de induſtria factum ſuſpicaretur, ſic Pyrrhum compellavit: *Neque aurum tuum ô Rex me heri, neque Elephas tuus hodiè perterrefecit.* Atque hæc exempla ſunt notatu digniſſima, magnæque virtutis & efficaciæ: ex quibus liquet, tanta conſtantia præditos occurriſſe aliquando homines, & adhûc poſſe occurrere, ut nullo terrore correpti, varias hujuſmodi animi perturbationes citra moleſtiam perferant.

Plutarch. in vita Pyrrhi.

Inſignis Fabricij conſtantia.

Reſtat tandem *de timoribus quotidianis* nulli non familiaribus, iiſque inter alios gravioribus diſſerere: nempè de iis, qui ex ægritudinibus, & corporis animique affectionibus concipiuntur: ubi apertiſſimè innoteſcit, hanc animi perturbationem omnium eſſe callidiſſimam & perverſiſſimam: cujus aſtutia ſæpius decipimur ac incauti opprimimur.

Timor in morbo.

Remedia:

Etenim per timorem ſæpè accidit, ut etſi cornucopia rerum nobis affluat, integraque valetudine fruamur, ut tamen inopiam rerum & ſanitatis jacturam, temerè reformidemus. Quid autem hoc eſt aliud quàm venturis miſeriis, iiſque incertis torqueri, quiete noſtra, qua recreari debemus, cum opportunè occurrit, ſpoliari, & ante tempus divexari? Nec id ſolum ab hac conflatur affectione, quin imò tyrannica iſta perturbatio, malum, quod bonum reverà dici meretur, nobis objicit metuendum. bonumque aliena mali ſpeciei larvatum nobis fugiendum repræſentat. Huius generis ſpeciem in tribulationibus videre licet, quas velis remiſque omnes diffugiunt, & averſantur: cum tamen illæ ſint nobis inprimis ſalutares, & januam beatitudinis aperiant. Etenim ut docet Apoſtolus, *per multas tribulationes introire neceſſe eſt in regnum cælorum.*

1. Malum quod metuitur ſæpe bonum eſt.

Qua utilitas ex morbis.

Digitized by Google

cœlorum: Siquidem eæ nos ad Deum cognoſcendum, timendum & orandum excitant, noſtriſque naturę corruptionem oculis ſubjiciunt, ac mortem ex peccato ortam perpetuò commonefaciunt.

Si Ethnici pridem, eo nomine deplorandi quod Deum non noverunt, ejuſmodi meditationibus, calamitatum temporibus, animum exercuerint: quid de Chriſtianis cognitione Dei imbutis colligendum & inferendum eſt? Nonne illos deberet pudere Antigoni, qui ex graviſſima ægritudine ſanitati reſtitutus, *Hodie* inquit, *didici* (compellans quendam ex domeſticis) *ex morbo meo, me eſſe mortalem: Anteà enim cùm integra & firma ſanitate fruerer, omnique luxu ac delitiis diffluerem, tanquam potentiſſimus Rex, de morte futura nunquam cogitavi.* Sic ille ex morbo momentaneam eſſe vitam hominis, eamque uno halitu quo fovetur, finiri, fateri adductus eſt: ita ut nec ulla potione medica, vix ad breve tempus valeat retineri. Atque hinc elùceſcit, quantum boni, potius quàm mali ex hujuſmodi affectionibus oriatur, quæ idcircò magis optandæ, quàm metuendæ ſint, etſi falsò malæ ab ignaris judicentur.

Antigonus per morbum ſapere didicit.

Eædem præterea calamitates ac morbi, veri antidoti adverſus metum, vices ſubeunt: metum inquam, vel ipſius mortis: cujus amorem potius nobis, quàm timorem conciliant. Mors ſiquidem nos omnibus miſeriis, ærumnis ac cruciatibus liberat, à quibus magis diſtorquemur, quàm ab ipſo ſupremo fato, quod malorum omnium ultima linea eſt ac remedium.

Antidotus adverſus metum.

Qui horrendâ quadam epilepſia invaditur: qui epulando & deliciis ac voluptatibus indulgendo, nihil minùs, quàm ſubitum exitium metuēs repentè fulmine apoplectico ictus cōcidit: aut (ſi animam non exhalet) vel membris omnibus, aut media corporis parte percellitur. Quid is in reliquo vitæ curſu omnibus corporis functionibus privatus cum voluptate expectat? Imò qui non iſta eum invitent, ad mortem potius efflagitandam; tanquam omnium malorum portum certiſſimum: aut meditandum, quàm vana ſit & caduca vita humana, ut eam in bonorum numerum nequaquàm recenſeat, ſed meliorem quærat, ad quam illa nos introducit?

Quos pleuritis acriter & ſine intermiſſione lancinat, quorumque pectus magna anguſtia premitur: Qui colicis, nephriticis, & arthriticis noctedieque doloribus conflictantur, mortemque in auxilium ſæpius invocant: nunquid jure ſubſidium illud implorant, quod è tantis malis eos eripiat? nunquid illi, qui ex miſerrimo & calamitoſiſſimo hoc mundo egreſſum optant, laudatis votis commendabuntur, præſertim cum in beata vita, perpetuam quietem expectent, eamque certò ſibi polliceantur?

Sed cùm certiſſimo Dei decreto fixum & ratum ſit, ut neceſſariò ſit moriendum, & naturæ tributum perſolvendum, proindeque deſerendæ hujus mundi, quæ putantur, deli-

ciæ, ut alacriores ad exitum paremur: Deus optimus melli deliciarum fellis nonnihil intermiſcet admodum acris amarique, quo nos ab illis ablactet, ne ſemper iis immoremur: inſtarque nutricis amaris rebus mammillam oblinentis erga nos ſe gerit, quæ alumnũ ſuum à lacte ſevocat, ut firmiori & cõſtantiori cibo aſſueſcat: Sic Deus mundanis & delitiis mœrores intermiſcet, ut ad certiorem tranquilliorẽque vitam, in qua nihil ſtomachũ perturbet, nec animum moveat, nos provocet, & adducat. Atque hûc ſpectant morbi & ægritudines tùm corporis, tùm animi, ut ſuaviorem regni cœleſtis ſedem meditemur: ad quam evecti beatè ac feliciter in æternum quieſcamus.

Elegans ſimile.

2. Spes meliorationis ſeu emendationis.

Sed hæc videntur eſſe animæ, non corporis remedia. Nos verò qui corporum etiam ægrorum curam ſuſcepimus, ut finem huic perturbationi imponamus, annectemus auxilia, quæ corpori ipſi ſatisfaciant, quemadmodum & in aliis morbis eidem ſuccurrere conſuevimus.

Officium veri Medici.

Veri igitur medici officium ſit, ægrum ſolari, eidemque bonam futuræ ſuæ priſtinæ valetudinis ſpem concitare: ac periculum, ſi quod ineſſet, vitæ diſſimulare. Intereà tamen, etſi deploratiſſimus eſſet morbus, ipſimet ægrotanti ſua ſolertia cognitus, bonis tamen verbis à medico recreandus eſt: nec non ope medicinæ, in ſalutem hominum creatæ, ut multa ſibi bona polliceatur, hortandus eſt: Ipſe Deus in optimum & benevolum medicum ac potentiſſimum proponendus, qui ex morte ipſa, vel exanimes poſſit revocare: eum eſſe, qui ex ſepulchris mortuos eruat: in eum totam ſpem & fiduciam eſſe reponendam: nec medicorum prædictionibus immorandum, ut quæ ſæpius fallaces & incertæ ſint: multos in graviſſimis morbis à medicis fuiſſe derelictos, & morti adjudicatos, qui ſingulari tamen Dei benignitate reſtituti ſint: Denique non prius de vita eſſe deſperandum, quàm ſpirandi finis acceſſerit.

Atque hæc quæ ægris opportunè ſpes iniicitur, magni eſt momenti; & inſigne pharmacum, quod non minùs morbis omnibus opitulatur, quã metus è contrà lethali ſuo veneno omnibus eſt exitio

Cap. XXXIII.

De triſtitia.

Philoſophica medicaque methodo ad amuſſim excutiemus, quicquid ad hanc ſpectat affectionem, è graviſſimis animi corporiſque perturbationibus non minimam. Si igitur aliquãtulum in illius explicatione immorabimur, veniam eo præſertim nomine merebimur, quod ad faciliorem tantæ ægritudinis, exactamque cognitionem conatus noſtros dirigamus.

Deſcriptio triſtitiæ.

Hæc ergò paſſio, ut ab illius deſcriptione accuratum ſumatur exordium, nihil aliud eſſe deprehenditur præter mœrorem ac languorem quẽdam ex apprehenſione alicuius mali præſentis, aut certè proximè ingru-

catis

Digitized by Google

entis metu contractum. Qui quidem metus animo conceptus cor confeſtim exagitat, mentem obnubilat, omnes animales facultates perturbat, omnibus ſenſibus, tàm externis, quàm internis ruinam minatur præſentiſſimam: ac demum (ut paucis multa cõplectar) adeò omnes noſtras vitiat & inficit actiones, ut illius malignitate vis imaginaria de ſuo ſtatu deturbetur: cerebrum debilitetur, & æger mirum in modum diſcrutietur.

Quicunque hujuſmodi ſymptomatis afficitur, hunc ſæpenumero licet videre omnis prorſus expertem, dies ac noctes inſomnes tranſigentē: lentis greſſibus incedentem, obſtipo capite humum transfigentem, circa ſepulchra & deſerta loca errantem, uberes lachrymas ex oculis emittentem, aures cuilibet paſſim conſolationi occludentem, nilque niſi ſuſpiria ore effundentem: Manibus is pectus lividum pertundit, lucem refugit, & latebras quæritat remotiores, ſeſeque ab humano ſecernens conſortio, ſola gaudet ſolitudine: cùm vultu ſereno fronteque priùs exporrecta vigeret, nunc iiſdem livet & corrugatur: Si habitu corporis præſtabat antea validiſſimo, tabeſcit ſenſim atque liqueſcit.

Hæc porrò iniqua animi paſſio uſque adeò ægrum fatigat, & in illum ſævit, ut rubigine ingenium illius cõficiat, aciem mentis & vires obtundat: è forti meticuloſum, è vivido ſomniculoſum, èque diligenti torpidum & ſegnem prorſus reddat. Denique ut ſtomachus malè affectus & nauſeabundus, in probum chylum cibos ingeſtos minus poteſt tranſmutare, ſic confecti mœſtitia, facultatum animalium nullam probè norunt exercere functionem, nullum miniſterium. Quin imò ſi aliquando per incuriam accidat, ut gliſcenti hujuſce morbo non occurratur, mens ſæpius de ſua naturali ſede & imperio dimovetur: nunc homo ſtupidus, & velut ſaxea quædam Niobe redditur, nunc furore maniaque corripitur. Atque hæc ſint quæ de natura & effectis morbi iſtius pernicioſi dici poſſunt, cujus innumeræ ſeſe offerunt differentiæ à diverſa imaginationum congerie petitæ, prout ſequentibus exemplis clarius illuceſcet.

Diviſio.

Iſthæc rurſus affectio dividitur *in veram & naturalem*, cujus internæ ſunt cauſæ: *& in adulterinam*, cujus externæ ſunt radices: quæque à naturali & vera toto, quod ajunt, cœlo diſtinguitur: cum iſta nil aliud cenſeri debeat, quàm mera inducta perturbatio, verus animi languor, & germano *Triſtitia* vocabulo: cujus id eſt proprium & peculiare, ut locis incultis immoretur æger, ſeque ab hominum luce & oculis mœrendi lugendique gratia ſponte ſubducat. Hoc triſtitiæ genere vexatum *Bellerophontem* accepimus, de quo Poëta:

Duplex triſtitia, vera nimirum & adulterina.

Qui ſolus miſer in campis errabat
Alæis,
Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.

Infiniti propemodum homines hac olim

olim fuêre ægritudine peſſundati: prout ſuo loco opportunè à nobis demonſtrabitur.

Altera triſtitiæ ſpecies hanc revera nuncupationem ſortiri non debet, eò quod ſit adulterina, & præcedenti minus conſentanea, quapropter *luctus* potius ab emunctioribus nuncupatur.

Luctus. Verùm *luctus* iſte dolorem nequaquam naturalem ſapit, imò totus eſt fictitius: pigmentis obductus, ceremoniis ritibusque circundatus, qui certè palàm & in propatulo ingens videtur, genuinam quandam mœroris naturalis ſpeciem repræſentans, attamen qui longè à corde & intimis abeſt diſſidetque præcordiis.

Hujuſmodi larvatus dolor, diverſis temporibus, & uſque adeò variis modis aſſumptus fuit ab Ethnicis & uſurpatus, ut inde facile liceat colligere vanum illius ſpectrum & ſimulachrum.

Ægyptij, *authore Diodoro & Herodoto*, ad exequias defunctorum ſuorum, præſertim Regum atque principum, celebres quaſdam adhibuerũt diuturnasque ceremonias: Vniverſus populus certis quibuſdam diſtinctus centuriis viris & mulieribus intermixtis, unum in locum ad planctum & lamentationem cogebatur: veſtibus diſciſſis progrediebatur, facie cœno limoque deturpata: ſyndoneque ſubtus mammas, tùm mulieres, tùm viri cincti, bis in die novantes luctum circumambulabant, atque cum cantu & clangore regis virtutes numerabant: cibis animantium coctiſque ac vino omnique menſæ apparatu, per ſeptuaginta duos dies abſtinebant: non lavacris, non unguentis utebantur: ſed tanquam defuncto patre aut filio, per eos dies graviter lugebant.

Græci Romanique veteres ſuum à Chaldæis & Ægyptiis planctum in exſequiis videntur mutuati, quem ritibus penè innumeris, temporis progreſſu, iiſque abſurdis, & à ratione penitus alienis adauxerunt. *Luctus Græcorum, Romanorum aliorumque.*

Si enim apud Græcos Rex quiſpiam, aut Imperator diem obiiſſet, extremum funus ſolenni pompa & apparatu regio deferebatur, captivique & milites circa rogum digladiabantur, oves boveſque mactabantur, utque in omnem formam luctus concederetur, equi virique tondebantur, propugnacula è mœnibus diruebantur, aræ ſubvertebantur, lares conviciis traducebantur, igniſque extinguebatur.

Romani à Græca ſuperſtitione nonnullas hujus generis ceremonias in hanc rem deduxerunt, & alias quã plurimas ſuperinduxerunt. Poſteaquã enim defunctum deploraſſent, & in rogum deportaſſent, ſupremum eidem *Salve & Vale* tanquam nunquam viſuri, impendebant: poſtea ILICET omnes clamabant, qua voce miſſum populum faciebant: hujus ſupremi *Vale*, Virg meminit:

--Salve æternum mihi maxime Palla *Virg. 3. Æneid.*

Æternum vale.

Et de Polydoro:

--Animamque ſepulchro

Cre-

Credimus & magnâ ſupremum voce ciemus.

Ad hæc quæ modò retulimus, rurſus accedit, quòd certis quibuſdam perſonis, ære conductis, ad lugendos mortuos uterentur, quæ modo ingẽtes gemitus ore edebant: modò verò nænias funebres alta voce reſonabãt: & aliquando ad majorem pompam, organa Muſica & lituos pro varia virorum dignitate aſciſcebant: ferri enim mortuos olim ſolitos ad tubam, indicat *Virg in Æneid.*

-- It clamor cœlo, clangorque tubarum.

Et *Perſius* poëta Satyricus.

Hic tuba, candelæ, tandemque beatulus alto
Compoſitus lecto:

Alexander lib. 3. c. 7. & Cœlius l. 16. lect. antiq. harum muliercularum ad condendos mortuos empitiarum, meminerunt, easque *Carinas & Præficas* appellari tradiderunt; eò quod luctui præeſſent, quæque cantu flebili carmineque funebri mortuos in funeribus lamentarentur, vitamque & præclara eorum geſta non ſine commiſeratione celebrarent: nec non, qui facta dictaque repræſentarent, adhibebant.

Carinæ & Præficæ.

Inſuper receptior in luctu *indumenti ſpecies*, & ab omnibus penè gentibus celebrata, coloris fuit candidi atque pullati. Quem ritum hodiernus adhûc viduarum luctus, non tantùm in regnis exteris, ſed etiam noſtro obſervat, in quo Reginæ poſt obitum Regum conjugum ſuorum, candido velamine circumteguntur; unde fit ut albæ veſtis gratia Reginæ candidę toto viduitatis curriculo vocẽtur. Quod ſi quis altiùs cauſam voluerit inveſtigare, cur hæc duo colorum genera in luctibus publicis fuerint introducta, nihil moror; videtur tamen hæc notio communis, & à natura parente menti humanæ inſita itaquidem, ut albedo animi à corporis ergaſtulo ſoluti ſplẽdorem denotet, nigredo verò nota ſit corporeæ corruptionis.

Veſtimenta, in luctu, qualia.

Cur Reginæ candidæ vocentur.

En fucos, en pigmenta, en falſa hujuſce triſtitiæ lineamenta: Hinc Carinas & Præficas vidiſſes; inde mancipia, & hujuſmodi plebis fœces, mercede conductas, ut publicum luctum ad eos deplorandos aſſumerent, quos nunquam, vel de ſolo nomine cognoviſſent, ut lachrymas, inquam, pretio extorquerent, ipſo citius aſpectu deficientes. Adde planctus, ululatus, comarum direptiones & capillorum, immolationem victimarum, & alia hujus farinæ cómmenta exteriora, ad fingendam triſtitiam exóticam atque ſpuriam, quæ ſola nititur aura populari, quæque ſola opinione moreque communi, talis doloris ingenioſo artifice, aut potius ridiculo, ſuſtentatur.

Quocirca mirum videri non debet, ſi tam vana conſuetudo à cunctis ferè populis minùs fuerit approbata: Thraces quippe, Sapientiæ titulum ea præſertim de cauſa ſibi meritò conciliarunt, quod infantum ſuorum nativitatem luctibus, funus verò gaudio plauſibusque proſequerentur: inde nimirum genus humanum edocentes, cum naſcimur nos vitam ingredi ærumno-

Solin. c. 17. Val Max l. 2. cap. 1. de inſt. ant.

Thraces, cur ſapientes habiti.

Digitized by Google

ærumnoſam, miſerrimam, & infinitis vexationibus obnoxiam: à qua cum decedimus, tot & tantis periculis extricamur, ut hujus beneficij ratione, nemo non lætitia perfundi debeat, & ſummè delectari.

Solon luctus abuſum reprehendit. Inter ſeptem Græciæ ſapientes non infimus *Solon* hos luctus commentitios, à communi uſu planè cenſebat amandandos, ut *in illius vita Plutarchus* commemorat, qui laccrationes plangentium, ceteraque ploratum excitantia, & ejulatum in alienorum funeribus ſuſtulit.

Ex ſuperioribus tamen hoc nequaquam inferri velim, non licere ſcilicet luctum facere, nec condolere in obitu parentum noſtrorum, affinium & amicorum, nec dolorem aliquem ex eorum abſentia teſtari, aliter enim ferinam naturam proderemus, & quaſi ſub Caucaſea rupe à feris educati videremur. Hac quippe de cauſa *Sapiens ille*, de quo nuper *Solon* funeris luctum à ſuis expetiit, ut elogium illius apud *Ciceronem in Catone majore* apertè teſtatur: *Solon verum uſum luctus laudat.*

Ne mî illugubris veniat mors, ſed mibi charis
Mærorem potiùs adferat & gemitus.

Quod ſi in hanc rem ſacrarum facit paginarum auctoritatem aſciſcere, plurimis ſanè locis conſtabit, luctum & lachrymas in mortuorum poſtremum honorem atque gratiam religioſiſſimè ab omni prorſus hominum memoria approbatas.

Luctus Iacobi Patriarcha. Cùm filij ſui Ioſeph dilectiſſimi veſtem Patriarcha *Iacob* conſpexiſſet, ſanguine delibutam, illumque à fera devoratum credidiſſet, ſciſſis veſtimẽtis, & ſuccinctis Sindone lateribus, filium luxit: diu cõſolationem omnem reſpuens, quinimo adeò gravis & vehemens fuit illius afflictio, ut in inferũ uſque ad natum ſuum deflendum cupierit deſcendere. *Gen. 37.*

David non ſiccis oculis ſed fervidioribus lachrymis filij ſui Abſolon mortem lamentatus eſt. *David.*

Magnus olim planctus totam occupavit *Iudæam* in obitu regis Ioſiæ: in cujus luctum Ieremias Propheta næniam conſcripſit: omneſque cãtores in luctu Ioſiæ uno concentu eam in næniis canere, ut tanti Regis & memoria, & mentio foveretur juſſi ſunt. *2. Paralip. cap 35.*

Vniverſus Iudæorum populus magnis gemitibus *Iudæ Machabæi* mortem legitur hiſce verbis proſecutus: *Quomodo cecidit potens, qui ſalvum faciebat Iſrael!* *1. Mach. 9.*

Poſteaquam *D. Stephanus* lapidibus obrutus eſt, primuſque ſuo ſanguine martyrij ſemitam aperuiſſet, quidam Chriſtianæ pietatis aſſertores, illius corpus curandum à Iudæis impetrarunt, & magnum planctum (inquiunt divina monumenta) ſuper eum fecerunt. *Actor. 2.*

Hiſce & ſimilibus exemplis innoteſcit, non omnium luctuum genera damnari. At quædam decenter Chriſtianis etiam eſſe conceſſa, quod confirmavit ſuo exemplo *Chriſtus*, Lazari obitum gemitu proſequens: ea tamen lege, ut verus ſit planctus, ut moderatus, ut à fuco penitus abſit, ut certis.

certis quibuſdam cancellis contineatur, nec ullam mœrentibus inferat perniciem. Iſraëlitis in funere corpora lacerare & ſinciput decalvare nefas erat, quod infidelium luctus eſſet, reſurrectionem ignorantium.

Deut.14.

Vt luctum moderatum meis aſſero ſuffragiis: ſic etiam pias Chriſtianorum exequias me ipſum comprobare profiteor, tanquam verę pietatis indices, & ſcripturæ ſacræ conſentaneas.

Sepultura patribus olim honorifica.

Abrahamo non mediocri fuit curæ, ut corpus conjugis ſuæ Saræ honorifico tumulo mandaretur.

Pari ſollicitudine *Iſaac & Iſmael* patrem ſuum Abrahamum, corporis vinculis exolutum, curaverunt: cujus corpus in duplici caverna agri ſepelierunt, quem ab Ephrone Hettæo vivus emerat.

Iacob Patriarcha, qui diem ſuum in Ægypto clauſit: extremum filiis ſuis id muneris demandavit, ut in terra Canaan ſepeliretur, in ſepulchro patrum ſuorum. Nec quid diſſimile paulò pòſt præſtitit Ioſeph illius filius, eadem in regione è vivis excedens: ſuos quippe jurejurando obſtrinxit, ut cùm ipſis eorumque poſteris Deus ſubveniſſet, & ex Ægypto eduxiſſet, oſſa ſua illinc deportarent.

2 Reg cap. 21.

David non parum etiam fuit ſollicitus exequiarum regis Saul, Ionathæ, & aliorum ejuſdem Principis filiorum. In terram enim Palæſtinorum & Galaaditarum hujuſce muneri obeundi gratia ingreſſus eſt.

Tob.4.

Tobias jam jam ſpiritum Deo reddi-turus, unicum præ cæteris id filio imperium reliquit, ut ſe mortuum ſepeliret honorificè, matrem honoraret, memor dolorum, quos ejus cauſa pertuliſſet, eamque vitâ functam, in eodem ſepulchro honeſtè ſepeliret.

Præterea in ſcriptis vetuſtiſſimorum authorum, *ex hiſtoriis Eccleſiaſticis* cernere licet, quantoperè exequiæ à Chriſtianis commendatæ fuerint, & accuratæ celebratæ. Moderatione igitur, cum naturali affectu temperata, ritus iſte non niſi laudabilis, & magna gloria dignus habendus eſt.

Id nos doctos eſſe voluit magnum illud Eccleſiæ ornamentum *D. Chryſoſtomus homil. 16.* ubi ſic ſcriptum reliquit: *Honorem mortuorum non eſſe fletum, non eiulatum, ſed hymnos, & pſalmos, & optimam vitam: perditum, ſi in funere univerſam etiam habuerit civitatem, nihil tamen inde lucraturum.*

Honor mortuorum qualis eſſe debeat.

Hæc eſt genuina inter ſanctum, verum, legitimumque planctum, nec non inter falſum, fictum, & illegitimum differentia.

Ad inſtitutam ergò *de vera triſtitia* diſputationem, à qua nimiũ fortè digreſſi ſumus, iterum redeamus. Huic enim pręſertim enucleandę magis nobis eſt incumbendum, cum ſit mera & ex naturæ fontibus deducta perturbatio: quæque talis dignoſcitur pluribus ſignis & indiciis exactè à *Celſo Medicorum Latinorum Anteſignano* explicatis, *lib. 2. de remedic. c. 7.*

Suis eam ſatis coloribus antea expreſſimus & lineamentis: præcipuè

natricem, eamque præ ceteris vitiant atque corrumpunt. Ex hac humorum mutatione corruptelaque, quæ in melancholicis affectibus percipitur, oriuntur abſurdæ multæ & inopinatæ imaginationes & phantaſiæ, quibus nulla alia cauſa ſubeſt, præter fumos iſtos diverſos atraſque fuligines ex ſuprà dicto humore procedentes.

3. *De locis affectis.* Quoſdam invenias, inquit *Galenus*, qui ſe putent figlinum vas: quamobrem contactum hominum & omninò propinquitatem expaveſcunt, ne eo modo comminuantur, decurtenturve.

E prioribus quidam ſe vitreum opinabatur; quocirca amicis ſupplicabat, ne ad ſe propius accederent, cum tamen ceteris in rebus perſpicaci frueretur maturoq; ingenio.

Sunt quos perpetuò timor percellat, ne mundum fulciens Atlas ſervanſque laſſeſcat: iſq; feratur in præceps & omnes una pereant ruina. Proinde fugam ſemper meditantur, ut (ſi fieri poſſit) ſeſe extra mundana clauſtra proripiant. *Cælius l. 17 cap. 2. Ant. lect.*

Alii in novam ſpeciem transformatos ſe exiſtimant: unde alii cuculorum, alij gallorum, aut aliorum animalium voces geſtuſque imitantur.

Alii vates ſe augurantes, de rebus futuris multa pollicentur: nonnulli potentes ſe putant, qualis Hippocomus ille, de quo Muretus, qui ſe Pontificem ſummum imaginabatur, certiſque hebdomadæ diebus, Venetiis in domo heri ſui, hac de cauſa conſiſtorium Cardinalium in charta depictorum, quos alloqueretur, ſtatuebat.

Alii ſe capite, nonnulli cruribus, brachiiſque truncatos putant. Aëtius refert quendam in id erroris prolapſum, ut ſe capite minutum crederet, idq; paſſim lamentaretur, donec pileo ingentis ponderis ferreo, illius vertici ſuperaddito, ab hac phantaſia dimoveretur.

Adoleſcens quidam naſum ſuum adeò increviſſe ſibi perſuaſerat, ut vix è loco in locum transmearet, ne fortè alicubi impingeret.

Alii quamvis mortem pertimeſcant, hanc tamen exoptant, & aliquando ſibi conſciſcunt, ut nimis multis claret exemplis.

Alii ſunt, qui ſe fame confici putant, ſeque propterea continuis eſcis ingurgitant. Nonnulli cibum recuſant, nihil vitæ ſupereſſe exiſtimantes.

Trallianus ſcribit, ſe mulierem vidiſſe, quæ ſe à ſerpente exedi pertinaciter aſſeveraret: hanc autem pharmacis vomitoriis, & ſuppoſito in pelvim æneam clanculum ſerpente curaviſſe.

Demophon Alexandri Magni Oeconomus, ſe ad æſtum Solis infrigidari, & in opacis nemorum umbris æſtuare credebat.

Ardron Argivus ferventiſſimum Lybiæ eremum ad frigus captandum decurrebat.

Multi inter dormiendum deambulantes: ſicut & alij plurimi, qui ad os etiam puteorum dormientes ſpatiantur: Unde forſan tritum illud proverbium,

verbinm, Deum ſingulari ſua providentia, & ſtultis & pueris pariter conſulere, eoſque à periculis, quæ incurrunt, vindicare.

Sunt præterea qui ſe à latronibus continuò putant circumveniri & ſpoliari: alii verò qui à lictoribus ſe colligari, & mox in carcerem conjiciendos credunt.

Alii ſe vivos à terra abſorberi & deglutiri jam tremuli exclamant: alii aliis imaginationibus, prout vitæ fuit inſtitutum perturbantur.

Denique alii aut contentionibus, aut ſtudiis, aut precationibus, aliiſve inſtitutis, quibus addicti fuerunt, toti occupati ſunt, iiſq; vigilantibus hoc accidit, quod ſanis ſæpe dormientibus contingere ſolet.

Hæ ſunt *innumeræ* & *incredibiles* penè *phantaſiæ & deliria*, in quæ tetra hæc animi perturbatio ſyderatos ſemel flatu ſuo ægros præcipites agit atque deducit: quæ ſæpius etiam tantam exercet tyrannidem, ut non tantùm ſpiritus obſidendi & cruciandi vires habeat, omnibus iis modis, quos modò diximus: ſed corpus etiam tot inſultibus impetit, ut planè ipſum obruat, & prorſus ſuis functionibus ineptum reddat ac inutile: Quin & tantam interdum ferociam exercet, ut mortem eius acceleret & præcipitet.

Hujus rei certiſſimam nobis facit fidem *Octaviæ* ſororis Imperatoris Auguſti hiſtoria, quæ uſque adeò triſtitia, mœrore & dolore ex morte filii ſui Marcelli, maximæ ſpei principis, oppreſſa eſt, ut omnem conſanguineorum ſuorum ac agnatorum reſpuerit acceſſum: quòd nullas ab illis adhortationes aut conſolationes vellet admittere, ad illorum ſuaves voces aures obſtruens, quin potius omniũ conſpectum fugiens, latebras ſeorſim quæritaret, ut mœrori ſolitaria liberiùs indulgeret, & nati mortem abundè citra impedimentum defleret: quẽ toto reliquæ vitæ curriculo pergemuit, tantiſque poſteà & languoribus & mœroribus, ac animi anguſtiis conflictata eſt, ut millies moriendo mori non poſſet. *Seneca tract. de conſol.*

At oſtendamus quàmplurimos etiam ex eiuſmodi liberorum jacturis, quas conſtanter ferre non potuerunt, non niſi morte ſolatium ſibi comparare potuiſſe, uſq; adeò urgens & tenax eſt iſta animi perturbatio. *Mors ſubitanea, ex nimia triſtitia.*

Adraſtus cum exercitum à Thebarum expugnatione domum reduceret, audito Megaræ de morte filii ſui Ægyalei nuncio, extremo repentè mœrore correptus, exanimis concidit ac ſepulchro illîc conditus eſt. *Paul. in Act.*

Eduardus tertius Anglorum Rex, amiſſo Eduardo filio ſuo, principe jam illuſtriſſimo, & multis virtutibus clariſſimo, majoraq; adhuc in poſterum de ſe promittente, ex graviſſimo animo dolore luctuq; exanimatus eſt. *Polyd. l. 19.*

At quot videre eſt exanimatas conjuges, ex maritorum morte audita, quarum luctus non niſi morte finire potuerunt? Ex earum numero habentur *Iulia* C. Iulii Cæſaris filia, Pompeii uxor: item Imperatrix *Irene*, Impe-

Cuſpinian. in Philip. Imperatoris Philippi uxor: quæ audito de morte mariti nuntio, graviſſimo mœrore percita, gravida intempeſtivum fœtum excluſit, & paulò pòſt obiit.

Hæc portentoſa utique & implacabilis animi perturbatio, non tantùm mulieres adoritur: at fortiſſimorum etiam virorum regumque ipſorum corda, non invadit modò, ſed edomat etiam: qualis fuit rex *Antigonus Epiphanes*, qui licèt ſtrenuiſſimus, fortiſſimus ac potentiſſimus, 2. Machab. c. 6. tantâ tamen animi triſtitiâ obrutus eſt, ut vi ab hoſte repulſus, ignominioſam hanc fugam ferre non potuerit. Ioſ. l. 12. c. 13. Is enim & hac ignominia ſuffuſus & auditâ Lyſiæ fugâ, à Judæis hoſtibus, profligati, adeò dolorem ingeminavit, ut coactus ſit ſuis amicis fateri ſe prorſus animo eſſe conſternatum, tantoque mœrore obrutum, ut prorſus langueret ac concideret viribus animi, unde propediem interitum ſibi extremum præſagivit: qui & paulò pòſt ſecutus eſt.

Cuſpinianus narrat Juſtinum minorem uſq; adeò gravi ex clade apud Perſas accepta, mœrore correptum, ut rationem & judicium prorſus amiſerit, demenſque tandem in lethalem phreneſin inciderit.

Simili vitæ exitu *Vrſatus* quidam Juſtinianus navalis belli Venetiorum dux, uſus eſt, ob infortunium quoddam & detrimentum, quod inopinato accepit in bello.

Exempla triſtitia adæ. Fuerunt, qui elato ac ſublimi animo præditi, cum ad optatum finem conſilia ſua perducere non poſſent, tanto mœrore aut indignatione idcircò laceſſiti fuerunt, ut uno momento mortem oppetierint.

Philetas Cous inſignis quidam Creticus, cùm ſophiſma quoddã ſolvere non poſſet, præ mœrore contabuit. Giral. 2. tom. hiſtor. poetic.

Quid non etiam de magno illo Philoſophorũ principe *Ariſtotele Stâgirita* ſcribitur; Is cùm in Chalcidem appuliſſet, & in Euripi freto, crebras euntis & redeuntis maris fluctuum reciprocationes admiraretur, quæ die noctéq; ſepties iterabantur: cùm huius rei altius animo agitatæ & perveſtigatæ rationem aſſequi non poſſet: tantum inde mœrorem concepit, ut in eum prolapſus ſit morbum, è quo nunquam convaluerit. *Cælius* progreditur ulterius: narrat enim tanta illum indignatione ac deſperatione agitatum fuiſſe, ut ſe in mare præcipitem dederit: Inde natum proverbium: L. 29. c. 8. *Quoniam Ariſtoteles non cepit Euripum, Euripus cepit Ariſtotelem.*

Hinc videre licet ab hac feriſſima bellua nemini, cuiuſcunque generis ſit & ſortis, parci: ab eademq; non tantùm animum variis modis obſideri, ſed corpus etiam eouſque adigi, ut ſæpiſſimè ſibi mortem ultrò conſciſcat.

Noſtræ igitur ſunt partes, tam gravi perturbationi ſuccurrere, ac ſingularia quæque laudabiliaque remedia in medium adferre, quæ ferociſſimum illud malum cohibeat & enervent.

Quemadmodum autem varias horum morborum differentias attulimus

limus, eorumque diverſiſſimas cauſas oſtendimus: ſic varia, in curam, remediorum genera poſtulari certiſſimum eſt.

Curatio igitur primò in generalem & particularem dividetur. Generalis omnibus mœrorum ſive genuinorum & exquiſitorum, ſive ſpuriorum ſpeciebus & differentiis adaptabitur.

Curatio generalis triſtitia. Præcipua autem huius curationis univerſalis remedia ex duobus fontibus haurientur, nempè ex plauſibilibus ac fidem etiam facientibus rationibus, quæ vagum alioqui judicium & inconſtantem animum ſiſtant & roborent triſtis ac melancholici hominis, quæque certiſſimis documentis avertant & leniant ejuſmodi perturbationem.

Alter fons remediorum eſt, qui variis redundat & ſcaturit exemplis, quæ ejuſmodi triſtitiâ affectorum oculis ſubjicienda ſunt: ut intemperatum ac firmiorem ſtatum animus eorum perturbatus revocetur: Si quidem iis exemplis doceri poteſt, quanta commoda ex ejuſmodi curis feliciter id genus morbis exhibitis, orta ſint. Cum enim animus huiuſmodi malis præcipuè ac privatim torqueatur, ad eum præcipuè etiam, ac privatim reſtituendum, tota noſtra ferri debet intentio ac ſedulitas. Juxta porrò malorum varietatem, variæ etiam rationes ac diverſa exempla accommodanda ſunt: ſingulaq; ad ſingulas cauſas revocanda. Sublata enim cauſa facilè tollitur effectus.

Diviſimus autem horum morborum cauſas *in externas & internas*. Etſi autem medicus in ægritudinibus corporeis, ex cauſis externis nullam curationis intentionem mutuetur, niſi quatenus eæ ſunt præſentes, ut vult Galenus methodi quarto: non ita res habet de animi morbis. Etenim ejuſmodi cauſæ licet abſentes aut jam pridem adventitiæ ſint, ſemper tamen ſeſe animo tanquam præſentes exhibent, quarum idcircò perpetua habenda eſt ratio.

Octavia de qua ſuprà diximus, triſti huiuſmodi perturbatione, ab externa cauſa, ex morte nempe filii obſeſſa: nunquam ea triſtitia expediri potuit, quia ſibi perpetuò morbi cauſam, etſi abſentem, oculis ſubjiceret: Ita ut ad vitæ uſque exitum perpetuò cauſæ ſui mœroris intenta, mœrens ac deflens filii ſui funera, perſtiterit. *Octavia.*

Sed excipiet aliquis, cum Octavia tanti Imperatoris ſoror, nulla ratione Romæ, ubi celeberrimi ac doctiſſimi totius orbis viri tum degebant, nullum auxilium percipere potuerit: quorſum igitur huic morbo nunc præſcribantur remedia? at non ſequitur, ſi quibuſdam non proſint ſemper remedia, quin aliis auxilio non ſint futura. Ut enim omnes corporei morbi non omnium ergò ſemper curationem admittunt: ſic & ſpirituales ægritudines non ubique perſanantur.

Livia eiuſdem Imperatoris Auguſti uxor, eodem tempore, eaſdem ob cauſas, & ipſi ſimili perturbatione tentata, ex morte Druſi filii ſui, Imperii ſucceſſoris futuri, ſalutaribus remediis, *Livia ob filii mortē nimis luctuoſa, per Aria Philoſophum reſtituitur.*

mediis, ac ſummè animum ſolantibus, quibus eam adhortatus eſt Philoſophus Arius, ſic revocata eſt, ut tandem patienter ac conſtanter, ſapienterque filii obitum tulerit: ſicq; lethali illa ægritudine liberata fuerit.

Marcia ex filii morte quanta triſtitia. *Marcia* ad mortem uſq; eadem ægritudine ex jactura filii ſui Metelli, eximiæ ſpei nobilis, omniq; virtutum genere clariſſimi conflictata, tandem & ipſa ad mentem revocata eſt, ac ſapientiſſimis magni Senecæ exhortationibus ac conſolationibus, ſanitati reſtituta.

Mutuanda igitur ſunt nobis à magnis illis & præclaris viris remedia, quibus in curam huiuſmodi malorum ex ſimilibus cauſis procreatorum uſi ſunt: quorum formulas quaſdam hîc præſcribemus ſummatim: quas quivis latius diffundere poterit, certa induſtria & methodo, prout ſingulis viderit expedire.

Prima remedii formula fuerit, communem totius generis humani conditionem oculis ſubjicere: quæ *Vera animi affecti ſolamina.* quidem huiuſmodi eſt, ut omnia orta occidant, & auctа ſeneſcant: ita ut homines, cujuſcunque ſortis ſint, vix nati, ad interitum properent. Docendum præterea fuerit à Deo præſcriptos eſſe nobis vitæ noſtræ limites, quos pertranſire non liceat: ipſumque noſſe, quid nobis expediat: atque omnia ab eo in ſalutem noſtram derivari: ita ut vitæ noſtræ fila regat, quæ producit, prout nobis expediat; vel corripit, prout è re noſtra eſſe cognoverit: ad hæc ſapientiſſimè omnia ab eo gubernari, nec quicquam citra eius voluntatem contingere, cui nos ſubjici æquum ſit, omniaque ab illo pendere, qui nobis ſit pater, de cujus benevolentia dubitare filiis ſit nefas: alioqui fruſtrà illius imperio refragemur, qui nos homunciones parum moretur, & quos halitu ſolo poſſit in nihilum prorſus redigere. Cum igitur neceſſariò nobis ſit moriendum, vitæ tamen noſtræ exitus incerta ſit hora, quæ vel acceleratur, vel differtur, prout beneplacitum divinæ fert voluntatis: quorſum tot triſtitiæ, mœrores & continui fletus, cum nihil de ſententia Dei immutare valeant: cum vitæ terminus hac ratione produci nequeat: cum mors à morſu ſuo ne latum quidem unguem vanis iſtis luctibus recedat? Quid mortalibus & mortuis proſint noſtri planctus, niſi ut nobis ipſis mortem conſciſcamus, nedum ut alios in vitam revocemus?

Cum porrò multis fletibus deſiderentur, qui ex his mundi miſeriis ac calamitatibus egreſſi, in felicem portum, tranquillum, ac ob omnibus procellis mundanis liberum, tutò recepti ſunt, & æterna vitâ, loco caducæ fruuntur: Quorſum animæ immortali invideatur, ſi ex ergaſtulo corporis, quo captiva includitur, perpetuò ad libertatem anhelet? Et cœlum ſummis votis adeat, unde duxit originem, ibique proprium domicilium quærat?

Si quis excipiat notiſſimam eſſe omnibus generalem moriendi legem: attamen inopinas eiuſmodi mortes, non poſſe non defleri, floren-

tiſque ætatis ac ſummæ ſpei juvenes, immaturo obitu ſublatos, non poſſe etiam non deſiderari ac lugeri. Illi reſponſum ſit, voluntate Dei rerum omnium legem ſtabiliri, magniq; delirii ac inſaniæ eſſe, ſi quis cuiuſcunq; ordinis, ætatis & ſexus fuerit, ſtultè crediderit vitam prærogativa quadam ad extremam uſq; ſenectam deberi. Quod cum Imperatorum, Regum & principum liberi, nullo jure privato, arrogare ſibi audeant: ut ſcilicet vitam ultra Dei voluntatem producant: ſed in cunabulis etiam ipſis coganturanimam exhalare: quid alij gregarii homines auſint ſibi promittere? Hinc canebat Poëta: *Mors æquo pede pulſat pauperum tabernas, Regumq́ turres.*

Sed quæ lugendi aut ſeſe mœrore conficiendi ob defunctos, ſive brevi ſive diu, inter nos commorati fuerint, juſta ſeſe offert occaſio? Si enim omnibus vitiis inquinati fuerint, aut nullius in Rep. humana uſus, quorſum iſti lugeantur, quos jam pridem ex hominum conſortio ſublatos oportuerit, & utile fuerit? Si gloria & virtutibus claruerint, quare glorioſum exitum illis invideamus, cum fortè ſi diutius in hac vita permanſiſſent, nævis gloriam ſuam aſpergere, & fœditate huius vitæ, quæ plena eſt ſordibus, famam (*ut proclives ſunt homines ad vitium*) magno dedecore conſpurcare potuerint? Nunquid ſatius fama celebres, & gloria præclaros occidere, cum in hujuſmodi exitu, immortalem apud homines vitam ſibi comparent, æternaque gloria in cœlis fruantur?

Addemus in poſtrema huius claſſis remedia, in gregariorum eſſe & infimæ notæ hominum, parumque cordatorum numero, qui ultra rationis cancellos, ultraque modum ſeſe torqueant. In graviſſimis etiam perturbationibus conſtantem nos oportere animum gerere: omnia temporis edacitate abſorberi, nullumque non dolorem tandem extingui: A natura ipſa nos doceri, vel in graviſſimis luctibus modum eſſe tenendum: à qua arguimur majoris, quàm in brutis animantibus ſocordiæ ac deſipientiæ: ſi quidem ſive pecudes aut animantes terreſtres, ſive volucres fuerint, ubi ex antris ſuis aut nidis pullos, aut genituram abreptam perceperint, eo quidem ipſo momento, ex ſuorum jactura conturbantur: at paulò pòſt perpetua oblivione damnum ſuum ſepeliunt, hoc habentes à natura partum remedium.

Quot rationum momenta ſuperius allata ſunt, tot ſunt tuta remedia præparandæ conſtantiæ ad perferendam triſtitiam idonea, quæ ex ejuſmodi cauſa, quam diximus, genita eſt. Ut autem eam prorſus evellamus & extirpemus, exemplis id præſtandum eſt à nobis commemoratis: eorum aut illarum, quæ ſtrenuè & conſtanter, magnaque cum admiratione ac fortitudine animi, eiuſmodi perturbationes perpeſſæ ſint: indeque ſibi immortalem gloriam, perpetuumq́;

petuumq; nomen pepererunt. His enim ratione præditi homines facilè movebuntur,& ad ſanam mentem revocabuntur.

At ſi qui tanta obruantur triſtitia,ex liberorum morte, quibus opera noſtra ſit impendenda, ut eos à tanta perturbatione dimoveamus: primo loco *Davidis exemplum* eorum oculis fuerit ſubjiciendum, qui filium ſuum ex Bethſabea conceptum videns in extremis vitæ anguſtiis verſantem, quem ex eo ipſo morbo moriturum à Propheta Nathan audiverat: toto morbi filii tempore in jejuniis & precibus perſtitit, ſeſe in pulvere volutans,& perpetuis lachrymis ac planctibus coram Deo, noctesque, diesque ſeſe excrucians, quem juſta ira percitum ſatis ſciebat, eo conſilio aut irati Dei fortè animum pacaret. At defuncto ſeptimo die filio, reſurrexit à luctu, corpus inunxit, atrata veſtimenta in regia permutavit, cibumque tandem ſumſit. Quod mirati domeſtici, huiuſq; rei cauſæ intelligendæ cupidi: quod à luctu deſtitiſſet, quem mors auxiſſe debuerat, expoſuit David, dum vitâ adhuc infans frueretur, ſe ingemuiſſe ſeſeq; jejuniis & precibus à Deo ſummè contendiſſe, ut ſi fieri poſſet, vitæ infantis miſereretur, eique parceret: quod cum ſecus acciderit, mortemque obierit infans, nullis jejuniis, nec precibus Deum amplius eſſe ſollicitandum, ut qui ſecus de illo jam ſtatuiſſet: Deinde ſermonem ſuum concludens addit, ſe tandem ad filium iturum: at nunquam filium ad patrem reverſurum.

Davidis aliorumq; triſtitiæ exempla.

His paucis verbis tota remediorum à me propoſitorum eſſentia enucleatur: quæ inter conſolatoria primæ claſſis auxilia pluribus verbis ſuprà attulit: Qui Deum timent, certiſſimum tutiſſimumq; præſidium luctibus ſuis comperient, ſi ad tanti Regis, tamq; fidelis Dei ſervi illuſtre propoſitum ſeſe componant.

His ſi Ethnicorum exempla adjiciamus, qui virtute quadam naturali,& philoſophia humana edocti, conſtantiam hanc adepti ſunt, & ſeſe omni conſolationum genere in perturbationibus ſuis recrearunt, citra ullam Dei cognitionem: quàm pudibundum nobis fuerit, & ignominioſum, ſi nos qui Chriſtianum nomen profitemur, & aliam longè firmiorem eruditionem ex cœleſti ſchola hauſimus, ab illis nos vinci patientia & conſtantia patiamur!

Anaxagoras aliquando, inter amicos familiariter de natura & proprietate rerum diſſerens, inſuſurratam auribus ab amico filii mortem accepit: quo triſti nuncio ſtatim commotus, & momentum interpellata oratione, paulò pòſt curſum narrationis ſuæ repetiit, eumq; conſtanter ſecutus eſt, hoc tantum nuntianti reſpondens: *Sciebam*, inquit, *me genuiſſe mortalem.* Haud ſecus Rochardus Polyænidæ filius audito de obitu filii ſui nuntio, mœrorem diſſimulans reſpondit, *Olim ſciebam illi eſſe moriendum.*

Conſtantia & patientia Anaxagoræ.

Digitized by Google

Pericles inter Athenienſes illuſtris princeps, intra quatriduum duobus adoleſcentibus filiis, ornatis multis virtutibus præclaris, orbatus, his ipſis diebus, & vultu priſtinum habitum retinente, & oratione nulla ex parte infractiore concionatus eſt.

Val. Max. lib.5.c.10.

Si Romanorum exemplis in remedia uti velimus: quis non in id genus perturbationibus admirandam Quinti Fabii, Pulvilli, Horatii, Pauli Æmilii & Catonis Cenſoris, *ut apud Plutarchum, Valer. Max. Pontarium, & alios authores* videre licet, conſtantiam non ſuſpiciat? quorum virtute nulli non affecti permovebuntur, & ad mentem revocabuntur.

Plut. in vita Fabii. Æmilii, Caton. Val. l. 5. c. 19.20.

In concluſionem huius de conſtantia & patientia Romanorum orationis addam, quod *Val. Max.* ſcribit de M. quodam Bibulo, magnæ authoritatis viro, ac multis præclaris ac honorificis muniis decorato, qui quo tempore in Syria moras ducebat, filios duos, eximiis virtutibus inſignes, crudeli & immani cæde à quibuſdam militibus Gabianis ſublatos amiſit. Quos Regina Cleopatra tantum ſcelus exoſa, corripi iuſſit, colligatoſque homicidas properè ad Bibulum tranſmiſit, qui pro facinoris immanitate, dignas de illis pœnas ſumeret. At ille oblato beneficio, quod nullum majus lugenti tribui potuerat, dolorem moderationi cedere coegit: carnificeſque ſanguinis ſui intactos è veſtigio ad Cleopatram reduci juſſit: dicendo, poteſtatem huius vindictæ non ſuam, ſed ſenatus eſſe debere.

L. 4. c. 10. M. Bibulus.

Atque hæc ſunt tam præclara tantorum virorum exempla, quæ exhiberi poſſunt hominibus hoc morbi genere affectis ex filiorum ſuorum iactura. Quæ quidem vera ſunt antidota, diſcutiendis huiuſmodi doloribus idonea: Exempla inquam tum ex ſacris literis, tum ex profanis hiſtoriis deprompta.

Atque hæc viris virilia exempla in conſolationem proponenda ſunt: ſi quæ verò mulieres id genus perturbationibus tententur, habebunt & ipſæ documenta, ab exemplis illuſtrium mulierum & magna conſtantia in adverſis rebus præditarum, petita: quarum aliæ Chriſtianæ fuerunt, graviſſima potiùs conſtantiſſimè martyria perpeſſæ, quàm quid indignum nomine Chriſtiano perpetrarent. Quin & liberos ad atroces cruciatus conſtantiſſimè perferendos adhortatæ ſunt potius, quàm ut eorum obitum crudeliſſimis ſuppliciis comitatum plangerent, & impatientiſſimè lugerent. His nemo non Chriſtianus moveri poſſit, præſertim ſi perpendat, nihil non ſibi à Deo immiſſum, omniaque ex Dei voluntate fieri, cui reluctari ſit nefas.

Exempla quarundā mulierum.

Inter ea verò, quæ ex *Eccleſiaſticis hiſtoriis* peti poſſunt, opportunè citari queunt exempla, Blandinæ, Sophiæ & Felicitatæ; quæ incredibili conſtantia ac animi fortitudine liberos ſuos ad graviſſima martyria comitatæ ſunt, & infinitis doloribus excruciari patientiſſimè viderunt. Inter has ſanctas

utiq;

Ad chata. utique mulieres *Felicitata*, vidua Romana, quæ inter primos Christum amplexa fuerat, ejusque cognitione temporibus Imperatoris Antonini & Severi, totam ſuam familiã cum ſeptẽ liberis quos pepererat, imbuerat: magna conſtantia intuita eſt eorundem liberorum crudeliſſima martyria: quorum ſortem, tantum abeſt, ut defleret, ut contrà variisiisque graviſſimis adhortationibus non ſine magna animi fortitudine excitaret, & compelleret, ut ad ultimum uſque vitæ exitum in fide, quam profitebantur, ſtrenuè perſtarent, his verbis eos „compellans: *Filij chariſſimi, in fide & „confeſſione perſiſtite: vos iam ſpectat Chri-„ſtus; cum ſanctis ſuis, pugnate pro animab. „veſtris, & fideles vos exhibete Chriſto.* Quos cum ſingulos ordine fortiter mori ſpectaſſet, illa & ipſa forti animo pòſt martyrium ſubiit, proprio ſanguine conſignans eruditionem, quam de Chriſto liberis tradiderat, & quam animo ſuo Dei gratiâ penitiſſimè infixerat. Atque hæc ſunt quæ *Gregorius „in eius laudem* ſcriptis mandavit: *Feli-„citata credendo extitit ancilla Chriſti, „prædicando verò mater Chriſti facta eſt: „prædicando peperit filios Deo, quos carne „pepererat mundo. Filios ſuos carnem eſſe „noverat: ſine dolore morientes videre „non poterat; ſed erat vis amoris interior, quæ carnis amorem ſuperabat*, &c.

Præter hæc ſanctiſſima exempla, ex hiſtoriis profanis alia mutuari poſſumus, quibus admirandæ conſtãtiæ virtutes nobis innoteſcent, mulierum etiam compluriuin, in morte liberorum ſuorum: quæque tuta remedia & ſalutaria exhibebunt, ſi attento animo recolentur, & in uſum revocabuntur apud mulieres, aliosque homines, qui id genus perturbationibus conflictati fuerint.

Primo ordine *matronarum Laconicarum* virtutes recenſebimus in genere, quæ ſtatim poſt conflictus pro Republica ſuſceptos de more accurrebant, audituræ num filij ſui generosè viciſſent, aut fortiter occubuiſſent: quos cum fortiter id feciſſe intellexiſſent, magna animi alacritate vulnera, quibus interfecti fuerant, circumſpiciebant: quæ ſi adverſa patebant, in perſequendis hoſtibus inflicta eſſe congratulabantur, magnoque ſepulchri honore evehebant. At ſi ea averſa fuiſſent, cùm teſtimonium fugæ exhiberent, pudore & ignominia ſuffuſæ, cum magna indignatione domum revertebantur, indignaque ſepulchri honore cadavera jacere feris avibusque prędam, permittebant. *Virtutes Laconicarũ mulierum.*

Fuerunt & privatæ quædam mulieres, quæ in hujuſmodi adverſis rebus magnæ ſuæ conſtantiæ teſtimonia, eaque non vulgaria exhibuerunt. His exemplis refertæ ſunt hiſtoriæ.

Fulgoſius mentionem facit cujuſdam *Laconicæ mulieris* quinque filios habentis: qui omnes in conflictum pro patria alacriter deſcenderant: Illa urbem egreſſa & ſciſcitata ex quodam quis ſtatus eſſet prælij: reſpondit talem fuiſſe, qui omnes ejus liberos ſuſtulerit, & ſolo proſtraverit: Illa ſatis acerbè reſpondens, *Mala*, inquit, *tuo fato hoc à te non petii, ſed ut patriæ res ſe habeat, rogavi:* Cui cum *L. 5. c. 10. ſuæ hiſtor.*

Digitized by Google

alter iteraſſet, quod ad Rempubl. attineret, rem benè habere: addidit & illa pulcherrima hæc verba magna animi conſtantia plena, nec muliebre quid redolentia: *Lugeant ergò miſeræ, ego victrice patria beatam me exiſtimo.*

Plutarchus in Lacon. apoph. & Diodorus libro ſuo 12. præclaram aliam & ſummè admirādam hiſtoriam deſcribunt de Archileonide Braſidæ illius generoſi ac ſtrenui Spartanorum Ducis matre: qui cum ſæpè fortitudinis animi & invictæ ſtrenuitatis ſpecimen pro patriæ libertate edidiſſet, tandem ſignis collatis, cum Cleone Athenienſium duce, ad Amphipolim fortiſſimè ante omnes pugnans, inter ſtratos hoſtium acervos ſanguinem profudit: interfecto pariter inter dimicandum, altera ex parte Cleone. Hujus tam crudelis conflictus, cum nuntius Lacedæmona perveniſſet mortis etiam Braſidæ fidem faciens: Mater audito nuntio inter omnia ſciſcitata eſt, num Braſidas glorioſe & fortiter dimicans occubuiſſet: quæ cum reſciviſſet, nullum illi in certamine fuiſſe virtute parem, nullumque magis ſtrenuè in hoſtes irruiſſe: *Hallucinamini*, inquit, *viri, video non ſatis vobis cognitos eſſe Lacedamonios.* Vir quidem erat bonus, filius meus, verax & ſtrenuus: ſed qui pleroſque alios longè ſe virtute præſtantiores habuerit antea, & reliquerit concives. His verbis paſſim per urbem divulgatis, Ephori publicis honoribus ac laudibus ornarunt Archileonidem, cui patriæ laudes & majeſtas publica, filij ſui gloria chariores extitiſſent. Quis vel extremâ triſtitia languens, his tàm eximiis & illuſtribus exemplis non permoveatur & recreetur?

A Spartanis ad Romanos tranſeamus, ut enim Roma jam nobis peperit illuſtrium virorum inſignia exempla, qui tam conſtanter hujuſmodi animi affectiones pertulerunt, non minus celeberrimarum mulierum in hoc virtutis genere indiguit, quæ ſeſe generoſas ac fortes in hujuſmodi perturbationibus ferendis ac edomandis exhibuerunt.

Teſtis eſt inter Chriſtianas *Melania quædam* Romana, è nobili oriūda familia, & Marcelli Conſulis uxor: cujus meminit *D. Hieronymus in Epiſt. ad Paulam, ſuper obitum Bleſillæ.* Atque hæc quidem Melania, poſtquam eodem tempore & maritum & duos filios amiſiſſet, ſtrenuè & conſtanter hanc jacturam ferens, devoluta in pedes exclamans ad Deum, hæc dixit: *Expeditiùs tibi ſervitura ſum Domine, quia tanto me onere liberaſti.* *Melania Conſtantia*

Inter Ethnicas *Livia* quædam fuit (cujus jam mentionem fecimus) fuit & Rutilia, Arria, Cornelia Scipionis filia ac Gracchorum mater, quæ omnes in filiorum jactura eximia cōſtantiæ patientiæ exempla, ſummaque admiratione digna, in omnem hominum memoriam propagarunt.

Sed in Colophonem tam illuſtrium exemplorum liceat hoc admirabile Amatricianæ, gregariæ mulieris, addere: quæ cum audiiſſet filium ſuum, qui ad ſupplicium trahebatur, animo concidere, accurrit ipſa ad eū, hortans, ut temperaret à lachrymis, *Notabile Amatricianæ exemplum.*

nec

Digitized by Google

nec mortem formidaret: at ſurſum cor & caput attolleret, ubi cœlum & ſolem intueretur: cui dicta materna audienti addit illa, *An*, inquit, *ignoras fili, confeſtim te in arces illas emigraturum? ac vix unius momenti dolorem, perpetuam tibi quietem & voluptatem pariturum?*

Quis tantâ triſtitiâ, tâm atrâ bile inter Chriſtianos vexatus, ob amiſſos liberos, propinquiores agnatos, aut fideliſſimos amicos, his exemplis non moveatur & recreetur; quibus tantam animi conſtantiam ac generoſitatem, in perferendis rebus adverſis, vel apud ipſos Ethnicos extitiſſe, perſpiciet? Quis, inquam, Chriſtianorum non tantum illos imitari, imò conſtantia ac fortitudine animi non conetur ſuperare: præſertim cum certum habeat (quod incognitum fuit Ethnicis) reſurrecturos eſſe mortuos, mortique expenſo tributo, Dei filios vitâ beatâ in perpetuum eſſe potituros?

Remedia.

1. Rem eſſe de nihilo.

Si naſcatur triſtitia ex fortunarum jactura aut ſimili caſu: remedia quibus ratio uti debet hæc ſunt, ut ſcilicet doceatur *ob rem nihili & nullius momenti, dolorem concipi*: ſiquidem & bona hæc externa, & mundana gloria, ſi in ſeſe attentè ſpectentur, titivillitio ſunt viliora: etſi ab hominibus, iniquis æſtimatoribus, magni fiant qui in hac ſententia plurimùm hallucinantur: præſertim cum ſatis notum ſit, hanc æſtimationem prorſus eſſe naturæ contrariam, quæ paucis ſit contenta, nec quicquam ſuperfluum ambiat.

Intueamur ipſa hominis rudimenta. Cùm is in lucem editur, ſolo lacte contentus fovetur & recreatur: commodeque hoc uno veſci poteſt etiam toto vitæ curſu cum pane & aqua: quæ quidem regula à natura præſcribitur. At inexplebili appetitui & famelico abdomini, multa alia præter naturam deſiderantur; cùm hujuſmodi homines naturæ legem violantes, caninam famem ſibi ipſi ultrò contrahant, quæ nunquam expleri poſſit: at quo magis vorat, eò minus exſaturetur. Sic qui bonis & fortunis inhiant, nunquam tot opes ſibi accumulare poſſunt, quibus acquieſcant, ſed acervos acervis, nulla nec corporis intermiſſione & quiete adhibita, cumulant & ſuperimponunt. Atque id genus homines cum nunquam ſibi ſatisfaciant, in paupertate, quam fugere cupiunt, perpetuâ verſantur: nec felicem unquam vitam degunt, etſi totum etiam mundum poſſederint: ſiquidem in eo poſita eſt bonorum felicitas, ut quiſque ſua ſorte ſit contentus. *Felix qui ſua ſorte contentus.*

Præterea quî bonum illud dici poteſt, quod uno momento poteſt excidere & elabi? Deinde quam ſtultum & veſanum illud eſt, divitem jacturam bonorum ſuorum facientem, mœrore idcircò confici & triſtitia conflictari: cùm nihil è ſuis bonis perdiderit? Omnia enim mundi bona, ſic à Deo nobis cōcredita ſunt, ut quādo jubeat eorum reddere rationem, & reſtituere, nuſquam liceat detrectare.

Digitized by Google

Fruſtra igitur lugeat, aut deſperabundus indignetur, ſi commiſſi & depoſiti rationem Deus expoſtulet.

Hæc ſunt utique remedia, quæ animi Medicus iis proponere debet, qui hujuſmodi perturbationibus ex honorum & bonorum jactura conflictari ſolent.

2. Exempla ſociorum.

In documenta proponentur eorum exempla, qui ad ſummum felicitatis humanæ faſtigium evecti, in calamitatum & miſeriarum abyſſos tandem devoluti, & præcipites acti ſunt, ut his documentis addiſcant, quàm varius & inconſtans ſit rerum humanarum ſtatus: nihilque in hoc mundo ſtabile, unde nos promoveri aut mœroribus confici oporteat.

Crœſus Lydorum Rex inter potentiſſimos ſui temporis principes relatus, eo nomine à Solone correptus eſt, quòd ſuam beatitudinem in divitiis & opibus conſtitueret: illud enim certo certius ſummus ille Philoſophus ſibi perſuadebat, nullum, inter mortales, hominem exiſtere, qui ante obitum felix meritò nuncuparetur. Hæc tamen verba malè apud Crœſum audierunt, propter quæ Solonem tanto eſt odio proſecutus, ut ſuo regno eijceret & exulare cogeret, tanquam ſtultum hominem & omni judicio carentem. At tandem Crœſus à Cyro Perſarum Rege captus in bello, quod adverſus eum iniquius ac audacius, quàm par erat, ſuſceperat: tunc ſe hominem agnovit: cumque ſe buſto proximum cremandum videret, tum exclamavit, ô Solon, Solon: ſaluberrimi Solonis conſilij licet paulò ſeriùs recordatus. Cyrus Crœſo longè prudentior, & res humanas attentius pervidens, cum Solonis hanc vocem ex Crœſo audiviſſet, Crœſum ab incendio liberavit, & apud ſe toto vitæ tempore honorificentiſſimè habuit: inſtabilitatis & inconſtantiæ rerum mundanarum memor. *Quomodo Crœſus evaſerit ſupplicium.*

Nec incommodè id genus ægris, nempè graviore triſtitia ob bonorum jacturam ſeſe cruciantibus, opportunè objicitur Polycratis exemplum, ab Herodoto deſcriptum: Is Samiorum fuit Tyrannus, qui toto vitæ tempore non tantùm fortunæ alũnus dici poterat, at ipſemet fortunæ pullus, ab ea conceptus & editus, uſque adeò mundana omnia ex voto ſuccedebant & arridebant. Attamen cum mortem obiret infamem, probroſam & calamitoſam, quantæ infelicitati tandem fuerit mancipatus, cui bonorum omnium ſuorum auxilio non potuit eripi, ſatis ſuperque patefecit. Licet enim innumeris opibus ſcateret, illæ tamen non impedierunt, quin ab Oronte Perſarum Satrapa captus, patibulo miſerè & ignominioſè ſuffigeretur. *Miſerabilis interitus Polycratis.*

In ultimum exemplum afferemus M. Craſſum, qui ex inope dives factus, imò inter Romanos omnes opulentiſſimus, ut qui non vereretur jactare, ſibi neminem videri divitem, qui per annum integri exercitus impenſas non ſuſtineret, miſerandum tamen fatum immenſis ſuis divitiis nõ avertit, quin miſerè à Sureno Partho- *M. Craſſi exemplum.*

rum

Digitized by Google

rum Duce caperetur, captus bonorum omnium jacturam pateretur: quin imò à victoribus trucidaretur, & trucidati caput truncatum & amputata dextera ad Hyrodem Armeniæ Regem in trophæum mitterentur.

Hæc & ſimilia exempla eorum oculis ſubijcienda ſunt, qui hujuſmodi lethalibus ægritudinibus correpti ſunt ob amiſſos liberos, naufragia bonorum, honorum imminutionem, & aliquid aliud ſimile. Sic enim eorum fruſtra agitatus ſpiritus ob res nihili, quæ vel potentiſſimis hujus mundi principibus illuduntur, revocabitur, & in ſedem ſuam poſtliminio reſtituetur.

3. *Revulſio ſpirituum à triſtitia.*

In ultimum hujus malorum curandorum ſcopum, revulſio eſt ſpiritus à triſtibus cogitationibus facienda, quæ præſtabitur, ſi jucunda omnia, grata & voluptuoſa ægro exhibeantur: quod utique remedium aptiſſimum eſt, maximeque neceſſariū omni mœrori & triſtitiæ tùm ab externis, quàm internis cauſis ortæ.

Veri igitur medici in hujuſmodi malorum curam vocati officium fuerit: objecta grata ac animum recreantia, omnibusque modis ſpiritus exhilarantia proponere: ſive verbis facetis & delectantibus id fiat, ſive muſica vocali, aut inſtrumentorum harmonia, concentibusque ſummè mentem reficientibus, quæ ſpiritus & animum omni delectationum genere paſcunt & erigunt; iſta enim in hujuſmodi ægritudinibus ſummè conducunt, unde ſic canebat Menander:

Sermo enim eſt triſtitiæ remedium ſolus:
Triſtitiam enim benevolus ſcit mederi ſermo:
Sermo medicus eſt, quæ eſt in animo, paſſionis:
Animi ægrotantis eſt medicina ſermo.

Præter orationem, quæ non mediocri cuivis eſt ſolatio, diximus, & harmoniam muſicam, expreſſamque fidibus vocem, ſuis numeris concinnè adaptatis, & varietate rythmorum aures ac animum ſummè oblectantem, hujuſmodi morbis non parum ſuccurrere. *Muſica.* Cum enim ſimile ſimili plurimum afficiatur, animusque noſter ex Pythagoræ ſententia, ſit natura quædam ex harmonia & numeris conſtans, non modicum certè illis recreatur & juvatur in ſuis perturbationibus. Etenim in vocali muſica atque organica, tam exacta eſt numerorum, rythmorum hæc proportionum concordia (*ut Plutarchus, Boetius, Glareanus, compluresque recentiores muſici teſtantur, & ſcriptis ſuis docuerunt*) ut nihil ſit, quod magis animam permoveat & recreet, nihil quod per externas auras ſuaviter diverberatas, magis illam afficiat atque oblectet, quàm concentus, & exactæ proportiones: quas cum ingenti voluptate concipit, prout reipſa facilè comprobatur. Si aliquis quippe, qui quatuor aut quinque vocum eleganter temperatarum harmoniam ac melos auri-

auribus hauriat, præcipuè ſi à vocibus optimè ſelectis, canoris, & ſuavibus, ut in hac aula regia videre licet, proficiſcatur: is proculdubio mecum fateatur neceſſe eſt, nihil unquam elegantiùs aut ſuavius audiri poſſe, nec re ulla magis animos hominum permoveri ac recreari: cum vel ipſa anima propemodum à corpore, præ nimia dulcedine abſtrahatur, abripique videatur. Idipſum in choreis, emuncti judicij quilibet homo perſpiciet, in quibus mens delectatione rapta, tripudiare potius, quàm corpus advertitur. Neq; enim corpus ad modulos movetur, quin ab ipſa anima agitetur, ut elegantibus motibus hûc & illûc impellatur. Accedat hoc ſuperioribus miraculum, quod vel ipſos infantes ratione carentes, in gremiis ſuarum nutricum ad ſuaves ejuſmodi cantus, & inſtrumentorum muſicorum harmoniam, ſuapte natura moveri, ſuosque ejulatus videas compeſcere. At nunquid ipſimet ruſtici, vel agreſtiores homines, prorſus rudes ac terreni, recreantur ejuſmodi inſtrumentorum ſuavitate? Quid de belluis & pecudibus dicemus, nunquid conſtat hac melodia omnes paſſim moveri: ſed præcipuè aviculas, quæ ad hujuſmodi cantus partes ſuas præſtare & ipſæ velint, cantibusque ſuis melodiam iſtam imitari, aut etiam ſuperare conentur? Quod ſatis inter alias philomelæ aut luſciniæ, ſerini, ac acanthides teſtantur, quæ quò magis intonat harmonia, eo ſpiritus intenſiores edunt, vel media etiam nocte, ut victoriam tantæ ſuavitatis ac melodiæ reportare obnoxiè contendant. Hic factum, ut poëtæ, nec citra rationem confinxerint, ab Orpheo illo Thracio ſuaviter lyra modulante, arbores & rupes pellectas, & de ſuis motas ſedibus, arbores radicitus erutas, quæ tandem melos ſequerentur, belluas vel ferociſſimas cicuratas, & ad tactum lyræ abreptas atque leniſſimas redditas. Quæ utique Poëtarum fictio aliud nihil voluit, quàm admirandos harmoniæ muſicæ effectus repræſentare.

Quanta vis Muſicæ.

Orpheus Thracius.

Sed omiſſis fabulis *ad rem ipſam* veniamus, oſtendamusque, quanta ſit potentia hujuſmodi rythmorum & concentuum in morbis animi leniendis: Ac primùm *Saulem* Iſraelitarum regem intueamur: qui quotieſcunque humore quodam melancholico & furioſo ſpiritu agitabatur, ſola Davidis lyra demulceri & recreari poterat.

Saul Rex Iſraelitarum, lyra Davidis à melancholia reſtitutus.

Quin & in ictis Tarentulæ venenoſæ morſu, miram melodiæ & concentuum virtutem animadvertimus. Etſi enim varia pro varietate humorum in homine gignantur ſymptomata, omnia tamen cujuſcunque ſint generis inſtrumentorum ſono, & Muſicæ harmonia reſtitui ſolent. *Scaliger* 185. *ſuarum exercitationum adverſus Cardanum, & Matheol. 57. cap. 2. lib. Dioſcoridis, mira de ea prædicant.* De ea ipſa admiranda concentuum poteſtate ipſe differui. *4. libr. meorum poema-*

Muſica harmonia curat Tarentulæ morſum.

tum

Digitized by Google

rum, quæ magnum mundi ſpeculum inſcribuntur.

Atque hæc ſunt, quæ melancholiæ, & triſtitiæ remedia exhiberi poſſunt poſtrema, ab externa cauſa ſuſcitatis: quin & harmonia muſica, aliis quoque mœroribus ex atro humore & melancholico in nobis dominante, procreatis aptabuntur, & opportunè ſuccurrent. De cujus humoris curatione nunc nobis dicendum, prout alter ille humor, variè ſuis exhalationibus ſpiritus noſtros afficit, ex diverſo temperamento, quo quiſque præditus eſt, unde varij producuntur effectus, quales ſunt ſtultæ cogitationes, & variæ in phantaſia impreſſiones; quibus cerebrum multis modis perturbatur. Sive enim morſus tarentulæ alios ad riſum compellat facetum, juxta hominis temperamentum, ſive ex melancholico humore triſtitiam & luctum, ictis progignat; ſive ferociam, ſive ſtupiditatem, ſive mobilitatem, ſive garrulitatem, ſive furorem, aut quid aliud ſimile ex eodem temperamento ſuſcitet: quemadmodum ex ebrietatis effectis in vino repletis, varia vinorum ſymptomata progignuntur, diverſaſque, homines ebrietate correpti juxta ſuum ſinguli temperamentum, proprietates, geſtus aut geſticulationes edunt: ut alij inde garruli & faceti, alij lugentes], alij ridentes, alij ſaltitantes, alij ſtupidi, alij cogitabundi, alij dormiturientes, alij perpetuò vigiles, alij tripudiantes, alij furibundi conſpiciantur: Sic in

Varii melancholiæ effectus.

iis, qui à Tarentula feriuntur, res habet: quæ tamen omnia ſymptomata, ut diximus, harmonico concentu compeſci ſolent, juxta tamen humoris melancholici ægrum poſſidentis proprietatem.

Iam verò præter melodias, ut accuratè medicus ſuccurrat: perpendendum eſt, ex quo genere melancholiæ malum oriatur, ut aptum humori peccanti remedium adhibeat. Etenim alter ille humor, cum ſit præcipua & potiſſima hujuſmodi ægritudinum cauſa, danda eſt opera, ut præparantibus ac purgantibus medicamentis, iiſque melanagogis aptis & ſpecificis excludatur, cui rei opportunè adhibebuntur ſyrupus de pomis fragrantibus: violaceus, de bugloſſa, de epithymo, de cotoneis, de fumaria, ut ſint præparantia remedia, eaque vulgaria: quibus ſuccedat, quæ ſequuntur, remedia, lapis lazuli, helleborus arte ſpagyrica præparatus, ut decet, quæ non poſtremum virtutis locum occupant inter purgantia vegetabilia. Hiſce remediis exhibitis, ad revulſiones, ut derivatione, tranſeundum: quibus addantur poſtea, quæ leniunt & triſtitias demulcent, quæ hujuſmodi humore paſcuntur.

Sed nec tempus, nec locus, nec noſtra fert intentio, ut ſpecifica alia plura remedia, hîc attexamus, ſive interna, ſive externa, quæ tum ex vegetabilium, tùm ex metallorum familia, infinita erui poſſunt. Ea enim abundè aliquando Pharmacopœa

Dd 2 noſtra

Digitized by Google

hi cùm Lutetiam appuliſſent, rem cum D. Pena communicaverunt, qui malum confeſtim agnovit: facultatem videlicet imaginatricem eſſe vitiatam (quin imò æger ipſe fatebatur ſpiritali ſe morbo conflictari) atque ideircò non niſi mentalibus remediis juvari poſſe. Huic exemplò aſtipulatus eſt D. Pena, pollicituſque ſe idoneum excogitaturum remedium, quo reſtitueretur in priſtinam ſanitatem, & vindicaretur à ſpiritibus, qui ſingulis horis mortem aut graviſſimum malum intentarent. Hic multis ſtrophis utendum fuit, variaque ſtrategemata excogitanda, quibus huiuſmodi impreſſiones à phantaſia excluderentur: quòd eò difficilius videbatur, quo vir doctus & perſpicacis ingenii æger, volebat omnia ſibi communicari, quibus medici in curam uterentur: ſed tædioſum fortaſſe fuerit, ſi ſingula quæque fuſè perſequi velim: præcipua tantum huius rei capita attingam. Sic igitur in curam proceſſum eſt:

Confingendi fuerunt in libello characteres, & ſpirituum nomina, nec non perſuadendum, committendos eſſe fortiores ſpiritus, cum iis qui corpus torquebant, ut in hac pugna potentiores ex corpore debiliores ejicerent. Arriſit hoc medicandi genus ægrotanti: Interim dum tempus opportunum expectabatur adminiſtrandi huius remedii, alia præſcribebantur remedia, quibus indies utebatur æger ad atram bilem fugandam: atque id per aliquod tempus continuatum eſt, dum canicula occideret, & feliciores dies orirentur. Tandem medici ut rem ſuam peragerent, magnam aulam quandam ſelegerunt, ut illic & characteribus ſuis & invocatione ſpirituum, ac aliorum conjuratione confictis phantaſticam illam imaginationem exploderent. Ad hoc inſtitutum delectus eſt honeſtus & prudens quidam Chirurgus, qui invocati ſpiritus perſonam ageret, quique optimè calleret quid ſibi dicendum & faciendum eſſet. In quo loco horaque electa delineatus tandem eſt quidam circulus, aliæque adhibitæ ceremoniæ, quibus ſpirituum conjuratores & Necromantici uti ſolent, quas attentè obſervant. In medio circulo collocatus eſt æger, monitus ne quid reformidaret. Deindè poſt inſuſurrationes quaſdam & cœca murmura: convocatus eſt primò orientalis ſpiritus, ut accederet: eadem & meridionali ſpiritui facta eſt conjuratio, ſed fruſtra. Tertio demum loco, convocatus ille ſpiritus, qui opportunus videbatur, aſſurgit tunc prudens ille Chirurgus, latitans in quodam obſcuro illius aulæ loco: qui ſeſe in larvam ſpiritus dat conſpiciendum. Monetur rurſus æger ne quid metuat, qui ob ſpem & expectationem valetudinis, quam ex huiuſmodi præſtigiis certò præſagiebat futuram, reſpondit, nihil ſe reformidare. Tandem res ita peracta eſt, tamq; dextrè, ac artificioſè ducta, ut ſibi prorſus æger perſuaſerit, à ſe ſuos ſpiritus

Digitized by Google

prorſus excluſos & integræ valetudini ſe reſtitutum. Atque hac ratione & induſtria imaginatrix eius facultas prorſus depravata ad ſanam mentem revocata eſt. Nec tamen deſiit doctus Pena promovere confirmationem valetudinis ægri, remediis atram bilem purgantibus, ut reliquias omnes morbi excuteret. Tandem poſt menſem, prorſus expurgato huiuſmodi humore: & reſtitutus æger, cum doceretur ab atra illa bile falſam illam de ſpiritibus intra corpus opinionem temerè concepiſſe, erubuit, quod tam parum firma mente fuiſſet, & ingenio adeò debili lubricoq;.

Hæc recitata à me hiſtoria eſt, ut prudentes medici abſtruſorum huiuſmodi morborum remedia venentur, & artificioſis modis, ratione morbi ſedulò explorata, ſi quæ ſint eiuſdem generis, curationes aggrediantur.

Et ſic finitur Diætetica.

QUER-

Digitized by Google

QVERCETANI REDIVIVI PHARMACOPÆA GENERALIS SEV DOGMATICA.

Cap. I.

De Definitione Pharmacopææ & Alchymiæ.

Pharmacopæa eſt quæ docet medicamenta ad uſum medicum præparare. *Sive id fiat modo vulgari, quem Dogmaticum author vocat, ſive Spagyrico, quem Hermeticum appellat.*

N. Author noſter Querc. Pharmacopæam hanc Dogmaticam, reſtitutam vocat, quia conſtitutum ſibi habuit Medicamenta potiſſimum Dogmatico more præparata inibi deſcribere, eaque elaborationibus chymicis adornare. Verum nos conjungemus modum utrumque utpote qui non raro concurrunt: Nimirum non ignorarunt & Dogmatici Medicamenta ſimplicia impuritatibus eſſe immixta, adeoque ſeparationi puri ac impuri incubuerunt, atque eandem aliquatenus aſſecuti ſunt, ut patet *ex ſalium elixiviatione, ex Decoctorum, Syruporum, Infuſorum, &c. præparatione*, quæ operationes ſingulæ ad ſequeſtrationem puri ab impuro collimant. Nec in ſeparatione ſolum operam collocarunt, ſed & digeſtioni & fermentationi ſtuduerunt, v.g. in *Theriaca*, quæ fermentatione exaltatur. Quinimo *Hippocrates* in Auri potabilis ac Panacææ ſcientiam penetraſſe videtur; hujus enim mentionem facit in jurejurando; Quod autem ad pleniorem cognitionem non pervenerint, id peculiarem artem non conſtituit, ſed ſolum imperfectiorem.

Alchymia ſeu Spagyrica, eſt quæ omnium corporum compoſitiones & diſſolutiones, eorumque præparationes, alterationes, atque exaltationes patefacit.

N. *Alchymia* ut ab *Arabibus* ad nos devenit: ita quoque arabico inſcripta eſt Titulo: *Al* enim articulus eſt Arabibus. *Kadmiam* autem corrupto *Kamiam* artem nonnulli volunt à *Kadmo* derivatam; *Kadmum* porro fuiſſe *Hermetem* illum *Triſmegiſtum*, à quo & *Academiam* deduci putant. Aliis placet *Chymiam* vel *Chemiam* nominaſſe. *Chemiam* quidem à voce χημίας, qua olim Ægyptus teſte *Plutarcho*

tarihoin Oſiride cognominabatur, ab *Ægyptiis* enim ad *Arabes* eam propagatam eſſe veriſimile utique eſt. *Chymiam* vero à χύω fundo ſeu à *Chymos*, humor, quaſi artem fuſoriam diceres, eamque potiſſimum circa fuſionem ſeu elaborationem ſalis occupatam. Et his *Al* quaſi ἅλς, *Sal*, dicitur, inde *Halchymia*.

Spagyrica eadem dicitur, quod ἐκ τοῦ σπᾶν καὶ ἀγείρειν in extrahendo ſive ſeparando & congregando ſive coagulando tota occupatur.

Hermetica dominatur ab *Hermete* ſeu *Mercurio illo Triſmegiſto*, ſub cuius nomine vetuſtiſſima illa *Tabula Smaragdina* dicta, totius ſe chymicæ artis fundamentum, in manibus fere omnium verſatur.

Alchymia utitur ſeptem præcipue operibus, ſeu gradibus, quibus tanquam organis neceſſariis, rerum mutationes inſtituit atque perficit.

Per *tranſmutationem* hoc in loco intelligimus, cum res ſuam formam extrinſecam amittit, & ita alteratur, ut prorſus priori ſubſtantiæ & formæ ſuæ priſtinæ non ſit ſimilis, ſed aliam nunc induit formam, atque aliam aſſumit eſſentiam, alium calorem, aliam virtutem, aliam denique naturam, & proprietatem. Exemplum eſto, ut cùm linteamen fit papirus: metallum vitrum: pelles ſeu coria gluten: herba cinis: cinis ſal, & ſal liquor: mercurius res mobilis admodum, quoddam fixum, ut cinabrium, & pulvis. Septem autem iſti operationum gradus ſunt:

Calcinatio
Digeſtio
Fermentatio
Diſtillatio
Circulatio
Sublimatio
Fixatio.

De quorum omnium utilitatibus hîc maximoperè à nobis diſſeri nihil attinet, cum eæ in hoc opere paſſim ſint manifeſtandæ, & aperiendæ.

I. Q. *An Medicum deceat φαρμακοπωλεῖν?*

Sunt, qui intereſſe Reip. velint, Medicum à Pharmacopæo ita diſtingui, ut unus præſcribat, alter operetur, quia niſi eſſent diſtincti artifices, poſſet uterq; quando lubet ægrum impune occidere, poſſent ſinguli fel pro melle, venenum pro remedio propinare. Item, *Operationem Pharmacopæis relinquendã eſſe, ceu indignam Medici majeſtate, cuius eſt præſcribere non operari.*

℞. Antiquitas, contraria prorſus nos docet, nec uſque adeo deſides Medicos facit, ut omni labore illos liberet. *1. Antiquitas.*

Hippocrates ipſe eorum faciem conſpuiſſet, qui præparandorum ſuorum remediorum ſcientiam illi detraxiſſent, quorum utique veteres tam vigiles fuerunt cuſtodes, ut ea nequaquam publica facerent omnibus, ſed magna cautione ſibi aſſervarent, & filiis ac nepotibus ſeriatim tandem committerent, ac per manus traderent.

rent. Quod adhuc noſtro ſeculo, in quibuſdam familiis, inter Danos atq; alibi obſervari videmus, ubi nonnullæ familiæ hoc à parentibus longo ordine traditum habent, ut morſuum canis rabidi curationem calleant: aliæ epilepticum affectum ſanent: aliæ fracturas ac luxationes reponant, atque id genus affectiones privatim curent.

Celſus Latinorum omnium Medicorum facile princeps, atque altera Hippocratis ſimia *in præfatione ſui libri* ſcribebat ut *Hippocrates* ſui ſeculi lumen (quod divina eius ſcripta ubique teſtantur) inter primos fuerit, qui Medicinam à Sapientia vel Philoſophiæ ſtudio diſtinxerit, quam ante ipſum *Pythagoras*, *Empedocles & Democritus* (ipſius Hippocratis Præceptor) tanquam Philoſophi profeſſi erant.

Hippocratem ſequuti ſunt, (ut refert idem Celſus) *Diocles, Careſtius, Praxagoras*, *Chryſippus*: deinde *Herophylus & Eraſiſtratus*, qui tam varie medicinam exercuerunt, ut ab eo tempore illa in *Diæteticam*, *Pharmaceuticam & Chirurgicam* diviſa ſit, nec tamen illi ſingularum ſuarum ſectarum duces ac præclari Medici, ſeorſim vel *Pharmacopæorum*, vel *Chirurgorum*, vel *Diæteticorum* nomen aut titulum aſſumebant, ſed *Medicorum*, qui in officiis trium illarum partium ſedulo verſabantur, etſi *Diætetici Medici* primum locum obtinebant, quod potiſſimum rerum naturalium ſcientiæ incumberent, citra quam mutilam ac imperfectam medicinam judicabant, quos tamen ut nec ceteros pudebat aut tædebat, pharmacis manus intingere, quorum delicatuli multi ne oculis quidem præparationem intueri audeant, aut dignentur.

Dioclem & alios illius ſeculi Medicos ſequutus eſt *Serapio*, qui privatam *Empiricorum ſectam* inſtituit, ſe ipſum *Empirici* nomine inſigniens, evidentium cauſarum & experimentorum fundamento innitens. Quæ quidem ſecta non paucos habuit diſcipulos, nec infimæ notæ homines. At eam amplexi ſunt *Apollonius*, *Glaucius*, *Heraclitus*, *Tarentinus*, ac alii complures. Qui quidem inſignes Medici omnes non abhorrebant à remediorum præparationibus & eorum adminiſtrationibus, prout ex illorum formulis, apud Græcos authores paſſim deſcriptis, colligere licet, ipſorum nominibus inſignitis. Quin illis parandis & exhibendis ſumma cura ipſimet invigilabant: eaq; experientia probata alii nemini, quam ſuis in manus tradebant, aut mutuo ſibi impertiebantur, nec niſi multis precibus expoſtulata: adde etiam illorum quam plurimos ſic ſibi ſolis ea aſſeruaſſe, ut non niſi poſt obitum ſuum, copiam ulli fieri religioſe vetuerint: ne dum ea Pharmacopæis publice evulgarint, aut illorum præparandorum aut exhibendorum curam eis commiſerint. *Nunquid igitur operatio Pharmacopæis relinquenda erit, indigna Medici Majeſtate, cuius eſt præſcribere non operari.*

Sicci-ne perſonata Medicorum Majeſtate & fallaci pompa morbi profligabuntur? Quid ſi rus illiuſmodi *2. Neceſſitas ſi deficiat Pharmacop.*

farinæ Medici ad inviſendos ægros accerſantur, ut ſæpe fit, ubi deſiderantur *Pharmacopæi & Chirurgi*, ibique morbus vigeat, nec ullas patiatur inducias, ſed promptum auxilium expectat? Quid iſthic agat medica majeſtas venerabilis Doctoris? An illum faſtum morbis reformidet, à quo iugulari ægrum neceſſe ſit, ſilente ſic turpiter Medico? Meretur ne ignarus iſte medici celebris nomen? Quis tibi Cenſor tuæ profeſſionis homo hoc concedat? quinpotius, quis te non laceſſat & jure criminetur, qui videat talia verba ore tuo excidiſſe? Nunquidis, qui venam opportune ſecare, & apte apoſtema aperire, ulcus aut vulnus tractare, chirurgique officio, cum urget neceſſitas, defungi novit, aliaſque id genus operationes exercere; quique & medicamentorum præparationes callet, eaque ſemper parata ac experientia tuta in promptu habet, & ſecum circumfert, verius celebris Medicus dicatur & agnoſcatur? An majeſtas & pompa, helleniſmus & latiniſmus medici nomine tenus, non re (ut qui & morborũ curandorum rationem ignorat, & remediorum vim ac præparationem) Medicum reddet aliquem, qui præcipuis aliis dotibus, & veluti medicinæ anima, quæ inappoſite, cito & tuto curando poſita eſt, careat & plane ſit deſtitutus? Nunquid forma facit id, quod res eſt, non ſimulachrum adumbratum rei?

Si medicamenta varianda. Quid igitur agant Medici, quorum non eſt operari, ubi pro regionis, locorum, perſonarum, affectuum ratione varianda ſunt medicamenta, eorum præparationes, concinnationes, formæ: ut pro circumſtantiarum conditione auxilia mutentur & convenienti forma ac grata ægris exhibeãtur? Quæ quidem obſervationes non niſi longo uſu ac operationum experientia comparatæ, quum in iſtis Pſeudomedicis deſiderentur, quid ab illis expectetur aut ſperandum ſit? Faceſſat igitur faſtuoſa iſta Majeſtas, nec non κενολογία Cenſoris, cum ad rem nihil, quam ad aucupandos loculos faciunt. Sic enim ſentiebat *Celſus*, quum ſcribebat, ingenium & facundiam vincere, morbos autem non eloquentia ſed remediis curari. Quæ ſi quis elinguis uſu diſcreta bene norit, hunc aliquanto majorem Medicum futurum, quam ſi ſine uſu linguam ſuam excoluerit. Idem alibi dictat, verum eſſe ad ipſam curandi rationem, nihil plus conferre quam experientiam. Quę quidem experientia nõ levi aliqua induſtria, aut ex ſedẽtaria arte, ſed perpetuis vigiliis, aſſidua operatione prudentiq; obſervatione, inter arma, Xenodochia & peregrinationes lõginquas, ad colloquia cum variis Doctoribus ac præclaris viris ineunda, ſuſceptas, comparatur.

Scribonius Largus in ſuo de Compoſitione Medicamentorum libro, Cato Iulio Caliſto dicato, ſic loquitur: *Inter maximos quondam habitus Medicos* Herophilus Cai Iuli Caliſte *fertur dixiſſe medicamenta divinum munus eſſe, & id quidem non ſine ratione, ut mea fert opinio. Prorſus enim quod tactus divinus efficere poteſt, id præſtant medicamenta, uſu experientiaq; comprobata. Animad-*

vertimus

vertimus itaq; ſæpe inter deliberationes, contentioneſq; Medicorum authoritate præcellentium, dum quæreretur, quidnam faciendum, aut qua ratione ſuccurrendum eſſet ægro, quoſdam humiles quidem, & alioqui ignotos, uſu vero peritiores, & (quod fateri pudet) longe ſummotos à diſciplina medicina, ac ne affines quidem eius profeſſiones medicamento efficaci dato, protinus velut præſenti numine omni dolore periculoq; liberaſſe ægrum. Quamobrem ſpernendi ſunt, qui Medicinam ſpoliare tentant uſu medicamentorum, non à medendo, ſed à potentia effectuque medicamentorum ita appellatam: probandi autem qui omnimodo ſuccurrere periclitantibus ſtudent. Ego certe aliquoties magnum ſcientiæ titulum conſecutus ſum ex uſu proſpere datorum medicamentorum: Multoſque ex eadem cauſa non mediocrem gloriam tuliſſe memini. Eſt enim hæc pars Medicina, ut maximè neceſſaria, ita certè antiquiſſima, & ob hæc primùm celebrata ac illuſtrata.

Paulò poſt autem, ubi declaraſſet ex quorundam teſtimonio, *Aſclepiadem* non uſque adeò firmam remediis, à ſola diætetica medendi ratione petitis, fidem habuiſſe, ut prorſus quæ à Pharmacia impertiri poſſunt aſpernaretur, hęc quæ ſequuntur adjicit de ipſo *Aſclepiade, in libro* ϖαρασκευασμάτων inſcripto, id eſt, præparationum, ubi contendit ultimæ fortis eſſe Medicū, ſeu indignum Profeſſione Medicinæ, qui non ad ſingula quæque vitia binas ternaſque compoſitiones, & expertas protinus paratas habeat.

En quæ ab ipſo *Aſclepiade & Scribonio Largo* noſtri cenſoris Majeſtati in faciem exſpuuntur, ut qui Medici nomine prorſus indignum judicet eum, qui omnium operationum ad Medicinam facientium prorſus expers ac imperitus ſit: Qui ſi inſolentiùs in ſui defenſionem prioris ſuæ tam præclaræ ſententiæ clypeum opponat, quæ fert Intereſſe Reipub. *Medicum à Pharmacopæo ita diſtingui, ut unus præſcribat, alter operetur: quia niſi eſſent diſtincti artifices, poſſet uterque quando lubet, ægrum impunè occidere, poſſent ſinguli fel pro melle, venenum pro remedio propinare.* Quid aliud, quàm omnium Medicorum & Pharmacopæorum iras in ſe exacuat, quos tam improbæ fidei notat, ut, ſi ſeorſim operentur ac medicentur, non ſaluti ægrotantium reſtituendæ, ſed morti accelerandæ, de induſtria ſtudeant? Quis huiuſmodi calcipodiatorem ſuo calceo alios calceantem ferat? Nunquid omnis Medicus famæ ſuæ integræ ac ſinceræ conſcientiæ ſtudioſus in capillitium hominis involet, ut oculos etiam eruat? Satis Argumenti Cenſor toti Academiæ Medicæ ſuggeſſit, ut in ipſum omnibus nervis inſurgat, qui tam iniqua de Medicis & Medicina (ſanandi non nocendi ſcientia) non comminiſci modò, ſed publicè etiam promulgare auſus eſt: quaſi verò non potuerit cogitare, etſi præſcribit ſalubria Medicus, poſſe à Pharmacopæo in perniciem ægri adulterari, ſi malæ mentis homo eſt, & Medicus procul abfuerit. Quaſi verò longè nobilior & verior ratio diſtinctionis utriuſque officii afferri non potuerit, ut nempe rebus præparandis ac peragendis

Pharmacopæus adeſſet, & levaret tanquam miniſter tædia & moleſtias Medici, qui tot diſcerpi occupationibus nequit, ut ſimul multos ægros inviſat, & illis ſua remedia paret. Quibus officiis unus Medicus par & ſatis eſſe non poteſt. Quis auſit animo concipere, Medicos uſque adeò eſſe ſceleratos, ut ad necandum potiùs, quàm ſanandum, Medicinæ incumbant? Nunquid ſanius, & magis Chriſtianum, ex regula charitatis fuerit, eos judicare, artem ſuam magnis laboribus & ſumptibus didiciſſe, ut humanæ Reip. proſint, cùm omnes alii artifices eò ſuas artes candidè referant?

Idcirco dicebat idem *Scribonius* eadem epiſtola: *Nec hoſtibus quidem malum medicamentum dabit: Sed perſequetur eos, cum res poſtulaverit, ut miles, & civis bonus omnimodè, quia Medicina nõ fortuna neq; perſonis homines æſtimat, verùm æqualiter omnibus implorantibus auxilia ſua opitulaturum ſe pollicetur, nullique unquam nocituram profitetur.*

Hippocrates Conditor noſtræ Profeſſionis initia diſciplinæ *à Iureiurando* inchoavit: quo ſancitum eſt, ne prægnanti quidem medicamentum, quo conceptus protrudi poſſit, aut detur aut demonſtretur à quoquam Medico, longè præformans animos diſcentium ad humanitatem.

Tantum igitur abeſt cenſor, ut operandi peritia Medicos ſpolies, & ad Pharmacopæos medicamentorum præparationes, tanquam Medico indignas transferas, ut contra ad pecudes ille ſit ablegandus, ne dum illuſtri Medici titulo inſigniendus, qui medicinam jactitat, cuius uſum in auxilium ægrotantium neſcit, & omnis remedii, operationis ac præparationis eſt ignarus.

Longe aliter res ſe habeat antiquorum Medicorum ſeculis, quos operationes ſuas (*ne dum ut eas majeſtate & nomine ſuo indignas putarent, ut judicat cenſor*) tanti feciſſe conſtat, ut celeberrimi quique Medici, nec non Reges ac Principes medicinæ ſtudioſiſſimi, præparationes, operationes ac compoſitiones medicamentorum, quas ſuis manibus ipſi elaborabant, nominibus ſuis tanquam à ſe profectas, inſigniri voluerint, adhucque nomen retinuerint, quibus indies ipſi utimur. Cuius rei fidem faciunt tot remedia, celeberrimis totius antiquitatis Medicis attributa, tanquam eorum authoribus, inventoribus ac artificibus, *Hippocrati* nempe *Chryſippo, Herophilo, Aſclepiadi, Serapioni, Apollonio, Glaucio, Heraclidi Tarentino* aliiſq; compluribus, quibus non tantum illa, quæ diximus, ſed infinitę compoſitiones, tanquam eorum geniturææ acceptæ ferendę ſunt, ut diverſæ illæ *Hierarum ſpecies*, quæ *Antiocho, Galeno, Archigeni, Tralliano, Longadio, Iuſto, Conſtantino* adſcribuntur, quod ex eorum officinis profectæ ſint, quemadmodum *Mithridatum à Mithridate, Theriaca Andromachi ab Andromacho, Athanaſia Adriani ab Adriano, Philonium à Philone, Elect. Iuſtinum à Iuſtiniano*, & id genus infinita alia ab aliis excogitata & elaborata ſunt: qualia ſunt etiam Recentiorum auxilia ac compoſitiones, ut ex eorum nomine

Reges nomina medicamentis ſuis impoſuerunt.

Digitized by Google

nomine cognitæ & nobis uſitatæ, à *Meſue*, *Nicolao Myrepſo* aliiſque deſcriptæ, quarum inventio & adminiſtratio *Græcis*, *Arabibus & Latinis* arrogatur, ut ex eorum ſcriptis videre eſt: quarum tamen cognitio non niſi multo poſt illorum obitum prodiit in publicum.

Sed videamus, quid *Scribonius Largus* ſeorſim de *Hiera Pachij* magni nominis Medici ſcribat, qui Romæ temporibus Tyberij floruit; qui quidem *Scribonius* 23. *cap. de Compoſ. medicamen. libri*, breviter tractans ac diſſerens de *Hiera Pachij*, admirandiſque ejus effectis, in cura variorum ac graviſſimorum affectuum, quos ordine enumerat, ac eodem capite deſcribit, ſic loquitur; *Fecit* (inquit *de Pachio* ſcribens) *magnos quæſtus ex ea, propter crebros ſucceſſus in vitiis difficillimis. Sed ne hic quidem ulli, dum viveret, compoſitionem dedit. Poſt mortem autem ejus, Tyberio Cæſari per libellum ſcriptum ad eum, in publicis bibliothecis recondita, venit in manus noſtras, quam antea nullo modo extrahere potuimus, quamvis omnia fecerimus, ut ſciremus quæ eſſet. Ipſe enim incluſus componebat, nec ulli ſuorum committebat. Plura enim quam recipit ipſe contundi jubebat figmenta, fallendi ſuos cauſa, hanc poſtea nos ſcivimus: quæ* (ut ſane *in libello* ipſe fatetur) *non à ſe inventa, ſed uſu exactiore comprobata data perficeret.*

Addamus & quod idem *Scribonius de remedio quodam in colicum affectum* ſcribit, à *Caſſio Medico*, quodque de pleriſque aliis auxiliis refert, unde videre liceat ab antiquis Medicis celeberrimis, ſua propria manu remedia parari, nec aliis eorum præparandorum commiſſam fuiſſe curã, quod pretioſiſſima, & tanquam ſingularia arcana haberent, & ſibi ſolis aſſeruarent. Qui ſi hodie viverent, ſcilicet tam gravi iſti noſtri Cenſoris ſententiæ ſuffragarentur, ac ſubſcriberent: quam imperioſe ſic tonat magiſter noſter: *Attamen operatio Pharmacopæis relinquenda erit, indigna Medici Majeſtate, cujus eſt præſcribere, non operari.*

Ergo quis te ferat ita inconſultò in præceptores tuos injurium? Quos conſtat ita parandis remedijs, hoc eſt, *Pharmacopææ*, inſudaſſe, ut ſuis manibus operationes ejuſmodi attrectarẽt & verſarent, ægris ipſimet Doctores auxilia exhiberent, & ſi quæ arcana medica callebant, ſibi ſolis ea aſſervarent, vel ita alijs impertiebantur, ut nõ niſi ſagaciſſimo Oedipo enucleatore fas eſſet ſuis involucris expedire. Habueruntne *Hippocrates & Galenus* diſtinctos Pharmacopæos? aut, cùm ipſimet miniſteria iſta obirent, putarunt ne ſibi dedecori verti, aut, ut tu delicatulus cenſes, de majeſtate ſua & reverentia detrahi? Proh vanitatem, cujus vitia quam plurima ignoras. Quam turpe eſt Medico, ſibi Doctoris titulum arrogare, & materiam, qua uti debet, modumque illius parandæ ac adminiſtrandæ ignorare, patique ſe à miniſtris ſuis ſuperari? An ignoras, experientiam rerum eſſe magiſtram?
Ergo Pharmacopæus eam callens,
Magiſter erit, tu verò bru-
ta ſtatua cathedræ af-
figeris.

Digitized by Google

Cap. II.

De medicamentis in genere.

Objectum Pharmacopææ eſt Medicamentum.

Quid medicamentum Galeno.

MEdicamentum Galeno, *& omnibus* Dogmaticis medicis, *eſt id omne quod naturam noſtram immutare, & quocunque licet modo vincere poteſt.*

Hoc autem vel ſimpliciter tale *eſt, vel* ſecundum quid.

Simpliciter tale *purè medicamentum dicitur, quod verè & ſemper cum definitione modò allatâ adæquatur & convertitur.*

Secundum quid *medicamentum, licet non ita propriè, dicere poſſumus, omne id, quod cum alimenti natura quovis modo, vel aliqua ſui parte participat. Ejuſmodi appellantur* medicamenta alimentoſa, & alimenta medicamentoſa, (abſit Medicis terminis novitatis invidia) *de quibus aliàs, quæ etiamſi lubet, commodè huc referri poſſunt.*

Medicamento velut è diametro eſt oppoſitum *alimentum: illud* enim immutat, *hoc* ſimile fit. *Mutare & aſſimulare* ſunt contraria. Ergo & illa quę hoc efficiunt. Iam verò medicamentum de utroque intermedio, *hoc eſt, de medicamento alimentoſo, & alimento medicamentoſo* recedit, atque participat, ſic etiam & alimentum. Sed id ea lege atque conditione, ut medicamẽto adfinius ſit medicamentum alimẽtoſum: alimento alimentum medicamentoſũ, cujus rei ratio infra dicetur.

Differentia inter medicamentum & alimentum.

De medicamento hoc opere propoſitum eſt agere, ſive propriè, ſive impropriè ſumpto, non autem de alimento. Placuit tamen hæc in tractationis limine ita diſtinguere, juxta illud accuratum *in Tropicis Ariſtotelis* decretum, « contemplatio differentiarum utilis eſt, & ad inductivas rationes, & ad ſyllogyſmos & ad definitionum aſſignationem, & ad claritatem ſecundum eam rem faciendam. » *1. Top c. 14.*

Iam verò omne medicamentum, aut ſimplex *eſt, aut* compoſitum.

Simplex *appellant medici, non tantùm id, quod purè & ſimpliciter tale eſt, cujuſmodi* ignis purus, aqua impermixta, aut tale quid aliud: *& in Spagyrica*, ſal, ſulphur, & mercurius: *ſed quod ad compoſita collatum, tale eſſe videtur reſpectu eius, quod magis compoſitum eſt: ut verius, ſimpliciùs dicas, quàm abſolutè ſimplex.*

Medicamẽtum eſt vel ſimplex vel compoſitum

Compoſitum *autem eſt omne id, quod ex ſimplicibus prædictis concinnatum eſt.*

Vtriuſque exempla hæc ſunto:

Simplicia ex mineralibus ſunt, metalla, ſucci, lapides: *ex vegetabilibus*, ſtirpes omnes, earumque partes, radix, lignum, cortex, folia, flores, fructus, ſemina, juli, excrementa, reſinæ, gummi, herbarum ſucci, *denique quicquid à ſtirpibus quocunque tandem modo procedit.*

Ex animalibus ſunt, vel integra, vel partes Integra ſunt ſcinci ſeu aſelli, lumbrici; ſcorpiones, cantharides, *aliaque plurima: Partes eorum ſunt* adipes, cornua, oſſa diverſa, pili, ſanguis, pulmo-

Digitized by Google

pulmones, ventriculi, lienes, uteri, jecinora, excrementa, &c.

Hæc, *inquam*, omnia naturalia ſimplicia in officinis appellantur, quæ nullam adhuc præparationem ſunt experta. Sunt namque & alia etiamnum in Pharmacopœorum officinis dicta ſimplicia, non tamen à natura ſed arte parata, ut *aquæ ſtillatitiæ ſimplices, olea ſimplicia, ſyrupi ſimplices, & his ſimilia*, quæ collatione cum magis cõpoſitis ejuſdem formæ medicamenti talia dicuntur, viceque verſa, compoſita dici merentur. Horum omniũ cognitio exacta, medico Dogmatico non tantùm utilis eſt, ſed etiam neceſſaria, vel ipſo *Galeno Dogmaticorum medicorum omnium corypheo* multis in locis illud atteſtante. [*com. 3. in aph. 1. lect. 5. & 6 Epid.*] Idem Galenus hanc methodum medicamenta præparandi, atque componendi fuse ac doctè tradidit in ſuo opere de compoſitione medicamentorum ſecundum genera.

Medicamentorum materia unde ſumenda & quibus modis in medicum uſum aptãda ſit.

Porrò medicamentorum omnium tum ſimplicium, tum compoſitorum materia; vel ex mineralium, *vel* ex vegetabilium, *vel denique* ex animalium *familia depromitur, ut jam dictum eſt.*

Quorum omnium perfecta cognitio conſiſtit, in delectu, præparatione, mixtione, compoſitione, quantitate, proportione, atque forma; *& præterea in omnium tàm ſimplicium, quàm compoſitorum* adminiſtratione, atque uſu legitimo.

Electio *ex arte fit, indicatione ſumpta à ſubſtantia medicamenti, vel ut nuperi quidã profundiùs philoſophantes voluerunt, à totius ſubſtantiæ proprietate, à qualitatib. omnis generis, earumque gradibus, primis, ſecundis, tertiis, quartis, horumque latitudinibus: à quantitate, numero, figura, ſitu, loco: & poſtremò à tempore tum durationis, tum collectionis, quæ omnia brevitatis cauſa fuſiùs hîc non exponemus. Sed de his conſulendi ſunt veteres*, ut Theophraſtus, Dioſcorides, Galenus, Meſues, & alij, *qui de medicamentorum præparandorum ratione ſcripſerunt.*

Præparationem verò, mixtionem, compoſitionem, quantitatem, ſeu *doſim, proportionem* atq; *formam* nos in progreſſu docebimus.

Cap. III.

De cauſis compoſitionis medicamentorum, ſecundum doctrinam Dogmaticorum.

NOn avaritiæ, aut hominum voluptatis inventum eſt compoſitio medicamentorum, uti *Plinius* clamitat, & more ſuo, haud ſemel tragicè, tanquàm officinarum commenta perſtringit: Sed eorum qui dogmaticam medicinam tuentur, atque ſectãtur (quam ſuo loco, ſuo tempore, ſua occaſione ritè cum ſpagyrica contemperatam, probatiſſimam & nobiliſſimam cenſemus) ſummo conſilio, ſumma prudentia, ſummaque tam neceſſitate, quàm utilitate adinventa atque introducta. Nam ipſæmet morborum vel ſimplicium, vel compoſitorum naturæ, qualitateſque contrariæ, & variæ citra eas intentiones

(pro

(pro varietate cauſarum, ſymptomatum, partium affectarum, naturæ ægrotantium, conditioneque eorundem, pro ætatis vigore, conſuetudine: addam & illud ſi iubet, pro voluptate, & placito eorundem) medicamentorum compoſitioni anſam præbuerunt rationemque ſuppeditarunt.

Sed ut liberè fateamur, quod res eſt:

Compoſitionis medicamentorum, præcipua cauſa fuit, & eſſe debet, ut commodiùs, citiùs, atque jucundius morborum curatio procedat: juxtà illud, quod in votis habuit ſummus medicorum dictator:

Citò, tutò, jucundè.

At etiamnum urgentior cauſa fuit.

2. Cauſæ morbi. *Vt diligentius, & quo fieri potuit maximè circumſpecto artificio reſpicerent ad impugnationem cauſæ morbificæ*: nimirum ut adhuc influentem materiam repellerent, naſcentem prohiberent, crudam coquerent, craſſam inciderent, atque attenuarent, infractam liberarent, extirparentque, ut eleganter hanc rem explicat *Galenus cap. 5. lib. 1. de comp. med.* ſecundum genera.

Interim dum hæc omnia fiunt ad partium ſitum, naturam, robur vel debilitatem, reſpicere par fuit.

3. Partis affecta. Hæc, inquam, omnia occaſionem & neceſſitatem quoque pepererunt compoſitionis diverſorum medicamentorum Sunt & plurimæ aliæ cauſæ, quæ hanc medicamentorum mixtionem introducere medicos Dogmaticos coëgerunt. Nam ut omittam alias plurimas, quid non ſuadere videbatur ad hoc inſtitutum partium effectarum diverſitas, diſtinctaque conditio, ac interdum etiam contraria? Quid, inquam, antiquos compulit, ut ſua πολύχρηστα pararent atq; concinnarent? quæ ſanè ab ipſomet *Galeno* laudantur, & commendantur, *ca. 7.* ſecundum locos & *ca. 1. de compoſ. med.* ſecundum genera.

Enim verò partis affectæ præſtantia eandem *medicamentorum compoſitionem iure optimo ſibi vindicavit.* à Præſtantia.

Hæc ratio, hoc judicium, iſta denique neceſſitas (*quam ſecundum quid, & propter melius vocant philoſophi*) ſuaſit, & quaſi coëgit eos, & affectibus, vel ventriculi, vel hepatis accommodatis medicamentis perpetuò reſolventibus, aut aperientibus, roborantia, & modicè adſtringentia conjungerent. Hoc ſanè ipſemet præcipit *Galenus*, ut paſſim, ſic potiſſimum *lib. 1. de compoſitione med. ſec. loc. ca. 8. & ca. 15. l. 13. meth. med. & cap. 95. artis parvæ.*

Proprietas. *Sic medicamenta etiam ſæpiſſimè miſcentur, quæ* proprietate *quadam ſpecifica partes reſpicientes, aliorum vires ad affectas partes ferant.*

Sic in medicamentis, quibus in affectibus capitis utimur, cephalica admiſcemus, ut & in remediis, quæ cordis, ventriculi, hepatis, lienis, & uteri affectibus conducunt, cardiaca, ſtomachica, hepatica, ſplenica, hyſterica admiſcentur, ut ex *Galeno lib. de comp. med. ſec. gen. ca. 1.* intelligere licet.

4. Medicamenti noxia habilitas. *Præterea miſcentur quoque medicamenta, quando ſimplicia propter vi-*

craſſi-

craſsitiem, aliamve quandam ob cauſam ad partem affectam internam non pervenire, aut certè vix & ægrè pertingere poſſunt.

Idcircò parant ſua oxycrata: & metallicis tritis acetum admiſceri jubet ipſemet *Galenus* [*c.1.lib. 8. de comp. med ſec.gen.*] quo nimirum facilius ad intima uſque penetrare poſſint.

Sed & huic mixtioni ſimplicium ſtudere, ipſa quoque neceſsitas compulit Dogmaticos.

Aliena facultas. Nam cum perciperent plurimis medicamentis ſimplicibus, maximè verò purgantibus ineſſe aliquam malignitatẽ, coacti ſũt multa addere, quę eam corrigerent, aut ſaltem infringerent, & palato atque naribus gratiam aliquam commendarent, atque ingrati ſaporis, ac nauſeabundi moleſtiam vel reprimerent, vel certè quodammodo obfuſcarent [*Gal. teſte cap. 3. l. 8. ſecund. loc. & com. in aph. 11. l. 2. & de rat. vict. in acutis.*]

Durabilitas neceſſaria. *Et quoniam medicamenta non præparantur ſolum in rem præſentem, ſed etiam in uſus futuros, nempè ut quovis tempore, & quavis occaſione ſint in promptu: ideò, ut & multis aliis de cauſis reſervare ea pharmacopœi conſueverunt:* idque *etiam ex ſummi dictatoris conſilio* [lib. de decenti ornatu.]

Quare ne putredinem contrahant, ſuis compoſitionibus ea admiſcent, quæ humiditatem excrementitiam, putredinis authorem, exſiccent, & abſumant; ut ſic integra ad pluſculos non ſolum menſes ſed & annos, viribuſque valentibus conſervari poſſint. Qua de cauſa mel, ſaccharum, ſal, & his alia ſimilia commiſcenda cenſent.

Porrò ſi quis alias compoſitionis medicamentorem cauſas, & quæ ad legitimam medicamentorum mixtionem comparandam requirantur, exactius ſcire velit, conſulat *Meſuem in principio Theorematis ſecundi.* Exactè etiam legat *Galenum in locis citatis*, ut illius hac de re mentem conſequatur. Cujus tamen fundamenta & inſtitutum, paucis etiam hoc loco libet delineare.

Galenus itaque poſtquam morbos ex intemperie ſimplici & nuda ſubortos, & cum materiæ affluxu introduxiſſet, ſymptomatum manifeſtis injuriis animum adhibens, humorũque vitia, ex quibus morbi derivantur, in ipſorum *copia, aſperitate, viſciditate, craſſitie, mollicie, cruditate*, collocaſſet, iſtis adverſa opponenda eſſe remedia ex lege contrariorum cenſuit. Itaque alteratis & intemperatis, *calida, frigida, humida, ſicca*; cauſarum vitiis *expurgantia, attenuantia, incidentia, relaxantia, conſtringentia, concoquentia*, & his ſimilia opponenda eſſe decrevit. Saporum proinde beneficio, & applicatione (unde indicatio illa à juvantibus & lædentibus) *partim* etiam priſcorum experientiam, *partim* propriam induſtriam, aut etiam empyricorũ, *partim* analogica quadam ratione, atque cõjectura ad ejuſmodi virium atque facultatum cognitionem pervenit. *Cauſa comp. Galeni.*

Iam verò poſtquam idem *Gal.* (quâ erat ſummâ induſtriâ atque ingenio præditus) deprehendiſſet in unâ ſimpli- *Quid Galenum moverit ad*

medicamẽtorum compoſitionem. ſimplicique ſubſtantiâ interdum diſſimiles,& contrarias ineſſe proprietates, hîc correctione atque retuſione alterutrius obſiſtẽdum eſſe iudicavit : (quamvis contrarias illas qualitates leviuſculè tantùm, & velut per tranſennam ſolummodò attigerit :) hoc autem aliter fieri non poſſe putavit, quàm admiſtione alterius alicujus, vel unius, vel plurium.

Rurſus quia in medicamentis ſimplicibus vel pauca, vel nimia inerat vis agendi, aut odores & ſapores erant ingrati, aut facultates contrariæ, omnia obſtacula hæc ſuſtulit mixtione & compoſitione jam à nobis commemorata. Itemque violentis remediis proprias & anodynas correctiones attulit: venenatis & malignis confortantia & cordialia adjunxit : ingratamque remediorum amaritudinem cũ mellis, & ſacchari fœcunditate ab Arabibus deprompta, in quandam dulcedinem, ſed ut ingenuè fatear, pleriſque nauſeabundam transformavit.

Atque hæ ſunt cauſæ, & potiſſima rationes dogmaticorum, cur ſua medicamenta miſcerent, cur tot compoſitiones ſuis Pharmacopœis parandas, & tot pyxides, phialas, ſcatulas, atque ollas medicinis refertas ad uſum reſervandas præciperent: quibus non tantum ſe adductos volunt, ſed omnes reliquos, qui medicinam profitentur, empiricos appellantes illos, atque ignaros, qui hiſce non tanquam delphicis quibuſdam præceptionibus confidunt. At mehercule, ut non uſque quaque improbo ordinem talem in ordine præſcriptum, ita tyrannidem inconſideratam omninò abdicandam cenſeo. Toleranda ſanè eſſet vel illa, ſi non ut habet ἀδάγιον, ut plurimum, aliud in ſcripto aliud in pyxide, *reperiretur.*

CAP. IV.

Ordo & claſſis omnium medicamentorum vel arte vel ratione compoſitorum.

Conſuetum eſt hodie officinis, & quaſi in legem abiit, pharmacopœorumque hodie præcipuam curam, ſummumque ſtudium eſſe novimus, ut ad omnis generis affectus peculiaria ſibi remedia parent, eaque in officinis, ceu theſauros quoſdam, in uſum dogmaticorum medicorum adſervent. Nimirum ut felici operis ſucceſſu, id poſtulante neceſſitate in promptu ſtatim habeant, quo artis nominiſque ſui dignitatem & gloriam augeant, atque tueantur. Veteres quidem, in domo ſua conficienda curabant remedia, quibus in caſu præcipiti uſuri eſſent, vel etiam ex tẽpore, ſi morbus daret inducias. At hodie, quia ſeparata habetur ferè pharmacopœa à medicinâ, hæcque à liberali diſciplinâ, non mirum ſi deſciverit (excuſent, quæſo, modeſti & prudentis ingenij viri) ferè in mechanicam : quod pharmacopœorum inſcitiæ tribuendum eſt, qui nullo judicio, conſilioque medicorum doctorum directi, ſua parant medicamenta. Sed aliter eſt melius multò ab iis, qui reipſa veri ſunt pharmacopœi, quique nihil niſi ex arte & præceptorum authoritate & imperio ducti agunt, talia parari ſolent. *Veteres non publicè in officinis, ſed domi privatim ſua medicamẽta præparabant.*

Catalogus medicamentorum, quæ hoc libro continentur.

Aquæ
Decocta
Vina
Aceta
Oxymelita
Hydromelita
Syrupi
Purgantia ſ. Electuaria
Pilulæ
Pulveres purgantes
Vomitoria
Clyſteres, ac olea purgatoria.
Caputpurgia }
Naſalia }
Apophlegmatiſmi }
Eclegmata }
Confectiones aromaticæ, ſeu ſpecies roborantes.
Tabellæ
Trochiſci
Condita }
Opiatæ }
Conſervæ }
Antidot. liquid. card. & robo.
Antidot. alexiter.
Antidot. opiat. ſeu Hipnot.
Extracta
Eſſentiæ
Magiſteria
Arcana
Liquores Sulphurei
Sales.

Operationes vulgares pharmacopœorum. At in nonnullis iſtis formulis præparandis variæ operationes inſerviunt, nempe,

Deſtillatio
Maceratio
Decoctio
Infuſio
Expreſſio
Pulveriſatio
Trituratio
Mixtio
Conſervatio, & ſimiles.

Quæ omnia meræ ſunt operationes à pharmacopœi induſtriâ dependentes.

De his omnibus & ſiugulis ordine ſumus acturi, præparationumque modos conſuetos, & non conſuetos, ſed tamen ad artis præſcriptum convenientes tradituri.

Nunc autem, prout ordo ac methodus noſtra poſtulat, ordiemur ab operationibus vulgarioribus, & apud ipſoſmet pharmacopœos communibus, initium ſumentes à deſtillatione: ex cujus reformatione, benignus lector, ſummam tum jucunditatem, tum utilitatem percipiet.

CAP. V.

De aquis deſtillatis, & de deſtillatione in genere.

POſterior ferè ætas *aquis ſtillatitiis* maximè incumbit, ut eas parandi ars hodiè mulierum veriùs eſſe videatur, quàm medicorum. Ergo methodo, & ordini noſtro incepto inſiſtentes, trademus prius methodum deſtillandi, hinc in quo delinquant, & peccent in earundem præparatione, & qua arte atq; induſtria parari debeant

aquæ ſtillatitiæ, clarè & veraciter docebimus. Tertia quæ & quales hodie habeantur in officinis aquæ deſtillatæ uſitatiores, recenſebimus. *Tandem* plures pulcherrimarum, utiliſſimarumque aquarum tam ſimplicium quàm compoſitarum longâ experientiâ atque induſtriâ, multorumque ægrotantium cum ſalute atque ſolatio conquiſitarum, & in uſum tranſlatarum, deſcriptiones & præparationes aliquot proponemus: ſicque caput hoc de aquis paratis finiemus.

Deſtillatio quid. *Deſtillatio, de qua hîc orationem inſtituimus, eſt liquoris aquei ſeu partis humidioris in halitus à calore extenuatio, atque elevatio, & ob frigiditatem aeris in aquam converſio. Vel eſt pura, & liquidæ ſubſtantiæ à diſpoſitis ad hæc corporibus extractio per calorem.*

Arabes. *Arabes*, & qui eos ſecuti ſunt complures nonnunquam appellarunt *ſublimationem* latiori nomine, quia in ſublime vapores feruntur, ſed ſpagiricis haud ſatis proprio. Nam alius gradus eſt à *deſtillatione* diverſus, *ſublimatio*, in qua in altum vapores à rebus ſiccis attolluntur, ſed non ut in aquam degenerent: Verum ut ſicciores puriores, ſplendidioreſque fiant, adhæreantque ad vaſis latera & operculum. Neque enim, quod ad ſublimationem propriè dictum pertinet, roſtrato pilæo opus eſt, niſi ſit colligendi aquam animus, quæ exundabit. Itaque, ut ex rebus terreſtribus partes puriores ſeparentur, ſublimantur ſulphura volatilia, & ſales volatiles. Cum deſtillatio contra in aquam fluentem, ſeu liquorem eas adducat, ex definitione deſtillationis facilè patet, quænam ſint ea, quæ diſtillari poſſint. Cùm enim *deſtillatio nihil ſit aliud, quam liquoris aquei, ſeu rei humidioris in vapores extenuatio, & in aquam converſio*: ſatis inde conſtat ea tantùm deſtillari poſſe, quæ & humiditatem in ſe continent & halitus emittunt, qui rurſus in liquorem fluentem cogi poſſint.

Peripatheticæ Philoſophiæ princeps Architectus Ariſtoteles conſtituit diſcrimen inter ea, quæ exhalant, & quæ evaporant. Nam exhalant, *inquit*, quæ à calido comburente fumum emittunt, in quo ſiccæ & humanæ partes ita conjunctæ ſunt, ut non tanquam duo, ſed ut unum calido ſubiiciantur, & divelli una pars ab alterâ non queat. Quamobrem hujuſmodi fumus, neque madefacit, ob ſiccum combuſtum ſibi junctum, neque in ſpiritum vertitur, cùm diſtrahatur, diſſipeturque, ſed magis inficit, quod in fumo lignorum videtur: qui, ut docet *Albertus magnus*, ob ſiccum terreum aduſtum atro inficit colore, qui adhæret propter humidum, quod tamen cum exiguum ſit, non continuus eſt, & durus apparet, niſi ab unctuoſo educatur. Tum enim nidorem appellant, quemadmodum è pingui, fuliginem: ut ex reſinis ferè omnibus fit fuligo. Quid verò interſit inter pingue & unctuoſum *Ariſtoteles* inſinuat. Nam picem, ceram, thus, & quæcumq; picē habēt, pinguia vocat: Oleum autem, & quæcunque oleoſa ſunt, *2. Peripathetici.* *Diſcr. inter pingue & unctuoſum & inter illa quæ deſtillari poſſunt, vel non poſſunt.*

ſunt, vnctuoſa. Videtur itaque ex his, quæ *Ariſtoteles* prodidit colligi poſſe, ligna, oſſa, oleum, ceram, thus, & huiuſmodi deſtillari non poſſe, cùm horum fumi non madeſcant ex ipſius ſententiâ: ſed in aërem extenuentur, nec poſſint in aquam cogi. Oleum enim ex ſententiâ *Ariſtotelis*, non incraſſatur, neque elixatur, quia non eſt vaporabile, ſed exhalabile: Ad hæc cùm idem dicat mirrham, thus, & cætera, quæ lachrymæ appellantur, terrea eſſe: quæ autem talia ſint non exhalare, cum nequaquam liquantur. Quapropter fruſtrà eorum inſtituetur, aut ſuſcipietur deſtillatio. Satis etiam perſpicuè idem *Ariſtoteles* aſſerit mel, lac, oleum, ſalem, nitrum & ſanguinem in igne non evaporari, ſed craſſiora reddi: cauſamque adferens, ait, ideò id evenire, quod mel ſit naturæ terreæ: & alibi, inquit oleum eſſe aëreæ atque terreæ, lac aëreæ & aqueæ, & ſanguinem (præſertim fibroſum) aqueæ & terreæ, ſed magis terreæ, ſal, nitrumque eiuſdem naturæ, quare incraſſari igne non evaporari.

3. Hermeticorum Philoſophorum ſententia de rebus deſtillandis.

At mehercule contrarium nos docet *Philoſophia Hermetica*, ipſa experientiâ rationum victrice ſtipata. Nam ex prædictis omnibus ſtillatitii liquores elici poſſunt, ſed per diverſos modos, uti norunt id vel *ſemeſtres Spagirici*, & nos ſuis locis exactiùs docebimus. Nec eſt omittendum etiam, illud *Ariſtotelis* & priſci illius ævi ætate multa vera fuiſſe, præſertim quæ de hac diſſolutionum ac eliquationum materiâ diſputari poſſunt. Vera, in quam, non ſimpliciter, ſed ſecundum quid: quia eiuſmodi operationes Chymicæ iſtis temporibus nondum innotuerant. Nondum ſanè cognitum erat quâ ratione liquores ex ſalibus elicerentur, quæ vel corporum duriſſima metalla diſſolverent. Non olei ex cerâ conficiendi ratio, non ſublimatio corporum fixorum, atque ſolutio: non coagulatio volatilium, atque ſpirituum. Et ut brevibus rem comprehendam, ad externum, & ordinarium naturæ calorem reſpexit vir ille, cuius vires, & exactè cognitas habebat, & quid in unam quamque materiam poſſet: ita in artificialibus hiſce ipſum, aut non exercitatum fuiſſe: aut certè de iis nihil prodidiſſe, ſatis conſtat ex iis, quæ ab illo prodita ad hanc noſtram ætatem pervenerunt. Si enim cognitas habuiſſet operationes chymicas, non ita ſcripſiſſet ſummus ille vir. Sed ex iis principiis, & fundamentis, quę poſuit ille, Geometricorum more, & rectè, & evidenter, & candidè decrevit.

Obi. ℞. At, *inquies*, unius rei unica tantum veritas: At, inquam, veritas non eſt, niſi in animo percipientis: veritas inquam conſiderationum, & operum artis, neutiquam verò ſcientiæ, quæ perpetuò una eſt, & ſimplex. At artis veritas etiam variat, pro artificum ingenio, induſtria, & inventionis modo, pro quorum diverſitate effectus ſæpè contrarij conſequuntur. Ergò *Ariſtoteles* excuſandus eſt hac ratione, & prætereà ei gratia quoque habenda, quod tam vivis, & tanta facilitate comprehenſibilibus ac externis

rationibus poſteritatem docuerit. Non tamen ita ſuſpiciendus eſt, ut huic nihil detrahi, nihil demi poſſe videatur. Nam artes contrarium docent, & ex his potiſſimum nobiliſſima illa *Pharmacopæa*, quam artificioſam appellamus, & à ſpagirica nihil niſi nomine ſolo, differre exiſtimamus.

Itaque longè aliter, atque diverſa ratione de rebus hodie decernendum, ſtatuendumque eſt, poſtquam tot aquarum, tot liquorum, tot præparationum genera (quod dixerim ipſis priſcis ſi reviviſcerent) miracula futura, ſunt introducta. Enimvero ſi vel Hippocrates *vel ipſe etiam* Galenus *nunc ad ſuperos revocarentur, ſummo gaudio utiq; perfunderentur, ſi viderent artem tanto & tàm nobili acceſſorio ditatam, & manus porrigerent ac geſtirent de iis omnibus, quibus ars hodiè aucta eſt, quæque illis priſco ævo incognita atque inexperta fuerunt. Multa fortè etiam ſuorum placitorum, præ novis vel ipſimet rejicerent, aſſueti utique maximi illi viri ſummique Philoſophi, rationi cedere & experientiæ. Nam patet ex eorum ſcriptis, quàm in multis ſæpè hæſitent, in aliis fluctuent, propter fundamenti, cui ſuperſtruxerunt, imbecillitatem. Quæ tamen eorum ædificia penitus diruere, vel quomodocunque quatere, candoris noſtri non eſt. Quin potiùs fulciamus ea ſtrenuo ingenii noſtri & experientiæ niſu, ut & conſtet poſteritati nos non fungos eſſe, ſed noſtro etiam ingenio præditos fuiſſe, & mentem nobiliori illo ſale conditam habuiſſe. Quod fiet ſi majorum ſcripta non repudiantes novis interim inventis ornemus atque ditemus. Traduntur enim artes veluti per manus, & quiſque ſuam novis inventis adornat, quo quiſque altero eſt ingenioſior, vel magiſtro etiam in aliquibus ſuperior. Inventis, inquies, facile eſt addere. Quid tum? Inventoribus gratiam habeamus, & ditatorib. qui nunc ſunt aut fuerunt, eandem referamus, noſtraque, ſi quæ ſunt, etiam conferamus, ut à grata poſteritate benè merendi de omnibus voluntas noſtra prædicetur.*

Veriſſimum itaque eſt, quod ſapientum quidam medicorum noſtri ſeculi ait: *Creverunt cum ingeniis, & ipſa ſcientiæ artesq; magna & inæſtimabilia incrementa ſumpſerunt.* Sed ut (quod noſtræ ingenuitatis ſit atque modeſtiæ) tueamur quantum licet priſcos illos Athlantes, fatebimur vel ultrò, eo caloris modo, hoc eſt, externo, coq; artificio ignis vulgari, de quo *Ariſtoteles* loquitur, & ruſticis ac coquis notiſſimo, diſſolvi ea non poſſe, atque deſtillari: At poſſe tamen & diſſolvi & ſeparari, in ſua principia, ingenioſis machinationibus artificum, in regimine ignis tam interni, quàm externi, nos in hoc, & aliis noſtris operibus methodo perfacili docebimus atque declarabimus.

Cap. VI.

De deſtillationum differentiis.

Deſtillationis modi diverſi ſunt pro diverſis rationibus, modis atque ſubjectis, unde diverſæ deſtillationis differentiæ exurgunt.

Prima

Varia deſtillationis differentia. *Prima à rebus è quibus humorem, vel liquorem elicimus, deſumitur.* Nam alio modo mel, alio ſulphur, alio vinum, alio cera, alio terebinthina, gummi, ut maſtix, euphorbium, ſtyrax, & reliqua eiuſmodi: alio ſales, alio herbæ, alio radices, alio flores, alio denique ſemina deſtillantur.

Secunda ex differentia liquoris ſtillatitii deſumitur: nam aliter aquæ ſeu ſtillatitij liquores: longè autem diverſo modo olea ipſa eliciuntur. Exempli cauſa ex herbis, floribus, radicibus, & ſeminibus non ſiccis, ſed virentibus, aquæ per ſimplicem deſtillationem eliciuntur ſine admixtione alicuius liquoris. At ex radicibus, herbis, floribus & ſeminibus ſiccis, &c. odoratis præſertim mediante aquâ, aut quovis aliquo alio liquore admixto olea ſupernatantia eliciuntur.

Tertia differentia à materiâ & figurâ vaſis dependet. *A materiâ:* nam aliud eſt terreum, aliud æneum, aliud plumbeum, aliud vitreum. *A figura:* alius namq; deſtillationis modus per alembicum, alius per cornutam, alius per matracium, alius per pellicanum, &c.

Quartò à vaſis ſitu: fit enim vel rectâ cucurbitâ, vel incuruâ, aut inclinata, cujuſmodi *deſtillationes per aſcenſum* dicimus: ſeu cùm unius matracii (quod vocant) ſeu cucurbitæ collum in alterius collum immittitur, quod bociam contra bociam, vel botum barbatum deſtillatores chymici nuncupant. Nimirum quando per concurſum vaſa ita junguntur, ut alterum alterius os excipiat, idque diverſo poſitu, & ſitu recto, obliquo, procumbente, &c. Atque his ferè deſtillantur, quæ difficilè aſcendunt, ſucciq; minus habent. *Deſtill. per aſcenſ.* Multa etiam *per deſcenſum* deſtillantur, vaſe eo, quod materiam continet, inverſim alteri impoſito: qui modus per deſcenſum vocatur, & contrarius eſt ei, qui fit per aſcenſum. *Per deſcenſ.* Per deſcenſum deſtillantur gagates & varii generis ligna, ut Guajacinum, juniperinum, & reſinarum genera. Quod ſi verò accipiamus latiùs deſtillationis nomen, ut ſit humidi eductio à calore, ad hanc etiam referri poterit ea, quæ per deſcenſum fit inverſo cucurbitæ ore.

Quatuor ignis gradus. *Quinta à gradibus ignis, qui ſunt quatuor*, primus, ſecundus, tertius, quartus. *Primus* eſt lentus, qualis eſt ignis baluri, aut vaporis: *ſecundus* cinerum: *tertius* arenæ vel ſcobis ferri: *quartus* eſt ignis nudus, ut vocant.

Cum primo aut ſecundo ignis gradu deſtillamus per aſcenſum: cum tertio & quarto, per concurſum & deſcenſum. Sic deſtillantur olea ex ſalibus, ut ſale communi, vitriolo & reliquis huiuſmodi. Item

Deſtillatio complectitur ſub ſe tanquam partes ac veluti ſuccenturiatas, aut certè haud multum abſimiles operationes:

Evaporationem
Exhalationem
Circulationem
Rectificationem
Cohobationem.

Evaporatio eſt ſuperflui, & impurii humoris à puro evaporatio, in quo differt à deſtillatione, in qua liquores extra-

extrahuntur ſpecie vaporis congelati in liquorem, ſeu aquam. At *exhalatio fit penitus evaporato humore aqueo, idque ſola cucurbita abſque pileo, aut patella vitrea*, cujuſmodi operatio frequens eſt & conſueta in parandis extractis, ut eſſentia croci, ſennæ, radicum omnium, rhabarbari, hellebori, & ſimilib. uti docebimus.

Circulatio eſt frequens, & crebra rei deſtillatæ aſcenſio in vaſis ad id accommodatis, fitque per ſe, ſine fœcibus in organis, quæ pellecani artificibus appellantur.

Rectificatio eſt repetita liquorum deſtillatio, quo multum purificentur, & magis exaltentur.

Cohobatio, eſt quoque deſtillationis repetitio, qua liquor deſtillatus rurſus fœcibus affunditur, & denuò deſtillatur, ut fit in arcano vitrioli.

Porrò per *deſtillationem* omnes aquæ liquores & olea proliciuntur ex omnibus lignis, herbis, ſeminibus, & floribus. Ex omnibus verò pinguibus oleum potiſſimum extrahitur.

Cap. VII.

De deſtillationis quibuſdam quaſi præludiis comitibus, & veluti ancillis, nempe fermentatione, concoctione, *&* maceratione: *operibus apprimè pharmacopæo neceſſariis.*

NOn ſufficiat pharmacopœo ſimplicem tenuiſſe deſtillationis modum: de quo jam egimus in genere: ſed opus habet inſuper, ut *præparationes* ſibi *inſervientes* exactè cognoſcat, ſi ut induſtrius pharmacopœus debet, ſuas res ex arte parare velit.

Eiuſmodi autem *ſunt fermentatio, concoctio atque digeſtio.* Quas operationes ſi ritè intellexerit, naturam quodammodo imitatus, varias pulchras atque utiles præparationes efficere poterit. Nec pharmacopœum tantum eaſdem noviſſe par eſt, ſed ipſum etiam medicum pharmacopœis præcipientem, ſi ſuo honori, & ægrotantium ſaluti conſultum velit. Sed talia hodie ita in deſpectum abierunt, ut vel negligant iſta multi, vel certè ſuperciliosè contemnant, neſcientes nimirum, quid utilitatis ejuſmodi præparationes in receſſu habeant. Et certè, non video, cui potiùs cauſæ eiuſmodi pertinaciſſimum deſpectum tribuam, niſi meræ ignorantiæ: cum ſatis notum ſit, non contemni aliquid, niſi ab ignorante. Neceſſitatem aſpiciant vitæ noſtræ, ut diſcant eam coëgiſſe nos quærere præparationes ciborum ad alimenta corporis neceſſariorum: in quibus tamen præparandis tanta fortè neceſſitas non fuit, quanta debet eſſe *in præparatione medicamentorum* ſanitatis cauſa generatorum. *Vtilitas harum.*

Reſpicient *frumenta*: quæ non cruda, qualia ex terra emerſerunt, ſtatim pro cibis offeruntur: ſed ſeparata prius palea & furfure in farinam rediguntur: quæ etiamnum non cruda, ſed fermentata ritè probeq; ſubacta pinſitur & coquitur, ut fiat panis aptus nutritioni. Non itaque unica tantùm & ſimplex præparatio eſt panificium, ſed multi- *Patet 1. Exemplo panificij.*

multiplex, artificioſa, & inſigne magiſterium. Nam fermentationem conſidera, qua panis levis & ad nutritionem aptiſſimus fit: tantoque levior atque ſalubrior, quantò magis fuerit fermentatus. Ponderoſior verò tantò nutritioni ineptior & inſalubrior, quantò minùs fermentatus fuerit. Quæ ſanè præparatio, ſi non præcedat, ſed farinæ ſimplici aqua affuſa, & ita cocta, pro pane, glutinum naturæ noxium parabis. Nunquid vides, ut *amylum*, reſtenaciſſima, ſola aquæ infuſione paretur? aut panis non fermentatus, ſi cum modico aquæ irroretur, digitiſq; ſubigatur in tenacem, ceream, & prorſus glutinoſam ſubſtantiam abeat? Quid igitur putas futurum in ſtomacho atque viſceribus, præſertim debilioribus ſi ejuſmodi offeratur? nempe talis nihil aliud quam obſtructiones, materiam calculoſam, & plurimorum morborum ſeminaria procreare poteſt. Quapropter in regimine therapeutico eiuſmodi uſum, cuiuſmodi ſunt placentæ farinaceæ piſtæ piſtoria opera & ſimilium paſtarum non probè fermentatarum curioſè interdicere ſolent. Nec tamen, quod mirum eſt, ſatis attentè ad cauſas, cur id faciant, advertunt. At ſciant eam ſolam ob cauſam fieri potiſſimùm, quod paſtæ, ex quibus ejuſmodi panes fiunt, non ritè ſint fermentatæ. *Tantum prodeſt hæc præparatio, ut Pharmacopœo omninò cognitu ſit neceſſaria.* Hæc quippe *attenuat omnem ſubſtantiam, hanc ſolvit à ſuo corpore & impuritate terreſtri, ut apta fiat poſtea ad producendum verum balſamum radicalem, atque ſpiritum vivificum.* Hujus ſolius fermentationis beneficio (ut poſtea pluribus patebit) eliciuntur aquæ vitæ ex omnibus ſeminibus farinaceis, atque adeò ex ipſis etiam roſis, denique ex omnibus floribus, herbis, & in univerſum vegetabilibus cunctis. Per hanc fermentationem ſeu fermentum hoc naturæ pari modo omnes corporis noſtri humores attenuantur ſubtiliantur que, de quo alibi.

Et ſanè qui eiuſmodi præparationem, quæ per fermentationem fit, panificio non adhiberet, ſed tantùm grana frumenti, ſicut à natura producta ſunt, aquæ incoqueret, quid quæſo gratiæ tam mobili alimento conciliaret? Quid utilitatis adferret naturæ? Immò quid non moleſtiæ eidem, ex re alioquin nobiliſſima utiliſſimaq; crearet? At parantur hoc modo, atq; huc uſque medicamenta in officinis. Non dicam homines abſque panificio etiam fermentato vivere non poſſe: Notum enim eſt, & tradunt hiſtoriæ plures nationes magna ex parte ſimplici hordei, aut leguminum, vel radicum (*ut hodiè ſolent Indi Americani*) decocto vivere. At noſtros homines abſque eò æquè commodè atque ſalubriter victitare poſſe, illud verò pernego. Digni ſunt profectò, qui alia comedant, qui nolunt meliora. Nimis craſſa herclè iſta medicatio, & ſuis cultoribus tantùm digna.

Referamus exempli gratia, quod omnibus notum eſt, quid agatur *cum à vino.* Hujus pulchram præparationem, qui non attento & Philoſophico animo *2. Exempl. vino.*

animo contemplatur, non meretur ſanè ut bibat. Primùm ſeparantur racemi, vinacea, pelliculæ; tum exprimitur ſuccus, hic rurſus in doliis ſuamet natura efferueſcit, ſpumam ejicit, fœces deponit atque tartaream materiam, donec depuretur perfectè. Quæ profectò præparatio, licet naturalis quodammodo ſit, juvatur tamen ab arte. Fruſtrà namque vinum à natura præſtoleris, ſi non exprimas ſuccum, & ritè præparatum in dolia infundas. Nec ſimilis utilitas ex uvis, quæ ex vino. Helveticos milites novimus, ceu ſtrage quadam, vineta obruiſſe, uvaſque magna voracitate depaviſſe. At quid accidit? Nimirum crudum, non coctum, nec ritè fermentatum vinum, quod vorare, quàm bibere maluerunt, voracitatis inconſideratæ (licet fortè ob famem utcumque neceſſariæ) dederunt pœnas. Nam dyſenteriâ paulò poſt maxima eorum pars interiit. Salubrius & lætius egiſſent, ſi quo unicè gaudent, merum perfectum & ritè fermentatum fuiſſent præſtolati.

1. Exempl. à cibis a-liis.

Quid dicam de reliquis cibis? Carnes non crudæ, ſed debitè coctæ, atque conditæ comeduntur. Eadem quoque ratio eſt *in aliis cibis.*

Extractorū præparandorum ratio, mulierculis haud ignota.

Nunquid vides, ut induſtriæ percupidæ mulierculæ nonnullæ, ſuis ægrotantibus ex carnibus, & volatilibus, parare norint colaturas, gelatinas, conſummata? At hæc extracta ſunt. Separantur quippè terreſtria laudatiori ſubſtantia, & ægro conducibiliori. Cur non idem facimus de medicamentis? Ægri certè natura, jam plus ſatis proſtrata, crudos iſtos cibos ſuſtinere nequit, ſed ab iis patitur aut etiam ſuccumbit. Quantò iſtud magis fiat à medicamentis non ritè præparatis & ab impuriori ſua ſubſtantia ſejunctis? Nihil profectò aliud, quàm impedit ejuſmodi impuritas, quo minus medicamenti vis gemina cum hoſte ſuo, morbo, inquam, eiuſque cauſa congrediatur, cumque vincat, commodè atq; profundet.

Quid igitur fiet de iis medicinis, quæ non tantùm cruditatem in ſe continent, ſed malignam quoque qualitatem aliquam: & talem non ſeparatam, aut ritè præparatam, vel caſtigatam etiam porrò exhibere audebimus? Solent, & (proh dolor) ſolent ac nimis verè ſæpè, inquam, ſolent, ejuſmodi decocta, pulverata, mixta, nec alio ullo artificio parata medicamenta ægris plus moleſtiæ (ne quid gravius dicam) adferre, quàm ſolatij atque auxilij. *Non itaque ſpernendæ, aut negligendæ ſunt eiuſmodi præparationes, concoctiones,* inquam, *digeſtiones & fermentationes. Nam hæ ſi fiant, ad imitationem fient naturæ, quæ, iiſdem utitur operationibus ad perfectè maturandos fructus, reſq; quas producit univerſas.* Sed pergamus.

Concoctionis differentia.

Ariſtoteles in quarto meteorum tres conſtituit πέψεως ſive *concoctionis* ſpecies, & *prima* eſt πέπανσις quæ eſt humoris in humido ſemine exiſtentis & indefiniti, à calore naturali facta concoctio. Modus autem hic conco-

quendi,

quendi, maturandi, atque perficiendi plantarum & reliquarum rerum ſemina, ut germinent, & fructus uberrimos producere poſſint., eſt opus ſolius naturæ, quæ pro inſtrumento utitur illo calore vivifico qui elemento ſtellarum proportione reſpondet, ut idem met ait Ariſtoteles. Hunc ars ſi non imitari, ipſius tamen ſequi veſtigia poteſt.

Secunda concoctionis ſpecies eſt ἕψησις ſeu elixatio, quæ eſt indefiniti in humore exiſtentis concoctio, ab humido calore facta.

Tertia & ultima eſt ὄπτησις ſeu aſſatio, quæ eſt ejuſdem interminati à calore arido, & alieno facta concoctio.

Hæ duæ ultimæ concoctiones ab arte præſertim fiunt: circà quarum moderationem diligentes pharmacopœos erudiemus: diligentes, inquam, & verorum medicorum artiſque obſervantes, non nugivendulos, qui candelas, faces & neſcio quid ridiculi conficere; atque divendere malunt, & mercatoria merce officinas ſuas opplere, quam veris artis operibus incumbere, ſuamque & artis quàm temerè profitentur, dignitatem tueri. Sint igitur pro liberalibus mercenarij, & ſordidi, non artifices, artiſque (quotquot ſunt humano generi ſummè neceſſariæ, & almæ medicinæ famulæ) cultores, ſed mercatores, mechanici, ſpem in pompa collocantes, atque lucro. Hoſtem in urbe malim videre, quàm hos nebulones. Ab illo enim cavere norunt ſibi cives. At ab iſtorum perfidia, quā vel ignorantia, vel malitia, vel ſanè negligentia ſua præſtant, quis ſibi cavebit, niſi qui eoſdem extrà urbium pomeria ejiciet, atque exterminabit: De impoſtoribus hoc dico, & pharmacopœi titulum falsò uſurpantibus, ac mercatoriam avaritiæ cauſa cum ea confundentibus, non de candidis bonis atque diligentibus, ad quos hic noſter labor pertinet, quibuſque hæc noſtra ſtudia, & admonitiones in ſalutem plurimorum, ipſorumque laudem & emolumentum dicata ſunto.

Sed latius digreſſi ſumus, ac fortè extrà ipſa etiam inſtituti pomeria: placuit tamen in re non parvi momenti, utrumque hoc loco arrepta occaſione & noſtram ſententiam proferre. Nunc verò ad propoſitum redeamus: ad *digeſtiones*, inquam, tantoperè operibus pharmaceuticis neceſſarias, quarum utilitates ad purificationes, & exactas, atque veras omnium rerum concoctiones facilè percipient, qui eas ritè adhibebunt. *Opus eſt tantum vel unico Balneo Mariæ, vel ſaltem cacabo pleno aqua, quæ vel tepida, vel calida ad ignem, ſi opus ſit, red di poſſit.* Nam differentias, & earum regimen poſtea tradémus. *Hoc medio apozemata, atque decocta pura & clarificata parabuntur:* non, ut illa, quæ vulgò ovi albumine repurgata hoc eſt craſſo illo modo parata, vel unius quartæ horæ ſpatio omnem fœcem in fundum deponunt, quam tamen iterata agitatione cum liquore perfuſam miſero ægro obtrudere non erubeſcunt. Has fæces paucis aliquot horulis ſeparabimus per digeſtionem,

Inſtrumentum digeſtionis Balnei Mariæ.

 ulri-

Digitized by Google

viribus nihilominus integris ſervatis, aut certè etiam longè valentioribus redditis, dempto nimirum eo, quod laudatioris eſſentiæ vim, atque actiones obtundere, obfuſcare, aut penitus impedire poſſet.

Sic ſolatio erimus ægris, ſic naturam eius tuebimur, morboque, minore eius moleſtia fræna injiciemus, donec à natura ſpecifici medicamenti ope adjuta penitus extirpetur exterminetur que. *Eadem porrò digeſtione perfectè depurantur ſucci radicum, foliorum, florum,* uti docebitur in progreſſu. *Et quod magis etiam eſt, dum digeruntur, coquuntur etiam, hoc eſt, dulcorantur, atque per Balneum Mariæ humido liquore ſeu vapore ſeparato in ſyrupi conſiſtentiam rediguntur, quem diu ſervabis, abſque melle, vel ſaccharo.* Ut vel hinc conſtet veriſſimè ab *Ariſtotele* prolatum, omnia concoctione dulceſcere, id quod experientia verè confirmat. Aut, ne quid novi introducere videar in officinas, & à Pharmacopœorum communi methodo, duas tertias tamen ſacchari minus, quàm ſolent, in ritè digeſto atque concocto ſucco addendas ſuadeo, ut palato magis deſerviam: exempli gratiâ, in quo ſyrupo antea poſuerunt *ſacchari* ℔ *iij.* jam unam tantùm adjicient: eritque talis ſyrupus minoribus paratus ſumptibus, nihilominus longè utilior, & qui longè minori poſſit exhiberi doſi, quæ tamen communibus illis longe ſit efficacior. Nam cochlear unicum ſyrupi de ſucco roſarum pallidarum hoc modo parati ſufficiet ad evacuationem ſufficientem moliendam,

Omnia cõcoctione dulceſcunt.

Cùm interim Syruporum, ut vulgò ſolent confici, vix plures unciæ ſufficiant. Nec mirum: quid enim aliud ferè in iis, quàm ſaccharum cum minimâ ſucci quantitate? At notum eſt ſaccharum nec purgare, nec refrigerare, quod tamen conditio Syrupi roſarum pallidarum maximè requirit.

Ut quæ hactenus dicta ſunt paucis contraham Beneficio digeſtionum, coctionum & fermentationum, impura quæq; defecantur, maligna corriguntur ac emendantur, amaraq; edulceſcunt, citra quas operationes vel ipſe *panis ac vinum*, præcipua noſtri alimenti fercula, nobis noxia & pernitioſa futura ſint. Si enim crudis tritici granis veſceremur, aut illis etiam ſoli aquæ incoctis uteremur, quot quantique inde morbi eſſent in nobis naſcitur? Purum igitur ab impuro, ut ea ſint nobis utilia, ſeparamus, farinam nempe à furfure, quam aqua diluimus, fermentamus, pinſimus, coquimus, unde magiſterium magnum oritur, *panis* nimirum, nutritioni aptus, & in carnem noſtram hoc artificio tranſiturus: in cuius elaboratione ſi vel tantillum peccetur, non uſquequaque gratus ac commodus futurus eſt, ut videre eſt in malè fermentato, malè piſto, aut malè cocto pane, quem reſpuimus, ſi quid iſtorum deeſt, aut perperam ac negligenter factum. Eædem in vino perficiendæ operationes, ſi ipſum nobis commodo uſui eſſe optamus. Separandum enim purum ab impuro, coctionibus, digeſtio-

digeſtionibus ac fermentationibus excernendo ab acinis & cute, granorum purum liquorem, qui in muſtum traductus, & vaſis ſuis impoſitus, novas ſeparationes, fermentationes, digeſtiones & coctiones efficit, diſgregans fæces & tartarum à pura vini ſubſtantia, quæ ſic ſecreta, tandem clareſcit, & potui in nutrimentum apta redditur, cum alioqui, ſi crudior & ſic permixta ebiberetur, dyſenterias potiùs, alui profluvia, calculos, capitis dolores, & id genus alios morbos ac incommoda procrearet. Quasquidem operationes ad imitationem naturæ fieri, & ex ejus ſchola ac luce depromi, abundè docuimus, ut hinc diſcant Medici & Pharmacopæi, ſi citra periculum eduliis imparatis, inconditis & crudis, etſi nobis affinibus ac analogis, uti non poſſumus, quanto magis Pharmaca & remedia, cum ſuis impuritatibus & malignis fæcibus oblata, nec depurata arte, ægris iam plus nimio debilibus & quaſi proſtratis nocitura ſint, ut inde etiam ægris ſuis in eſcam conſummata, reſtaurantia & gelatinas artificio concinnatas potius, quam alios craſſiores apparatus & ἀπύρους cibos, (ne dum medicamenta crude, aut levi artificio quaſi nullo parata) præſcribere moneantur.

Dyſenteria, profluvia, calculi, cap. dolor.

Cap. VIII.

1. Methodus deſtillandi reformata.

RESTAT ut doceamus modum deſtillandi ſervatis integris virtutib. atque proprietatibus, qui quidem alia longe ratione perficitur, quam vulgari illa deſtillatione, qua phlegma ſolum & inutilis quædam aqua cito putreſcens ac flacceſcens extrahitur.

1. Modus.

Itaque ut eam methodum plane reſtituamus, novamque prorſus ei diſſimilem introducamus: herbas, flores, aut reliqua ejuſmodi integra in alembicum, ſive æneum, aut vitreum ſit, conjecta, deſtillandi loco: flores deſtillandos conteremus, eorumque jure torculari expreſſo, & in commune alembic. infuſo virtutem eius integram, ſubſtantiamque more ſolito extrahemus. Quæ quidem ut efficacior evadat, vegetiorque, excipiendæ ſunt fœces, & quæ poſt ſuccum expreſſum, & quæ in alembici fundo remanſerunt, quas in vas terreum impoſitas, igni ardentiſſimo calcinabis, donec omnino in cinerem abeant. His peractis cineres iſtos in manicam Hippocratis inijcies, quibus infundes prędictam aquam deſtillatam, ut omnem ſalem recipiat reaffuſione ſæpius repetita: & ita quidem habebis aquam ſuo ſale imbutam, præcipuiſque ſtirpis, ex qua emanavit, virtutibus præditam. Aquam, inquam, quæ multos menſes, imò & annos integra incorruptaque conſervari poteſt, cujus etiam vel unica plus præſtabit, quā plurès illius, quæ communi via extrahitur. Nec ſanè labori parcendum, aut ab ea operatione nequaquam deterrendum, cum tantæ rei tamque

precioſæ, ſanitatis nempe humani corporis, gratiâ fiat.

Quod ſi prædictæ aquę colorem, & odorem proprium imprimere ſit animus: ingentem eorummet florum copiam in roſtro Alembici impones, ut inter deſtillandum, aqua ſurſum aſcendens ex iſtis floribus colorem & odorem (quæ utiles & pulcherrimæ ſunt qualitates) aliciet & retinebit.

Et hæc tibi eſt, concinnâ, ni fallor, brevitate, vera & legitima aquarum ſtillatitiarum præparatio.

At verò ſi unico pharmacopœo omnes ſuprà enarratas aquas præparare per ocium ac commoditatem non liceat, plures ejuſdem urbis inter ſe convenire deberent (uti fit pleriſque in locis ac potiſſimum in Italia) ut unuſquiſque ſibi partem earum præparandam aſſumeret, aliiſque ſi opus fuerit; mutuò ſuppeditaret. Et ita quidem artis medicæ dignitas conſervaretur, illorumque gloria, & honos, non ſine ingenti populi utilitate augeretur.

Porrò non nobis ſatis eſſe duco primam illam & ſimplicem, aquas cũ integris virtualibuſque qualitatibus deſtillandi reſtitutam methodum inſtituiſſe: quâ quidem methodo (præter ipſius aquæ bonitatem) ſi furni vaſaque propria & commoda ſuppetant, plus uno die, quàm alias pluribus, & faciliori longè negocio deſtillabis: ut cuivis experto facilè patebit.

2. *Alia aquæ extrahendæ ratio per balneum vaporoſum.*

Quinimò etiam eadem ratione, ſi per *balneum vaporoſum* aquam extrahere in mentem veniat, totum penè ſuccum prædictum deſtillabis, ita tamen, ut aqua ne minimum quidem fumum aut uſtionem ſuboleat: neque hoc ſolùm, verùm etiam eadem methodo ex omnibus plantis calidis, ac odoriferis præſertim (quas ſulphure ac oleo ex odore illo abundare conſtat) unà cum aquis olea puriſſima, clariſſimaque elicies, quæ quidẽ quod aquis ſupernatare percipiantur, facili negotio ſeparabis.

Spiritus ſ. ∇ vitæ deſtill.

Sed & ultrà progredi, ac certam facilemque *aquas vitæ* ex plantis, floribus, ſeminibuſque cujuſcumque generis ſint, extrahendi methodum tradere eſt animus. Et id quidem per *digeſtionis viam*, quâ ſanè cuivis, candidi ſincerique ingenij viro judicare perfacile erit, nos non perperàm ſuprà operationes iſtas tantis laudibus & encomiis extuliſſe. At ipſe quidem altiùs penetrare (niſi ſtupendo prorſus, ac hebeti ſit ingenio) philoſopharique poterit & percipere, quàm ſcitè, quamque commodè alibi, ſanguinis noſtri analogiam cum vino, ipſiuſque aquæ vitæ cum nectare vitæ noſtræ, balſamoque radicali contulerimus.

Cùm *ex omnibus rebus, ac iupotiſſimùm, quæ in alimentum veniunt, ſolâ prædictarum digeſtionum, & fermẽtationum ope, imò etiam & ex iis, quæ frigidæ exiſtimantur, aqua vitæ elici poſſit, quæ ſit vera rei quinta eſſentia.* Aqua, inquam, vitæ, quæ de naturâ cæleſti æthereâ,

Ex omnibus alimentoſis aqua vitæ elici poteſt.

ætheream, participat, flammamque non ſecùs ab ea, quæ ex vino elicitur, concipiet. Experientia etiam ipſa ſatis planum faciet, quomodò non tantùm vinum, ſed & triticum, omniaque cerealia, & ſemina alimẽtoſa, multò plus nectaris illius vivifici, quàm reliqua vegetabilia, alendò corpori noſtro inepta, contineant.

Ex floribus roſarum.

Hanc autem methodum, ut tandem aperiamus: ordiemur quidem à roſis, quæ frigidæ eſſe exiſtimantur, ex quibus tamen odoratiſſima aqua vitæ extrahitur, & adeò excellens, ut unica ejus guttula, ingenti ſatis aquæ copiæ odorem ſuum communicare, eamque utiliſſimam jucundiſſimamque reddere poſſit.

Roſæ igitur tempeſtate, nec eâ quidem pluvioſâ roridaque, cùm ſcilicet plantæ madido rore humeſcunt; ſed expectandum, donec ſol radiorum ſuorum in omnem iſtam roridam humiditatem diſſipaverit, copioſa ſatis quantitate colligi debent.

*Roſas itaque collectas, & quàm fieri poteſt diligentiſſimè tritas, in vaſe terreo vitreato, aut parvo dolio querno includes, & quàm optimè manibus premes, quo vas prædictum penè impleatur. Quod quidem vas clauſum obturatumque, ut facilius fiat digeſtio, repones in cellam vinariam per menſem unum, aut diutiùs, ſi opus fuerit; donec materiam prædictam, vinum acetatum ſubolere odoratu percipias: quo argumento iam abſolutam fermentationem eſſe cognoſces, & eò quidem protelanda eſt donec prædictum ſignum appareat. His peractis, aſſume tibi quartam, quintamve roſarum fermentatarum partem pro vaſis tui magnitudine, quod ſanè neceſſariò tale eſſe debet, qualia ea ſunt, quibus deſtillatores Chymici olea ſua & aquas vitæ eliciunt: quæ quidem ampla, æneaque potius, quàm plumbea ſunt, refrigeratoriiſque ſuis inſtructa, quibus aquæ plenis, ſpiritus, frigore condenſati, facilius commodiuſque eliciuntur: aſſumptam illam roſarum fermètatarum portionem, more ſolito deſtillat: quo facto, fæces reſiduas in fundo Alembici ſubſidentes ſepara, & tantumdem prædictarum roſarum fermentatarum eidem vaſi repone, hiſque prius extractam aquam affunde, omnia rurſus (*vaſe Hermeticè clauſo, uti dictum) *ad ſiccitatem uſque (non combuſtionem) deſtillando.* Collige iterum *reſiccatas fæces* (quas etiamſi velis cum prædictis reſervabis) *& Alembico eamdemmet prædictarum roſarum quantitatem, quam prius iniice, quibus denuò totam aquam deſtillatam reaffundes & toties iterabis, donec omnes prædictas roſas fermentatas deſtillaveris. His ritè, ut decet, abſolutis, univerſam, quam elicueris aquam aſſumes, & lento igni in vaſe colli oblongi, ſive matratio, ſive quo aqua vitæ extrahi ſolent, duodecimam eius tantum partem* (quæ omnium pænè ſpiritualium quantitas eſt) *deſtillabis. Ita ut, ſi verbi gratia duodecim aquæ libras habueris, unicam tantùm aquæ, odoriferæ tamen & jucundiſſimæ, ſpiritualiſque, atque flammam aquè, ac ea, quæ ex vino eſt, concipientis elicies. Quam etiam, ut magis virtualis reddatur, adhuc rectificare poteris.*

Rectificatio.

Reliqua

Reliqua verò aqua, quæ in fundo Alembici ſubſidebit, odorifera, longeque ſuavior & melior exiſtet, quàm ea, quæ communi aut vulgari modo deſtillatur: cui etiam ſal ſuum imprimere poteris, ſi prædictis fæcibus in pulverem redactis, & manicæ Hippocratis *impoſitis, eam ſæpius affundas, quo ſalem ſuum faciliùs alliciat, retineatque.*

Eadem plane ratione *ex violis, aliiſque floribus* ac iis potiſſimùm, qui calidi odoriferique exiſtunt, ut *roſmarini, ſalviæ, betonicæ, cæteriſque eiuſmodi aquas vitæ elicies*, quæ multò præſtantiores efficacioreſque ſunt ad morbos (quibus ſuprà convenire docuimus) propulſandos, quàm ſi communi illo vulgarique tramite id perficiatur. Adde quod vel minima quidem quantitate exhiberi poſſunt, ut admirandos prorſus, & incredibiles effectus pariant.

Ex ſtirpibus.

Ita etiam ex *ſtirpibus* (cujuſcunque generis ſint, ſed ut plurimùm calidis) tritis, ac dicto modo præparatis, *prædictæ* aquæ vitæ facillimè extrahuntur.

Ex fructibus.

Idem fit ex *fructibus* optimè *fermentatis*, ut ſatis abundè teſtatur experientia in Pomaceo, Pyraceoque, quæ, ex pomis pyriſque in vaſe proprio (non ſecùs ac vinum) præparantur, quodammodo vineſcunt, ac tunc ex iiſdemmet aqua vitæ extrahitur.

Ex granis.

Eademmet aqua vitæ ex *tritico, granis juniperi, lauri, ſeminibuſque farinaceis calidis* omnis generis, elici poteſt. At quoniam iiſdem ſeminibus non tanta ineſt, quanta floribus, foliiſque liquoris mercurialis, ſeu aquę copia, trita, craſſoque modo pulverizata, in parvulum dolium, quod ex ligno querno confectum ſit, injici, & aquâ tepidâ, donec in liquidiorem quandã conſiſtentiam abeant, imbibi debent. Quibus etiam ad digeſtionem accelerandum (cui præcipuè incumbendũ eſt) tantillum fermenti communis, aquâ vulgari diſtemperati adijcere poteris. His peractis, vaſeque optimè clauſo, in loco frigidiſſimo (quò faciliùs fiat fermentatio) reponantur, donec aceſcere, vinumque redolere perſentias. Tunc eadem methodo, deſtillandique ratione procedes, quam ſupra *in extractione roſarum* docuimus. *Acceleratio digeſtionis.*

Cap. IX.

De Aquis.

Opportunum jam eſt, ut quam tradituri ſumus pharmaciam in ordinem, ducto *à liquoribus exordio* redigamus. At quoniam inter liquores omnes *aquæ* primum ſibi vendicant locum, earum deſcriptiones præmittere operæ precium eſſe duxi. Has autem in ſimplices & compoſitas dividemus.

Ex ſimplicibus *aliæ* ſunt *calidæ, aliæ frigidæ, aliæ* denique mediam inter utraſque qualitatem retinent:

Cali-

Calidis ad humoris pituitoſi, ac melancholici (quos frigidos eſſe autumant) præparationem utuntur.

Frigidæ verò ad bilis omnes ſpecies (quæ calidæ, igniſque in homine naturam retinere exiſtimantur, quēadmodum pituita aquæ, & melancholia terræ) præparandas uſurpantur.

Aquæ autem *calidæ*, quas Pharmacopœus in officina ſua paratas adſervare, omnique tempore deſtillare debet, ſunt hæ ſequentes:

Aquæ calidæ Officinales.

Abrotani
Allij
Anethi
Abſinthij
Artemiſiæ
Baſiliconis
Bardanæ
Betonicæ
Calamenti
Camomillæ
Cardui bened.
Centaurij
Ceparum
Chelidoniæ
Ebuli
Eſulæ minoris
Enulæ campanæ
Fœniculi
Hyſſopi.
Iridis
Euphragiæ
Iuæ arthriticæ
Iuniperi
Lavendulæ
Maioranæ
Marrubij
Matricariæ
Meliſſæ
Meliloti
Nucum viridium
Florum nucum
Origani
Petroſelini
Pulegij
Pæoniæ
Roſmarini
Raphani
Rutæ
Sabinæ
Salviæ
Satureiæ
Serpilli

Aquæ Frigidæ Officinales

Acetoſæ
Borraginis
Bugloßi
Succicetri
Cichorij
Cucumeris
Cucurbitæ
Ceraſorum acid.
Ceraſorum nigr.
Endiviæ
Fructus fragariæ
Lactucæ
Limonum
Melonum
Nymphææ
Plantaginis
Papaveris albi
Papaveris rubri
Portulacæ
Pyrorum agreſtium
Ranarum, aut potius ſpermatis illarum
Roſarum

nominantur, ut ipſa etiam ceraſorum nigrorum aqua.

Ad ſurditatem. Aqua *fraxini* cum ſuo ſale mixta, ſpecificum eſt ad *ſurditatem* non inveteratam remedium.

Opthalmic. Aquæ *chelidonij, euphraſiæ, fœniculi, roſarum, & peculi roſarum*, caprifolij *ophtalmicæ* ſunt, ac aliæ quidem oculorum inflammationibus, aliæ reliquis eorum affectibus, imò & acuendæ ipſorum aciei conſervandæque accommodatæ ſunt.

Pectorales. Aquæ *bardanæ, camomillæ, enulæ campanæ, iridis, hyſſopi, urticæ, peti, adianti, ſcabioſæ, tuſsilaginis, bugloſſi, borraginis, violarum, papaveris rubri, pectoris* vitiis mirificè conducunt, ex quibus quidem aliæ humori craſſo, viſcidoque bronchiis pulmonum contento attenuando, & juvandæ expectorationi: aliæ verò tenuiori ac ſubtiliori incraſſando per ſe, aut ſyrupo convenienti immixtæ mirum in modum conferunt.

Ad Pleurit. Aqua *papaveris rubri* (quam ſemper paratam Pharmacopœi habere deberent) ſingulare, ſpecificumque ex intenſiſſimo rubore notum, ad peripneumoniam, pleuritim, cæteraſque pulmonum inflammationes, remedium eſt.

Ad aſthma. Aqua *peti* (quam nec parant Pharmacopœi) generoſiſſima eſt ad affectum, quem Aſthma vocant, ut & ipſe etiam ſyrupus, qui ex illo conficitur, ut dicetur ſuo loco: hæc aqua etiam purgat.

Ad hydrop. Aqua *granorum ebuli & ſambuci* ſeroſos humores deturbant, & aſciti conveniunt.

Aqua deſtillata ex foliis & floribus *tapſi barbati*, prius in vino per triduum maceratis, eſt aqua valde efficax ad ſedandos arthriticos dolores, ex quacunque cauſa ſubortos. Ad arthrit.

Aqua *barbæ hirci ſeu candelariæ* ad idem mirificè prodeſt.

Aqua *vermium terreſtrium* contra ſanguinẽ ex caſu concretũ confert. Ad cruor.

Aquæ *meliſſæ, ſcabioſæ, acetoſæ, ſucci citri, ſucci limonum, granatorum, cardui benedicti, roſarum & violarum* corroborationi cordis ſunt ſaluberrimæ: peſtilentibuſque febribus, ſyncopis, palpitationibus tum aſſumptæ, tum formâ epithematis extrinſecus admotæ medentur. Cordialis.

Aquæ *Abſynthij, menthæ, cotoneorum* ſtomachales ſunt. Stomachica.

Aquæ *cichorij, endiviæ, adianti, hepaticæ, agrimoniæ, eupatorij Avic. lapathi acuti*, hepaticæ ſunt, intemperieſque jecinoris humores præparando, ipſumque corroborãdo corrigũt. Hepatica.

Spleniticæ ſunt *aquæ ceterach, ſcolopendrij, geniſtæ, tamaricis, pomorum redolentium*. Splenitic.

Aquæ *raphani, halicacabi, granorum juniperi, limonum, parietariæ, milij ſolis, eſulæ minoris*, calculum comminuunt, arenulaſque & materias tartareas in renibus accumulatas diſſoluunt. Renales ſ. diuretica.

Aquæ *malvæ, biſmalvæ, cucurbitæ, melonum, cucumeris, nymphea*, tenes leniunt, urinæque ardorem & acrimoniam contemperant. Lenientes mitigantes.

Aquæ *pyrorum agreſt. & ſorborum* alui fluoribus omnibus conducunt. Conſtipant.

Aquæ *plantaginis, burſæ paſtoris*, alchi- Vulnerar.

alchimillæ, veronicæ, pirolæ, caudæequinæ, conſolidæ utriuſque renum ulceribus, ac excoriationi conferunt, ſuntque aquæ vulnerariæ.

Sudorif. alexipharm. Aquæ *cardui bened. & ulmariæ, petaſites* ſunt aquę ſudorificę, ac peſtilentibus affectibus conducunt.

Hyſteric. Aquæ *artemiſiæ, matricariæ, marrubij, mercurialis* hiſtericę ſunt, uterumq; juvant, & affectibus ipſius proſunt.

Et hæ quidem ſunt aquæ, quæ ſingulas corporis noſtri partes reſpiciunt, ſinguliſque ipſarum pathematis ſive affectionibus medentur: Et inter eas quidem ſunt, quæ diverſis, tam internis, quàm externis, præter

Anticolic. ſuprà enumeratos, morbis ſpecifica quadam qualitate accommodantur: videlicet aquę *anethi, florum camomillæ, ſambuci, florum nucum, rutæque* colicis doloribus ex vento profectis, levamen tribuunt.

Ad Hydrophob. Aqua *ceparum* ad morſus rabidi canis per os exhibita multum conduci: prodeſt etiam ad calculum

Ad calculum. Aqua *ex ſucco corticum viridium nucum* extracta ad calculum tum renum, tum veſicæ cōminuendum pellendumque expertiſſima.

Alliorum aqua ad idem confert.

Ad lumbric. Aquæ *hyperici & portulacæ*, puerorum lumbricos enecant.

Antifebril. Aqua *ceraſorum acidulorum, fructus fragorum, papaveris albi, florum centaurij* tertianis febribus & bilioſis non mediocre fuerunt ſolatium.

Arthritic. Aquæ *ebuli, ivæ arthriticæ, verbaſci*, arthriticos dolores ſedant, ſi partibus dolentibus, linteamina ſupra dictis aquis imbuta, tepidè apponantur.

Ad combuſta. Aqua *ex foliis & radice filicis* deſtillata omnibus aduſtionibus ex linteaminibus ea imbutis tepidè applicata, ſingulari virtute confert.

Ad inflam. Aqua *ſpermatis* ranarum menſe martio deſtillata, antequam excludantur, excellens eſt ad omnes oculorum, faciei, totiuſque corporis partium phlegmonas, eo quo dictum modo admota, remedium.

Ecce tibi aquarum ſtillatitiarum, quibus nullo tempore carere debent Pharmacopœi, catalogum: ecce inquam ſpecificas veraſque uniuſcujuſque proprietates.

Et hactenus de *aquis ſimplicibus*. Reſtat tandem, ut de *compoſitis* verba faciamus, utileſque quarumdam deſcriptiones tradamus, quas pharmacopœi non modò ſcire, verùm etiam paratas ſemper habere, aliiſque quamplurimis aquis nullius, aut parui momenti præferre debent.

Aquæ artificiosè compoſitæ.

1. *Aqua imperialis communis & paratu facilis.*
2. *Elixir vitæ maius, admirandum remedium ad inveteratos morbos, peneque deſperatos propulſandos, ſanitatem conſervandam, vitamque ipſam prorogandam.*
3. *Aliud Elixir vitæ minus facillimum.*
4. *Aliud Elixir paratu facillimum.*
5. *Aqua theriacalis cephalica, & affectionibus cerebri deploratis, nempè apoplexiæ, paralyſi, epilepſiæ, & ſimilibus ſpecifica.*
6. *Antepileptica major*
7. *Antepileptica major nobilior.*
8. *Aqua antepileptica minor.*

9. Alia

9. *Alia Aqua ad epilepſiam, apoplexiam, paralyſin.*
10. *Aqua hirundinum antepileptica.*
11. *Alia aqua hirundinum.*
12. *Alia prædictæ aquæ præparatio.*
13. *Alia adhuc eiuſdem aquæ præparatio.*
14. *Aqua picarum compoſita ad epilepſiam quoque ſpecifica.*
15. *Aqua ophtalmica.*
16. *Aqua ophthalmica metallica.*
17. *Alia aqua aciem oculorum acuens, cæcitatemq́; in ſenibus incipientem prohibens.*
18. *Alia aqua ophtalmica.*
19. *Aqua ad hæmoptoſin ſeu ſanguinis ſputum.*
20. *Aqua ad phthiſim, & ulcera pulmonum præſtantiſſima.*
21. *Aqua antipleuritica.*
22. *Aqua mirabilis ad collapſas vires inſtaurandas: & ad ſpiritus vitales & animales roborandos & reficiendos: quæ elixirio vitæ æquiparari poteſt.*
23. *Aqua caponis ad idem.*
24. *Aqua ad cordis roborationem contra venena & peſtilentes omnes affectus.*
25. *Aqua ad peſtis curationem & præſervationem.*
26. *Aqua theriacalis communis pro gregariis.*
27. *Aqua theriacalis cordialis & Bezoardica omnibus cordis pathematis, peſtiferisq́; affectibus, miro progreſſu conferens, ſudoremque movens.*
28. *Aqua theriacalis excellens pro peſtis præſervatione.*
29. *Aqua theriacalis bezoardica.*
30. *Alia aqua theriacalis excellens præparatuq́; facilis.*
31. *Aqua antifebritica.*
32. *Aqua alia contra omnis generis febres, præcipueq́; contra intermittentes.*
33. *Aqua ad febres etiam peſtilentes, & ardentiſſimas.*
34. *Aqua antinephritica.*
35. *Aqua alia antinephritica.*
36. *Alia prædictæ aquæ præparatio.*
37. *Alia aqua antinephritica.*
38. *Aqua ad comminuendum calculum etiam in ipſâ veſicâ.*
39. *Alia aqua ad idem.*
40. *Alia aqua ad idem.*
41. *Alia adhuc ad idem.*
42. *Aqua ad præſervationem calculi.*
43. *Aqua hyſterica.*
44. *Aqua contra colicam ventriculi & inteſtinorum, à cruditatibus & flatibus ſubortam.*
45. *Aqua ſcorbutica & hydropica.*
46. *Aqua dyſenterica.*
47. *Aqua hypnotica.*
48. *Aqua ad gonorrhæam virulentam.*
49. *Aqua ad ictus ſclopetariorum.*
50. *Aqua balſamica excellentiſſima adverſus omnis generis apoſtemata, ulcera interna & externa, potiſſimùm autem contra fiſtulas & ulcera phagadenica & maligna.*
51. *Aqua podagrica.*
52. *Aqua alia podagrica.*
53. *Alia aqua antipodagrica.*
54. *Aqua ad ambuſta.*
55. *Aqua cancrorum ad idem.*
56. *Aqua purgans.*
57. *Aqua vomitiva & purgativa ſimul.*
58. *Aqua ophthalmica.*
59. *Aqua cinnamomi.*
60. *Aqua cariophyll. & aliorũ aromatũ.*

Digitized by Google

Cardamomi
Piperis longi
Et rotundi
Spica nardi ana ℥ j. ß.
Gum. Benioini
Myrrha
Olibani
Succini
Maſtiches ana ℥ vj.
Flor. Roſmarini
Salvia
Pæonia
Stœchados
Calendula
Lavendula
Hyperici
Centaurij minoris
Betonica
Lilij convall.
Tilia arboris ana p. iij
Cichorij
Roſarum rubr.
Bugloſſa ana p. j
Mellis granati
Sacchari albi ana ℔ *j.*
Aqua vita optimè rectificata ℔ *x.*

Incidenda incidantur, & contundenda contundantur. Omnia hæc in matracium capax, & Hermeticè clauſum, ne quid exhalet, injecta in fimo equino mediocriter calido per 8. aut 10. dies putrefiant: putrefacta fortiter exprimantur: expreſſio verò per cornutam, vel alembicum ad convenientem ignem deſtillentur: ponendo in limbo alembici *moſchi* ℈ ß. *ambra griſea*, *croci ana* ℈ *j.* Aquam quæ primùm ab expreſſione illa effluet clariſſima (pretioſa tamen) ſeorſim aſſervabis. Cùm verò recipiens (quod capax vitreumque eſſe, & optimè cùm collo cornutæ adhærere debet, ne vel minimùm quidem expiret) obſcurari, ſpiritibuſque ſubalbidis offerciri percipies, aliud eius loco, aut idemmet repones, ſi priùs extillatum illum primum liquorem ſeorſim aſſervandum ſeparaveris. Junctoque denuò optimè, ut priùs cum collo cornutæ recipiente, ignem per gradus ut artis eſt, pedetentim augebis, quo prædicti ſpiritus ſubalbidi non amplius appareant. Dein aufer tuum recipiens, ut eam, quæ ſecundò elicita eſt, aquam (quam matrem balſami vocant) ſeorſim etiam ſepares, adſerueſque, & hæc quidem tum ad plures morbos extirpandos, tum ad conſervandam ſanitatem mirabili profectu conducit. Accommoda rurſus prædictum recipiens, ſicut feciſti anteà, per gradus auge, donec deſtillato primò oleo ſubflavo, deinde rubicundo, materiæ in fundo ſiccæ remaneant, nec tamen perfectæ aridæ, ne qui extillarit liquor, aduſtionem ſuboleat. Quibus peractis, aſſume tibi aquam illam clariſſimam, quam primò ſatis copioſe elicuiſti, affunde reſiduis fœcibus, & fac ut ſimul per 6. aut 7. dies digerantur ad calorem baln. Mar. donec aqua coloretur, & flaveſcat, attracta ſcilicet magis ignea, & oleaginoſa materiæ portione. Fœces reſidentes, cùm ſcilicet omnem tincturam ſuam prædictæ aquæ impreſſerint, ſeorſim ad dicēdos uſus adſervētur. Poſt omnes prędictos liquores (*ſervata tamen ſi libuerit ex unoquoq; proportione aliqua ad effectus ſupra*

Digitized by Google

Tincturæ & majoris efficaciæ, licet minus jucundum illud primum.

Hæc eſt præparatio prædicti Elixiris correcta, cujus correctionis cauſas corrector Dn. Greiff ſubjungit ſequentes:

Cur hoc modo præparemus Elixir, & Quercetani præcepta non obſervemus, hæc eſt ratio, inquit, *quia huius elixiris ineffabiles ſunt virtutes ad curandas, & præcavendas vertigines, epilepſias, apoplexias, paralyſes, manias, melancholias, aſthmata, ſyncopes, lipothymias, ſtomachique & aliarum partium imbecillitates, cachexias, hyſtericas paſſiones, & alia id genus ſumma & deploranda ſymptomata. Huius guttulæ aliquot tantùm exhibentur cum decocto convenienti, morboq; approbriato: ut verbi gratia*, ad epilepſiam, *cum aqua pæoniæ, lilij convall. aut florum tiliæ arboris: Ad* paralyſim, *cum aqua calendulæ:* ad peſtem, *cum aqua ulmariæ, aut cardui benedicti:* ad aſthma, *cum aqua ſcabioſæ, peti, tuſſilaginis, aut ſimilibus. Valet etiam illud elixir ad reſtaurationem, & conſervationem balſami noſtri radicalis, ſi quatuor, aut quinque guttulæ exhibeantur cum juſculo, vino aut convenienti aliquo liquore.*

Sed dices laborioſiorem æquò, prolixioremque eſſe huius elixiris præparationem; At ſanè longè ſatius, neceſſariumque magis eſt tempus in tantis, tamque admirandis rebus, quàm in refarcienda vilibus ac inutilibus penè medicamentis officina collocare. Attamen ut omnibus, etiam indulgeam, faciliorem & jucundiorem forſan elixiris ad ſanitatem conſervandam vitamque prorogandam, efficaciſſimi præparationem ſubſcribam.

3. *Elixir vitæ minus facillimum.*

℞. *Rad. gentianæ in talleolas ſectarum & exſiccatarum*
Rad. Centaurij minoris ana ℥ *iij.*
Galangæ
Cinnamomi
Macis
Garyophyllorum ana ℥ *j.*
Flor. Salviæ
Hyperici
Roſmarini, ana p. ij.
Vini albi generoſiſſimi ℔ *vj.*

Macerentur in matracio vitreo benè clauſo per octo dies ad ignem Baln. Mar. lentum deinde fortiter exprimantur, & per alembicum vitreum deſtillentur per cineres ad ſiccitatem. Aquam deſtillatam fœcibus reaffunde, ut ex his in balneo Mar. tepido totam tincturam elicias: fœces poſt tincturæ extractionem reducantur in cineres, ex quibus ſalem elicies aquâ cardui benedicti, vel ulmariæ, ſalemque illum ex artis præſcripto optime depuratum, ut docebimus, cap. de ſalibus, prædictæ ſuæ propriæ aquæ jam tinctæ addes.

Ex hoc elixire, quarta cochlearis pars aut per ſe, aut ex liquore convenienti diu exhibeatur. Specificum eſt remedium ad omnes cachexias, ſtomachi imbecillitates, quem à viſcidis & mucilaginoſis humoribus, huic adhæreſcentibus expurgat, mundificatque, vermium generationem prohibet, corpuſque ſanum conſervat, & ab injuriis tuetur. Hoc

Digitized by Google

autem bis tantùm in hebdomade, ſed tamen longo tempore utendum eſt.

4. *Aliud elixir paratu facillimum.*

℞. *Ligni aloes*
Rad. galangæ
Zedoariæ
Scorzoneræ ana ℥ j.
Macis,
Garyophyllorum.
Cinnamomi,
Cardamomi
Dictamni
Corticis citrij ana ℥ ß
Coriandri præparati,
Granorum alkermes,
Iuniperi ana ℥ iij.

Craſſo modo contuſa in vas vitreum cum collo oblongo: quod matracium nuncupamus, ponantur: ſuperinfundatur aqua vitæ fortiſſima, ex vino canariæ diſtillata, ut materiam quatuor aut quinque digitos ſupernatet: macerentur omnia in loco frigido per ſpacium 8. dierum; agitando vas bis vel ter in die: aqua interea temporis cunctas ſimplicium virtutes extrahet, ac iiſdem imprægnabitur & tingetur: Tunc id, quod clarefactum, eorundemque ingredientium proprietatib. tinctum & imprægnatum fuerit, ſeparabis per inclinationem, ſtudioſeque in phialis probe clauſis ſervabis:

Tempore neceſſitatis eiuſdem exhibebis cochleare dimidium, vel unum integrum ad ſummum. Ex reſidua materia ſive ſpiſſamento illo formari poterunt: linimenta ad apoplexiam & paralyſim, coronali ſutura, ſpina cervicis, & partibus ex cauſa aliqua frigida dolentibus applicata in forma cataplaſmatis ſive linimenti, addendo olea convenientia. Vel ex his omnibus etiam aquam, in modum aliarum aquarum modò deſcriptarum, componere licet, ſi libet.

5. *Aqua theriacalis cephalica, & affectionibus cerebri deploratis, nempè* apoplexiæ, paralyſi, epilepſiæ, & ſimilibus *ſpecifica.*

℞. *Rad. pæoniæ*
Viſci querni
Acori vulgaris, ana ℥ iij.
Gran. juniperi maturorum.
Sem. pæoniæ ana ℥ j,
Garyophyllorum.
Macis ana ℥ vj.
Caſtorei ℥ ß.
Flor. ſtœchados
Calendulæ
Betonicæ
Anthos.
Salviæ.
Lilii convall.
Tiliæ arboris ana p. ij.

Incidenda incidantur, contundenda contundantur, & macerentur per triduum ad ignem balnei calidi, in
Vini albi generoſi ℔ ij.
Aquæ pæoniæ.
Salviæ.
Calendulæ ℔ j.
deinde exprimantur fortiter. Huic expreſſioni adde:
Theriaces Alexandrinæ ℥ iiij.
Confect. anacardinæ Meſ. ℥ j. ß
Diamoſchi
Aromatici Gabrielis ana ℥ ß.

Mace-

Macerentur denuò per duos treſvé dies ad ignem lentum baln. Mar. dein exprimantur, & diſtillentur per cineres ad ſiccitatem: fiat aqua theriacalis.

Datur ex parvo cochleari argenteo, ad inſultus epilepticos, apoplecticosq;, & prædictos morbos mirificè conducens.

6. *Aqua antepileptica maior Quercet. ex tetrad.*

℞. *Rad. Angelicæ*
Zedoariæ
Bardanæ
Scorzioneræ
Tormentillæ
Biſtortæ
Enulæ campanæ
Gentianæ ana ℥ j. ß.
Rad. pæoniæ maris & fœminæ, decreſcente lunâ, in ſigno Leonis collectæ
Raſuræ ligni buxi
Viſci querni.
Et viſci coryli ana ℥ ij
Santali citrini
Ligni aloes
Myrobolan. omnium ana ℥ j.
Dictamni albi ℥ vj.
Herb. Meliſſæ
Scabioſæ
Acetoſæ
Fumariæ
Agrimoniæ
Rutæ
Anagallidis
Matricariæ
Menthæ rubr.
Abſynthij Pontici.
Hyſſopi ana m. ij.
Sem. Cardui bened.
Citrij
Pæoniæ
Seſeleos
Gran. Iuniperi ana ℥ ß.
Cubebarum
Macis
Nucis moſchatæ
Cinnamomi ana ℥ iij.
Flor. geniſtæ
Hyperici
Centaurij minoris
Tiliæ arboris
Liliæ convall.
Calendulæ
Lavendulæ ana p. ij.
Cichorij
Bugloſſæ
Roſ. rubr. ana. p. 1.

Sumendæ erunt *radices, herbæ & flores*, qui quam recentiſſimi fuerint ex temporis opportunitate, qua parabitur hæc theriacalis aqua: quod quidem commodiſſime fiet in æſtate, cùm omnia tunc abunde vigeant, & viribus valeant. Atque hæ *radices, herbæ & flores* recentes, in amplo mortario quàm tenuiſſime contundentur. Quæ ſi ſicca fuerint recentiorum defectu, craſſiuſcule conquaſſabuntur. Omnia autem optimo mixta ollæ indantur vitreatæ ſatis capaci, ut tota mixtio libere ea contineatur: cui ſuperinfundantur

Aquæ ſtillatitiæ primulæ veris
Lilij convall.
Flor. Tiliæ
Calendulæ ana ℔ j. ß
Meliſſæ

Digitized by Google

Hyſſopi
Roſmarini
Geniſtæ ana ℔ ß
Vini albi optimi ℔ ij.

Aut quantum ſatis fuerit, ad mixtionem illam imbuendam & perfundendam: quæ ſæpe manibus intrò aut cochleari comprimetur, ut melius humectetur, & liquorem imbibat. Hæc autem olla arctiſſime occluſa, ne quid expiret, lento igne foveatur, dum materia tepeſcat, ut ſic melior ac facilior fiat fermentatio, ſeptem aut octo dierum ſpatio: quo enim diuturnior maceratio, eo melior futura eſt fermentatio. Poſteà exprimantur omnia, & linteo ſecernatur ac trajiciatur expreſſio. Deinceps fæces torculari fortiter comprimantur, ut tandem aridiſſimæ reddantur. Atque totus hic expreſſus liquor in plures alembicos diffundatur, vel in magno deſtillatorio cupreo ſimul colligatur, cum refrigeratorio vaſe (quæ omnibus pharmacopœis obvia & in promptu ſemper eſſe debent, ad aquas & olea vegetabilium extrahenda) ex quo aqua extilletur, quæ pretioſa & excellens futura eſt. Relictæ autem fœces ſuperiores interea igne reverberij in cineres reducentur: quibus apprime calcinatis, ſuperior aqua calide affundetur & reaffundetur, donec ſuum ſalem ab illis extraxerit, ſicque potentior & efficacior reddatur.

Sola & citra ſalis ſui adiunctionem, ad curationem & præcautionem epilepſiarum omnium, ſive idiopathicarum, ſive ſympathicarum: omnibus etiam ætatibus & temperamentis ad ℥ ß. *tutò & feliciter exhiberi poteſt, idque matutinis horis. Neque enim ea præparandi tantùm & corroborandi ægri vim habet, ut quæ etiam malignas qualitates adoriatur, undecunque ea progrediantur: ſed etiam huius morbi verum ſpecificum, & ἀλεξιφάρμακον eſſe certiſſimum ſit.*

7. *Aqua antepileptica major nobilior.*

Verumtamen ut hæc aqua nobilior, perfectior & majoris virtutis ſit, ac energiæ magis ſpecificæ adverſus hunc morbum, additamentis his quæ ſequuntur ditabitur, ut videlicet ad iſtius aquę libras quatuor addas.

Theriacæ Venetæ aut Monſpeſſulanæ, eiuſque quam optimæ ℥ iij.
Confectionis de hyacintho ℥ j. ß.
Confect. alkermes ℥ ß
Pulv. Diamargarit.
Diacorall.
Lætificant. Gal. ana ℨ ij
Diacaſtorei ℨ ß. *aut etiam amplius,*
Caſtorei ipſius ſimplicis ℨ ij.
Camphoræ ℨ j.

Mixtis omnibus & vaſi longioris colli (quod matracium vocant) firmiſſime clauſi impoſitis, in baln. Mar. fiat digeſtio per quatuor dies: Deinde igne cinerum deſtillatio per alembicum extrahatur, deſtillatam aquam ter aut quater ſuper ſuas fęces cohobando, ea cautione tamen, ne nimia fęcum exſiccatione, liquor extractus aduſtionē redoleat. Quę tamen nō eſt

metuen-

metuenda, ſi ex balneo Mar. vaporoſo, vel ad ſiccitatem uſque fiat extillatio. Hac ratione præſtantiſſima aqua elicietur, non tantùm in omnes epilepſias, ſed etiam apoplexias & paralyſes. At ſi ſecundæ hujus deſtillationis fæces in cineres redigatis & ex iis ſalem, aqua meliſſæ, juxtà artem extrahatis, eumque ter aut quater, ad majorem puritatem & ſubtilitatem, ſolvatis, filtretis, & coaguletis, eumq; ſuæ aquę immiſceatis, in qua conſeſtim ſolvetur, *auctiores longè vires, & potentiorem multò energiam ejuſmodi aqua habitura eſt.*

8. *Aqua antepileptica minor.*

℞ Aquarum Flor. Tiliæ arboris
Lilij convall.
Ceraſorum nigrorum
Salviæ
eo quo dictum ſupra modo extractarum ana ℔ j. ß
Viſci querni
Dictamni
Garyophyllorum
Cinnamomi
Nucis moſchatæ
Macis
Cubebarum
Zingiberis ana ℥ j.
Sem. pæoniæ
Baccarum juniperi
Dictamni ana ℥ j. ß.
Flor. anthos
Salviæ
Betonicæ
Stœchados
Calendulæ
Hyſſopi ana p. j.
Camphoræ ℨ iij.

Digerantur per aliquot dies: dein deſtillentur per balneum *vaporoſum ad ſiccitatem: doſis cochleare j.*

9. *Alia aqua ad epilepſiam, apoplexiam & paralyſim. Quercet. ex Tetrad.*

℞ Rad. recentium angelicæ
Enulæ campanæ
Zedoariæ ana ℥ j.
Raſ. ligni buxi ℥ vj.
Rad. Pæoniæ, luna in leonis ſigno decreſcente, ſi fieri poteſt collectæ,
Viſci querni rec. ana ℥ ij.
Dictamni albi ℥ j.
Sem. Cardui bened.
Citrij
Acetoſæ
Portulacæ
Pæoniæ,
Luna decreſcente collectorum & decorticatorum ana ℥ ß.
Nucis moſchatæ
Macis ana ℨ iij.
Flor. Cotulæ fœtidæ
Sambuci ana p. iij.
Flor. Salviæ
Stœchados
Lilij convall. ana p. ij.

Pulveriſanda pulveriſentur craſſiuſculè, & contundenda contundantur, ac macerentur per quatriduum ad ignem Baln. Mar. in aquarum
Rutæ
Ceraſorum nigrorum
Flor. Tiliæ
Geniſtæ
Hyperici ana ℔ ij.

Dein fortiter per torcular exprimantur. Huic expreſſioni adde

Spec. Diamoſchi
Diamargariti frig.
Diacorall ana ℥ ß.
Raſuræ cornu cerui ℥ j.
Confect. de hyacintho
Confect. alkermes
Theriaces veteris ana ℥ ß.
Camphoræ ℨ j.

Denuò per duos dies in baln. Mar. digerantur, ac tandem deſtillentur per cineres.

Huius aquæ exhibeantur pro doſi ℥ ß. vel ℥ j. in ipſo paroxyſmo.

Vt præſtantius euadat remedium, ſalem ex capite mortuo aut fæcibus in cinerem redactis, ut artis eſt, extractū addes, reaffuſa nēpe ea ipſa aqua ſuper cineres toties, dū virtute ſalis impręgnata ſit. *Vſum vidi in cura apoplexiæ, ubi præ aliis maximoperè commendatur*

10. *Aqua hirundinum antepileptica.*

℞ Hirundinum adhuc in nido exiſtentium viij. aut x. paria.
Flor. lilij conuall. p. ij.
Garyophyll.
Macis ana ℥ ß.

Coquantur omnia in duabus tribusve heminis vini albi optimi: dein exprimantur fortiter, & deſtillentur:

Huius aquæ cochlearia duo hoc morbo correptis exhibeantur: promptè enim à præſenti paroxyſmo liberat, futurumque prohibet.

Hanc me primùm docuit D. *Rondeletius, med. celeberrimus* Monſpelienſis, & præceptor meus: quam tamē pro magno & nō revelando ſecreto celabat. *Eidem autem hirundinum aquæ, paucula quæ ſequuntur adieci,* cujus etiā felices & admirandas vidi experiētias.

11. *Alia aqua hirundinum.*

Accipe ſuo tempore ſex aut ſeptem, vel plures, ſi velis hirundinum nidos, cùm ipſæ lanugine cooperiri incipiunt. Has integras in alembicum proprium coniice, deſtilla & aquam inde effluentem aſſerua. Dein fæces reſiduas in fūdo ſubſidentes in cinerē, qua decet arte, redige, ex quo ſume ℔ ß.

Cinerum cranij humani, & ſi fieri poteſt, non humati ℥ iij.
Caſtorei ℥ j. ß.
Pulv. viſci querni ℥ j.
Succi rad. & fol pæoniæ ℥ vj.
Aquarum flor. hyſſopi
Flor. tiliæ arboris
Lilij conuall ana ℔ j.

Aceti ſcillitici ℔ ß. quib⁹ infunde aquam omnem, quam ex hirundinibus elicuiſti: macerentur omnia per aliquot dies ad ignem balnei: dein per cineres aut ſaltem per Balneum vaporoſum ad integram ſiccitatem deſtillentur: ea n. ratione aqua ἐμπύρευμα nō redolebit, ſed cum omnibus ſuis qualitatibus integris & requiſitis effluet.

Hæc aqua per ſe ſola, ſale proprio imbuta (præmiſſis tamen per menſem integrum generalibus remediis conuenientibus) ad medium cochleare ſumpta mirabiles effectus prodit.

12. *Alia prædictæ aquæ præparatio. Ex Tetrad.*

℞ Suo tempore vij. aut viij. pullorum hirundinum nidos, ſola tantùm lanugine hirſutorum, necdum perfectis plumis veſtitorum: hoc in terreo vitreato

treato vaſe, firmiſſimè obſtructo, ad reverberandum componito; dum toti pulli in cinerem cum viſceribus & plumis redacti ſint.

Ex *hoc cinere accipe* ℥ iij. (cujus ſi tanta non ſit copia, de reliquis tantum detrahes, quantum fuerit defectus pulveris.)

Cineris cranii humani ℥ ij.
Pulv. rad. viſci querni
Angelicæ
Zedoariæ ana ℥ j. ß.
Sem. pæoniæ
Gran. iuniperi conquaſſatorum ana ℥ vj.
Caſtorei ℥ j.
Succi radicum & foliorum pæoniæ
Aceti ſcilliticiana ℔ j.
Aquarum hyſſopi
Flor. Tiliæ
Lilij convall.
Saluiæ
Roſmarini ana ℔ j.

Macerentur ſimul omnia in vaſe fortiter obſtructo ad aliquot dies in Baln. Mar. deinde fiat deſtillatio in cineribus, mediocri igne, ad ſiccitatem. Cavendum, ne deſtillatum aduſtionis ſaporem referat.

Vt autem aqua corroboretur, & vis eius augeatur, aridas fæces accipe, eaſque in calcem, vi ignis albiſſimam redige, quibus in manica, aut filtro Hippocratis impoſitis, ſuperfundatur deſtillatus liquor, qui crebra repetitione ſuæ calci reaffundatur, & itentidem traiiciatur: dum totum ſalem, in quo poſita eſt ſumma remedij virtus, ſecum eduxerit & aſportarit.

Atque ſic aquam, non ſimpliciter & craſsè ſtillatam, quales ſunt vulgares, quæ ſtatim muciditatem & corruptionem contrahunt: ſed omnium ſimplicium dotibus ac virtutibus impregnatam, ac diuturnæ conſervationis habebitis. Ex qua admirandos effectus (ex arte ſpagyrica manantes) ſitis ubique & ſemper experturi. Doſ. cochl. ß. adultis, infantibus minus, & in paroxyſmo N. *Ad præcautionem uſus aliquot dies continuari poteſt.*

13. *Alia eiuſdem aquæ præparatio.*

♃ iiij. aut v. hirundinum nidos, quos in fruſta cum ipſis plumis ac lanugine & viſceribus, diſſecabis.

Coquantur in v. aut vj. hydromelitis ſextariis, eo modo quo aliæ carnes in olla elixantur. His adde

Rad. & ſem. pæoniæ
Angelicæ
Viſci querni
Raſuræ cranij humani
Cornu cervini
Gran. juniperi conquaſſatorum
Herb. Dictamni
Meliſſæ
Betonicæ
Thymi
Hyſſopi ana q. voles

Iuſculum prælo fortiter exprimatur ac percoletur. Expreſſioni aut colaturæ ſequentia adiiciantur.

Macis
Nucis Moſchatæ
Garyophyllorum
Cinnamomi, ana ℥ ij.
Caſtorei ℥ ß.
Flor. purpureorum anagallidis
Lilio-

Liliorum convall.
Tiliæ arboris
Roſmarini
Salviæ
Betonicæ ana p. j. aut duos.
Croci ℨ ß.
Camphoræ ℨ ij.
Aquarum florum primulæ veris
Et calendulæ ana ℔ *j.*

Macerentur ſimul omnia ad aliquot dies, deinde fiat liquoris deſtillatio ex arte.

Huius & in ipſo paroxyſmo, & extra ipſum prout morbus exigit, exhibeatur ſemicochleare. Eadem aqua aurium & narium inferiora foveantur.

14. *Aqua picarum composita ad Epilepſiam quoque ſpecifica.*

℞ *Pullos picarum N. xij*

Fruſtatim unà cum inteſtinis & pennis incidantur, & ponantur in vas terreum vitreatum, addendo

Rad. pæoniæ
Zedoariæ
Viſci querni ana ℨ *ij.*
Flor. Tiliæ arboris
Lilij convall.
Hyſſopi ana p. ij.

Coquantur in *oxymelitis anthoſati & aquæ milliſ. an lib. iiij.* ad medietatis conſumptionem: dein exprimantur, Huic expreſſioni adde

Gran. juniperi
Sem. pæoniæ ana ℨ ß.
Garyophyllorum
Nucis moſchatæ
Croci
Cinnamomi
Cubebarum ana ℨ *iij.*
Caſtorei ℨ *ij. ß.*
Flor. Betonicæ
Stæchados arabicæ
Primulæ veris
Citrij mali ana p. ij.
Anagallidis purpureis floribus p. iij.

Contuſis contundendis, digerantur per 4. dies: dein deſtillentur per balneum vaporoſum ad ſiccitatem. *Doſis hujus aquæ eſt cochlear unum vel alterum.*

Alia aqua antepilepticam metallicam ex croco metallorum vide infra.

15. *Aqua ophtalmica.*

℞ *Succi eufragiæ*
Chelidoniæ ana ℔ ß.
Lactis caprini ℔ *j.*

Miſceantur omnia ſimul, addendo

Zingiberis
Macis craſſiuſculè conquaſſatorum ana ℨ *j.*
Aloes ℨ ß.
Vitrioli albi ℨ *iij.*

Macerentur quatuor aut quinque dierum ſpacio, deſtillenturque per balneum vaporoſum. Aquæ deſtillatæ adde tuthiæ fruſtula non tamen pulveriſata, quæ prius in cochleari ferreo novo ignita fuerint novies extinguantur, & tandem cum aqua prædicta continuò reſidere ſinantur.

Cujus guttula una oculo etiam inflammato admoveatur: nec reſpiciendum ad calida illa, quæ prædictam illam aquam ingrediuntur, etiamſi initio dolor ingraveſcat, ferveatque per tempus aliquot, miros enim effectus prodet: tartarum illud oculis adhæreſcens, pungens acerrimumque

mumque dolorem inferens, & ſalſas movens lachrymas, diſſolvendo. Singulare eſt remedium ad omnes ophthalmias, præferendumque ſanè omnibus iſtis ſimplicibus aquis refrigerantibus, ut roſarum, plantaginis, cerefol. & ſimilibus, collyriiſque oculorum refrigerationi dicatis, ut ipſa etiam experientia, præter allatam ſuprà rationem fidem faciet. Confert etiam ad amblyopiam & amauroſim, ſi huic crocus metallorum admiſceatur, quem credo baſin & fundamentum aquæ ophtalmicæ Martini Rulandi, doctiſſimi celeberrimique medici Germani, *cuius ipſe admirandos effectus miro ſucceſſu expertus eſt, ut videre eſt in illius centuriis iam diu in lucem editis.*

Ex croco illo metallorum fit etiam inſignis

16. *Aqua ophthalmica.*

Aqua ophthalmica ex croco metallorum.

Si *croci ex dicta magneſiâ* ♁ *parati*, & prorſus inſipidi, accipias drachmam unam vel duas & infundas cum *aquarum euphragiæ, fœniculi, aut ſimilium*, quæ oculorum affectibus idoneæ ſunt & ſalutares ℥.v. vel vj.

Aquam conficies opthalmicam, miræ admodum virtutis contra amblyopiam, amauroſim, & ſuffuſionem oculorum. Poteſt guttatim in oculum inſtillari citra ullum doloris ſenſum: cuiuſvis enim acrimoniæ expers eſt: Ex ea etiam oculus ſingulis matutinis, idque ad pluſculos dies irrigari debet.

Nubecularum viſum turbantium, diſcuſſioni, ſimilibuſque affectibus multò aptior eſt, quam cætera quæque collyria, ex corroſivis compoſita, ut inter alia eſt

Aqua cærulei coloris.

Aqua ophthalmica cærulea.

Quæ paratur ex *aqua pluviali* & *latè ammoniaco*, diu in pelvi tonſoria ſimul agitatis, cui ſpiritus vitrioli ea agitatione commixtus elegantem inducit viriditatem.

Eaque multi haud infelici ſucceſſu utuntur. Sed ex inflammatione & dolore, quem adfert malum, ſubinde acuitur, adeò ut aqua, ex croco dicta magneſiæ concinnata multò præſtantior habenda ſit, utpote quæ circa ullum dolorem efficaciter & utiliter operetur.

Alia aqua aciem oculorum acuens cæcitatemque in ſenibus incipientem prohibens.

℞ *Rad. valerianæ.*
Enulæ campanæ
fœniculi ana ℥j.
Herb. Chelidoniæ
Euphragiæ ana m. ij.
Betonicæ
Pulegij ana m. j.
Sem. fœniculi
Sileris montani ana ʒvj.
Baccar. juniperi ℥ß.
Fol. caprifolij
Roſarum albarum an. p. ij.
Stœchados.
Salviæ
Anthos.
Sambuci
Calendulæ
Schœnanthos ana p. j.
Zingiberis
Piperis longi
Cubebarum

Cardamomi ana ℥ j.ß.

Pulveriſanda pulveriſentur, & contundenda contundantur,&infuſa in hydromelitis malvatici vel canariæ vini ℔ iij.ponantur ad ignem lentum vel ſolem per quatuor ſex ve dies: omnia prælo fortiter exprimantur: cui expreſſioni adde:

Aqu.pecul. Roſatum.
Euphragia ana ℔ ij.
Fœniculi.
Chelidoniæ ana ℔ j.ß.

Miſceantur.

Doſis ℥ j.*vel* ß *pro iunioribus:ſumatur bis terve in ſeptimana ieiuno ventriculo. Ex eadem met poteſt inſtillari una aut altera. gutta in oculis quotidiè manè.*

18. *Alia aqua ophthalmica.*

Componitur etiam aqua ophthalmica *ex* ℔ *ij.urinæ pueri optime purificata, additis* ℥ *iiij. vitrioli, totidem unciis thutiæ.*

*Ex quibus omnibus per dies aliquot maceratis:*dein per cineres ad ſiccitatem deſtillatis fit aqua ophthalmica.

Hujus guttulæ aliquot inflammato oculo,aut debilitato admoventur.

19. *Aqua ad hæmoptoſim ſeu ſanguinis ſputum.*

℞ *Rad.biſtorta.*
Symphyti maioris.
Tormentillæ ana ℥ j.
Herb.centinodia.
Millefolij.
Veronica.
Pyrola.
Sanicula.
Burſa paſtoris cum rad.an.m.j.
Summitatum rubi.
Lentiſci ana m.ß.
Gran.ſumach.
Myrtilli.
Sem.plantaginis.
Berberorum.
Papav.albi ana ℥ vj.
Flor.Nymphea.
Cucurbitarum.
Citoniorum.
Roſ.rubr.an.p.ij.

Contuſis & commixtis omnib. macerentur per quatriduũ ad ignem balnei in ſuccorum depuratorum.

Plantaginis.
Portulaca.
Acetoſa.
Agrimonia an. ℔ ij.

Dein fortiter exprimantur:his adde:

Succorum acacia.
Hypociſtidos ana ℥ ij
Terra ſigillata.
Boli armeni veri an.℥ß.
Electuarij diatragacanthi frigidi ℥ ij.

Macerentur denuo per quatriduum,dein per *cineres ad ſiccitatem deſtillentur.*

Hujus aquæ, qui laborat hæmoptoſi, capiat cochlearia duo aut tria, vel per ſe,vel addito ſyrupo myrtill. de roſis ſiccis,aut ſymphyti deſcript. Fernelii. Quod ſi ab immodico ſanguinis fluxu exolvātur vires, adde ℈j. *tinctura corallorum, vel para deſtillatum, quod cum morbo pugnet, & refectioni inſerviat.*

Aqua ad phthiſim & ulcera pulmonum praſtantiſſima.

℞ *Spec.Electuarii reſumptivi.*
Diapenidii.
Diatragacanthi frigidi.

Dia-

Digitized by Google

Diacorall. ana ℥ß.
Trochiſc. de ſpodio
Et de terra ſigillata ana ʒvj.
Conſerv. ſymphyti maioris,
Roſ. rubr.
Flor. verbaſci ana ℥j.
Sem. plantaginis
Berber.
Melonum
Cuſcutæ
Papav. albi
Citoniorum ana ʒx.
Pulveris cancrorum fluviatilium ʒiij.

Contuſis craſſiuſculè omnibus macerentur per 4. dies in

Aquarum veronicæ
Scabioſæ
Bugloſſi
Plantaginis
Symphyti maioris ana ℔.j.

Dein fortiter exprimantur & deſtillentur per cineres: huic aquæ diſtillatæ adde

Tincturæ corallorum
Et Magiſterii perlarum ana ʒiij.
Butyri ſeu lactis Sulphuris ʒß.

Miſce. Doſis ʒß. *vel per ſe, vel admixta* ʒß. *ſyrupi myrtillorum, aut de roſis ſiccis: de qua utendum ad pluſculos dies.*

21. *Aqua antipleuritica.*

℞. *Flor. papau. rheadis exſiccatorum p.* vj.
Coralli rubri tenuiſſimè pulverizati, & pulveris corticum avellanarum rubrarum.
Sem. cardui benedicti ana ℥j.

Macerentur per triduum ad ignem Baln. Mar, in

Aq. Papaveris rheadis ℔. ij.
Cardui benedicti
Vlmariæ ana ℔.j.

Dein per cineres deſtillentur:

De hac aqua exhibe ℥iij. *addendo ſyrupi papav. rheadis* ℥j. *idq; ante ſomnum: reiteretur ſi opus fuerit: non prætermittenda erit prius ſangvinis miſſio: cum hac aqua multos pleuriticos etiam deſperatos ſanitati brevi reſtitutos ſepè vidimus.*

22. *Aqua mirabilis ad collapſas vires inſtaurandas: & ad ſpiritus vitales & animales roborandos & reficiendos: quæ elixiri vitæ æquiparari poteſt.*

Fac deſtillari *vinum Candiæ* ſive *vinum malvaticum* optimum quinquies vel ſexies, in unaquaque vice rectificando, ut artis eſt. In hac *aqua vitæ*, poſt primam vel ſecundam deſtillationem, phlegmatiſque ſeparationem, macera

Flor. Roſmarini exſiccatorum
Bugloſſæ
Borraginis
Cort. citrii ſicci
Ligni aloes
Et cinnamomi ana q. voles

Habitâ ſemper quantitatis conficiendæ ratione: multoties hanc aquam cohobando & reducendo: In cujus optimè rectificatæ ℔.j. diſſolue

Confect. alkermes ℥ß.
Ambræ griſeæ ʒij.

De hac *exhibe cochleare dimidium in cordis deliquio, melancholicis & aliis deploratis affectionibus.*

Digitized by Google

23. *Aqua caponis ad idem.*

Quamvis in Weckeri viri doctiſſimi *antidotario, opere non minus laborioſo quàm utili, aliquot huius aquæ deſcriptiones ſatis elegantes reperiantur: non tamen intermittere potui, quin hic unam de noſtris adiungerem.*

℞. *Caponem unum (velplures* prout libet) antiquum, & pinguem exenteratum in fruſta diſcinde, & in Philam vitream capacem iniice, addendo:

Santali citrini
Ligni aloes
Garyophyllorum
Nucis moſchatæ
Cinnamomi
Macis ana ℥. j.
Galangæ
Corticis citrii
Zedoariæ
Croci ana ℥. ß.
Flor. Roſmarini
Saluiæ
Betonicæ
Lavendulæ
Borraginis
Buglosſæ
Roſ rubrarum, ana p. j.
Coralli præparati ℥. j.
Granorum alkermes, ʒ. iij.
Vini canariæ menſ. j.
Sacchari albiſſimi ℔. ß.

Vas benè clauſum, ut nihil evaporet, collocetur in Balneum Mar. fervidum, per octo, vel decem dies: donec capo vi bullientis aquæ in minutiſſimas particulas decoct⁹ fuerit. exprimantur poſteà omnia per torcular, & in alembico deſtillentur.

Doſis eſt cochlear unum atque alterum.

Geſnerus hanc aquam mirificè commendat ad vires exhauſtas, & ipſas etiam febres continuas.

24. *Aqua ad cordis roborationem contra venena & peſtilentes omnes affectus.*

℞. *Rad. Angelicæ*
Carlinæ
Tormentillæ
Cort. citrii
& Olibani ana ℥ij.
Sem. Cardui benedicti
Acetoſæ
Vlmariæ
Santalorum omnium ana. ℥ß.
Conſerv. Buglosſæ
Roſarum
Violarum
Mithridatii
Confect. de hiacyntho ana ℥ij.
Spec. Diamargariti frigidi.
Camphoræ ana ℥ij.

Terenda terantur craſſiuſculè, & indantur omnia in alembicum vitreum, ſuperaffundendo *aquæ vitæ rectificatæ* ℔. iiij. digerantur vaſe optimè clauſo: dein per cineres aut balneum vaporoſum deſtillentur.

Eſt aqua mirabilis ad lipothymiam, ſyncopem, & peſtilentes omnes affectus: doſis ſemicochleare argenteum, vel paulò plus.

Digitized by Google

25. *Aqua ad peſtis curationem & præſervationem.*

℞. *Ligni Aloes* ℥j.
Rad. Garyophyllatæ
Gentianæ
Zedoariæ
Angelicæ
Tormentillæ ana ℥ij.
Cinamomi
Macis
Santali rubri
Bacc. Iuniperi
Sem. Cardui benedicti
Cort. Citrii & ſem. eiuſdē ana ʒvj.
Fol. Dictamni Creteuſis ſicci
Meliſſæ
Hyſſopi ana M. j.
Raſuræ cornu cervi
Eboris, ana ℥ß.

Macerentur ad ignem lentum per ſex octove dies in ſuccorum depuratorum *rutæ, ſcordii, & ulmariæ* ana ℥viij. dein fortiter prælo exprimantur: his adde

Theriaces
Mithridatii optimi ana ℥ij.
Confect. de hyacintho,
Alkermes ana ℥ß.
Spec. diambræ ʒij.
Croci ʒj.
Camphoræ ʒß.
Vini maluatici
& aquæ vitæ ana ℔j.ß.

Infundantur denuò per ſex dies ad ignem lentum vaſe optimè clauſo, ut nihil expiret: dein fortiter exprimantur.

De hoc expreſſo, ſi velis, exhibere poteris, peſte iam correpto ℥ij. *Eſt magnum ſudorificum. Vel expreſſum illud deſtilletur per cineres, & fiat aqua: doſis* ℥ij.ß *his addendo* ſyrupi acetoſitatis citrij, vel limonum ℥ß. *fiat potio: ſudorem mirum in modum provocat: peſte correptis primo etiam die exhibetur, etiam prater miſſa purgatione, & ſangvinis miſſione, quam evacuationem in multis peſtilentibus affectibus improbamus: reiteretur potio, ſi opus fuerit ſequenti die. Confert etiam ad omnes affectus venenatos, ſi cum aliqua aqua vel ſyrupo convenienti commiſceatur. Ad peſtis præſervationem ſufficiunt quatuor ſexve huius aquæ guttulæ, in vino, vel iuſculo convenienti, & mane propinatæ: ex guttulis aliquot eiuſdem aquæ labra, nares, aures, illiniri etiam poterunt, ſingulis matutinis graſſante morbo.*

26. *Aqua theriacalis communis pro gregariis.*

♃. *Theriaces Alexandrinæ* ℥iij.
Myrrhæ ʒj.ß.
Aquæ vitæ
Vini odoriferi ana ℔ ß.

Miſceantur, digerantur, & deſtillentur ad ſiccitatem in balneo vaporoſo. *De hac aqua exhibe* ℥ß. *cum aqua rutæ, vel fumariæ: potenter ſudores movet, valet & ad peſtilentes omnes affectus.*

N. Poterit deſtillandis quoque addi croci ʒij.

27. *Aqua theriacalis, cordialis, & bezoardica, omnibus cordis pathematis, peſtiferiſq; affectibus, miro progreſſu conferens, ſudoremq; movens.*

Kk 3 ♃. Rad.

℞. *Rad. Angelicæ*
Zedoariæ
Garyophyllatæ
Barbæ hirci
Tormentillæ
Petaſites
Enulæ campanæ ana ℥ij.ß.
Raſ. cort. Ligni Indici ℥vij.
Santali citrini
Cinnamomi
Macis
Gran. Iuniperi
Sem. Cardui benedicti
Citri
Et corticis eiuſdem, ana ℥j.
Herb. Diptamni albi
Scabioſæ
Menthæ rub.
Chelidoniæ
Scordii
Rutæ
Meliſſæ
Scorzoneræ ana m. j.
Flor. centenarii minoris
Hyperici
Geniſtæ
Calendulæ
Borraginis
Buglo ſſæ ana p.j.

Macerentur per quatriduum ad ignem Baln. Mar. in
Vini maluatici ℔iij.
Succi limonum
Aquæ nucum viridium.
Meliſſæ
Vlmariæ
Cardui bened. ana ℔.ß.

Dein exprimantur. Expreſſioni adde
Theriaces ℥iij.
Confectionis de hyacintho ℥j.
Conf. alkermes ℥vj.
Diamargarit. frigid.
Diacoralli ana ʒiij.
Diambræ
Diomoſchi ana ʒij.
Croci
Myrrhæ ana ʒß.
Sacchari candi ℔. ß.

Macerentur denuò per duos treſve dies ad eundemmet ignem balnei. Dein deſtillentur per cineres ad ſiccitatem: fiat aqua theriacalis. Ut præſtantior & efficacior fiat, extrahendus eſt ſal ex fęcibus reſidentibus, ea qua decet arte, atque cum aqua prædicta commiſcendus.

Si velis non opus erit deſtillatione: Sed de ſecunda infuſione exhibebis ℥ij. *Validius namque ac præſtantius erit remedium, & provocandis ſudoribus magis idoneum.*

N. Aliquantulum diſcrepantem deſcriptionem habes in *Conſil. cachectica* quæ ſumme comẽdatur.

28. *Aqua Theriacalis excellens pro peſtis præſervatione.*

℞. Rad. *Zedoariæ* — *De corroboratione & remediis Bezoardicis.*
Angelicæ
Tormentillæ
Scorzoneræ, ana ℥ij.
Ligni aloes
Santali citrini, ana ℥j.
Granorum Iuniperi.
Sem. *Cardui benedicti*
Citri & corticum eiuſdem, a. ℥j.ß.
Cinnamomi
Macis
Cardamomi, ana ʒj.
Dictam.

Flor.

Digitized by Google

Flor. ſicc. *Geniſtæ*
Calendulæ
Hyperici
Centaureæ minoris
Roſar. rubr.
Buglosſi, an. p. ij.

Omnia leviter macerata atque permixta injiciantur in vas vitreum capax, cujus collum ſtrictum ſit & oblongum, quod vulgò *Matracium* dicitur, iisq; ſuperinfundantur,

Aquæ *Cardui benedicti*
Vlmariæ, an. ℔. ß.
Succi *Scordii*
Rutæ caprariæ
Limonum, an. ℥ iiij.
Vini albi, ℔. ij.

Hæc omnia in vaſe bene claudantur, & in balneo Mariæ mediocriter per ſex aut quinque dies macerentur, macerata demum pro viribus exprimantur, feces ſeparatim reſerventur, & ſucco expreſſo ſuperaddantur,

Theriacæ Venetæ
Mithridat. an. ℥. j.
Confectionis Alkermes
Hyacinthi
Electuarii de gemmis, an. ʒ ij.
Croci, ʒ j.
Camphoræ ʒ ß.

Omnia relinquantur iterum digerenda per unum vel duos dies, deinde per cineres ad ſiccitatem deſtillentur. Interim dum hæc fiet deſtillatio, feces in reverberio ſecundum artem in cineres redigantur. Ex iſtis cineribus cum *aqua Vlmariæ, aut Cardui benedicti, alteriusve aquæ cordialis* ſal extrahatur, quod ſæpius philtrabitur & purificabitur, donec puriſſimum & clariſſimum evadat. *Sal illud materia prædictæ adjectum, illius virtutem duplicabit, magnumque proinde fiet Bezoardicum, tam ad peſtem præcavendam, quàm curandam. Pro præcautione* ℈ j. *vel* ʒ ß. *ſufficiet, & vel per ſe deglutiatur, vel cum aliquo liquore diſſolvatur.* *Modus uténdi aqua prædicta Theriacali.*

29. *Alia aqua Theriacalis bezoardica.*

Si ex his aquam velis comparare *Theriacalem Bezoardicam*, quæ & ipſa plurimùm conferet emolumenti: ſequenti modo procedendum eſt.

Accipe omnia ſimplicia & ingredientia prædicta aquæ Theriacalis, quibus antea tamen admiſcueris *aquas & ſuccos ſcordii & rutæ caprariæ* (quæ aliter herba Veneta nuncupatur) *una cum ſuccis limonum, & albo vino,* juxta id quod ſupra tradidimus. Poſtquam omnia permixta fuerint, & leviter in balneo Mariæ decocta, ad ignem cinerum deſtillanda curabis, vel ad ignem vaporoſum, qui tantopere in *noſtra Pharmacopœa* celebratur, idq; ad ſiccitatem.

In prædictâ modò aqua, quæ veluti menſtruum quoddam erit, ad extrahendas tincturas Alexiteriorum, & Bezoardicorum, qualia ſunt *Theriaca, Confectiones Alkermes, hyacinthi, & ſimilia,* omnia maceranda committes balneo Mariæ calido, elapſisq; duobus fere diebus, prædictam *aquam inſtar rubini,* claram & tinctam videbis, nec non omnibus dictæ ſupra

ſupra Theriacæ & aliorum Bezoardicorum virtutibus impraegnatam. Quod clarum erit atque purum aſſumes, & à fecibus ſeparabis, atq; inde extractum concinnabis, nec alia tamen opus erit operatione vel deſtillatione: quippe qua multum de ſubſtantifica rerum virtute & potentia imminuitur.

Aliquantula ſolummodo iſtius eſſentiæ atq; infuſionis gutta, vel ſeparatim ſumpta, vel cum vino aut aliquo alio liquore permiſta: egregium ſuppeditabunt contra omnia venena atq; corruptiones alexiterium, quod non modo peſtem procul à nobis amandaverit: ſed etiam invectam & ſævientem in membris compeſcet atq; propellet.

Iuxta univerſas harum formularum rationes, quivis non modo Pharmacopola, ſed etiam matrona paululum in deſtillationibus verſata, plures alias cum ſimilibus ingredientibus, quantitatem augendo vel diminuendo, poterit concinnare præparationes.

30. *Alia aqua Theriacalis excellens, præparatuque facilis.*

℞. *xii nuces cum ſuis corticibus viridantibus*, dum tempus circa menſem Julium poſtulat:

Alterius aquæ Theriacalis excellentis deſcriptio.

Herb. *Vlmariæ*, m. iiij.
Rutæ capraria
Cardui benedicti una cum capitibus
Scordii, *an.* m. ij.
Rad. *Angelica*, ℥ j.
Granor. *Juniperi matur.* ℥ iiij.

Omnia ſimul conquaſſentur, & per duos dies, in ſufficienti *aqua bugloſſi*, & *vini albi optimi*, æqualiq; quantitate, macerentur, & demum aqua ad ſiccitatem beneficio balnei vaporoſi accuratè deſtilletur.

In tota hac aqua prædicta ſolve
Theriacæ Venet. ℔ ß.
Mithridat. ℥ iij.
Corn. cervi, dum adhuc ſunt tenera, quæq; ſuo modo venatores, *le revenu*, in fruſta diſcerptorum & inciſorum, ℔ ij.

Omnia per duos dies macerentur, & poſtea in balneo vaporoſo, ſemel & iterum aquam ſuper feces tranſcolando, deſtillentur: *ſic aquam Theriacalem conficies excellentiſſimam ad doſin unius aut duorum cochlearium argenteorum, ut à peſte omniq; prorſus toxico præſerveris, atque curari poſſis. Sin autem ad ignem omnia ſimplicia & ingredientia, quæ prædictam aquam ſubeunt, in cineres redigantur: ſique è cineribus cum aqua quadam cordiali aut communi, ſecundum artem ſal extrahatur, & cum prædicta aqua Theriacali permiſceatur: remedium longè optabilius & præſtantius comparabis.*

31. *Aqua anti-febritica.*

℞. *Meliſſæ*
Betonicæ
Argentinæ ana partem unam;

Ut ex illis omnibus ſimul tritis & expreſſis ℔ iiij. ad minus ſucci extrahi poſſunt.

Succi foliorum & rad. Centaurii minoris (quod febrifugam vocant) ℔ ij.

Aqua

Aqua aſtacorum ſeu cancrorum fluviatilium cum cruſtis conquaſſatorū ℔ j.
Aq. ex ſucco capitū papav. albi elicitæ ℔ ß
Aqua fructuum fragariæ ℔. j. ß.

Miſceantur, & per alembicum vitreum per cineres *deſtillentur.*

Specificum eſt remedium ad omnis generis febres, ac intermittentes potiſſimum, ſed maximè tertianas nothas & exquiſitas. Hujus autem uſus eſt ejuſmodi: *ut* 12. *horis ante paroxiſmum clyſter emolliens, & refrigerans injiciatur: dein quinque ante prædictum paroxiſmum horis juſculum optimè conſummatum exhibeatur. Acceſſionis verò initiò propinandæ ægro ſunt* ℥iij. *prædictæ aquæ: cui ſi guttulas aliquot ſpiritus vitrioli addideris, præſtantior evadet.*

31 *Aqua alia contra omnis generis febres, præcipuèque contra intermittentes:*

℞ *Aquarum fragorum.*
Centaurij ana ℔ ij.
Mellis ℔ ij *vel* iij.

Omnib. invicem mixtis indantur in Alembicum, quod ſine pileo, in formicarum acervum ſepeliatur: vbi formicæ à mellis dulcedine pellectæ, catervatim irruent in hanc aquam: poſtquam harum ſufficientem collegeris quantitatem, exime vas, omnia invicem optimè agitando: dein capitello ſuper alembicum repoſito, omnium fiat deſtillatio per cineres.

Doſis eſt ſemicochleare, aut paulò plus ſi vires patiantur. Initio paroxyſmi, ſatis vehementem provocat vomitum: infiniti ex hujus aquæ uſu priſtinam valetudinem recuperarunt.

Sed Medici eſt, deliberare priùs quàm eandem porrigat, num æger ad vomitum proclivis ſit, nec ne? num materia, quæ febrem efficit, idonea ſit vacuationi per vomitum, aut contra? numque ægri vires validiores aut debiliores exiſtant? His omnibus exquiſito judicio libratis, intrepidè vomitivum hoc exhibebitur cujus effectus præſtantiſſimi ſe in dies in pluribus ægrotis prodent.

32. *Aqua ad febres etiam peſtilentes & ardentiſſimas.*

℞ *rad. Tormentillæ*
Bugloſſæ
Scorzioneræ
Acetoſæ ana ℥ j.
Theriaces Alexandriæ ℥ ij.
Succi Limonum depurati
Aquar. Fumariæ
Vlmariæ
Cardui bened.
& centaurii minoris an. ℥ iiij.
Diamargarit. frig. ℨß.
Extracti ſcordii ℨiij.

Macerentur per quatriduum: dein exprimantur & deſtillentur.

De hac æger febricitās capiat ℥iiij. *& coopertus paulò plus ſolito ſudabit.*

33. *Aqua antinephritica.*

℞ *Rad. Reſtæ bovis.*
Petroſelini
Eryngiorum ana ℥ j. ß.
Herb. Parietariæ
Herniariæ
Saxifragiæ cum toto ana M. ij.
Argentariæ M. j. ß.
Senelorum
Baccar. Alkekengi conquaſſ. an. ℥ iij.
Sem. Milii ſolis
Fœniculi dulcis ana ℥ ij.

Conquaſſentur & macerentur in vini albi generoſi ſuff. quantitate per

Digitized by Google

per quatriduum: dein fortiter exprimantur & deſtillentur.

De hac aqua ſumat cochlear unum aut alterum ſingulis matutinis, aſſumpto priùs bolo ex caſſia, vel ex electuario lenitivo, vel diaſcbeſten.

34. *Alia aqua antinephritica.*

℞ *Succor. Argentariæ*
Senelorum
Parietariæ ana ℔ j. ß.
Hydromelitis ſcillitici ℔ j.

In his liquoribus ſimul mixtis macera per 5. aut 6. dies ad ignem lentum Bal. Mar.

Gran. Iuniperi contuſorum ℥ iij.
Sem. Milii ſolis
Saxifragiæ
Althea
Bardanæ
Fœniculi ana ℥ ij.
Herb Herniariæ
Rad. Reſtæ bovis
Cinamomi an. ℥ j.
Camphora ℥ ij.

Dein deſtillentur per cineres.

De hac aqua exhibe ad ℥ ij. *cui aqua ſi ſal proprium ex arte paratum, & convenienti quantitate addas, longè potentius erit remedium.*

35. *Alia aqua antinephritica curativa Quercetan.*

℞ *Succor. Raphani*
Limonum ana. ℔ j. ß.
Aquar. Betonicæ
Argentariæ
Saxifragiæ
Verbenæ ana ℔. j
Hydromelitis malvatici ℔ ij.

In his liquoribus ſimul mixtis macera per quatuor aut quinq; dies ad ignem lentum B. M.

Granor. Iuniperi maturor. & recent. ℥ iij.
Milii ſolis
Sem. Bardanæ
Raphani majoris
Saxifragiæ
Vrticæ
Cepæ
Aniſi
Fœniculi ana ℥ j ß
Quatuor ſem. frig. major. mandator.
Sem. Altheæ ana drachmas vj.
Extracti lithontrib.
Electuar. Ducis
Iuſtini, Nicolai ana ℥ ß.
Calcis teſtarum ovorum
Cinnamomi ana ℥ iij.
Camphora ℥ ij.

Dein fortiter exprimantur & deſtillentur per cineres.

De hac aqua exhibe ad ℥ ij. *cui aqua ſi ſal proprium ex arte paratum & convenienti quantitate addas, præſtantior multò evadet aqua, vel ſi ipſe addideris* ℈ j. *Extr. Betonic.*

36. *Alia adhuc ejuſdem aquæ præparatio.*

℞ *rad. Helenii*
Pimpinellæ
Petroſeleni
Pyrethri ana ℥ j. ß.
Sem. Milii ſolis
Saxifr.
Aniſi
Fœniculi

Vrticæ

Vrticæ ana ℨ vj.
Spec. Diatrionpiper
Lithontrib. ana ℨij.
Baccar. Lauri
Iuniperi ana ℨj.
Sangvinis hirci ſeu cervi ℥iiij.
Halicacabi
Sem. geniſtæ ana ℨß.

Contundenda contundantur & macerentur in ſuff. quantitate ſpiritus vini, per quatuor dies, dein deſtillentur.

De hac aqua exhibe ℨj. vel ℨj. ß.

38. *Aqua ad comminuendum calculum etiam in ipſa veſica.*

℞. *Succor. Porri*
Cepæ
Raphani ana ℔. ij.
Limonum
Parietariæ
Auriculæ muris ana ℔ ß.

Omnibus his ſuccis ſimul commixtis, fiat primùm digeſtio, & fermentatio (quæ duæ operationes magnoperè requiruntur) dein deſtillatio.

N. *Addi quoq; poteſt cryſtallus calcinatus, nec non fimus columbinus, qui totus eſt nitroſus, ſingulorum quantum ſatis eſt.*

Hæc aqua per os exhiberi, vel in ipſam etiam veſicam iniici poteſt. Calculum comminuit, & ſenſim in pulverem conterit, mucilaginoſam præterea & tartaream omnem ſubſtantiam, unde lapis generari ſolet, tum in renibus tum in veſica, incidit & diſſoluit, idq; ſine ullo periculo & dolore. Eſt denique remedium potentiſſimum & ſummum noſtroq; artificio inuentum & deſcriptum.

39. *Alia ad idem.*

℞. *Succ. Eſulæ minoris*
Verrucariæ
Centumnodii ana ℔ j.

In his macera borracis ℨj. dein deſtillentur.

40. *Ad idem.*

℞. *Aquarum ſtillatitiarum Alkekengi*
Fol. Querq. ana ℔. ij. ß.

In quibus macera per quatuor dies ad ignem Baln. Mar.

Rad. *Pyrethri craſſiuſculè contuſæ*
Galangæ ana ℨß.
Aloes ex veſica ℨvj.
Sem. *Fœniculi*
Geniſtæ
Milii ſolis ana ℨiij.
Lapidis Iudaici
Lincis, ana ℨij.

Deſtillentur per cineres lento igne: doſis ℨij. vel tres.

41. *Alia adhuc ad idem.*

℞. *Rad. Raphani in orbiculos diſſectæ, & in alembicum iniectæ bonam partem.*

Huic adde
Cinnamomi
Nucis moſc. ana ℨj. aut amplius.
Pyrethri ℨvj.
Bacc. matur. iuniperi ℨj. ß.
Fœniculi dulc. ℨj. ß.

Vini albi optimi tantùm, ut duos treſve digitos materiam ſupereminent: omnia digerantur in loco frigido per 10. vel 12. dies, & poſtea deſtillentur per cineres.

Doſis huius aquæ eſt ab ℨj. ad ℨij. vel omiſſa deſtillatione, poſtquam macerata & digeſta fuerint, traiiciantur per ma-

Digitized by Google

nicam Hippocratis, ac ſi voles, ſaccharum addes ad conficiendum claretum: de quo capies ℥j. vel duas.

42. *Aqua ad præſervationem calculi, ſ. nephrocathartica præſervativa.*

♃. *Rad. Eryngiorum*
Reſtæ bouis
& quinque rad. aperitivarū an. ℥j.
Herb. Herniariæ M. ij.
Cort. Limonum ℥j.ß.
Quat. Sem. frig. maior.
Sem. maluæ
Altheæ ana ℥iij.
Saxifrag.
Milii ſolis
Lapillorum Meſpillorum
Raphani maioris
Bardanæ
Gran. Iuniperi maturorum & rec. ana ʒvj.
Fruct. Alkekengi num. xx.
Iuiubarum paria vj.
Dictamni Manip. ß.
Flor. Geniſtæ
Hyperici
Betonicæ
& Maluæ arboreſcentis ana p. ij.
Liquiritiæ ℥ij.ß.
Caſiæ ligneæ ℥j.

Contundenda contundantur, & pulveriſanda pulveriſentur & macerentur in

Aq. *Argentinæ*
Senelorum
Parietariæ ana ℔ ß.
Vini albi generoſi ℔. ij.

Idq; per quatriduum in B.M. calido: dein fortiter exprimantur: Expreſſioni adde

Spec. diatragacanthi frig.
Trochiſcorū alkekengi ſine opio an. ℥j.

Denuò digerantur ad ignem Baln. Mar. per unum diem vel alterum, & deſtillentur per alembicum vitreum, ut artis eſt.

Vires huius v. in cura Calculi. Doſis ʒij.

43. *Aqua hyſterica.*

♃. *Succorum depuratorum*
Matricariæ
Mercurialis ana ℔ j.
Nucis moſchatæ
Cinnamomi
Ligni aloes
Macis ana ℥j.
Flor. Anthos
Saluiæ ana p. ij.
Caſtorei ʒvj.
Fæculæ Bryoniæ ℥ ß.
Vini albi generoſi ℔ j.ß.

Digerantur per tres aut quatuor dies: dein deſtillentur per balneum vaporoſum ferventiſſimum.

Aqua eſt pro hyſtericis omnibus affectibus: doſis cochlear unum mane. Vterum ab impuritatibus detergit: muliebri fluori confert, hyſtericiſque omnibus affectibus conducit.

44. *Aqua contra colicam ventriculi & inteſtinorum, à cruditatibus & flatibus ſubortam.*

Deſtilla *aquam ex floribus Nucum & Camomillæ*, de quibus ſingulis cape ℔ iiij. miſceantur, in iiſq; infunde per quatriduum, *florum Camomillæ veræ & Sambuci, ana p.* vj. dein fiat expreſſio & colatura in qua rurſus infunde ut prius, per 4. dies *prædictorum florum, ana p.* vj. tandem denuò colentur, &

prælo

Digitized by Google

prælo fortiter exprimantur, cui oppreſſioni adde

Sem. Fœniculi
Aniſi ana ℥ j.
Baccar. iuniperi ℥ ij.
Lauri ℥ j. ß.
Cinnamomi electi ʒ vj.
Menthæ rubr. ſiccæ.

Stent in infuſione in B. M. per duos dies: dein deſtillentur per cineres.

Anodynum & adverſus flatus remedium. *Hæc aqua eſt tum ventriculi, tum inteſtinorum anodynum remedium: dolores omnes à flatibus, & à quavis alia frigida cauſa ſubortos ſedat, flatuſque ipſos diſcutit. Doſis ab ℥ ij. ad tres.*

45. *Aqua ſcorbutica & hydropica.*

℞. Cort. Capparum.
Fraxini
Tamariſci
Polypodii querni ana ℥ ij.
Herb. Cochleariæ
Naſturtii aquatici
Sum. Meliſſæ
Eupatorii Meſuæ
Ceterac
Chamædr.
Chamæpit. ana m. ij.
Sem. Fœniculi
Aniſi
Cardui bened. ana ℥ j. ß.
Flor. Geniſtæ
Centaurii minoris
Hyperici
Sambuci
Epithymi ana p. ij.

Omnia macerentur per tres dies in
Aquarum Fumariæ
Seri lactis ana ℔ iij.
Vini albi generoſi ℔ iiij.
Oxymelitis ſcillitici ℔ j.

Dein colentur & exprimantur: expreſſioni adde

Trochiſcorum de capparibus,
Dialaccæ ana ʒ vj.

Dein deſtillentur per cineres ad ſiccitatem.

Doſis ℥ ij. manè tribus horis ante cibum: continuando per aliquot dies ſecundum morbi magnitudinem.

Hæc aqua tartareos craſſoſque humores melancholicos tum in liene tum in meſenterio, aliiſq. nutritioni famulantibus partibus collectos ac infarctos præparat, incidit, digerit, emollit & liquefacit, futuræq. evacuationi aptos reddit: melancholiæ hypocondriacæ, quartanæ febri, ſcirrho tum hepatis tum lienis conducit. Sed confert propriè ad ſcorbutum, malum quidem maritimis aquiloniiſque præſertim regionibus familiare & endemicum. *Aqua diverſis humores melancholicos.*

N. *Si prædictæ compoſitioni herbas cichoraceas, radices vincetoxici, rubiæ tinctorum, valerianæ, ſeminaq. ſambuci & ebuli addideris, cum trochiſcis de eupatorio, de roſis & de rhabarbaro, conſumnabis aquam ad hydropem perutilem.*

46. *Aqua dyſenterica.*

℞. Rad. *Acetoſæ*
Pentaphylli
Tormentillæ
Biſtortæ
Burſæ paſtoris
Symphyti utriuſque ana ℥ j. ß.
Cort. *Citrii ſiccæ ℥ j.*
Ligni aloes
Ligni rhodii
Myrobalan. omnium ana ℥. ß.
Sem. Melonum
Cucumeris

eſt, ut longe tutior, aliis vulgaribus narcoticis, ſimplici nempe requiei Nicolai, *Philonio, ipſiſq; pilulis de cynogloſſo, & aliis eius generis. Hæc aqua dolorem etiam omnem obtundit & mitigat: atq; inflammationibus internis confert, vireſq; æmulatur alicuius laudani.*

48. *Aqua ad gonorrhœam fœtidam & virulentam atq; etiam inueteratam, præſtantiſſima.*

℞. *Pulueris Menthæ ſiccæ*
Dictamni &
Rad. Ireos Florentiæ *an.* ℥ j.
Sem. agni caſti
Rutæ
Lactucæ an. ʒ vj.
Terebinth. Venetæ ℥ iiij.
Vini albi ℥ xx.

Hæc omnia injiciantur in Alembicum & per Baln. vaporoſum deſtillentur.

De hac aqua exhibe mane duo cochlearia per aliquot dies, præmiſſa convenienti ſeu mercuriali aliqua purgatione: hanc centies expertus ſum: conducit etiam ad vlcera renum.

49. *Aqua ad ictus ſclopetariorum.*

℞. *Ariſtolochiæ rotundæ*
Baccarum lauri in pulverem redact. an. ℥ ß.
Veronicæ
Pirolæ in vmbra reſiccatorum an. ℥ ij.
Aſtacorum in plenilunio captorum, & in furno exſiccatorum, & pulveriſatorum ℥ vj.

Omnes hi pulveres inter ſe mixti lineo ſacco includantur. Quibus peractis, accipiendum eſt vas novum terreum, vitreatumque, & ſatis capax, cui infundendæ ſunt heminæ tres vini optimi, miſcendo ſimul Pervincæ recens collectæ m. j. dein etiam ſacculum prædicto pulvere refertum & optimè deligatum. Quæ omnia ita diſpoſita, macerentur per dies aliquot, exprimantur fortiter, & deſtillentur ad mediæ aut duarum partium conſumptionem. Tum reſervata ſeorſim aqua deſtillata fæces reſiduæ per manicam Hippocratis tranſcolentur & ſeorſim aſſeruentur.

Vſus aquæ ad ictus ſclopetariorum.

Hujus *uſus eſt eiuſmodi, ut ſaucius unciæ circiter duas aquæ deſtillatæ ſingulis matutinis per dies xiiij. continuos capiat, ut ex eo, quod in vaſis fundo remanſerit, optimè ut dictum colato vulnus lavet, & turandam* (quæ parua eſſe debet, etiamſi cavum & profundum vulnus fuerit) *illinat, cui tandem folium caulis rubri ſuperimponat, atq; ita mirabiles aquæ effectus experietur. Vulneraria quoq; eſt prædicta aqua, miroq; progreſſu ulcera inueterata tam interna, quàm externa ſanat. Confert etiam ad cancrum; ſi cum ea decoquas vermiculos, qui multipedes dicuntur.*

50. *Aqua balſamica excellentiſſima adverſus omnis generis apoſtemata, vlcera interna, & externa: potiſſimum contrà fiſtulas & vlcera phagædenica & maligna.*

Ex

Digitized by Google

Ex æquis partibus foliorum & florum *Roſmarini, foliorum & granorum Lauri*

Herb. *Saniculæ*
Veronicæ
Peti
Myrti
Plantaginis

Deſtilla aquam: in cuius ℔ vj. adde
Terebinthinæ Venetæ ℔ j.
Gummi hederæ
& Ceraſorum an. ℥ iij.
Thuris maſculini
Myrrhæ
Mumiæ veræ, an. ℥ ij. ß.
Aloës ſuccotrinæ ℥ iij.
Macis
Piperis
Garyophyllorum an. ℥ j.
Sacchari ℔ ß.
Croci ℥ ß.

Omnibus invicem mixtis, fiat in retorta deſtillatio per cineres, ut artis eſt: donec recipiens ſua ſponte refrigeretur.

Hanc aquam, quæ tota oleaginea eſt citra ullam rei alicuius ſeparationem, ſerva in phialis probè clauſis. Nam excellentiſſima eſt, & pretioſiſſima: ex ea lavabis fiſtulas, admotis ſolummodo eius aliquot guttulis: item ulcera cancroſa: phagedenica & ſordida, quæ vicina ſunt malo mortuo: & mira videbis. Præſtantiſſima quoque eſt ad carbunculum & anthracem peſtilentem, ad vomicas, abſceſſus, apoſtemata, & interna ulcera. Offerendæ ſunt tantum aliquot guttulæ cum vino albo, aut cum alio quodam iuſculo, vel aqua vulneraria.

Carbunculus & Anthrax peſtilens, &c.

51. *Aqua podagrica.*

℞. *Aquæ Deſtillationis ſpermatis ranarum,*
Tapſi barbati
Filicis an. ℔. ij. ß.
Vrinæ pueri vinum bibentis ℔ iij.

His adde *Theriaces recentis* ℥ ij. ß.
Vitrioli
Salis fuſi
Aluminis an. ℥ iiij.

Deſtillentur ad ſiccitatem per cineres: huic aquæ adde
Salis Vitrioli, id eſt, è ſuo colchotare extracti ℥ j. ß.
Camphoræ.
Croci an. ℥ ij.
Miſce.

Ex hac aqua foveantur partes dolentes tepidè, ſæpè nova immerſione renovando linteola. Vel cum muria ſalis & urina pueri ana ſimul mixta, deſtilletur aqua ad eoſdem mitigandos dolores pacandos.

N. Paulo aliter vide hanc aquam *infra de podagra.*

52. *Aqua alia podagrica.*

℞. *Foliorum & florum ſambuci viridium an.* ℔ j. aut plus minus, prout libuerit, majorem vel minorem quantitatem conficere. Contundantur omnia, & optimè macerentur in *aqua vitæ*, idque per dies duos vel tres in Baln. Mar. dein deſtillentur per vas vitreum vel cupreum ad ſiccitatem:

De hac aqua bis in die foveatur pars dolens, eaq; fidenter & intrepidè utere, vel etiam in ea Podagræ ſpecie, quæ à calidis humoribus promanavit.

53. *Alia*

53. Alia aqua antipodagrica.

℞ *Spiritus Vini rectificati* ℔ *ij.*
Mellis puriſſimi ℔ *j.*

Deſtillentur in balneo vaporoſo: ſic duos deſtillabis liquores: primus eſt aqueus, ſecundus multò fortior & ſulphureus, quem ſeorſim reſerva: magmati ſive remanentiæ adde *croci orientalis integri* ℥ *j* ß.

Terebinthinæ Venetæ ℥ *ij.*
Caſtorei ℥ *vj.*
Tartari ad albedinem calcinati ℔ ß.
Salis fuſi ℥ *j.*
Phlegmatis vitrioli, à ſuo ſpiritu non ſeparati ℥ *iiij.*
Lixivij ſarmentorum vitis ℔ *ij.*

Macerentur per 24. horas: dein deſtillentur ad ſiccitatem: liquor qui inde emanabit ſervetur etiam ſeorſim. Fæcibus remanentibus affunde priorem aquam reſervatam: macerentur & deſtillentur: Tandem omnes liquores deſtillatos miſce, & denuò per Balneum vaporoſum deſtilla:

Habebis aquam antipodagricam miræ facultatis.

Hanc mihi aquam Germanus quidam, *vir celeberrimus tanquam ſingulare donum obtulit, affirmans hanc eſſe ipſam aquam* M. Rulandi. *Eodem igitur, quo nobis conſtitit pretio, eam nunc reddamus, dignam eandem ſtatuentes, ut in publicum hominum conſpectum veniat. Eximios enim ipſius effectus vidimus in ſedandis podagricis doloribus, ſi linteola in eadem mediocriter calefacta & immerſa membro dolenti applicentur.*

Alias aquas antipodagricas *vide in arthritide*, ubi quoque enodatur aqua Quercetani antipodagrica.

54 Aqua ad ambuſta.

℞ *Aquæ Stillatitiæ foliorum Filicis* ℔ *j.*
Phlegmatis vitrioli
& Aluminis ana ℔ ß.
Flor. Tapſi barbati
Folior. Hederæ nigræ ana M. j.
Limacum rubrarum
Ranarum
Aſtacorum aut Cancrorum fluviatilium, ana N. x.

Deſtillentur in alembico plumbeo, ſatis magno igne:

Ex hac aqua fove aduſtum locum quinquies aut ſexies in die.

NOTA.

Aqua quoque ſpermatis ranarum mixta cum ſolo Vitrioli phlegmate multum confert.

55. Aqua cancrorum ad idem.

Cancri aut gammari bulliant *cum aqua Sempervivi majoris* in vaſe duplici accurate occluſo per diem integrũ: poſt deſtillentur igne ſubjecto. Aqua ter affundatur *capiti mortuo*, & abſtrahatur, tum demum reſervetur. *Aqua extemporanea cancrorum.*

Inflammationi, ambuſtis, & carcinomati multum confert. Si ex cineribus capitis mortui ſalem cum propria aqua elicies, præſtantius evadet remedium ad curanda carcinomata, & phagædenica omnia ulcera.

Digitized by Google

CAP. X.

De aquis, ex omnibus aromatibus, herbis, floribus, & ſeminibus, calidis, ſiccis.

Aqua Aromatum.

PRæter enumeratas tam ſimplices quàm compoſitas artificioſas aquas, quas priſtino ſplendori reſtituimus, ars ſpagirica alias aquarum differentias, novo nos docet artificio componere, præſertim verò ex *omnibus aromatibus, herbis, floribus & ſeminibus* calefaciendi dote præditis: hæ autem aquæ paratu facillimæ ſunt, ex quibus plurima emergunt commoda, & quarum ope olei plura genera maximè aerea, & partium tenuitate efficaciſſima eliciuntur. Verum quia omnibus ferè notæ hujuſmodi aquæ exiſtunt, in iis recenſendis non multum immorabimur; præcipuas tantùm in medium proferemus: atque illas quas pharmacopœi ſemper paratas in officinis habere debent: quod ſcilicet propter inſignes operandi vires in quotidianum uſum cadant: nec ratio aliunde petenda, quàm quod nobiliori quodam modo ſimplicium medicamentorum, unde extractæ fuerunt, facultates ferè totas & integras in ſe contineant. Eodem modo ſimplicium olea, quæ propriis aquis ſupernatent eliciuntur, quæque effectus exerunt non paucos atque vulgares. Aquæ etiam modò dictæ ad ſyrupos diverſimodè concinnandos proderunt, baſimque ſubminiſtrabunt: quorum inventionem mihi jure adſcribere poſſum, *ut capite de ſyruporum reſtauratione* latiùs patebit.

Olea ſimplicium, aquis innatant.

Exordiemur autem ab *aqua cinnamomi*, quia ejus uſus & vulgatior & notior eſt: ea itaque ſic parabitur.

Aqua cinnamomi.

Aqua cinnamomi, cum vino & aqua roſarum.

℞ Cinnamomi ℥ iiij. *quod craſſiuſculè conquaſſatum, & in aquis vini albi generoſi, & aquæ roſarum partibus* (alij in ſolo vino) *duorum aut trium dierum ſpatio infuſum in alembico deſtillant, atque ſic aquam lacteam, quæ ſimul in ſe partem ſulphuream & oleaginoſam cinnamomi continet, eliciunt, accurateque adſervant.* Quod ſi magnam ejus quantitatem componere velis, utere æneo vaſe majuſculo, cui refrigeratorium annexum ſit. Vulgò pro ſingulis cinnamomi libris vini albi & aquæ roſarum, ana libræ duæ adijciuntur. Quia vero non multum olei ex cinnamomo extrahi poteſt propter partium illius tenuitatem, unde fit ut cum aqua commiſceatur, propterea vinum album & aqua roſarum peculiariter & præcipuè uſurpantur, quorum loco in aliorum aromatum, herbarum, florum & ſeminum deſtillationib. aquam duntaxat communem aſſumimus. Exempli gratia:

Aqua Garyophyllorum cum aqua communi.

℞ *Garyophyllorum conquaſſatorum* ℔ *j. aut duas, aquæ fontanæ tepefactæ quadruplum, imò plus ſi viſum fuerit: hæc recipiantur vaſe æneo commemorato, cui vaſculum refrigerans adhæret: macerentur unum duos aut tres dies: poſt mediocris ignis ſupponatur ita*

ut a-

ut aqua bulliat, tum evaporantem conſpicies, ſecumque oleum Garyophyllorum deſerentem, quod quia quovis alio gravius eſt, totum ferè imum petit. Ab aqua verò ſecernitur cum in fundibulo (ut vocant) & lagenula ritè occluſa reconditur. Aqua quæ remanet pòſt olei ſui ſeparationem, turbida eſt & oleaginoſa: odor & ſapor Garyophyllorum impreſſi tam vegeti exiſtunt, ut ſi ea hauriatur aut naribus admoveatur, qualitates garyophyllorum quam maximè indicentur.

Oleum ab aqua in fidibulo ſeparandum.

Ex aquis herbarum ſimplicium aliquis componuntur Syrupi.

Ex hac aqua quemadmodum ex aliis, quæ hac arte extrahuntur, ex qualibet aromatum ſpecie, ut pipere, nuce moſchata, mace, Zingibere, cubebis, & hujuſmodi cæteris, ut etiam ex omnibus ſeminibus & baccis calidis, lauri ſcilicet, juniperi, fœniculi, aniſi, cumini, dauci, pœoniæ, & cæt. denique ex herbis & & floribus, calore pollentibus, ut ſalvia, roſmarino, thymo, hyſſopo, ruta, calamentha, origano, pulegio, mentha, betonica, & ſimilibus, componi poterunt ſyrupi; qui longe melius vires ſimplicium, ex quibus concinnantur, ſibi concreditas ſervabunt, geminaſque facultates multò efficacius referent, quam eorumdem aquæ, & decoctiones gregaria via paratæ, ut paulò poſt dicturi ſumus, ubi de ſyrupis cum iiſdemmet aquis præparatis agemus: & conſequenter ſuo loco cuilibet compertum erit, quibus uſibus olea ipſorum ſimplicium inſerviant, quæ ut monuimus, à propriis aquis ſeparari debent.

Sed hæc de aquis alterantib. tractatio, huc uſq; ſufficiat: Temporis numeratio poſtulat, ut vela contrahamus, ne fortè longiori mora in vertices inextricabiles abrepti, benigno lectori moleſtiam creare videamur.

CAP. XI.

56. *De Aquis purgantibus.*

1. *Aqua purgans ſimplex.*

Accipiantur *ſemina ſambuci & ebuli*, ſuo perfectæ maturitatis tempore, quod erit circiter Autumni initium: ex his prælo exprimatur *vinum ſive ſuccus*, conquaſſatis ſimul *vinaceis ſive nucleis ſuis internis*: mixtis ſimul omnibus fiat deſtillatio.

Hæc aqua ſuper fæces ſuas cohobata inſignem purgandi efficaciam habet, præcipueque ſeroſos humores trahit, aromatizetur cinamomo, coriandro cum ſucco cotoniorum præparato, & ſimilibus. Hydropicis dari poteſt ab ℥ j. ad ℥ ij.

2. *Aqua purgans compoſita.*

Vt ex iiſdem, ad eoſdemmet uſus, aqua fiat compoſita, quæ nobiliores ac validiores purgandi vires obtineat.

℞. Aq. ut ſupra deſtillatarum
Sem. Ebuli & ſambuci ana ℔ j.
Succ. Peti
Florum perſicæ arboris ana ℔ ß.

His adde ſuo tempore
Flor. Ebuli
Sambuci
Hyperici
Centaurij ana m. ij.

Digitized by Google

Flores prius contundantur: dein omnia ſimul deſtillentur per retortam, ad ſiccitatem uſque, idque virtute caloris balnei vaporoſi. Aquæ huic adde

Aloes ſuccotrinæ ℥ iiij.
Scammony ℥ ij.
Myrrhæ ℥ j.ß.
Cinnamomi
Sem. Fœniculi dulcis
Aniſi ana ℥ j.

Omnia iterum diſtillentur per retortam, cum ſuo recipiente, ut nihil expirare poſſit, idque in eodem balneo vaporoſo: digeſtionis tempus duret ad diei unius ſpatium, poſtea intervescat balneum ad ſummum, ut ad ſiccitatem omnia deſtillentur: nec ullum aduſtionis periculum hic timendum erit; aquæ enim ferventis vapores, vaſe undiquaque accuratiſſimè occluſo, aduſtionem prohibent. Quę diſtillandi ratio omnium eſt optima, tutiſſima & facillima, qua ſola citra alterius rei additionem, ex omnibus herbis & floribus calefaciendi vi præditis, aquæ & olea ſimul & unà elici poſſunt.

Aqua & olea ſimul & una eliciunt ex omnibus herbis & floribus calidis virtute caloris Bal. vaporoſi.

Dicta aqua omnes humores clementer purgat, infantibus, qui lumbricis & corruptionibus internis infeſtantur conducit, nec non iis, qui alia remedia vulgari modo parata, prorſus abhorrent. Doſis eſt ab ℥ j. ad ℥ ij. habita ægrotantis natura viriumque ratione.

57. *Aqua Vomitiva & purgativa ſimul* Aqua benedicta *vocata.*

Circa finem hujus tractationis de aquis, unica adhuc coronidis loco addenda, quæ vomitiva & purgativa ſimul exiſtit. Hujus admirandæ admodum ſunt dotes in curandis febribus, etiam peſtilentibus hæc inſuper præſtantiſſimos prodit effectus in perſanandis pleuriſibus, morbis multum popularibus & communibus in quibus arduum & excellens eſt ſecretum, quamvis id præter inſtitutum, ex metallicorum remediorum familia deſumptum ſit, adeoque ad mineralogiam referendum.

Magneſia Saturninæ, & Sal prunellæ.

℞ Magneſiæ Saturninæ opalinæ, & pellucidæ, Antimon. & lapidis vel ſalis prunellæ ana, miſceantur, igniantur, & calcinentur calcinatione philoſophica: magneſiam invenies calcinatam & coloratam inſtar hepatis, quam dulcorabis & uſibus reſervabis.

Crocus metallorum.

Pulvis hic erit inſtar alicujus croci, eique nomen *croci metallorum* verè competit, ſi quidem magneſia, à qua originem traxit, eſt metallorum radix & primum *ens*.

Ejus accipe *℥ j. aquæ cardui bened. ℔ ij. vel tres: cinamomi ℥ ß.* macera omnia per biduum aut triduum: dein transcola, & uſui reſerva hanc aquam, quæ jure optimo meretur nuncupari *aqua benedicta*, inſignes enim & mirando sedit effectus.

Aqua benedicta ex croco metallorum.

De hac ſume ℥ j. ß. aut amplius horis matutinis, non eſt ingrati ſaporis: blandè provocat vomitum, & quatuor aut quinque ſedes, evacuando per ſuperiora & inferiora ſimul, quod vix præſtabit aliud remedium.

Vſurpatur ut ſuprà feliciſſimè ad omnis generis febres, etiam peſtiferas: pleuritides item, alioſque deploratiſſimos,

mos affectus, qui ob radices profundius validiuſque infixas, vix ſubigi & edomari poſſunt.

Aqua antepileptica ex magneſia dicta, & cruſta panis.

Ex dicta magneſia, ♁ nulla addita præparatione alia & ex cruſta panis pulverizata, elicit per cornutam ad ignem ſatis magnum aqua antepileptica quæ præferenda cæteris omnib. ſupra deſcriptis, quantumvis è varia vegetabilium familia petitis.

Huius non mediocres effectus in plurib. feliciter expertus ſum, potiſſimum autem in I. Vignone, Euſtachij illius typographi magni hominis filio, is à pueritia in Germania educatus, circa decimum octavum ætatis annum, gravi admodum epilepſia corripitur, quam ex omnibus ſignis idiopathicam, omniumque peſſimam pronunciare licuiſſet: auxilium primò & opem à doctiſſimis quibuſdam in Germania medicis imploratam, adhibuit: tandem in natale ſolum à parentibus evocatus, me cum I. Antonio Saraceno *viro doctiſſimo cum aliis quibuſdam celebribus medicis accerſivit: ubi cùm à nobis communi conſenſu, juxta artis præcepta, omnibus præſcriptis & tentatis remediis vulgaribus, nihil proficeretur, ſed fruſtrà omnia fierent, imò morbus in dies adeò increſceret, ut cùm antea ſemel in ſeptimana, poſtea ſingulis ferè diebus horrenda mali acceſſione & inſultu æger infeſtaretur: Hinc* D. Candolius *affinis ejus, & veteri amicitia mihi coniunctus, illum fidei & curæ meæ privatim commendavit; obnixè petens, & præter illa vulgaria auxilia, aliquod ſingulare de meis profligando morbo adhiberem: cuius petitioni fruſtrà tentatis cæteris omnibus, tandem locum lubens dedi. Purgatione ſemel tantùm præmiſſa cum panchymagorum meorum uno, ſtatim uſum prædictæ aquæ meæ antepilepticæ ad triginta vel quadraginta dies ſingulis matutinis continuandum præcipio: in cuius ſecunda exhibitione, vermiculorum quoddam genus in excrementis hinc inde volutari animadverto. Hæc enim aqua proprietatem habet aluum bis vel ter, citra corporis tamen ullam perturbationem aut vomitum commovendi: cuius aqua continuo uſu, in dies magis magiſque infinitus vermium numerus educebatur: hæc enim tanti mali minera & fomes, in occulto nimis deliteſcens, poſt exhibitionem vigeſimam vel vigeſimam quintam tandem ſeſe prodebat: qua expulſa & penitus exciſa, æger tam firmam recuperavit ſanitatem, ut ab eo tempore, quo ſanatus eſt, ne vel minimum huius mali veſtigium perceperit.*

Hæc eſt hujus curæ hiſtoria, quæ per Dei gratiam, feliciter & ex voto ſucceſſit. Hanc ut veriſſimam de induſtria hic commemorare, oculiſq; ſubjicere volui, ut indubitanter omnibus conſtet, quàm potentes & planè inenarrabiles ſint effectus horum medicamentorum, vulgo incognitorum: quorum tamen notitiam in reipub. emolumentum magis ac magis ceſſuram, apud plures ex animo precor & exopto.

CAP. XII.

De Decoctis.

FATEOR equidem, celebrem decoctorum uſum longo jam tempore, in communi pharmacia extitiſſe: quem nec ipſi improbamus, ſicut

Digitized by Google

falſò de nobis garriunt quidam Cenſores. Sunt tamen potiſſimùm duo, quæ in iiſdem deſideramus, ob quæ noſtræ reformationi, haud immeritò ipſa ſubjicienda putavimus. Quod utique æquus lector ipſemet ſecum pauliſper conſideret, noſtroq; conatui haud gravatè favere dignetur.

Primum eſt, quod in horum decoctorum compoſitionem, ex communi more recipiantur ingredientia adhuc viridia, & ſuperflua humiditate ſcatentia: ex quibus eſſentiam & virtutem elicere conantur, decoctionibus cum aqua ſola fontana, vel fluviali factis. Ac licet decocta huiuſmodi per manicam tranſcoleutur, & cum ovi albumine clarificentur, prout moris eſt, compertum tamen eſt, ipſa paucorum dierum ſpatio ſitum contrahere & corrumpi. Qua ratione igitur poteſt id, quod per ſe ipſum facilè corrumpitur, à corruptione vindicare corpora noſtra, in quem tamen finem pleraque ferè decocta ægrotis præſcribuntur ac offeruntur?

Digeſtio & Fermentatio decoctorum poſt clarificationem vulgarem.

Ut igitur jejunis his & imperfectis operandi viis conſulamus, neceſſe erit, ut ſimul ac clarificatio fuerit facta, adhuc aliæ duæ ipſam conſequantur operationas: digeſtio ſcilicet & fermentatio, quarum ope & vi, paucis poſt horis, ſeparari percipies materiam quandam craſſam ac terream, in eo, quod puriſſimum & clariſſimum credebatur, adhuc delitescentem, quæ huius corruptionis unica cauſa exiſtit: quemadmodum de his fuſiùs dicetur *in cap. de Syrupis*, ubi modum ex variis herbis, fructibus & floribus, exprimendi ſuccos docebimus: ex quibus digeſtis, fermentatis, & perfectè depuratis, ſyrupi in longiſſimum tempus, citra ſacchari mellisvé additionem reſervandi concinnabuntur.

Alterum, quod notatione & reformatione noſtra imprimis etiam opus habet, eſt, quod ſæpenumero ejuſmodi decocta, fiant ex lignis, corticibus, radicibus, herbis, ſeminibus & floribus, omnibus ſiccis, ac omni humiditate excrementitia ſpoliatis, quæ cum aqua in vaſe aperto decoquuntur, adeò ut hoc modo partes illorum acidæ & mercuriales, ut ſulphureæ ſive oleoſæ, in quibus præcipua illorum virtus & proprietas deliteſcit, deficiant: indeque ejuſmodi decocta ut plurimum aut omnino nullius aut exiguæ ſaltem efficaciæ comperiantur.

Decocta perperam fieri in vaſe aperto.

Huius dicti veritas ſtabilitur etiam per ea, quæ modò ſub finem de aquis diximus, ubi modum propoſuimus, quo ex omnibus aromaticis, ex ſeminibus, herbis & floribus ſiccis, calidis & fragrantibus, aquæ & olea elici poſſint, quæ integras & totas ferè ſuorum ſimplicium facultates retineant, quod equidem ſoli deſtillationi, cum vaſe optimè clauſo, acceptum ferendum eſt: nunquam enim id præſtabit ea decoctio quæ fit cum vaſe aperto: cuius rei ut periculum facias, accipe unicam tantùm libram Sem. aniſi, addendo quinque aut ſex libras aquæ? Si ex eo, more chymico, oleum vaſe clauſo deſtilles: hæc aqua ſeparato oleo, aniſi odorem, cæteraſque eius qualitates, quibus imprægnata

Digitized by Google

grata eſt, longè perfectiùs æmulabibitur & reſervabit, quam decem, vel etiam plures libræ aniſi, cum ea aquæ quantitate cocti, qua vulgo decoctiones cum vaſe aperto parari ſolent, ubi ſpiritus aniſi pereunt & prorſus evaporant. Idem de cæteris omnibus aromaticis, fragrantibus & calidis, quod de aniſo, ſentiendum eſt: imprimiſque notandum, in decoctis hydroticis & ſudorificis paratis ex guajaco, & aliis rebus ſudorifica proprietate pollentibus, id neceſſariò obſervandum eſſe.

At dices hunc morem ita ſtudioſè admodum obſervari, ut eiuſmodi decocta in duplici vaſe præparantur: Sed ratio hæc nullius prorſus momenti eſſe poteſt: ſi quidem partes illæ acidæ & oleaginoſæ, quibus plurimum abundat guajacum, nihilominus eo modo diſſipantur, & in auras evolant: ſpiritus enim ſunt ſubtiliſſimi, in quibus tamen omnis virtus ſudorifica & balſamica conſiſtit. Quib. incommodis ut ſubveniamus, decoctio illa fieri debet in vitro circulatorio vel pelecano, ubi nihil omninò expirare poteſt: Si deſideretur Pelecanus, in cornuta vel retorta, vel in vaſe æneo, ſtanno interius obducto, cui refrigerium ſuum appendeat, quodque eiuſmodi decoctis aptum ſit, & in longum tempus uſui tuo inſervire poſſit. Ut ut ſit, opera danda eſt, ut vas tuum, ſive vitreum ſit, ſive cupreum aut ſtanneum, accuratiſſimè claudatur; ita ut nihil prorſus evaporet, & de liquore tuo vel nihil, vel minima tantum portiuncula imminuatur aut pereat. Unde libræ ligni guajaci libræ tantum tres aquæ addantur, & ita ſatis diluta erit decoctio: nihil enim de ea, aut parum exhalat, & in fumum conſumitur. *Vide infra de Vegetabilibus.*

Decoctio in pelecano aut alio deſtillatorio vaſe.

Coctio hæc multò accuratius perfici poteſt balneo vaporoſo, quam quovis alio caloris genere. Si uſus fueris cornuta vel alembico, ea quæ deſtillaveris, fœcibus ſuis rurſus addenda erunt, & dein totum decoctum per manicam trajiciendum, ut clarificetur. Pro doſi exhibebis tres vel quatuor uncias, & excellentes effectus in ſudore provocando videbis. Exempli loco hîc proponimus decoctum Guajaci, ad cuius imitationem parari poterunt quævis alia ex rebus calidis & aromaticis. Neque hîc tempus ſpectandum eſt, cuius reſpectu quidem vulgaria illa citiùs parantur: ſed hæc diuturnitatem temporis infinitis commodis inde emergentibus reſarciunt, interim tamen, vel admittere vel repudiare horum uſum, liberum cuivis eſto. Temporis ratio nunc poſtulare videtur, ut ea proponamus decocta, quibus pharmacopœam noſtram ornandam ac ditandam conſtituimus.

Decoctio

1. *Lenitiva aperitiva refrigerans.*
2. *Lenitiva aperitiva calfaciens.*
3. *Carminativa.*
4. *Diuretica.*

Præparantia.

5. *Præparans bilem.*
6. *Ad bilis tenuitatem.*

7. Præ-

Digitized by Google

7. *Prepar. pituitam.*
8. *Prep. melancholiam.*
9. *Digeſtiv. cephalicum.*

Purgantia.

10. *Purgant. bilem.*
11. *Purg. pituitam.*
12. *Purg. melanchol.*
13. *Solutiv.* Catholic.
14. *Aliud ſolut. catholic.*
15. *Purg. pro delicatulis.*

Hydrotica.

16. *Decoctum Guajaci ſimplex.*
17. *Decoct. Guajaci ſecundarium.*
18. *Dec. Guajac. compoſit.*
19. *Dec. Guajac. purgativ.*
20. *Dec. Salſaparillæ.*
21. *Decoctum chinæ.*
22. *Dec. Saſſafras*
23. *Dec. ſudoriferum antivenereum.*

Hydrotica cephalica.

24. *Hydr. antepilepticum.*
25. *Hydr. antiparalyticum.*
26. *Aliud.*
27. *Hydr. ad aſthma.*
28. *Hydr. ad hydropem.*
29. *Hydr. ad caſum.*
30. *Hydr. D. Ambroſij.*

Vulneraria.

31. *Potio vulneraria univerſalis.*
32. *Alia.*
33. *Alia.*
34. *Alia antivenenata.*
35. *Alia ad fracturam oſſium.*
36. *Al. Cephalica.*
37. *Al. ad hemorrhagiam vuln.*
38. *Potio ad ulcera renum & veſicæ.*
39. *ad gonorrh. virulent.*

Decocta varia.

40. *Dec. purgans ad quartan.*
41. *ad menſes promov.*
42. *Dec. ad menſes ſiſtend.*
43. *ad præcipitat. uteri.*
44. *ad conceptum.*
45. *ad morſum venenat.*
46. *ad febres chronicas purg.*
47. *ad verminationem.*
48. *ad feb. intermittentes purg.*
49. *ad Hydropem purg.*
50. *ad Icterum.*
51. *ad duritiem ſplenis.*
52. *D. Galli ad obſtr. Hepat. lienis, colic. febres, &c.*
53. *D. Seri lactis.*
54. *D. ad dyſenteriam & lienteriam.*
55. *D. ad calculum.*
56. *D. ad idem.*
57. *D. Splenis bovis.*
58. *Infuſio purgativa catholica.*

1. Decoctio *lenitiva aperitiva* refrigerans.

℞. *Rad. Taraxaci*
Graminis
Acetoſæ
Oxylapathi ana ℥ j.
Paſſul.
Liquiritiæ ana ʒ vj.
Herb. Cichorij.
Endiviæ
Scariolæ
Agrimoniæ
Portulacæ
Acetoſæ
Lactucæ
Fumariæ
Capill. omnium ana M. j.
Sem. Quatuor frig. majorum
Altheæ ana ℥ ß.
Prunorum damaſcen. num. x.
Jujubarum paria vj.

Flor.

Digitized by Google

Flor. Violarum
Bugloſſæ
Roſ. rubr. ana. p. j.

Fiat decoctum: aromatizetur, ſi ita placuerit, pauco cinnamomo, & edulcoretur ſaccharo: vel addatur ſyrupus violaceus, vel acetoſus, limonum, & ſimiles.

2. Decoctio *lenitiva aperitiva* calefaciens.

℞. *Cort. Fraxini*
Tamariſc. ana ℥ ß.
Rad. Fœniculi
Petroſelini
Polypodij ana ℥ j.
Prunorum Damaſcen.
Iujubarum ana paria vj.
Paſſul.
Liquiritiæ ana ℥ ß.
Sum. Lupul.
Agrimoniæ
Betonicæ.
Primulæ veris
Fumariæ
Ceterac.
Polytrici
Abſynthij
Petroſelini ana M. j.
Aſari ʒ ij.
Sem. Cardui benedicti.
Citrij
& Corticis eiuſdem an. ʒ iij.
Sem. Maluæ
Altheæ
Citoniorum ana ʒ ij. ß.
Flor. Geniſtæ
Bugloſſæ
Borraginis ana p. j.

Fiat decoctio; coletur, clarificetur, aromatizetur & dulcoretur, ut ſuprà, ſaccharo, vel adde ſyrupi de duabus vel quinque rad. & capill. veneris q. ſufficit.

3. Decoctio *carminativa ſeu flatus diſcutiens.*

℞. *Rad. Fœniculi* ℥ j.
Fol. Thymi
Pulegij
Serpilli ana M. j.
Paſſul. Corinthiac. ℥ j.
Sem. Fœniculi dulc.
Aniſi
Dauci
Cumini ana ʒ iij.
Cinnamomi ℥ ß.
Flor. Anthos
Camomillæ veræ ana p. ij.

Decoquantur in hydromelite malvatico. Doſis ℥ ij. vel tres.

4. Decoctio *diuretica.*

℞. *Rad. Vincetoxici*
Rubiæ tinctorum
Valerianæ
Pimpinellæ ana ℥ j.
Liquiritiæ ℥ ß.
Fol. Betonicæ
Capill. omnium ana M. j.
Sem. Bardanæ.
Fœniculi
Milijſolis
Aniſi
Cuſcutæ
Baccarum Iuniperi ana ʒ iij.
Fructuum alkekengi num. x.
Flor. Geniſtæ p. ij.

Coquantur, aromatizentur cinnamomo & dulcorentur melle anthoſato.

Decocta præparantia.

5. Decoctum præparans bilem nimiâ aduſtione incraſſatam, & ſolvens obſtructionem in viſceribus: quod in plerisq; febribus etiam ardentibus contingere ſolet.

℞. Rad. *Taraxaci*
Graminis
Petroſelini
Acetoſæ
Eryngiorum
In aceto maceratarum ana ℥ j.
Paſſul. corynthiac. ℥ vj.
Liquiritiæ ℥ß.
Herb. Cichorij cum toto
Scariolæ
Agrimoniæ
Cuſcutæ
Fumariæ
Lupulorum
Hepaticæ
Polytrici
Adianthi ana M. j.
Sem. 4. Frig. major.
Et Minorum
Sem. Citrij & cort. eiuſdē ana ℥ iij.
Flor. Geniſtæ
Violarum
Borraginis
Bugloſſæ ana p. j.
Coquantur in ſero lactis. Huic decocto adde ſi velis
Oxymelitis ſimplicis
Syrup. Acetoſ. compoſ.
De limonibus
De ſucco acetoſæ q. ſuff.

6. Ad bilis autem tenuitatem emendandam decoctum parabitur, ut ſequitur:

℞. Rad. *Acetoſæ*
Cichorij
Bugloſſæ ana ℥ j.
Iujubarum par. vj.
Fol. Endiviæ
Portulacæ
Lactucæ
Acetoſæ ana M. j.
Sem. Cuſcutæ
Cucumeris
Melonum
Lactucæ
Pſillij
Citoniorum
Papav. albi ana ℥ß.
Flor. Violarum
Nenupharis ana p. ij.
Gummi arabici
Tragacanthi ana ℥ ij.
Fiat decoctio, in colatura diſſolvi poterunt
Syrup. De papav.
De nenuphare
Viol.
De roſis ſiccis &
Diacod. ſine ſpeciebus q. ſuff.

7. Decoctum præparans pituitam.

℞. Rad. *Acori*
Cyperi
Fœniculi
Petroſelini
Apij ana ℥ j.
Polypodij

Digitized by Google

Paſſul. ana ℥ vj.
Herb. Betonicæ
Chamedr.
Chamæpit.
Thymi
Hyſſopi
Sem. Aniſi
Fœniculi
Cort. Citrij ana ℥ iij.
Flor. Primulæ veris
Anthos
Stœchados
Betonicæ ana p. j
Zingiberis
Cinnamomi ana ℥ ij.

Coquantur in hydromelite; in colatura diſſolve
Syrup. De calamintha
De Betonica ſimpl. & compoſ.
De corticibus citrij
Bizantinum compoſ.
De praſsio
& Huiuſmodi.

8. Decoctum præparans melancholicam.

Decoctio ad parandum ſuccum melancholicum craſſum, tartareum & fæculentum, conſtare debet partim ex his, quæ incidendi & attenuandi vim obtinent, partim etiam ex iis, quæ mediocriter calefaciunt & humectant, exempli cauſa:

℞. Crot. cappar.
Tamariſc.
Fraxini ana ℥ ß.
Rad. Enulæ campanæ
Polypodij
Oxylapathi
Graminis
Aſparagi
Fœniculi ana ℥ j.
Herb. Bugloſſæ utriuſque
Fumariæ
Lupul.
Agrimoniæ
Meliſſæ
Thymi
Epithymi
Herb. capill. omnium ana M j.
Sem. Cardui benedicti
Cuſcutæ ana ℥ ß.
Flor. Geniſtæ
Tamariſci
Violarum
Borraginis
Bugloſſæ ana p. j.

Coquantur ex ſero lactis, addendo ſub finem coctionis
Succor. Depurat. pomorum redolentium.
Fumariæ
Bugloſſæ ana ℥ iij.

Dein colentur & aromatizentur cinnamomo:
Syrup. Fumariæ
Scolopendriæ
Sabor
Bugloſſi q. ſuff.

Ad atram bilem præparandam, quæ ex *Gal.* ſententia toto genere à ſucco melancholico differt, decocta conſtabunt, partim ex his, quæ bilem retorridam & aduſtam refrigerant & humectant: partim ex his quæ eius craſſitiem incidunt, *de quibus jam ſuprà egimus*: fiunt autem decocta, in ſuccis depuratis fumariæ, lupul. bugloſſæ, pomorum redolentium, & id genus aliis, in quibus ſyrupi de epithymo, de biſantiis addi poterunt. *Lib. de atra bile.*

Hæc rurſus prædicta omnia decocta tum bilem, tum pituitam & melancholiam præparantia, Cephalica, Thoracica, Stomachica, Hepatica, Splenetica, Nephritica & Hyſterica concinnari poterunt, ſi ea ſimplicicia, quæ his partibus conveniunt, addideris.

9. *Decoctum digeſtivum cephalicum ex Tetrad.*

℞. *Rad. Pæon.*
Galang.
Cyper.
Angelic.
Cal. ar. an. ℥ß.
Gramin.
Aſparag.
Viſc. quern. an. ℥ vj.
Herb. Cichor. c. tot.
Endiv.
Scariol.
Fumar.
Lupul.
Meliſſ.
Primul. Ver.
Agrimon.
Ceterach.
Polytrich. an. M. j.
Chamædr.
Chamæpit.
Hyſſop.
Thym.
Majoran.
Menth. an. M. ß.
Sem. Aniſ.
Card. bened.
Pæon.
Seſel.
Citr.
Cort. Citr. an. ℥ iij.
Flor. Anth.
Calendul.
Betonic. an. p. j.
Tiliæ arb.
Lil. convall. an. p. j. ß.

F. Decoct. in Oxymel. ſimpl. ad ℔ j. ß. In colatura clarific. diſſolv.
Syr. Cort. Citri.
de ſtœch.
de Betonic. an. ℥ iij.

F. apozema aromatizandum ʒ j. diamoſch. dulc. utatur per 5. dies.

10. Prædicta decocta ſimul ac ſemel purgantia efficies, ſi decoctis ad bilem præparandam aptis, cholagoga, qualia ſunt *tamarindi, rhabarbarum* inter ſimplicia, & inter compoſita *Diaprunum ſolutivum, elect. Roſ. Meſ. & elect. de Pſillio* infundantur & admiſceantur.

11. Phlegmagoga verò reddes, ſi *cnicum, & agaricum*: & inter compoſita *Diaphœnicum, Diaturbith, elect. Indum maius minus*, decoctis, quæ pituitam præparare apta nata ſunt, addideris:

12. Ut melanagoga efficiantur, *ſenam, epithymum*, & inter compoſita *confect. Hamech, Diaſennam, Syrupos helleboratos*, iis decoctis, quæ ad utriuſque melancholiæ præparationem convenire ſcripſimus, addere poteris.

Addam ſaltem unicam & alteram decocti formulam, qua ſimul & ſemel ſenſimque tum præparari tum deturbari noxij omnes humores poterunt, idque per epicraſim, ut dicunt.

Digitized by Google

13. Decoctum ſolutivum Catholicum.

℞ *Polypodij querni*
Sem. Carthami contuſi ana ℥ x.
Paſſularum
Liquiritiæ ana ℥ vj.
Cort. Fraxini
Tamariſci an. ℥ ß.
Prunorum damaſc. pariax.
Fol. Fumariæ
Meliſſæ
Eupatorij Meſ.
Lupul.
Agrimoniæ
Chamæd.
Chamæpit.
Et Capill. omnium ana m. j.
Flor Centaurij minoris
Hyperici
Geniſtæ
Tamariſci ana p. j. ß.
Trium cordalium
Nymphææ ana p. j.
Agaric. rec. troch. cum ſuo nodulo
Hermodactylorum,
Fibrarum rad. ellebori nigri ana ℥ ß.

Coquantur in æquis partibus ſeri lactis, & aquæ pomorum redolentium vel fumariæ: in colatura clarificata infunde, ac tandem parùm decoque

Foliculorum ſenæ ℥ j ß.
Rhabarb. electi ʒ. iiij.
Cinamomi
Garyophyllorum ana ʒ j.
Epithymi p. j.

Facta tandem expreſſione, & colatura reducta ad ℥ xvj. diſſolue.

Syrup. violati ex novem infuſionibus
Oxymelitis majoris Iuliani ana ℥ ij.

Fiat apozema in 4. doſes, pro 4. matutinis conſequentibus, vel alternis, ſecundum operationem & vires.

14. Apozema ſolutivum catholicum ex Tetr.

℞. *Polypod. q.*
Senn.
Sem. carth. ana ℥ x.
Paſſul.
Liquirit. ana ℥ ß.
Sem. Aniſ.
Seſel. an. ʒ ij.
Flor. cichor.
Violar.
Borrag. an. p. j.
Agar. troch. cum ſua ligatura ℥ ß.
Folic. ſenn. or. ℥ j ß.

Fiat Decoct. m. colatur. ℔ j. ſolve
Syrup. decichor. cum Rhab. & roſat. ſolut. ana ℥ ij.

Fiat Apozema pro 3. doſibus, adde *in ultima Diacarthami. Elect. de Citro an.* ʒ j ß.

Hæc decocta purgant omnes humores vitioſos, & eos etiam qui ob tenacitatem & contumaciam ſuam minùs expelli, primoque inſultu vix moveri, aut extirpari poſſunt: Reiterandus eſt illorum uſus bis ad minimum, aut etiam ampliùs, prout mali radices validiùs pro-

Ex æquis partibus foliorum & florum *Roſmarini, foliorum & granorum Lauri*

Herb. *Saniculæ*
Veronicæ
Peti
Myrti
Plantaginis

Deſtilla aquam: in cuius ℔ vj. adde
Terebinthinæ Venetæ ℔ j.
Gummi hederæ
& Ceraſorum an. ℥ iij.
Thuris maſculini
Myrrhæ
Mumiæ veræ, an. ℥ ij. ß.
Aloës ſuccotrinæ ℥ iij.
Macis
Piperis
Garyophyllorum an. ℥ j.
Sacchari ℔ ß.
Croci ℥ ß.

Omnibus invicem mixtis, fiat in retorta deſtillatio per cineres, ut artis eſt: donec recipiens ſua ſponte refrigeretur.

Hanc aquam, quæ tota oleaginea eſt citra ullam rei alicuius ſeparationem, ſerva in phialis probè clauſis. Nam excellentiſſima eſt, & pretioſiſſima: ex ea lavabis fiſtulas, admotis ſolummodo eius aliquot guttulis: item ulcera cancroſa: phagedenica & ſordida, quæ vicina ſunt malo mortuo: & mira videbis. Præſtantiſſima quoque eſt ad carbunculum & anthracem peſtilentem, ad vomicas, abſceſſus, apoſtemata, & interna ulcera. Offerenda ſunt tantum aliquot guttulæ cum vino albo, aut cum alio quodam iuſculo, vel aqua vulneraria.

Carbunculus & Anthrax peſtilens, &c.

51. *Aqua podagrica.*

℞. *Aqua Deſtillationis ſpermatis ranarum,*
Tapſi barbati
Filicis an. ℔. ij. ß.
Vrinæ pueri vinum bibentis ℔ iij.
His adde *Theriaces recentis* ℥ ij. ß.
Vitrioli
Salis fuſi
Aluminis an. ℥ iiij.

Deſtillentur ad ſiccitatem per cineres: huic aquæ adde
Salis Vitrioli, id eſt, è ſuo colchotare extracti ℥ j. ß.
Camphoræ.
Croci an. ℥ ij.
Miſce.

Ex hac aqua foveantur partes dolentes tepidè, ſæpè nova immerſione renovando linteola. Vel cum muria ſalis & urina pueri ana ſimul mixta, deſtilletur aqua ad eoſdemmet dolores pacandos.

N. Paulo aliter vide hanc aquam *infra de podagra.*

52. *Aqua alia podagrica.*

℞. *Foliorum & florum ſambuci viridium an.* ℔ j. aut plus minus, prout libuerit, majorem vel minorem quantitatem conficere. Contundantur omnia, & optimè macerentur in *aqua vitæ*, idque per dies duos vel tres in Baln. Mar. dein deſtillentur per vas vitreum vel cupreum ad ſiccitatem:

De hac aqua bis in die foveatur pars dolens, eaq; fidenter & intrepidè utere, vel etiam in ea Podagræ ſpecie, quæ à calidis humoribus promanavit.

53. *Alia*

Digitized by Google

53. Alia aqua antipodagrica.

℞ *Spiritus Vini rectificati* ℔ ij.
Mellis puriſſimi ℔ j.

Deſtillentur in balneo vaporoſo: ſic duos deſtillabis liquores; primus eſt aqueus, ſecundus multò fortior & ſulphureus, quem ſeorſim reſerva: magmati ſive remanentiæ adde *croci orientalis integri* ℥ j ß.

Terebinthinæ Venetæ ℥ ij.
Caſtorei ʒ vj.
Tartari ad albedinem calcinati ℔ ß.
Salis fuſi ℥ j.
Phlegmatis vitrioli, à ſuo ſpiritu non ſeparati ℥ iiij.
Lixivij ſarmentorum vitis ℔ ij.

Macerentur per 24. horas: dein deſtillentur ad ſiccitatem: liquor qui inde emanabit ſervetur etiam ſeorſim. Fæcibus remanentibus affunde priorem aquam reſervatam: macerentur & deſtillentur: Tandem omnes liquores deſtillatos miſce, & denuò per Balneum vaporoſum deſtilla:

Habebis aquam antipodagricam miræ facultatis.

Hanc mihi aquam Germanus quidam, *vir celeberrimus tanquam ſingulare donum obtulit, affirmans hanc eſſe ipſam aquam* M. Rulandi. *Eodem igitur, quo nobis conſtitit pretio, eam nunc reddamus, dignam eandem ſtatuentes, ut in publicum hominum conſpectum veniat. Eximios enim ipſius effectus vidimus in ſedandis podagricis doloribus, ſi linteola in eadem mediocriter calefacta & immerſa membro dolenti applicentur.*

Alias aquas antipodagricas *vide in arthritide*, ubi quoque enodatur aqua Quercetani antipodagrica.

54. Aqua ad ambuſta.

℞ *Aquæ Stillatitiæ foliorum Filicis* ℔ j.
Phlegmatis vitrioli
& Aluminis ana ℔ ß.
Flor. Tapſi barbati
Folior. Hederæ nigræ ana M.j.
Limacum rubrarum
Ranarum
Aſtacorum aut Cancrorum fluviatilium, ana N.x.

Deſtillentur in alembico plumbeo, ſatis magno igne:

Ex hac aqua fove aduſtum locum quinquies aut ſexies in die.

NOTA.

Aqua quoque ſpermatis ranarum mixta cum ſolo Vitrioli phlegmate multum confert.

55. Aqua cancrorum ad idem.

Cancri aut gammari bulliant *cum aqua Sempervivi majoris* in vaſe duplici accurate occluſo per diem integrũ: poſt deſtillentur igne ſubjecto. Aqua ter affundatur *capiti mortuo*, & abſtrahatur, tum demum reſervetur. *Aqua extemporanea cancrorum.*

Inflammationi, ambuſtis, & carcinomati multum confert. Si ex cineribus capitis mortui ſalem cum propria aqua elicies, præſtantius evadet remedium ad curanda carcinomata, & phagædenica omnia ulcera.

Digitized by Google

Cap. X.

De aquis, ex omnibus aromatibus, herbis, floribus & ſeminibus, calidis, ſiccis.

Aqua Aromatum.

PRæter enumeratas tam ſimplices quàm compoſitas artificioſas aquas, quas priſtino ſplendori reſtituimus, ars ſpagirica alias aquarum differentias, novo nos docet artificio componere, præſertim verò ex *omnibus aromatibus, herbis, floribus & ſeminibus* calefaciendi dote præditis: hæ autem aquæ paratu facillimæ ſunt, ex quibus plurima emergunt commoda, & quarum ope olei plura genera maximè aërea, & partium tenuitate efficaciſſima eliciuntur. Verum quia omnibus ferè notæ hujuſmodi aquæ exiſtunt, in iis recenſendis non multum immorabimur: præcipuas tantùm in medium proferemus: atque illas quas pharmacopœi ſemper paratas in officinis habere debent: quod ſcilicet propter inſignes operandi vires in quotidianum uſum cadant: nec ratio aliunde petenda, quàm quod nobiliori quodam modo ſimplicium medicamentorum, unde extractæ fuerunt, facultates ferè totas & integras in ſe contineant. Eodem modo ſimplicium olea, quæ propriis aquis ſupernatent eliciuntur, quæque effectus exerunt non paucos atque vulgares. Aquæ etiam modò dictæ ad ſyrupos diverſimodè concinnandos proderunt, baſimque ſubminiſtrabunt: quorum inventionem mihi jure adſcribere poſſum, *ut capite de ſyruporum reſtauratione* latiùs patebit.

Olea ſimplicium, aquis innatant.

Exordiemur autem ab *aqua cinnamomi*, quia ejus uſus & vulgatior & notior eſt: ea itaque ſic parabitur.

Aqua cinnamomi.

Aqua cinnamomi, cum vino & aqua roſarum.

℞ *Cinnamomi* ℥ *iiij. quod craſſiuſculè conquaſſatum, & in aquis vini albi generoſi, & aquæ roſarum partibus* (aliiſ in ſolo vino) *duorum aut trium dierum ſpatio infuſum in alembico deſtillant, atque ſic aquam lacteam, quæ ſimul in ſe partem ſulphuream & oleaginoſam cinnamomi continet, eliciunt, accurateque adſervant.* Quod ſi magnam ejus quantitatem componere velis, utere æneo vaſe majuſculo, cui refrigeratorium annexum ſit. Vulgò pro ſingulis cinnamomi libris vini albi & aquæ roſarum, ana libræ duæ adjiciuntur. Quia vero non multum olei ex cinnamomo extrahi poteſt propter partium illius tenuitatem, unde fit ut cum aqua commiſceatur, propterea vinum album & aqua roſarum peculiariter & præcipuè uſurpantur, quorum loco in aliorum aromatum, herbarum, florum & ſeminum deſtillationib. aquam duntaxat communem aſſumimus. Exempli gratia:

Aqua Garyophyllorum cum aqua communi.

℞ *Garyophyllorum conquaſſatorum* ℔ *j. aut duas, aquæ fontanæ tepefactæ quadruplum, imò plus ſi viſum fuerit: hæc recipiantur vaſe æneo commemorato, cui vaſculum refrigerans adhæret: macerentur unum duos aut tres dies: poſt mediocris ignis ſupponatur ita*

Digitized by Google

Oleum ab aqua in ſi-dibulo ſeparandum.

ut aqua bulliat, tum evaporantem conſpicies, ſecumque oleum Garyophyllorum deferentem, quod quia quovis alio gravius eſt, totum ferè imum petit. Ab aqua verò ſecernitur cum infundibulo (ut vocant) & lagenula ritè occluſa reconditur. Aqua quæ remanet poſt olei ſui ſeparationem, turbida eſt & oleaginoſa: odor & ſapor Garyophyllorum impreſſi tam vegeti exiſtunt, ut ſi ea hauriatur aut naribus admoveatur, qualitates garyophyllorum quam maximè indicentur.

Ex omnium horum ſimplicium aquis componuntur Syrupi.

Ex hac aqua quemadmodum ex aliis, quæ hac arte extrahuntur, ex qualibet aromatum ſpecie, ut pipere, nuce moſchata, mace, Zingibere, cubebis, & hujuſmodi cæteris, ut etiam ex omnibus ſeminibus & baccis calidis, lauri ſcilicet, juniperi, fœniculi, aniſi, cumini, dauci, pæoniæ, & cæt. denique ex herbis & & floribus, calore pollentibus, ut ſalvia, roſmarino, thymo, hyſſopo, ruta, calamentha, origano, pulegio, mentha, betonica, & ſimilibus, componi poterunt ſyrupi, qui longe melius vires ſimplicium, ex quibus concinnantur, ſibi concreditas ſervabunt, geminaſque facultates multò efficacius referent, quam eorumdem aquæ, & decoctiones gregaria via paratæ, ut paulò poſt dicturi ſumus, ubi de ſyrupis cum iiſdemmet aquis præparatis agemus: & conſequenter ſuo loco cuilibet compertum erit, quibus uſibus olea ipſorum ſimplicium inſerviant, quæ ut monuimus, à propriis aquis ſeparari debent.

Sed hęc de aquis alterantib. tractatio, huculq; ſufficiat: Temporis nunc ratio poſtulat, ut vela contrahamus, ne fortè longiori mora in vertices inextricabiles abrepti, benigno lectori moleſtiam creare videamur.

Cap. XI.

56. De Aquis purgantibus.

1. Aqua purgans ſimplex.

Accipiantur *ſemina ſambuci & ebuli*, ſuo perfectæ maturitatis tempore, quod erit circiter Autumni initium: ex his prælo exprimatur *vinum ſive ſuccus*, conquaſſatis ſimul *vinaceis ſive nucleis ſuis internis*: mixtis ſimul omnibus fiat deſtillatio.

Hæc aqua ſuper fæces ſuas cohobata insignem purgandi efficaciam habet, præcipueque ſeroſos humores trahit, aromatizetur cinamomo, coriandro cum ſucco cotoniorum præparato, & ſimilibus. Hydropicis dari poteſt ab ℥ j. ad ℥ ij.

2. Aqua purgans compoſita.

Vt ex iiſdem, ad eoſdemmet uſus, aqua fiat compoſita, quæ nobiliores ac validiores purgandi vires obtineat.

℞. *Aq. ut ſupra deſtillatarum*
Sem. Ebuli & ſambuci ana ℔ j.
Succ. Peti
Florum perſicæ arboris ana ℔ ß.

His adde ſuo tempore
Flor. Ebuli
Sambuci
Hyperici
Centaurij ana m. ij.

Flores prius contundantur: dein omnia ſimul deſtillentur per retortam, ad ſiccitatem uſque, idque virtute caloris balnei vaporoſi. Aquæ huic adde

Aloes ſuccotrinæ ℥ iiij.
Scammonij ℥ ij.
Myrrhæ ℥ j. ß.
Cinnamomi
Sem. Fœniculi dulcis
Aniſi ana ℥ j.

Omnia iterum diſtillentur per retortam, cum ſuo recipiente, ut nihil expirare poſſit, idque in eodem balneo vaporoſo: digeſtionis tempus duret ad diei unius ſpatium, poſtea infervescat balneum ad ſummum, ut ad ſiccitatem omnia deſtillentur: nec ullum aduſtionis periculum hic timendum erit: aquæ enim ferventis vapores, vaſe undiquaque accuratiſſimè occluſo, aduſtionem prohibent. Quę diſtillandi ratio omnium eſt optima, tutiſſima & facillima, qua ſola citra alterius rei additionem, ex omnibus herbis & floribus calefaciendi vi præditis, aquæ & olea ſimul & unà elici poſſunt.

Aqua & olea ſimul & una eliciunt ex omnibus herbis & floribus calidis virtute caloris Bal. vaporoſi.

Dicta aqua omnes humores clementer purgat, infantibus, qui lumbricis & corruptionibus internis infeſtantur conducit, nec non iis, qui alia remedia vulgari modo parata, prorſus abhorrent. Doſis eſt ab ℥ j. ad ℥ ij. habita ægrotantis naturæ viriumque ratione.

57. *Aqua Vomitiva & purgativa ſimul* Aqua benedicta *vocata.*

Circa finem hujus tractationis de aquis, unica adhuc coronidis loco addenda, quæ vomitiva & purgativa ſimul exiſtit. Hujus admirandæ admodum ſunt dotes in curandis febribus, etiam peſtilentibus hæc inſuper præſtantiſſimos prodit effectus in perſanandis pleuriſibus, morbis multum popularibus & communibus in quibus arduum & excellens eſt ſecretum, quamvis id præter inſtitutum, ex metallicorum remediorum familia deſumptum ſit, adeoque ad mineralogiam referendum.

Magneſia Saturnini & Sal prunellæ.

℞ Magneſiæ Saturninæ opalinæ, & pellucidæ, Antimon. & lapidis vel ſalis prunellæ ana, miſceantur, igniantur, & calcinentur calcinatione philoſophica: magneſiam invenies calcinatam & coloratam inſtar hepatis, quam dulcorabis & uſibus reſervabis.

Crocus metallorum.

Pulvis hic erit inſtar alicujus croci, eique nomen *croci metallorum* verè competit, ſi quidem magneſia, à qua originem traxit, eſt metallorum radix & primum *ens.*

Ejus accipe *℥ j. aquæ cardui bened.* ℔ *ij. vel tres: cinamomi ℥ ß.* macera omnia per biduum aut triduum: dein transcola, & uſui reſerva hanc aquam, quæ jure optimo meretur nuncupari *aqua benedicta*, inſignes enim & mirandos edit effectus.

Aqua benedicta ex croco metallorum.

De hac ſume ℥ j. ß. aut amplius horis matutinis, non eſt ingrati ſaporis: blandè provocat vomitum, & quatuor aut quinque ſedes, evacuando per ſuperiora & inferiora ſimul, quod vix præſtabit aliud remedium.

Vſurpatur ut ſuprà feliciſſimè ad omnis generis febres, etiam peſtiferas pleuritides item, alioſque deploratiſſimos

Digitized by Google

mos affectus, qui ob radices profundius validiuſque infixas, vix ſubigi & edomari poſſunt.

Aqua antepileptica ex magneſia dicta, & cruſta panis.

Ex dicta magneſia, ♁ nulla addita præparatione alia & ex cruſta panis pulverizata, elicit per cornutam ad ignem ſatis magnum aqua antepileptica quæ præferenda cæteris omnib. ſupra deſcriptis, quantumvis è varia vegetabilium familia petitis.

Huius non mediocres effectus in plurib. feliciter expertus ſum, potiſſimum autem in I. Vignone, Euſtachij illius typographi magni hominis filio, is à pueritia in Germania educatus, circa decimum octavum ætatis annum, gravi admodum epilepſia corripitur, quam ex omnibus ſignis idiopathicam, omniumque peſſimam pronunciare licuiſſet: auxilium primò & opem à doctiſſimis quibuſdam in Germania medicis imploratam, adhibuit: tandem in natale ſolum à parentibus evocatus, me cum I. Antonio Saraceno *viro doctiſſimo cum aliis quibuſdam celebribus medicis accerſivit: ubi cùm à nobis communi conſenſu, juxta artis præcepta, omnibus præſcriptis & tentatis remediis vulgaribus, nihil proficeretur, ſed fruſtra omnia fierent, imò morbus in dies adeò increſceret, ut cùm antea ſemel in ſeptimana, poſtea ſingulis ferè diebus horrenda mali acceſſione & inſultu æger infeſtaretur.* Hinc D. Candolius *affinis ejus, & veteri amicitia mihi coniunctus, illum fidei & curæ meæ privatim commendavit, obnixè petens, & præter illa vulgaria auxilia, aliquod ſingulare de meis profligando morbo adhiberem: cuius petitioni fruſtrà tentatis cæteris omnibus, tandem locum lubens dedi. Purgatione ſemel tantùm præmiſſa cum panchymagorum meorum uno, ſtatim uſum prædictæ aquæ meæ antepilepticæ ad triginta vel quadraginta dies ſingulis matutinis continuandum præcipio: in cuius ſecunda exhibitione, vermiculorum quoddam genus in excrementis hinc inde volutari animadverto. Hac enim aqua proprietatem habet alvum bis vel ter, citra corporis tamen ullam perturbationem aut vomitum commovendi: cuius aquæ continuo uſu, in dies magis magiſque infinitus vermium numerus educebatur: hæc enim tanti mali minera & fomes, in occulto nimis deliteſcens, poſt exhibitionem vigeſimam vel vigeſimam quintam tandem ſeſe prodebat: qua expulſa & penitus exciſa, æger tam firmam recuperavit ſanitatem, ut ab eo tempore, quo ſanatus eſt, ne vel minimum huius mali veſtigium perceperit.*

Hæc eſt hujus curæ hiſtoria, quæ per Dei gratiam, feliciter & ex voto ſucceſſit. Hanc ut veriſſimam de induſtria hic commemorare, oculiſq; ſubjicere volui, ut indubitanter omnibus conſtet, quàm potentes & planè inenarrabiles ſint effectus horum medicamentorum, vulgo incognitorum: quorum tamen notitiam in reipub. emolumentum magis ac magis ceſſuram, apud plures ex animo precor & exopto.

CAP. XII.

De Decoctis.

FATEOR equidem, celebrem decoctorum uſum longo jam tempore, in communi pharmacia extitiſſe: quem nec ipſi improbamus, ſicut

Digitized by Google

falſò de nobis garriunt quidam Cenſores. Sunt tamen potiſſimùm duo, quæ in iiſdem deſideramus, ob quæ noſtræ reformationi, haud immeritò ipſa ſubjicienda putavimus. Quod utique æquus lector ipſemet ſecum pauliſper conſideret, noſtroq; conatui haud gravatè favere dignetur.

Primum eſt, quod in horum decoctorum compoſitionem, ex communi more recipiantur ingredientia adhuc viridia, & ſuperflua humiditate ſcatentia: ex quibus eſſentiam & virtutem elicere conantur, decoctionibus cum aqua ſola fontana, vel fluviali factis. Ac licet decocta huiuſmodi per manicam tranſcolentur, & cum ovi albumine clarificentur, prout moris eſt, compertum tamen eſt, ipſa paucorum dierum ſpatio ſitum contrahere & corrumpi. Qua ratione igitur poteſt id, quod per ſe ipſum facilè corrumpitur, à corruptione vindicare corpora noſtra, in quem tamen finem pleraque ferè decocta ægrotis præſcribuntur ac offeruntur? Ut igitur jejunis his & imperfectis operandi viis conſulamus, neceſſe erit, ut ſimul ac clarificatio fuerit facta, adhuc aliæ duæ ipſam conſequantur operationes: digeſtio ſcilicet & fermentatio, quarum ope & vi, paucis poſt horis, ſeparari percipies materiam quandam craſſam ac terream, in eo, quod puriſſimum & clariſſimum credebatur, adhuc deliteſcentem, quæ huius corruptionis unica cauſa exiſtit: quemadmodum de his fuſiùs dicetur *in cap. de Syrupis*, ubi modum ex variis herbis, fructibus & floribus, exprimendi ſuccos docebimus: ex quibus digeſtis, fermentatis, & perfectè depuratis, ſyrupi in longiſſimum tempus, citra ſacchari melliſvé additionem reſervandi concinnabuntur.

Digeſtio & Fermentatio decoctorum poſt clarificationem vulgarem.

Alterum, quod notatione & reformatione noſtra imprimis etiam opus habet, eſt, quod ſæpenumero ejuſmodi decocta, fiant ex lignis, corticibus, radicibus, herbis, ſeminibus & floribus, omnibus ſiccis, ac omni humiditate excrementitia ſpoliatis, quæ cum aqua in vaſe aperto decoquuntur, adeò ut hoc modo partes illorum acidæ & mercuriales, ut ſulphureæ ſive oleoſæ, in quibus præcipua illorum virtus & proprietas delitescit, deficiant: indeque ejuſmodi decocta ut plurimum aut omnino nullius aut exiguæ ſaltem efficaciæ comperiantur.

Decocta perperam fieri in vaſe aperto.

Huius dicti veritas ſtabilitur etiam per ea, quæ modò ſub finem de aquis diximus, ubi modum propoſuimus, quo ex omnibus aromatis, ex ſeminibus, herbis & floribus ſiccis, calidis & fragrantibus, aquæ & olea eliciposſint, quæ integras & totas ferè ſuorum ſimplicium facultates retineant, quod equidem ſoli deſtillationi, cum vaſe optimè clauſo, acceptum ferendum eſt: nunquam enim id præſtabit ea decoctio quæ fit cum vaſe aperto: cuius rei ut periculum facias, accipe unicam tantùm libram Sem. aniſi, addendo quinque aut ſex libras aquæ? Si ex eo, more chymico, oleum vaſe clauſo deſtilles: hæc aqua ſeparato oleo, aniſi odorem, cæteraſque eius qualitates, quibus impræ- gnata

Digitized by Google

gnata eſt, longè perfectiùs æmulabitur & reſervabit, quam decem, vel etiam plures libræ aniſi, cum ea aquæ quantitate cocti, qua vulgo decoctiones cum vaſe aperto parari ſolent, ubi ſpiritus aniſi pereunt & prorſus evaporant. Idem de cæteris omnibus aromaticis, fragrantibus & calidis, quod de aniſo, ſentiendum eſt; imprimiſque notandum, in decoctis hydroticis & ſudorificis paratis ex guajaco, & aliis rebus ſudorifica proprietate pollentibus, id neceſſariò obſervandum eſſe.

At dices hunc morem ita ſtudioſè admodum obſervari, ut ejuſmodi decocta in duplici vaſe præparantur: Sed ratio hæc nullius prorſus momenti eſſe poteſt: ſi quidem partes illæ acidæ & oleaginoſæ, quibus plurimum abundat guajacum, nihilominus eo modo diſſipantur, & in auras evolant: ſpiritus enim ſunt ſubtiliſſimi, in quibus tamen omnis virtus ſudorifica & balſamica conſiſtit. Quib. incommodis ut ſubveniamus, decoctio illa fieri debet in vitro circulatorio vel pelecano, ubi nihil omninò expirare poteſt: Si deſideretur Pelecanus, in cornuta vel retorta, vel in vaſe æneo, ſtanno interius obducto, cui refrigerium ſuum appendeat, quodque ejuſmodi decoctis aptum ſit, & in longum tempus uſui tuo inſervire poſſit. Ut ut ſit, opera danda eſt, ut vas tuum, ſive vitreum ſit, ſive cupreum aut ſtanneum, accuratiſſimè claudatur, ita ut nihil prorſus evaporet, & de liquore tuo vel nihil, vel minima tantum portiuncula imminuatur aut pereat. Unde libræ ligni guajaci libræ tantum tres aquæ addantur, & ita ſatis diluta erit decoctio: nihil enim de ea, aut parum exhalat, & in fumum conſumitur. *Vide infra de Vegetabilibus.*

Decoctio in pelecano aut alio deſtillatorio vaſe.

Coctio hæc multò accuratius perfici poteſt balneo vaporoſo, quam quovis alio caloris genere. Si uſus fueris cornuta vel alembico, ea quæ deſtillaveris, fœcibus ſuis rurſus addenda erunt, & dein totum decoctum per manicam trajiciendum, ut clarificetur. Pro doſi exhibebis tres vel quatuor uncias, & excellentes effectus in ſudore provocando videbis. Exempli loco hic proponimus decoctum Guajaci, ad cuius imitationem parari poterunt quævis alia ex rebus calidis & aromaticis. Neque hîc tempus ſpectandum eſt, cuius reſpectu quidem vulgaria illa citiùs parantur: ſed hæc diuturnitatem temporis infinitis commodis inde emergentibus reſarciunt, interim tamen, vel admittere vel repudiare horum uſum, liberum cuivis eſto. Temporis ratio nunc poſtulare videtur, ut ea proponamus decocta, quibus pharmacopœam noſtram ornandam ac ditandam conſtituimus.

Decoctio

1. *Lenitiva aperitiva refrigerans.*
2. *Lenitiva aperitiva calfaciens.*
3. *Carminativa.*
4. *Diuretica.*

Præparantia.

5. *Præparans bilem.*
6. *Ad bilis tenuitatem.*

7. *Præ-*

7. *Præpar. pituitam.*
8. *Præp. melancholiam.*
9. *Digeſtiv. cephalicum.*

Purgantia.

10. *Purgant. bilem.*
11. *Purg. pituitam.*
12. *Purg. melanchol.*
13. *Solutiv. Catholic.*
14. *Aliud ſolut. catholic.*
15. *Purg. pro delicatulis.*

Hydrotica.

16. *Decoctum Guajaci ſimplex.*
17. *Decoct. Guajaci ſecundarium.*
18. *Dec. Guajac. compoſit.*
19. *Dec. Guajac. purgativ.*
20. *Dec. Salſæparillæ.*
21. *Decoctum chinæ.*
22. *Dec. Saſſafras*
23. *Dec. ſudoriferum antivenereum.*

Hydrotica cephalica.

24. *Hydr. antepilepticum.*
25. *Hydr. antiparalyticum.*
26. *Aliud.*
27. *Hydr. ad aſthma.*
28. *Hydr. ad hydropem.*
29. *Hydr. ad caſum.*
30. *Hydr. D. Ambroſij.*

Vulneraria.

31. *Potio vulneraria univerſalis.*
32. *Alia.*
33. *Alia.*
34. *Alia antivenenata.*
35. *Alia ad fracturam oſſium.*
36. *Al. Cephalica.*
37. *Al. ad hæmorrhagiam vuln.*
38. *Potio ad ulcera renum & veſicæ.*
39. *ad gonorrh. virulent.*

Decocta varia.

40. *Dec. purgans ad quartan.*
41. *ad menſes promov.*
42. *Dec. ad menſes ſiſtend.*
43. *ad præcipitat. uteri.*
44. *ad conceptum.*
45. *ad morſum venenat.*
46. *ad febres chronicas purg.*
47. *ad verminationem.*
48. *ad feb. intermittentes purg.*
49. *ad Hydropem purg.*
50. *ad Icterum.*
51. *ad duritiem ſplenis.*
52. *D. Galli ad obſtr. Epat. lienis, colic. febres, &c.*
53. *D. Seri lactis.*
54. *D. ad dyſenteriam & lienteriam.*
55. *D. ad calculum.*
56. *D. ad idem.*
57. *D. Splenis bovis.*
58. *Infuſio purgativa catholica.*

1. Decoctio *lenitiva aperitiva* refrigerans.

℞. *Rad. Taraxaci*
Graminis
Acetoſæ
Oxylapathi ana ℥ j.
Paſſul.
Liquiritiæ ana ʒ vj.
Herb. Cichorij.
Endiviæ
Scariolæ
Agrimoniæ
Portulacæ
Acetoſæ
Lactucæ
Fumariæ
Capill. omnium ana M. j.
Sem. Quatuor frig. majorum
Altheæ ana ℥ ß.
Prunorum damaſcen. num. x.
Iujubarum paria vj.

Flor.

Digitized by Google

Flor. Violarum
Bugloſſæ
Roſ. rubr. ana. p. j.

Fiat decoctum: aromatizetur, ſi ita placuerit, pauco cinnamomo, & edulcoretur ſaccharo: vel addatur ſyrupus violaceus, vel acetoſus, limonum, & ſimiles.

2. Decoctio *lenitiva aperitiva* calefaciens.

℞. *Cort. Fraxini*
Tamariſc. ana ℥ ß.
Rad. Fœniculi
Petroſelini
Polypodij ana ℥ j.
Prunorum Damaſcen.
Iujubarum ana paria vj.
Paſſul.
Liquiritiæ ana ℥ ß.
Sum. Lupul.
Agrimoniæ
Betonicæ.
Primulæ veris
Fumariæ
Ceterac.
Polytrici
Abſynthij
Petroſeliniana M. j.
Aſari ʒ ij.
Sem. Cardui benedicti.
Citrij
& Corticis eiuſdem an. ʒ iij.
Sem. Maluæ
Altheæ
Citoniorum ana ʒ ij. ß.
Flor. Geniſtæ
Bugloſſæ
Borraginis ana p. j.

Fiat decoctio; coletur, clarificetur, aromatizetur & dulcoretur, ut ſuprà, ſaccharo, vel adde ſyrupi de duabus vel quinque rad. & capill. veneris q. ſufficit.

3. Decoctio *carminativa ſeu flatus diſcutiens.*

℞. *Rad. Fœniculi* ℥ j.
Fol. Thymi
Pulegij
Serpilli ana M. j.
Paſſul. Corinthiac. ℥ j.
Sem. Fœniculi dulc.
Aniſi
Dauci
Cumini ana ʒ iij.
Cinnamomi ℥ ß.
Flor. Anthos
Camomillæ veræ ana p. ij.

Decoquantur in hydromelite malvatico. Doſis ℥ ij. vel tres.

4. Decoctio *diuretica.*

℞. *Rad. Vincetoxici*
Rubiæ tinctorum
Valerianæ
Pimpinellæ ana ℥ j.
Liquiritiæ ℥ ß.
Fol. Betonicæ
Capill. omnium ana M. j.
Sem. Bardanæ.
Fœniculi
Milij ſolis
Aniſi
Cuſcutæ
Baccarum Iuniperi ana ʒ iij.
Fructuum alkekengi num. x.
Flor. Geniſtæ p. ij.

Digitized by Google

Coquantur, aromatizentur cinnamomo & dulcorentur melle anthoſato.

Decocta præparantia.

5. Decoctum præparans bilem nimiâ aduſtione incraſſatam, & ſolvens obſtructionem in viſceribus: quod in pleriſq; febribus etiam ardentibus contingere ſolet.

℞. *Rad. Taraxaci*
Graminis
Petroſelini
Acetoſæ
Eryngiorum
In aceto maceratarum ana ℥ j.
Paſſul. coryntbiac. ℥ *vj.*
Liquiritiæ ℥ß.
Herb. Cichorij cum toto
Scariolæ
Agrimoniæ
Cuſcutæ
Fumariæ
Lupulorum
Hepaticæ
Polytrici
Adianthi ana M. j.
Sem. 4. *Frig. major.*
Et Minorum
Sem. Citrij & cort. eiuſdẽ ana ℥ *iij.*
Flor. Geniſtæ
Violarum
Borraginis
Bugloſſæ ana p. j.
Coquantur in ſero lactis. Huic decocto adde ſi velis
Oxymelitis ſimplicis
Syrup. Acetoſ. compoſ.
De limonibus
De ſucco acetoſæ q. ſuff.

6. Ad bilis autem tenuitatem emendandam decoctum parabitur, ut ſequitur:

℞. *Rad. Acetoſæ*
Cichorij
Bugloſſæ ana ℥ *j.*
Iujubarum par. vj.
Fol. Endiviæ
Portulacæ
Lactucæ
Acetoſæ ana M. j.
Sem. Cuſcutæ
Cucumeris
Melonum
Lactucæ.
Pſillij
Citoniorum
Papav. albi ana ℥ß.
Flor. Violarum
Nenupharis ana p. ij.
Gummi arabici
Tragacanthi ana ℥ *ij.*
Fiat decoctio, in colatura diſſolvi poterunt
Syrup. De papav.
De nenuphare
Viol.
De roſis ſiccis &
Diacod. ſine ſpeciebus q. ſuff.

7. Decoctum præparans pituitam.

℞. *Rad. Acori*
Cyperi
Fœniculi
Petroſelini
Apij ana ℥ *j.*
Polypodij

Paſſul.

Digitized by Google

Paſſul. ana ℥ vj.
Herb. Betonicæ
Chamedr.
Chamæpit.
Thymi
Hyſſopi
Sem. Aniſi
Fœniculi
Cort. Citrij ana ℥ iij.
Flor. Primulæ veris
Anthos
Stœchados
Betonicæ ana p. j
Zingiberis
Cinnamomi ana ℥ ij.

Coquantur in hydromelite: in colatura diſſolve

Syrup. De calamintha
De Betonica ſimpl. & compoſ.
De corticibus citrij
Bizantinum compoſ.
De praſsio
& Huiuſmodi.

8. *Decoctum præparans melancholicam.*

Decoctio ad parandum ſuccum melancholicum craſſum, tartareum & fæculentum, conſtare debet partim ex his, quæ incidendi & attenuandi vim obtinent, partim etiam ex iis, quæ mediocriter calefaciunt & humectant, exempli cauſa:

℞. *Crot. cappar.*
Tamariſc.
Fraxini ana ℥ ß.
Rad. Enulæ campanæ
Polypodij
Oxylapathi
Graminis
Aſparagi
Fœniculi ana ℥ j.
Herb. Bugloſſæ utriuſque
Fumariæ
Lupul.
Agrimoniæ
Meliſſæ
Thymi
Epithymi
Herb. capill. omnium ana M j.
Sem. Cardui benedicti
Cuſcutæ ana ℥ ß.
Flor. Geniſtæ
Tamariſci
Violarum
Borraginis
Bugloſſæ ana p. j.

Coquantur ex ſero lactis, addendo ſub finem coctionis

Succor. Depurat. pomorum redolentium.
Fumariæ
Bugloſſæ ana ℥ iij.

Dein colentur & aromatizentur cinnamomo:

Syrup. Fumariæ
Scolopendriæ
Sabor
Bugloſsi q. ſuff.

Ad atram bilem præparandam, quæ ex *Gal.* ſententia toto genere à ſucco melancholico differt, decocta conſtabunt, partim ex his, quæ bilem retorridam & aduſtam refrigerant & humectant: partim ex his quæ eius craſſitiem incidunt, *de quibus jam ſuprà egimus*: fiunt autem decocta, in ſuccis depuratis fumariæ, lupul. bugloſſæ, pomorum redolentium, & id genus aliis, in quibus ſyrupi de epithymo, de biſantiis addi poterunt. *Lib. de atra bile.*

13. *Decoctum ſolutivum Catholicum.*

℞ *Polypodij querni*
Sem. Carthami contuſi ana ℥ x.
Paſſularum
Liquiritiæ ana ℥ vj.
Cort. Fraxini
Tamariſci an. ℥ ß.
Prunorum damaſc. paria x.
Fol. Fumariæ
Meliſſæ
Eupatorij Meſ.
Lupul.
Agrimoniæ
Chamæd.
Chamæpit.
Et Capill. omnium. ana m. j.
Flor. Centaurij minoris
Hyperici
Geniſtæ
Tamariſci ana p. j. ß.
Trium cordalium
Nymphea ana p. j.
Agaric. rec. troch. cum ſuo nodulo
Hermodactylorum,
Fibrarum rad. ellebori nigri ana ℥ ß.

Coquantur in æquis partibus ſeri lactis, & aquæ pomorum redolentium vel fumariæ; in colatura clarificata infunde, ac tandem parùm decoque

Foliculorum ſenæ ℥ j ß.
Rhabarb. electi ℥ iij.
Cinamomi
Garyophyllorum ana ℥ j.
Epithymi p. j.

Facta tandem expreſſione, & colatura reducta ad ℥ xvj. diſſolue.

Syrup. violati ex novem infuſionibus
Oxymelitis majoris Iuliani ana ℥ ij.

Fiat apozema in 4. doſes, pro 4. matutinis conſequentibus, vel alternis, ſecundum operationem & vires.

14. *Apozema ſolutivum catholicum ex Tetr.*

℞. *Polypod. q.*
Senn.
Sem. carth. ana ℥ x.
Paſſul.
Liquirit. ana ℥ ß.
Sem. Aniſ.
Seſel. an. ℥ ij.
Flor. cichor.
Violar.
Borrag. an. p. j.
Agar. troch. cum ſua ligatura ℥ ß.
Folic. ſenn. or. ℥ iß.

Fiat Decoct. m. colatur. ℔ j. ſolve

Syrup. de cichor. cum Rhab. & roſat. ſolut. ana ℥ ij.

Fiat Apozema pro 3. doſibus, adde in ultima *Diacarthami. Elect. de Citro an. ℥ iß.*

Hæc decocta purgant omnes humores vitioſos, & eos etiam qui ob tenacitatem & contumaciam ſuam minùs expelli, primoque inſultu vix moveri, aut extirpari poſſunt: Reiterandus eſt illorum uſus bis ad minimum, aut etiam ampliùs, prout mali radices validiùs

Digitized by Google

profundiuſque inhærent. Hæc purgandi ratio maſſam ſanguinis mundificat, omnes corruptos & putridos humores, vermium authores è corpore auſert: prodeſt omnibus affectionibus melancholicis, vertiginibus, epilepſiis, paralyſibus: Confert etiam cachexiis, febribus quartanis, & ſimilibus affectibus, qui ob contumaciam ſuam eccoproticis vix cedunt.

Cautio.

Aqua deſtill. ad eliciendam vim purgantium ſunt meliores decoctis.

Omnia decocta, quæ ad mucilaginoſam & craſſiorem ſubſtantiam iam redacta, & virtutibus ſimplicium, quæ in illis coquebantur, imprægnata ſunt in poſterum minùs idonea ſunt, ad eſſentiam & vim purgatoriam, ex ſimplicibus eliciendam. Præſtat igitur ejuſmodi purgantia ſimplicia infundere & decoquere cum aquis deſtillatis cichorij, buglosſæ, acetoſæ, pomorum redolentium, fumiterræ & ſimilium, quæ indicationum ſcopo inſerviunt: ubi correctiva illorum, nec non ſyrupi affectibus debellandis apti, ſimul addi poterunt: & ſic evadent multò utiliora, & tam viſu, quàm guſtu jucundiora decocta.

15. Decoctum purgans pro delicatulis.

Ad finem harum decoctionum purgantium unam hic inſerere placet, qualem plerumque præſcribere ſoleo delicatis, & qui natura ſua à remediis tam turbidis & nauſebundis adeò abhorrent, ut quidvis pati malint, quam de iis vel minimam guttulam deguſtare.

Accipio foliculorum ſenæ opt. mundatorum ℥ vj. hac patina argentea aut alij vaſi apto impoſita in aqua pomorum redolentium aut fragorum, quæ duæ omnium ſunt ſuaviſſima, macero: aquæ quantitas non major ſit, quàm una doſis requirit, ut melius purgatoria ſenæ proprietate impregnetur: aciditatem ipſi cum ſucco limonum inducere ſoleo. Verus chymiſta, qui mirandas acetorum ſuorum montanorum vires expertus eſt, ad reddendum aquam acidulam, acetoſos ſuos liquores admiſcendos haud extimeſceret. Correctivi *loco addi poteſt ſi ita videbitur, paululum cinnamomi: omnia macerentur per 24. horas ad minimum: dein leviter bulliant, & fortiter exprimantur: in qua expreſſione adde ſucci pomorum redolentium recens extracti ℥ j. ß. ſacchari candi pulverizati ℥ ß. quod præſtat ad majorem clarificationem (alias à ſacchari additione ſuperſederent: ſuccus enim pomorum decoctus ejus vicem ſubminiſtrabit) cum ovi albumine exquiſitè agitata omnia admoveantur igni, clarificentur juxta artem, potio ſic erit clariſſima, boni odoris, ac ne tantillum quidem faſtidij concitabit, alvumque præterea blandè & utiliter dejiciet. Syrupus roſ. pallidarum, aliiſque ſimiles, enarratis potionibus admixti, ingratum ipſis ſaporem inducunt. Sed pro iis, qui palatum habent non adeò delicatum, addi poſſunt. Si opus ſit, rhabarbarum, necnon alia laxativa his addes, poteſtque major quantitas, ſi res expoſtulat, præparari*

rari. Addo autem pro una doſi, ſenæ drachmas ſex, eò quod clarificatio quartam ad minimum partem virtutis medicamenti auferat. Sequamur nunc ordinem noſtrum & ad decocta hydrotica accedamus.

16. Decocta hydrotica Antivenerea.

Decoctiones hydroticæ plerumque parantur ad curationem diverſorum affectuum, quorum quilibet opus habet ſudativis ſpecificis & peculiaribus remediis: quemadmodum id ex variis formulis ordine hîc in pharmacopœæ noſtræ condecorationem deſcribendis liquidò patebit.

Ejuſmodi remedia, propriè locum habent in luis venereæ curatione, quam communi & uſitato nomine Diætam appellitant. Totum enim id temporis ſpatium, quo ejuſmodi decocta ægris offeruntur, ſtricta valdè & ſevera victus ratio imperatur, quamvis provocatio ſudoris ſit peculiare, & proprium remedium, ad edomandos hujuſmodi affectus, quorum venenum in abſcondito inhærens, & per ipſas venas transfuſum primariò adoritur hepar facultatéque naturalem non ſecus ac ſerpens ictu ſuo venenato primum occupat cor: Carnis rabidus functionem animalem, lepus marinus pulmones. Quemadmodum igitur videmus, in febribus continuis, adeò providam eſſe naturam ut ad expellendas impuritates in venenoſo genere inhærentes, ut plurimum tanquã criſibus ſalutaribus utatur evacuatione per ſudorem, vel per urinam: ſic etiam hujus veneni malignitas per eundem ſudorem extruditur. Hinc natum eſt illud, quod vulgò dicunt: *ſudare puſtulas venereas.* Verum quidem eſt, ejuſmodi morbos ſæpenumerò per urinæ profluvium finiri: ſiquidem ſudor & urina, ex eadem profluunt materia: omniaque ſudorifica, citra omnem dubitationis anſam, ſimul diuretica exiſtunt. Sed de his abundè ſatis egimus *in conſilio noſtro de lue venerea*, ita ut non neceſſe ſit hîc plura addere. Rectà nunc accedamus ad deſcriptiones noſtrorum hydroticorum, quæ iiſdem affectibus, quibus *Guaiacum & lignum Indicum* conducunt: quorum quatuor formulas, præ cæteris uſitatiſſimas hûc proferemus.

16. Decoct. Guaiaci ſimplex.

℞ Raſuræ ligni Guaiaci ℥ x.
Corticis ejuſdem ℥ iij.

Macerentur horis 24. in aquæ fontanæ tepidæ ℔ viij. dein coquantur in vaſe circulatorio, in quo nihil expirare poſſit, ad ignem Balnei vaporoſi luculentiſſimum per 24. horas: deinpercolentur:

De colatura quæ erit valdè limpida, atque ſuo ſulphure balſamico & aciditate vitriolata imprægnata, ſufficiet exhibere manè ℥ iiij. æger ſumpto decocto ſuperdormiet, ſi poſſit: tectus plus ſolito ſudet, abſtergatur, caveat à frigore & vento: prandeat nona, cœnet verò ſexta.

17. Decoctum Guaiac. ſecundarium.

℞ Magma præſcriptæ decoctionis

cus

cui affunde aquæ fontanæ tepidæ ℔ *xii.* & poſt infuſionem octo horarum circulentur, ut ſuprà horis octo, dein colentur. Quidam decoctioni huic adijciunt *liquiritiæ, & paſſularum Corynthiacarum,* ad libitum & tandem *aromatizatur* pauco *cinamomo* ſuavioris guſtus gratiâ, quæ dulcorandi ratio nobis magis probatur, quàm ea, quæ fit cum melle vel ſaccharo.

Hæc decoctionum parandarum methodus, tam ad ſudorem provocandum, quàm ad potum quotidianum in paſtu, omnium eſt ſimpliciſſima, ac ipſi lui venereæ, meo quidem judicio, utiliſſima: additis nimirum correctivis, de quibus paulò poſt dicturi ſumus: & hic eſt primus modus: ſequitur nunc ſecundus.

18. *Decoctum Guaiaci compoſitum.*

℞ *Scobis ligni Guaiaci* ℥ *vj.*
Corticis eiuſdem ℥ *iiij.*
Salſeparillæ
Rad. Petaſitis ana ℥ *ij.*
Raſ. ligni rhodij
Raſ. Eboris ana ℥ *vj.*
Sem. Cardui benedicti ℥ *j.*

Macerentur ut ſuprà per 24. horas, atque coquantur in eodem vaſe & igne, addita eademmet aquæ quantitate, deinde addendo ſub finem coctionis.

Karabes conquaſſatæ ℥ ß.
Summitatum Fumariæ
Lupul.
Flor. Bugloſſæ
Stœchados
Anthos ana p. j
Cinnabrij in nodulo lineo ligati ℥ *j.*

De hoc decocto tranſcolato per manicam Hippocr. capiat æger ℥ *iiij. manè, idque ad pluſculos dies.*

19. *Decoctum Guaiaci purgativum.*

℞ *Raſuræ corticis ligni ſancti* ℥ *vj.*
Saſſafras ℥ *ij.*
Rad. chinæ in tenues orbiculos ſectæ ℥ *j.*
Herb. ſiccarum Vlmariæ.
Card. bened. ana m. j.
Foliculorum ſenæ ℥ *iij.*
Hermodactylorum
Turbith ana ℥ *j. ß.*
Nucis moſchatæ
Cinnamomi ana ℥ ß.
Epithymi p. ß.
Aquæ Meliſſæ
Fumariæ ana ℔ *j.*
Vini albi optimi ℔ *iiij.*

Macerentur ad ignem Baln. Mar. tepidum, vaſe optimè clauſo, per tres quatuorve dies: dein fiat expreſſio, & colatura dulcoretur ſi velis ſaccharo.

Doſis ℥ *iiij. hoc decocto utendum manè per xx. aut xxv. dies.*

NOTA DE VSV.

Ex horum trium decoctorum uſu procurari tandem poteſt lues venerea quantumvis etiam inveterata. At verum eſt, uſum eorum quandoque pro mali contumacia, & malignitate, in longius tempus continuandum eſſe. Quod cùm ita ſit, omninò hinc improbandam eſſe exiſtimo diæticulam illam decem tantùm vel duodecim dierū, quæ plus noxæ quā commodi inducit: ſiquidē dū interrūpitur cùm

cùm humores ad motum & fluxum præparati, nondum tamen, prout res poſtulat euacuati ſint. Temporis igitur ratio hîc per quàm accuratè habenda eſt, id quod ex ſolertis medici arbitrio dependet, qui eam quoque ex dictis tribus decoctionibus eligere poterit, quę videbitur maximè conuenire, tum naturæ & ſpeciei morbi, tum ipſius ægri temperamento.

Nam in corpore craſſo, obeſo & pituitoſo, locus erit decoctioni primæ, eoque magis, quòd quidā Guaiaco & imprimis eiuſdem cortici, nimiam calefaciendi vim tribuant. Hęc igitur ſunt vera illa & præcipua remedia hydrotica, venereæ lui congrua & vtilia, naturæ balſamicæ participantia: quæ vel biliosis etiam & emaciatis, in toto morbi decurſu, tutiſſimè exhibebuntur: mallem tamē hîc, aquæ communis loco, ad decoctionem ſuadere *aquas cichorii, bugloſſæ, pomorum curtipendulorum, fragariæ & fumiterræ*. Denique ſciendum eſt, hydroticorum vſum non admittendum eſſe pluſquam corpus idoneis præparantibus, & purgantibus vacuatum ſit, imò nec ipſa ſanguinis miſſio intermittenda, ſi opus fuerit.

Æger intrà hoc tempus, quo ſumit hanc decoctionem (*ſumat autem continenter ad minimum per integrum menſem*) abſtineat ab eſu fructuum & acetariorum: contentus vno tantùm cibo, eoque aſſo potiùs, quàm elixo: comedat panem biſ-coctum: & in menſis ſecundis vuas damaſcenas vel corinthiacas: Aluus ſuppreſſa, ſoluatur tertio quoque die clyſmatis emollientibus: & in quemlibet ſextum diem vacuetur purgante quodam ſpecifico, & emittatur eo die decoctum ſudatiuum: In potum vtatur decoctione ſecundæ deſcriptionis: vel decoctione ſolius *ſalſæ parillæ, vel chinæ*, quæ probè diluta, guſtuique gratior reddita fuerit. Hæc de hoc hydrotico eiuſque vtendi modo hîc notanda fuerunt: ſed & in fine reiteranda erit purgatio, & ſanguinis miſſio: ſic quoque corporis habitus, nimis exſiccatus & excalefactus, prout ſitis & calor in ægro id facilè indicant: balneo quodam idoneo humectandus erit vt primi decocti vis multò efficacior reddatur, fæces quę poſt primam & ſecundam decoctionem remanſerunt, in cineres redigatur, & ſal inde iuxta artem extrahatur, decoctionique ſudoriferæ admiſceatur: cuius virtus ſic auctior reddetur ad ſudoris prouocationem: At ventrem ſemel vel bis blandè cōmovebis, vbi in *ſingula decoctionis ſudorfica doſi, quæ conſtat ex quatuor vnciis, uti ſuprà dictum, addideris & diſſolveris gummi ſine extracti proprii guaiaci* ℥. ß. præparationem illius gummi alibi docebimus.

N. 18.

Secunda decoctio excellens eſt, etiam in dolorifica & nodoſa lue venerea: neque hic quenquam abſterreat *cinnabrium vulgare quod additur cum nodulo*, quod tantum abeſt, vt noxium ſit, vt è cōtra vtiliſſimum ſit & ſpecificum huius generis affectibus, tam in eorum mali-

malignitate compeſcenda, quàm in ſudore concitando: vnde licet huius decoctionis vis validior efficiatur, ſine detrimento tamen aut vlla noxa, poteſt doſis eiuſdem augeri: nodulus ille inſeruiet pluribus decoctis. *Ad modum vtendi quod attinet eadem hîc, quæ in ſecunda decoctione, obſeruanda veniunt: tum ad præparandum, tum ad euacuandum corpus, in principio & fine diæta,* de qua ſuprà.

N. 19.

Tertia decoctio geminam ſimul obtinet facultatem, ſudatiuam, & purgatiuam, quæ partim cum vino, partim cum aquis appropriatis paratur: Ea potiùs maceratio & expreſſio dicenda eſt, quàm decoctio. Macerationem præ aliis maximè idoneam iudicamus ad rerum virtutes extrahendas, ſi forte ex vaſis circulatorij defectu, vel etiam ex ignorantiæ vitio circulatio ipſa in actum deduci nequeat. Eſt autem circulatio omniũ operationum optima ad rerum proprietates aucupandas educendaſque, vti iam dictum. Vinum additur, eo quod præditum ſit maiori agendi & penetrandi in ipſas venas poteſtate, quàm quælibet alia aqua.

Geminæ igitur vacuationes, ſimul & ſemel eodem remedio perficiuntur, quod quibuſdam inauditum & abſurdum videbitur: quemadmodũ egomet ipſe eodem errore circumductus, quondam opinabar, antequam in contrariam ſententiam ipſa me perduxiſſet experientia rerum optima magiſtra; & quamplurimos affectus deſperatos, vt *Neapolitanum morbum* inueteratum, *paralyſim, cachexiam & ſimiles,* hoc ſolo medicamento perfectè curatos fuiſſe vidiſſem. In conſilio noſtro de lue venerea, alia nobis multò adhuc præſtantiora & tutiora remedia, tum hydrotica, tum purgantia deſcribuntur, quæ ex mineralium ordine mutuati ſumus: quò lectorẽ ablegamus. Poſſem hîc ſi res poſtularet, infinitos adducere, qui omnes adhuc ſuperſtites, tam admirãdos horum remediorum effectus, in ſe ipſis experti ſunt: inter quos alij ad corpus purgandum, *pilulis meis polychreſtis mercurialibus* vſi ſunt: alij ad ſudorem prouocãdum *mercurio meo vita,* per ſolum ſpiritum nitri correcto, coagulato & fixato: è cuius ſex tantũmodò granis cum conſerua quadam permixtis, pilula vnica ad piſi magnitudinem efformatur, quæ cum iuſculo quodam, vel alio quouis liquore exhibita, citra omnem operandi vehementiam & incommoditatem, faciliùs, promptiùs, & multò etiam vtilius, cunctis cæteris hydroticis noſtris, ſudorem elicit. *Mercurius vitæ ſudoriſicus.*

20. *Decoctum Salſæparillæ.*

Sunt qui ad candẽ luem venereã, decoctionẽ conficiunt cum ſola ſalſa parilla, cuius accipiunt ℥ iiij. ad aquæ ℔ x. & omnia concoquunt ad duas tertias; quam decocti Guaiaci loco offerunt, addendo interdum radicis chinæ, apios dictæ ℥ j. æſtimantes eiuſmodi decocta minùs calfaciendi modũ excedere, quàm cætera ſuprà dicta, quæ Guaiacum excipiunt.

21. *Decoctum Chinæ.*

Alij decoctum cum ſola china vſurpant,

ſurpant, ac eiuſdem in talleolas ſectę ℥ ij. accipiunt ad aquæ ℔. x. quæ etiã ad medietatis conſumptionem coquuntur: cui decocto etiamſi ita videbitur, addi poterunt ea quæ expugnando malo ipſique ægri temperaturæ conueniunt. v. g.

℞ *Raſuræ rad. chinæ* ℥ *j.*
Aquæ fontanæ ℔ *vj.*
Succi limonum ℥ *iij.*

Macerentur per 24. horas deinde coquantur ad tertiæ partis conſumtionem, ac tandem tranſcolentur per manicam Hippocratis. *Doſis* ℥. *vj.*

N. 1. Hoc decoctum, guſtu ſuauiſſimum eſt, & ſummoperè prodeſt calidis intemperiebus hepatis, ardoribus vrinæ, & vlceribus renum: potiſſimùm autem conducit ſalſis & mucilaginoſis humoribus in veſica diſſoluendis, qui ſæpenumero Stranguriam excitant, & calculi ſpeciem æmulantur. De eo potandum, exhibeatur manè & veſperi in doſi vt ſupra: vinũq; eodẽ diluatur.

N. 2. Potes etiam, ſi velis, ad eundem vſum, decoctum parare ex raſura ligni Rhodij: vel addes huius ligni raſuræ ℥ ß. *ad ſupra dictæ chinæ* ℥ *j.*

Huiuſmodi ergo decocta, minùs aliis calefacere putantur, eorumq; plurimus vſus eſt in diuerſis morbis: præſertim ad labefactatam hepatis facultatem inſtaurandam, & ingruentis cachexiæ vel hydropis periculum præcauendum.

22. *Decoctum Saſſafras.*

Non multò abhinc tempore innoteſcere quoque cœpit ſaſſafras, lignum aromaticũ, cuius vſus ad plurimos morbos curãdos inualuit. Sed inter cætera hydrotica, vel ad impuritates venereas auferendas, Guaiacum, vt opinor, facilè primas tenet.

Hic ad finem horum decoctorũ, non præter decorem feciſſe videbimur, ſi huic catalogo vnum adhuc famoſi cuiuſdam Empirici Germani aduerſus ipſammet luem veneream, annexerimus, qui magnum quotannis quæſtum ex eodem facere ſolebat in nundinis Francofurtenſibus: nec dubito quin eius fama ad plurimos iam delata, paſſim increbuerit.

23. *Decoctum ſudorificum contra luem veneream catarrhoſam & ſimiles affectus inueteratos, Henrici Von Stran Empirici Germani.*

℞ *Ligni ſancti vel indici* ℔ *iij.*
Salſæ parillæ,
Stœchados Arab. ana ℔ ß.
Gratiolæ m. ß.
Cardui benedicti m. iij.
Seminis eiuſdem ℥ *vj.*
Auriculæ muris cum rad.
Scabioſæ ana m. j.
Tormentillæ ℥ *j.*
Rhabarbari ℥ *ij.*
Polypodij ℥ *j.*

Hæc omnia contuſa infundantur per ſex dies in aquæ fontanæ ℔ 30. aut 40. dein omnia bulliant in vaſe magno, oleorũ extractioni apto eoque clauſo, vel in alembico cæco, vt nihil reſpirare poſſit per 5. vel 6. horas. Adde huic decoctioni fruſtulorum ferri & chalybis ana ℔ ij. Quibus peractis, denuò in vini menſ. iiij. ſeorſim macera

Corticis eiuſdem ligni Guaiaci ℔ ß.
Hermodactylorum
Turbith
Granorum paradiſi ana ℥ *iiij.*

Digitized by Google

Omnibus contuſis, in olla terrea vitreata, operculo ſuo clauſa per horam integram coquantur: Confundantur poſteà hæ duæ decoctiones, & denuò bulliant per aliquod tempus; dein omnia ſimul per manicam traiiciantur. Empiricus ille hanc decoctionem in doliolis incluſam reſervabat in cella vinaria, eamque divendebat ad morbum Neapolitanum inveteratum, & ſimiles affectus curatu difficiles. Tenebat autem hunc vtendi modum.

Manè ù propinabat decocti vitrum vnum, in quo tamen denuò priùs incoqui curabat ſcabioſæ, auriculæ muris cum ana toto M.j. Dein hac omnia colata agris offerebat, & ſudorem per horas duas ſpectare iubebat. Reſiduam potionis partem, in doliolis reſervatam, loco quotidiani potus ipſis exhibebat, tam in paſtu, quàm ante & poſt paſtum. In cæteris prætereà duram admodum vivendi rationem imperabat, panem nempè bis coctum & paſſulas vel amygdalas aſſatas dabat. At ſi cum malo vlcera coniuncta erant, lavanda ea iubebat cum eadem decoctione, idque bis vel ter in die. & ſic plures fuerunt reſtituti.

Hanc decoctionem non idcircò in publicum mitto tanquam quid rari inde expectandum ſit, cùm ecōtrà multa in ea deſiderentur: proportio enim duarum drachmarum rhabarbari, ad tantam decoctionis quātitatem, quàm inepta ſit & inutilis, cuiuis facilè conſtat, vt nihil de cæteris dicam: non enim eſt noſtri inſtituti, omnia ſigillatim hic diſcutere. Curationis autem effectum, temporis longinquitati adiudicandum exiſtimo: per integrum namque mēſem vti dicunt, hoc ſuo decocto cōtinuabat vacuationes, tam per ſudorem ac vrinam, quàm per ſeceſſum: Vnde mali vel pervicaciſſimi radices tandem euictas & ſubactas euanuiſſe, haud mirum fuit. Hoc decoctum tanquam ſecretum aliquod ſingulare, à quodam viro doctiſſimo, & amico meo accepi: de cujus vſu commodo vel incommodo, eruditio res ipſi iudicabunt.

Hydrotica cephalica.

Sat dictum eſt hactenus de decoctis, ad luis venereæ curam ſpectantibus: transeamus nunc ad ea, quæ ſpecifica quadam facultate conducunt vertiginibus, epilepſiis & paralyſibus, quæ in numero grauiſſimorum affectuum cenſentur, vt-pote quæ ſummam corporis humani arcem & propugnaculum, cerebrum nempe ipſum oppugnant.

Adverſus epilepſiam hydroticum ſpecificum eſt viſcus quernus, ſemen pœoniæ, & raſura ligni buxei, quæ inveteratis etiam vertiginibus opem ferre poteſt: componi poterit vt ſequitur.

24. *Hydroticum antepilepticum ex Tetrad.*

℞ *Raſura ligni buxei* ℥ ij.ß.
Raſ. Ligni Iuniperi
Rad. Pœoniæ
Viſci querni ana ℥ j. ß
Raſ. Ligni rhodii
Cornu cerui ana ℥ vj.
Raſ. Eboris &
Rad. chinæ an. ℥. ß.
Sem. Carduibenedicti

Corti-

Digitized by Google

Corticis citrii ana ℥ j.

Macerentur per 24. horas in ℔. viij. aquæ fontanæ tepidæ: dein coquantur ad vnius tertiæ conſumptionem, addendo ſub finem coctionis

Flor. Tiliæ arboris

Lilij convall. ana p. ij.

Fiat colatura per manicam *Hippocratis*, cuius doſis ſit ℥ v. vel vj. in potu. Hæc vtique potio cuiuſvis ætatis & temperamenti hominibus Epileptico hoc malo affectis, commodè exhiberi poteſt.

25. *Hydroticum antiparalyticum.*

Adverſus paralyſes hydroticum vſurpandum eſt *ex ligno iuniperino cum floribus calendulæ, lauendulæ, & roſmarini magna copia: addendo ſingulis hydroticis ſuos ſales in maiorem vtilitatem, nec non liquorum acidorum ex ſulphuris & vitrioli ſpiritibus aliquot guttulas.*

26. *Hydroticum ſpecificum ad paralyſim.*

℞ *Aquar. fumariæ*

Vlmariæ

Flor. Calendulæ ana ℔ j.

Fol. Saluiæ ℔ ß.

Acidit. atis ſulphuris q. ſuff.

Vt fiat remedium acidulum.

De hoc remedio, cuius aciditas guſtum non afficiat triſti ſenſu, exhibe horis matutinis ℥ ij. quæ ſatis erunt: ægerq́ tectus ſudet, & admirandos huius ſudatorij effectus comperiet: quod etiam in vſum eorum, qui ſicco nimis & bilioſo ſunt temperamento, cum ſolis aquis fumiterræ & calendulæ parabis: aciditatem ipſis aquis inducendo cum dicto liquore acidulo ſulphuris, & ſic ſudatiuum habebis quod non vltramodum calefaciet: ſed humores potiùs attenuabit & fermentabit, inſtar fermenti acidi, quod panis ſubſtantiam attenuat, rareſacit, & eleuat, quæ aliàs grauitate ſua noxia foret: eodem modo humores noſtri attenuantur, & vacuationi per ſudorem idonei redduntur. Vix inuenies ſudativum, quod virtute & efficaciâ huic æquiparandum ſit, ad paralyſim.

27. *Hydroticum ad aſthma.*

Si cum dictis liquoribus acidulis, aquis ſcabioſæ & tuſſilaginis aciditatem vt ſuprà induxeris, hydroticum conficies, *Eximios atque ſtupendos exeret effectus in cura Aſthmaticorum, præmiſſis nempè vacuationibus generalibus & congruentibus.*

28. *Sudatiuum ſpecificum ad hydropem.*

℞ *Fumariæ*

Eupatorij Meſ. an. M. j.

Rad. Aſari

Hirundinariæ ana ℥ j.

Baccarum iuniperi ℥ ij.

Raſ. eboris ℥ vj.

Nucis moſchatæ

Santali citrini ana ℥ ß.

Macerentur per 24. horas in ſuff. quantitate aquarum florum ebuli & geniſtæ, & vini albi, *de hoc decocto tralecto per colatorium vini aromatici, æger capiat ℥ v. manè, continuando ad pluſculos dies: præmiſſa ſufficienti & idonea purgatione hydragoga, cum extracto Eſulæ & ſero lactis. Hoc remedio per Dei gratiam è medio ſuſtuli omnis generis hydropiſes imprimis autem eam hydropis ſpeciem, quam Anaſarcam dicunt.*

Digitized by Google

29. *Sudorificum ſingulare ad vehementem corporis concuſsionem, ex alto quodam & graui lapſu contractam.*

℞ *Rad. Buglosſæ*
Carduibenedicti ana ℥ *ij.*
Sem. Carduibenedicti ℥ *ß.*
Butyri recentis ℥ *j ß.*
Spermatis ceti ℥ *ß.*
Mumiæ veræ ℥ *j ß.*
Croci ℈ *j.*

Bulliant in ℔ j. ß. vini albi lento igne, ad conſumptionem tertiæ partis: *De colatura exhibe* ℥ *iiij. vel vſ. calidè: æger expectet ſudorem in lecto coopertus plus ſolito.*

30. *Decoctio hydrotica, quæ D. Ambroſio attribuitur, aduerſus febres intermittentes & ipſas etiam tertianas.*

℞ Milij à ſuperiore cortice mundati ℔ j. coquatur in ſuff. quantitate aquæ fumariæ ad crepaturam. *Cape huius decoctionis colatæ* ℥ *iiij. vini albi* ℥ *ij. exhibe ægrotanti calidè, qui exſpectabit ſudorem in lecto. Hoc decoctum provocat ſudorem ſinè moleſtia, ardores febriles, ſitimque extinguit.*

N. 1. *Oxymel etiam diureticum quoddam eiuſdem authoris D. Ambroſij videlicet deſcriptum reperitur in pharmacopœa Iobineti: in qua item D. Auguſtino nonnulla adiudicantur remedia hydrotica cõtra peſtem & venena, ceu ſunt variæ aquæ theriacales, diverſis affectibus accommodata, vt ibidem ſingula ſuo loco explicantur.*

Bezoar Metallicum & Mercurius vitæ fixus, ſudatiua e.

N. 2. *Ex omniũ præſtantiſsimis ſudorificis contra peſtem & venena, eſt Bezoar metallicum fixum, & ex purgativo & vomitivo ſudorificum factũ: & præ cæteris Mercurius noſter vitæ etiam fixus per nitri ſpiritum, qui ad ſex grana pro doſi exhibitus, per nitri ſpiritum mira præſtat: vti iam ſuprà dictum. Eiuſmodi ſudatiua longè præſtantiora ſunt, quàm quæ ex vegetabilium familia educuntur: quamvis & his ſuo loco & tempore, laudem quoque ſuam non detrahamus.*

Sudatiua omnia ex vegetabilium familia deprompta longè ſuperat.

De decoctionibus vulnerarijs.

Decoct. vulner.

Antiquis in magno vſu erant potiones vulnerariæ, quæ licet per aliquod tempus exoleſcere cœpiſſent, poſtliminio tamen in ſtatum ſuum reuocatæ, noſtro adhuc ſeculo vigẽt: adeo vt nemo ſit, qui negare facilè auſit illorum incredibiles effectus, quos in curandis ictibus globulis bõbardicis illatis, aliiſque diverſis ulceribus malignis & inueteratis, ſiue ea interna ſint, ſiue externa, in dies potenter exerunt.

31. *Potio vulneraria vniuerſalis, id eſt, omnibus tam internis, quàm externis vulneribus & vlceribus conducens.*

℞ *Rad. Tormentillæ*
Conſolidæ vtriuſque ana ℥ *j.*
Herb. Limonij vtriuſque
Saniculæ
Pyrolæ
Verbenæ
Alkimillæ
Perſicariæ ana M. j.
Vinceperuincæ
Herbæ Roberti ana M. ß.
Flor. Verbaſci,
Hyperici
Centaurij minoris ana p. ij.
Aſtacorũ expurgatorum & exſiccatorum
Mumiæ ℥. *ß.* (*N vj.*

Macc-

Digitized by Google

Macerentur per duos dies in vini albi & aquæ veronicę ana ℔ ij. in vaſe circulatorio ad calorē Baln. Mar. vaporoſum: dein fiat expreſſio & colatura per manicam Hippocratis, aromatizata pauco cinnamomo, vel coriandro in ſucco citoniorum præparato, *Doſis cochlearia duo vel tria manè, & veſperi tantundem, tribus ante cibum horis.*

N. *Pro iis quos amaritudo minus offendit, addi poteſt radix ariſtolochia & enulæ campanæ: & tum potio, ſuauioris guſtus ergò, dulcoretur ſaccharo, aut fiat maceratio in hydromelite vinoſo. Continuanda eſt ad dies pluſculos, & effectus referet planè mirandos.*

32. *Alia.*

℞ *Oculorum cancri* ℥ ß.
Mumiæ ʒ ij.
Boli armeni veri ℥ j. ß.
Herb. Agrimoniæ
Ophioglosſi
Veronicæ
Cyclaminis ana M. j.
Spermatis ceti ℥ j.

Macerentur in vino albo per duos tréſve dies: dein fiat expreſſio & colaturæ clarificatio. *De hac capiat cochlearia duo vel tria, manè & veſperi, ſi opus fuerit*, inflammationes plurimum arcent, atque ambuſtis conveniunt.

32. *Alia potio vulneraria.*

℞ *Zedoariæ*
Galangæ ana ʒ iij.
Herb. Virgæ aureæ
Pyrolæ ana M. j.
Cochlearum Aſtacorum conquaſſatarum Num. iiij.

Coquantur in vino & aqua: vtatur vt ſuprà.

34. *Potio venenatis vulneribus ſclopetariis conueniens.*

℞ *Rad. Angelicæ*
Galangæ
Zedoariæ ana ℥ ß.
Flor. Vincæperuincæ
Lilij conuall. ana p. j.
Mumiæ
Boli armeni veri ana ʒ j. ß.
Spermatis ceti ʒ ij.

Digerantur & circulentur in baln. Mar. per quatuor dies in ſuff. quantitate vini albi & aquæ vlmariæ: (cū menſ. 1.) *doſis & vtendi modus, vt dictum eſt.*

35. *Potio vulneraria in fracto oſſe ab ictu ſclopetario.*

℞ *Ariſtolochiæ*
Cyclaminis
Serpentariæ maioris
Conſolidæ vtriuſque
Geranij ana M. j.
Saniculæ M. ß. (*Sabinæ.*
Macis
Zedoariæ
Oculorum cancri ana ℥ ß.
Mumiæ
Galangæ minoris ana ʒ j. ß.

Conquaſſatæ & minutim conciſæ herbæ, & reliqua in puluerem craſſiuſculum redacta, circulentur in duplici vaſe horis quatuor cum menſura una vini: *æger vtatur manè & veſperi.*

N. Solum hoc remedium multo commodius eſt, quàm tot ferulę quibus non nulli excruciantur.

36. *Potio vulneraria cephalica.*

℞ *Herb. Limonij ſylueſtris*
Meliſſæ ana M. j.
Acori vulgaris ℥ ß.
Vincæperuincæ

Perſica-

Digitized by Google

Perſicariæ
Chelidoniæ
Pyrolæ
Veronicæ
Verbenæ ana M j.
Flor. Verbaſci
Lilij conuall.
Betonicæ ana p. j.

Macerentur vt ſuprà, & ad vſum ſeruentur.

Plures formulas habes in Chirurgia.

38. *Potio ſanguinem ex vulneribus erumpentem prohibens.*

℞ *Cineres teſtarum Aſtacorum & Ranarum ana ℥ ß.*
Coralli rubri
Spodij ana ℥ iij.
Mumiæ ℥ ij.

Macerentur in ℔. j. aquæ ſpermatis ranarum ad calorem Baln. Mar. per 24. horas: dein fiat expreſſio & colatura, de qua exhibe cochlearia duo: cum eodem et decocto foueatur extrinſecùs vulnus ſanguinolentum.

38. *Potio ad renum & veſicæ vlcera.*

℞ *Rad. Conſolidæ maioris*
Sigill. Salomonis ana ℥ j.
Herb. Polygoni
Alchimillæ
Plantaginis ana m. j.
Croci Martis optimè præparati ℥. j.

Macerentur in æquis partibus hydromelitis ſimplicis & tincturæ roſarum præparatæ, vt docebitur alibi: *bibat æger huius decocti cochlearia duo vel tria, manè & veſperi.*

39. *Ad Gonorrhœam virulentam ſeu fœtidam.*

℞ *Herb. vermicularis m. j.*
Sem. Cytoniorum
Rutæ
Agni caſti
Plantag. ana ℥ j.
Rad. Tormentillæ ℥ ß.
Fl. Roſ. rubr. p. ij.
Verbaſci p. j.
Succi Limoniorum ℥ vj.
Aquæ Flor. maluæ arboreſcentis ℔. j. ß.

Macerentur per tres quatuorve dies ad calorem B. Mar. lentum, dein transcolentur: *Doſis cochlearia duo vel tria manè & veſperi, continuando ad pluſculos dies.*

In eiuſmodi remediorum vſu, & præſertim in hoc vltimo contra gonorrhœam virulentam, non omittendæ ſunt vacuationes congruentes & neceſſariæ: quib. præmiſſis, ægro poſteà illa per aliquot dies exhibe, & mira videbis, vel in grauiſſima etiam & inueteratiſſima gonorrhœa.

Decocta varia diuerſis affectibus tam internis, quàm externis aptiſſima, certaq; experientia comprobata.

40. *Decoctum purgans ad quartanam expertum.*

℞ *Foliculorum ſenæ*
Epithymi ana ℥ ij.
Myrobolanorum citrinorum ℥ ß.
Flor. Bugloſſæ
Centaurii minoris
Hyperici ana p. j.

Fiat omnium decoctio in ſufficienti quantitate ſeri lactis, in cuius colatura macera per xij. horas.

Rhabarb. electi ℥ ß.
Rad. Eſulæ præparatæ ℥ j.
Cinnamomi ℥ ß.

Dein exprimantur, addendo ſyrupi

rupi de pomis redolentibus compoſ. ℥.iij. fiat apozema in tres doſes: *prima doſis detur per vnam horam ante acceſsionem, alia duæ ſequentibus aliis duabus.*

41. *Ad menſes provocandos experimentum mirabile.*

℞ *Milijſolii*
Aniſi
Viſci querni ana ℥ iij.
Dictamni ℥ *j.*
Croci ℈ *j.*

Contundenda contundantur & macerentur per 24. horas in vino albo generoſo: dein parùm bulliant. *De hoc decocto exhibe* ℥. *iiij. Propinanda eſt hac potio mulieribus ad provocandos menſes, vt ſtato iuſtoq; tempore fluant: præmiſſa purgatione cum pilulis aloës, aut ſimili quodam & congruo purgante medicamẽto, idque duobus vel tribus ſubſequentibus diebus. Ad promouendum partum, ſiue viuum, ſiue mortuum, ipſamque ſecundinã protrudendam (addito tantùm ſcrupulo de ambra) idem remedium mira præſtat.*

42. *Ad ſiſtenda menſtrua.*

℞ *Rad. Tormentillæ*
Conſolidæ maioris ana ℥ *j.*
Sem. Berberis
Acetoſæ ana ℥ ß.
Gummi Arabici,
Tragacanthi ana ℥ ij.
Succi plantaginis depurati ℔ *j.* ß.

Macerentur per 12. horas: dein coquantur, exprimantur, & colentur: & addendo ſyrupi citoniorum vel myrtillorum q. ſuff. fiat apozema in duas doſes: *Prudentis medici eſt, hic deliberare & circumſpicere priuſquam hoc adſtringens exhibeat remedium, num fortè fluoris ſcaturigo & fons dependeat ab humoribus ſalſis & ſanguine ſeroſo: tunc eiuſmodi humores acres & ſeroſi ſunt digerendi, ſiue concoquendi, & poſteà expurgandi, ſyrupis præparantibus & purgantibus opportunis & idoneis.*

43. *Ad præcipitationem vteri.*

℞ *Fol. lauri*
Myrtillorum ana ℥ ß.
Sem. Paſtinacæ domeſticæ ℥ *iij.*

Macerentur, poſtea coquantur cum vino generoſo: *De hoc decocto exhibe mulieri* ℥ *iij. reiteretur potio, ſi opus fuerit.*

44. ***Ad iuuandam conceptionem.***

℞ ***Teſticulorum veruecis præparatorum in vino & exſiccatorum.***
Vulua leporis identidem præparata & exſiccatæ.
Macis, Cinnamomi
Garyophillorum
Zingiberis albi
Ameos ana ℥. ***ij.***
Croci ℥ ***j*** ß.
Medullæ vel carnis nucum communium
Auellanarum
Piſtaciorum ana ℥ ***vj.***

Contundenda contundantur, macerentur, & tandem concoquantur in ℔ ij. vini maluatici ad tertiæ partis conſumptionem. *Huius decocti mulieri ſtatim poſt legitimum menſium fluxum, offerendæ ſunt tres vel quatuor vnciæ, manè tribus vel quatuor horis ante cibum, idque tribus diebus conſequentibus: quarto verò die iungatur marito ſuo, ac niſi planè ſterilis ſit, concipiet.*

45. *Ad morſum venenatum ſerpentis & rabidi canis.*

℞ ***Rad. Gentianæ***
Valerianæ ana ℥ j. ß.

Fol. Conſolidæ minoris
Rutæ ſiccæ
Pulegij ana m. j.
Mumiæ
Cancrorum calcinatorum ana ℥ j.

Coquantur cum vino: *De horum decocto æger capiat mane ℥ ij. vel tres per octiduum. Loco laboranti ex morſu, applicanda erunt balſama & emplaſtra cõgrua, qualia ſuo loco deſcribemus: Hoc decoctum peculiare eſt remedium ad morſum canis rabidi. In morſu ſerpentis addi debet radix ſerpentariæ maioris.*

46. *Ad febres chronicas decoctio perutilis.*

℞ Folior. ſcolopendriæ
Sum. Abſinthij
Centaurij minoris ana m. j.
Vuarum Corinth.
Hordei ana ℥ j.
Rad. Aſari ʒ iij.

Coquantur in æquis partibus ſeri lactis & vini albi: in colatura diſſolue ſacchari, & cinnamomi q. ſuff. ad dulcorandum & aromatizandũ prædictum decoctum pro duabus doſibus. N. *Si dictæ febres, fortè à verminatione quadam, vt in pueris ſæpenumerò accidere ſolet producantur, tum ſequens exhibenda erit decoctio.*

47. *Ad verminationem.*

℞ *Vermium terreſtrium in vino albo lotorum & exſiccatorum* ℥ ß.
Flor. Hyperici p. ij.

Coquantur cum ſuff. quantitate vini albi generoſi, ac tandem tranſcolentur, & fiat decoctio: *de hac exhibe ægroto ℥ iij. manè & veſperi: continuando ad quatuor quinqueve dies.*

48. *Ad febres intermittentes, quotidianam & quartanam, aliud decoctum purgans optimum.*

℞ Rad. & cort. Sambuci ana ℥ j.
Aſari ʒ iij.
Cinnamomi ʒ j. ß.

Coquantur ex lacte. *Hoc decoctum mouet ſimul & ſemel vomitum ac ſeceſſum: ſumatur initio paroxyſmi: reiteretur ſi opus fuerit.*

49. *Ad hydropem & purgandas aquas.*

℞ Rad. Ireos recentium ℥ j. ß.
Soldanellæ
Aſari
Spec. Diacarthami ana ʒ iij.
Sem. Ebuli
Cinnamomi ana ʒ j.
Sacchari ℥ j. ß.
Vini albi
Et aquæ Sambuci ana q. ſ. & fiat maceratio & decoctio in tres doſes.

50. *Ad Icterum expertum.*

℞ Chelidoniæ cum toto m. j.
Fol. & flor. hyperici ana m. ß.
Raſ. eboris
Pulu. ſtercoris anſerini ana ʒ iij.
Croci ʒ ß.

Puluis ſtercoris anſerini & crocus ponantur in linteolo lineo, & omnia coquantur æquis partibus vini albi & aquæ ſcolopendriæ: colentur & dulcorentur, ſi velis, ſaccharo, *fiat decoctum in tres doſes pro tribus matutinis continuis, & perfectè curabitur.*

51. *Ad duritiem ſplenis.*

℞ Raſuræ ligni ſancti ℥ iiij.
Cort. eiuſdem
Corticis fraxini ana ℥ ij.
Rad. Aſari ʒ vj.
Liquiritiæ

Poly-

Digitized by Google

Polypodij quer. ana ℥ j.
Fol. Ceterach
Adianti
Polytrichi
Chamædr.
Chamæpit. ana m. j.
Flo. Geniſtæ p. ij.

Macerentur per duos dies integros in vini albi & aquæ ſcolopendriæ ana ℔ iij. idque in baln. vaporoſo vaſe optimè clauſo vt nihil expiret, tandem clarificentur per manicam Hippocratis, aromaticentur & dulcorentur cinnamomo & ſaccharo. *De hoc decocto vtatur æger ad pluſculos dies: doſis ℥ iiij. manè, & totidem veſperi, tribus ante cibum horis.*

52. *Decoctum galli veteris ad oppilationem hepatis, lienis, meſent. rij, colicum dolorem, calculum, quartanam, & chronicos omnes affectus.*

℞ *Polypodij quer.*
Sem. Carthami ana ℥ j. ß.
Sum. Thymi
Epithymi ana p. j.
Sem. Cumini
Aniſi
Anethi
Fœniculi
Carui
Carduibenedicti ana ℥ ij.
Folicul. ſenæ ℥ j.
Turbith gummoſi ℥ ß.
Cinnamomi ℥ j. ß.
Criſtallorum vel cremoris tartari albi, ℥ ij.
Salis gemmæ ℥ ß.

Contundantur & miſceantur ſimul; ex qua miſtura venter galli veteris euiſcerati impleatur: dein coquātur tribus aquæ partibus, & vna vini albi, quouſque galli caro ab oſſibus ſeparetur: *De hoc decocto ſeu iuſculo vtatur æger omni manè, idque ad pluſculos dies.*

53. *Decoctio ſeri lactis.*

Vſus ſeri lactis admodum frequēs eſt in Italia: quod ſub finem Veris, ac in Æſtate, ad purgandum, magna in doſi, ad pocula videlicet quatuor, quinque & plura etiam exhibetur. *Purgat clementer, continuando ad aliquot dies.* At ſi inde conficere voles remedium, quod omnibus affectibus, ab atra bile & melancholico humore ſubortis, & nutritioni dicatis partibus, ab inflammatione aut nimio calore æſtuantibus in quibus opus eſt refrigeratione & humectatione, aptum & idoneum ſit, hac via præparatio aggredienda eſt.

℞ *Seri lactis ℔ iiij. vel amplius: huic Succi limonum ℥ iiij.* (*adde Succi pomorum redolentium recens extracti ℥ vj.*

Omnia ſimul, cum vno atque altero oui albumine, probè agitata & mixta, igni admoto clarificētur. Addes, ſi velis, parum ſacchari, & habebis medicamentum excellentiſſimū & ſuauiſſimū ad ſupradictos vſus: *De quo ſufficiet pro doſi exhibere ℥ vj. horis matutinis: robuſtioribus autem plus dabitur, continuando ad 15. vel 20. dies. N. Nō eſt maior ſimul & ſemel paranda quantitas, quàm quæ ſatis ſit pro duobus tribuſue diebus, ne aceſcat.*

Aut ſi animus ſit, aliud componēdi remedium, ex eodem ſero lactis, priùs acidulo facto cum ſucco limonum, & clarificato adde

Florum violarum
Et Buglossæ

Recentium, vel exſiccatorum & optimè mundatorum hoc eſt, in quibus amplius nihil, quod viride ſit, ſuperſit, quantum voles: & in 24. horis, ſerum tingetur colore, ſapore, & odore enumeratorum florum: adiicies ſacchari ad lubitum, & habebis Iulapium ſuauiſſimum & vtiliſſimum.

N. *Eodem modo cum aqua communi, cui aciditatem prius induxeris cum aceto montano, philoſophis noto, elicies tincturã è roſis rubris, omnibus febribus & calidis intemperiebus hepatis, mirificè conferentem: necnon ex cæteris cuiuſcunque generis floribus: eadem viâ varias, ad varios affectus educes tincturas.*

54. *Decoctum ad Dyſenteriam & Lienteriam.*

℞ *Rad. Tormentillæ*
Acetoſæ
Santali rub. ana ℥ j.
Sem. Berberis
Plantaginis, Portulacæ
Et granorum myrthi ana ℥ ß.
Coriandri præparati
Cinnamomi
Macis ana ʒ ij.
Been albi
Et rubri ana ʒ j.
Flor. Thapſi barbati
Roſ. rubrarum
Spicanardi ana p. j.
Aquæ Plantaginis
Acetoſæ
Agrimoniæ
Abſinthij ana ℔ j. ß.

Coquantur ad medietatis conſumptionem: dein fiat expreſſio & colaturæ, adde ſyrupi de granatis acidis, citoniorum & de roſis ſiccis ana ℥ ij. fiat apozema in quatuor doſes.

N. *Antequàm hoc decoctum porrigatur ægro, ſi fortè ex dyſenteria aut lienteria inueterata ac contumaci laboret, hoc ſequens pomum exhibendum eſt.*

℞ Pomum curtipendulum, quod excauatum, rurſus impleatur gummi Arabici, & raſuræ ceræ albæ ana ʒ j. claudatur pomum proprio ſuo obturamento, coquendumq; igni admoueatur: donec cera & gummi liquata, per totius pomi ſubſtantiam confundantur: & ſic coctum pomum edendũ exhibe ægro, ſemihora poſt ſuperbibendo dictam potionem. Iuſculis quibus veſcitur, adde paululũ gummi Arabici. *Nullus eſt fluxus dyſentericus aut lientericus, qui aſpirante ſimul diuina gratia, per hanc medendi rationem non fœliciter curetur. De purgationibus aliis congruis nihil hic addo, quæ ſi res fortè poſtulat, præmitti debent.*

55. *Decoctum ad calculum comminuendum & expellendum.*

℞ *Rad. Reſtæ bouis ℥ j.*
Herb. Saxifragiæ
Virgæ paſtoris ana m. j.
Fruct. Senelorum
Alkekengi ana par. xx.
Milijſolis ℥ j.
Cinnamomi
Sem. Bardanæ
Saxifragiæ, Aniſi
Fœniculi ana ʒ iij.
Gran. Hederæ arboreæ ℥ ß.
Straminis vel ſtipitium fabarum exſiccatorum ℥ ß.

Coquantur ex æquis partibus aqua-

Digitized by Google

quarum parietariæ, argentariæ, & vini albi ad vnius tertiæ conſumptionem exhibe pro doſi ℥ iij.

56. *VEL.*

℞ *Cineris rad. Reſtæ bouis*

Et cineris ſtipitum vel corticum fabarum ana ℥ *j.* ß.

Indantur in nodulo lineo, & cum

Aquar. Parietariæ

Senelorum

Et Betonicæ ana ℔ *j.*

Coquantur, donec fiat lixiuiũ ſatis forte: tranſcoletur bis térue per manicam Hippocratis: & aromatizetur, ſi velis cinnamomo: de hoc decocto cape ℥ ij. vel tres, addendo, ſi velis, ſyrupi limonum ℥ vj. & fiat potio, guſtui grata. *Nullum reperitur remedium efficacius & præſtantius ad expulſionem calculi, & ad ipſam Iſchuriam, & ſuppreſſionem vrinæ, hac ipſa decoctione, quæ exhiberi tum debet, cùm æger eſt in balneo ſiue ſemicupio.*

N. Ex enarratis cineribus Ononidis & corticũ fabarum, iuxta eã quã ſuo loco docebimus methodũ, educes ipſorum ſales; primò cũ aqua cõmuni: deinde eos depurabis, variis diſſolutionibus, filtrationibus, & coagulationibus, cum aquis parietariæ, ſaxifragiæ & ſimilibus calculo idoneis, donec ipſi fiant albiſſimi & pellucidi. *De horum ſalium vno miſce drachmã ſemis, vel cũ ſuperiori decoctione, vel cũ iuſculo quodã, aut vino albo, & ſingulare cõficietur remediũ cõtra dolores colicos & nephriticos, & cõtra Iſchuriam & ſuppreſſionẽ vrinæ ſiue meiẽdi difficultatẽ. Sal corticũ fabarum in his affectibus omnium eſt præſtantiſſimum medicamentum.*

57. *Decoctio ſplenis bouis, congrua ad duritiem & obſtructionem lienis, & ſpecifica ad menſium ſuppreſſionem.*

℞ Splenem bouis integrum: hunc in fruſta inciſum, in phialam vitream capacem iniice: ita vt ad medietatem vſque impleatur: addendo

Cinnamomi craſſo modo contuſi ℥ *j.*

Garyophyllorum ℥ ß.

Croci ℥ *ij.*

Vini albi Canariæ, ſiue vini maluatici menſ. pariſienſis 4. partem.

Ad humectandam ſolũmodò materiam, vas probè clauſum ponatur in aheno aqua repleto: vel in baln. Mar. feruentiſſimo, adeò vt ebulliat per 24. horas: donec dictus ſplen in particulas minutiſſimas coctus & cõſumptus fuerit, magnaque iuris exquiſitiſſimè cocti & fragrantiſſimi copia reſtet: *de hoc ægra manè capiat* ℥ *iiij. continuando per quatuor aut quinque dies tum cùm menſes fluere debent.*

NOTA.

Mirabitur ſine dubio hîc aliquis Cenſor inquirens, quomodò ea corporis particula, quæ receptaculum ſit bilis atræ, humoris planè craſſi & terrei, vt vulgò medentium fert opinio, in medicamentum aperiendi & attenuandi viribus inſignitum, quali opus eſt in menſium prouocatione, adaptari poſſit: huiuſq; remedii vim ac energiam aromatibus potiùs & croco, quæ eiuſdem compoſitionem ingrediuntur, quàm ipſius lienis proprietatibus tribuet: cui reſpondemus, huius decoctionis ſpecificam facultatem à ſola lienis cocti ſubſtantia præſertim dependere: reliqua ve-

Digitized by Google

rò vt vinum & aromata ſolummodò guſtus gratioris cauſa adhiberi.

Alibi in meis ſcriptis, dudum ſententiam meam de ſucco melancholico expoſui: quem per analogiã quãdam aceto vini comparandum eſſe duxi: ac tantùm ab eſt, vt lien eiuſdẽ humoris craſſi ac tartarei domiciliũ, durioris idcircò ſit ſubſtantiæ vt cõtrà, ob fermentationem proprij humoris, ſpongioſus potiùs, leuis & rarus euadat: ſuccuſque in eo contentus, attenuantem aceti facultatem participet, inſitaque ſua vi aperiendi & attenuandi virtutem obtineat. Sed quia alias fuſiùs & accuratiùs diſputatum à nobis fuit de eodem ſubiecto: hìc plura addere puto ſuperuacaneum. Experientia denique ipſa, medicaminis huius vtilitatem & efficaciam ſummam ad ciendos menſes, ſatis abundè demonſtrabit. Decoctis non incommode ſubiunguntur Infuſiones. v. g.

§ 8. *Infuſio purgatiua Catholica.*

℞ *Foliorum ſenæ electorum* ℥ ß. *vel* ℥ *vj.* pro iis qui non ita facilè commoventur, *ſantali citrini, cinnamomi an.* ℈ *j.* Hęc omnia macera in ſufficienti aquæ ſcabioſæ, bugloſſi, & pomorum curtipendulorum, quibus aciditas comparari poterit mediocris è ſucco citreo quantum ſufficiet: idque in vaſe vitreo accommodato, quod relinquetur in prædicta maceratione balnei Mariæ, viginti quatuor horarum ſpatio. Qua peracta poſt vnam ebullitionem exprimetur. In hac expreſſione, pro vna tantum doſi adiice *ſucci pomorum curtipendulorum* ℥ *j. ſacchari candi* ℥ *ij.* totum cum oui albumine agitetur & clarificetur.

Et ſic remedium habebis gratiſſimum, quod inſuper benignè & ſufficienter euacuabit.

N. Pro bilioſis verò, *iiſque quibus medicinarum amaritudo non eſt ita ingrata, poteris materia & ingredientib. ſuprà dictis: rhabarbari* ℥ *ij. myrobolanorũ* ℥ *j. infundere, infuſionem exprimere, & expreſſionem arte modò præſcripta, clarificare.* ***Quid illi addendum ſit pro bilioſis.***

N. 2. Id porro in gratiam delicatiorũ, qui medicinas ſpiſſiores nolunt deguſtare, ſubiunximus: vt enim illa clarificentur: ℥ *vj. ſenæ aſſumenda ſunt:* pro aliis vero *qui iſta minus indigent clarificatione,* ℥ ß. *pro prædicto medicamento ſufficiet.*

N. 3. *Poterunt etiam loco rhabarbari,* pro iiſdem bilioſis temperamentis, *electuarij de ſucco roſarum, aut citri,* ℥ *j. vel* ℥ *ij. ſubſtitui.*

Pro pituitoſis, *Diacarthami, aut Diaphœnici* ℥ *j. vel* ℥ *ij.* ***Pro pituitoſis.***

Pro atrabiliariis (iuxta perſonarum curandarum temperiem) *confectionis hamech, aut trypheræ perſicæ* ℈ *iiij. vel amplius: quæ duo remedia vna cum infuſione ſenæ, ad omnia clarificanda, apponentur.* ***Pro atrabiliariis.***

CAP. XIII.
DE VINIS.

EXpoſitis iis, quę Aquarum & Decoctiorum tam ſimplicium, quã compoſitorum differentias, virtutes, proprietates, deſcriptioniſque modos ſpectant, æquum eſt vt vini etiam, liquorum omnium poſt aquas communiſſimi, quod humanę imprimis inſeruit nutritioni, ſymphytumque

que corporis noſtri calorē inſtaurat roboratq;,tractationem ſecundo loco aggrediamur. Nec verò hîc diuerſa vinorum genera, quatenus ſcilicet, guſtu, viribus, proprietatibus, & aliis huiuſmodi qualitatibus inter ſe differunt, exponere ſtatuimus: neque ēt huius loci eſt, diuerſos, vina corrigendi, validioremque illis virtutem & excellentiam imprimendi, modos explicare. Qua ratione, inquam, ipſorum emendanda ſit cruditas, ex aquoſa & excrementitia humiditate contracta, quæ ob caloris vitalis defectum (Sol quippe quibuſdam annis imbecilliores radios immittens, terram minùs calefacit) digeri, conſumique non potuit: Vnde fit vt vina aliquando cruda, viridia, imbecillaque & minùs reſtaurantia exiſtant, diuque conſeruari non poſſint. Quæ ſanè omnia, arte naturam imitante, emendare, ac corrigere facillimum eſt, ſi ſuperfluitas illa aquea & excrementitia coctione, artificiali quidē, ſed naturalem tamen æmulante, à vino ſeparetur, & expurgetur. Quæ tunc ſolummodò ſeparari poteſt, cū vinum iam expreſſum, in doliis à calore ſuo naturali & interno concoquitur, & ex ſuo tartaro, ſolito more expurgatur.

Cuius enim apertè demonſtrabit experientia, quòd ſubſtantia illa quæ primò à vino ſeparatur, extillátque, nihil aliud quàm pura putaque ſit aqua paſſiua, nulliuſque ſaporis compos, ac inſtar fontanæ inſipida: quæ nihil vino, præter viriditatem, cruditatem, imbecillitatemq; imprimit, ac ipſius corruptionem iuuat & accelerat. Quin etiam aciditatē ipſam, prædictæ humiditati ab imbecillo calore minùs abſumptæ, & digeſtæ tribuit. Qui quidem calor (*vt alio loco dictum eſt*) omnia perfectè dulcorare poteſt, & eius opera prædicta humiditas omninò ſeparatur: Sed eo ſolùm tempore, quo vinum in muſtum redigitur, digeriturque. Abſolutis enim primis illis digeſtionibus, & fermentationibus, id nequaquam fieri poteſt: nam quod primò ex prædicto vino, vel minimo quidem calore admoto extillat, ſpiritus vini eſt, qui cum vino coniunctus, illud viuificatiuum & nutritiuum efficit, quo ſeparato vinum ampliùs non eſt vinum, ſed acetum & corruptum quid, mortuum atque nutritiuæ facultatis expers reſpectu ſuperioris vini. Talis inquam correctio, viniquc rectificatio, vt & aliæ plures, non minus iucundæ, quàm vtiles inueſtigationes, in alium locum remittuntur, vbi ex profeſſo *de vino viníque natura* diſputabimus. At in rem præſentem ſat eſſe duximus, plures vinorum tum ſimplices, tum compoſitas præparationes reſtitutæ noſtræ Pharmaciæ inſerere, quæ corporis humani conſeruandæ ſanitati, morbiſque conferant depellendis.

Diuidemus *vina* (ſicut & aquas ſuprà) in *ſimplicia & compoſita*, nempè quòd ex variis rebus componantur, cùm ſimplicia ex vna tantùm conſtent, vnde & ipſorum orta differentia. Hoc porrò ordine eadem recenſebimus.

LVNA

VINA SIMPLICIA.

Vina ſimplicia alterantia ſeu corroborātia quæ ad plures affectus curandos apta ſunt.

Vinum Acori
Vinum Angelicæ
Vinum Enulatum
Vinum de Tuſſilagine
Vinum Anthoſatum
Vinum Saluiatum
Vinum Bugloſſatum
Vinum Iuniperinum
Vinum Euphragiæ
Vinum Fœniculatum
Vinum Hyſſopi
Vinum Aniſi
Vinum Epithymi
Vinum Abſinthij
Vinum Hypericonis
Vinum Centaurij minoris
Vinum Alkekengi
Vinum Eryngiorum
Vinum Scilliticum
Vinum Senæ ſimplex

Vina ſimplicia laxatiua.

Vinum Hermodactylorum
Vinum Turbith
Vinum Sem. ebuli maturi
Vinum Sem. ebuli non maturi
Vinum Sem. ſambuci
Vinum Sem. hederæ
Vinum Flor. perſicæ arboris, prunorum

Vina cōpoſita.

Flo. hyperici & prunorum.
Vinum Helleboratum
Vina varia purgantia compoſita
Vina Varia Hippocratica, claret a dicta
Vinum Antepilepticum
Vinum Antapoplecticum
Vinum antiparalyticum
Vinum Zedoariæ
Vinum Opthalmicum
Vinum Chalibeatum
Vinum Antinephriticum

Eiuſmodi vina conficiuntur duobus modis, primò cum muſto, tempore vindemiarum: vbi aliquot doliola parua duodecim, quindecim aut plurium menſurarum comparāda erunt. Deſcribamus autem hîc exempli loco *Abſinthiacum*, ad cuius normam cætera omnia facilè concinnabuntur.

Accipe igitur abſinthij Romani exſiccati, quantum voles, hoc inijce in vas aliquod idoneum, ſuper affunde muſtum recens, & ſine bullire per aliquot dies, nouum perpetuò muſtum alternis diebus reaffundendo, quo vas ſemper repletum maneat, vinumq; à fæcibus ſuis exquiſitiùs repurgetur: peracta ebullitione, reple totum doliolum eodemmet muſto, & optimè claude. Macerentur & digerantur omnia per 24. dies aut menſem: nec priuſquam hoc temporis ſpatio perfectè digeſtum & clarificatum fuerit, hoc bibendum exhibe: ſeruari poteſt ad annum vnū aut amplius. *Doſis eſt dimidium vitrum tempore matutino.*

Vinor. artificialium proceſſus.

Deinde parantur hæc vina quovis tempore: exempli gratia. *Recipe idem abſinthium minutim inciſum, immitte in vas vitreum, ita vt tertia pars vaſis vel paulò plus eo impleatur: affunde vinum album optimum, vaſe probè obturato: quod deinde in repoſitorio vel loco quodam tepido ponatur, ad macerandum per decem aut duodecim dies, interea temporis vinum attrahet abſinthij virtutem atque saporem: & ita in phiala ſiue vitro illo relinquatur: & loco eius, quod in vſum quotidianum detrahitur, reaffunde nouum vinum generoſum:* & ſic habebis vinum abſinthites, q diu quoq; ad vſum ſeruari pōt.

Alius modus extemporaneus.

Quod

Quod ſi magis ſpecificum reddere voles, ita ut efficaciorem vermes expellendi vim acquirat, *adde flores Hyperici vel Centaurij minoris*: & ita in aliis vinorum compoſitionibus, prout ſcopus fuerit procedatur.

Inter vina ſimplicia ſuprà enarrata, vinum *acori, angelicæ, anthóſatum, ſalviatum* frigidis cerebri affectibus conducunt.

Vinum *euphragiæ & fœniculi*, oculorum aciei & corroborationi confert.

Vinum *enulatum & de tuſſilagine*, aſthmati & pulmonum vitiis medetur, valetque ad detergendos pulmones & juvandam expectorationem.

Vinum *abſinthij* in Germania ad lumbricos, omnemque corporis arcendam putredinem commune eſt remedium: non ſecus ac vina hypericonis, & centaurij minoris, quæ ad liberandas jecoris obſtructiones ipſumque roborandum maximè etiam proſunt.

Vinum *bugloſſatum* cordi, omnibuſque melancholicis affectibus accommodatum eſt, fitque vel cum floribus vel radicibus ejuſdem.

Vinum *aniſi* ad colicum dolorem ex flatu profectum, ſive is in ſtomacho, ſive in univerſo ventre exiſtat, laudatur.

Vinum *ſantalinum* jecinoris ſubſtantiam ſuſtentat atq; corroborat.

Vinum *epithymi*, ſicut & vinum *tamaricis*, lieni confert.

Vinum *paſſulatum* admirabile eſt ad virium reſtaurationem in ſenibus.

Vina *alkekengi & eryngiorum*, nephriticos & calculoſos leuant, ut & ipſum vinum juniperinum, quod mirè etiam cor, cerebrumque, & reliquas partes nobiles corrôborat.

Vinum *ſcilliticum*, præſtantiſſimum eſt ad humorum præparationẽ & digeſtionem: hoc enim ad incidendas & attenuandas craſſas, pituitoſas, melancholicaſque materias aſſumitur, hoc etiam nullum eſt ad attenuandos omnis generis humores mucilaginoſos, tartareoſque excellentius remedium.

Vinum *ſenæ* melancholicos, imò etiam alios humores purgat. Facillimum quidem eſt, nec injucundum remedium, quo libenter ij etiam utũtur, qui à potionibus medicinalibus abhorrent, cùm benignè & ſine perturbatione ulla, vel commotione purget.

Vina *hermodactylorum* & *turbith*, ſeroſos & pituitoſos humores ex ipſis juncturis evacuant: Vnde ad arthritidem uſurpantur.

Vina *ſeminis ebuli, & ſambuci* aquas potenter ducunt, & ad hydropis curationem adhibentur, quemadmodum & vinum hederæ.

Hactenus præcipua vina ſimplicia, eorumque virtutes & proprietates ordine enumeravimus: Ad eorum verò præparationem quod attinet, alia hîc inſtructione opus non eſt, quandoquidem illa per ſe facilis eſt, & ex duobus exemplis ſuprà propoſitis nullo negotio addiſci poſſit.

At verò vina ſeminum *ebuli & ſambuci*, quòd hæc ſemina vinoſa, & eo ſo-

Digitized by Google

eo ſolùm tempore, quo vuæ, matura ſint paulò aliter, quàm dictum eſt, præpari debent. Quare prædictorum ſeminum utrumlibet exprimendum eſt, & ſuccus extrahendus, qui cum dupla muſti optimi vini albi quantitate admiſceatur, & in dolium magnitudinis convenientis, ad ſolitam digeſtionem & feramentationem infundatur. Notandum verò hîc melius eſſe, ſi id obturato dolio peragatur, hoc eſt ſi dolium penitus non repleatur, & obturetur benè, ne quid exhalet. Quo facto, & fermentatione per menſem integrum abſolutâ, dolum aperiendum, vinoque ad ſummum uſque adimplendum eſt. Hæc una purgant ſeroſos humores & conducunt hydropicis.

Vinum ſcilliticum. Vinum præterea *ſcilliticum* paulò etiam diverſa ratione, quàm prædicta vina parari debet. Scilla enim cultro ligneo aut eburneo, vel quovis alio, qui tamen ferreus non ſit, mundari, & in talleolas ſecari, Solique per 25. aut 30. dies ad exſiccandum exponi debet.

De qua ſic præparata accipe ℔ j. & in vas vitreum aptum inijce, ſuperaffundendo vini albi optimi ℔ viij. omnia vaſe benè clauſo digerantur in baln. Mar. calido per 5. aut 9. dies: dein tranſcolentur per manicam Hippocratis: adjectiſque mellis optimè depurati ℔ iij. parum bulliant, & purificentur: & ſic vinum habebis *ſcilliticum*, quod ad uſum reſervabis in vaſe accuratiſſime occluſo.

Remedium eſt præſtantiſſimum ad omnes humores præparandos, ut iam dictum.

Vt vina artificial. guſtui grata reddantur. Verum, ut vina purgantia ingratum ſuum ſaporem amittant, & guſtui grata fiãt; poſt prędictam illam macerationem, per manicam Hippocratis ſæpius tranſcolanda, & ſaccharo, paucoque cinnamomo & coriandro aromatizanda ſunt; ad quã eandem methodum parabuntur etiam alia vina, tam roborantia, quàm purgantia: quæ grata & utilia erunt, nec adeò magno conſtabunt pretio, ſed promiſcuè omnibus, tam infimæ quã ſummæ conditionis hominibus commodiſſimè exhibentur.

VINA COMPOSITA.

Vina compoſita. Reſtat jam, ut de vinorum etiam compoſitorum præparatione, ducto à vinis purgantibus exordio verba faciamus. Suntque

Vina 1. Purgantia.

1. *Purgans Sena*
2. *Purgans catholicum*
3. *S. Claretum Catholicum.*
4. *Aliud purgans.*
5. *Purg. ex floribus prunorum.*
6. *ex florib. Perſic.*
7. *Purg. Hyperic. Centaur fumar.*
8. *Purg. Roſar.*
9. *Purg. ex ſem. Ebuli & hederæ.*
10. *Helleboratum*

2. Corroborantia.

11. *Hippocraticum commune.*
12. *Hippocr. extemporaneum*
13. *Claretum excellens*
14. *Claretum corroborans*

15. *An-*

Digitized by Google

15. *Antepilepticum*
16. *Antapoplecticum*
17. *Antiparalyticus*
18. *Zedoariæ compoſ.*
19. *Ophthalmicum*
20. *Aliud*
21. *Chalybeatum*
22. *Aliud*
23. *Antinephriticum*

1. *Vinum* purgans ſenæ, *Autumni ſive vindemiarum tempore parandum.*

Comparanda ſunt aliquot dolia, ex lignis eiuſmodi vaſorum facta, quæ vinum maluaticum, aut aliud ſimile, album & generoſum prius continuerunt, quorum quodlibet capax ſit quindecim aut viginti menſurarum vel plurium, prout videbitur. Præſtat tamen plura dolia, eaque minora in promptu habere, quàm ſolummodo unum, idque maximum, ſi magna vini quantitas præparanda veniat. Si igitur vaſis magnitudo erit viginti menſurarum in copone,

Foliculorum ſenæ ℔ *iiij.*

Vel amplius, prout purgandi virtutem plus minus augere velis, addendo

Garyophyllorum ℥ *ij.*
Cinnamomi
Macis ana ℥ *iij.*
Sem. Fœniculi ℥ *ij. ß.*
Prunorum Damaſcen. ſine nucleis ℔ *iiij. vel v.*
Liquiritiæ inciſæ ℔ *j.*
Polypodij
Sem. carthami contuſ. ana ℔ *ij.*

Omnibus probè invicem mixtis, indantur in vas, & affuſo muſto generoſo buliant, ſuperaffundēdo ſemper vinum novum: Poſt perfectam coctionem vaſe optimè clauſo, omnia macerentur & fermententur ad viginti, aut viginti quinque dies.

Sic habebis vinum purgans, quod *Vſus eius*
integris validiſque viribus per integrum *in contu-*
annum perſtabit, cuius doſis eſt vitrum *macibus*
parvum in aurora. Vel ſi matutina *affectibus.*
purgatio non ſatis ſuum aſſecuta fuerit effectum: unciæ tres vel quatuor adhuc ſumendæ erunt circa veſperam, duabus vel tribus ante cœnam horis, idque eodem die. In affectibus porrò contumacibus aliaſque radices habentibus, quorumque authores exiſtunt impuritates tartareæ ſive humores craßi & fæculenti, purgatio eodem remedio continuanda erit ad duodecim vel etiam quindecim dies: per epicraſin, id eſt, ſenſim & paulatim eiuſmodi humores evacuabuntur, citra virium
deiectionem. Eodem quoque modo febris *Melanchol.*
quartana, melancholia hypochondriaca, *hypochon-*
cachexia, & ſimiles affectus difficilis ſa- *driaca.*
nationis, curabuntur, & prorſus exſcindentur.

Ad præſervationem corporis, ſufficiet id ſemel tantum per octiduum, vel bis per menſem ſumpſiſſe. Potes ſi velis: id paulò ante cibum, vel etiam in ipſo prandio cœnave ſumere.

Vinum purgans catholicum.

Si facultatem ejus purgatricem *Vinum pur-*
reddere cupis generaliorem, adcò ut *gans ca-*
inſtar catholici omnes humores ſi- *tholicum.*
mul trahat & expurget: addere

Digitized by Google

oportet radicum exſiccatarum oxylapathi, ſive rhabarbari monachorum, hermodactylorum, mechoacæ, turbith quantum lubet.

Et ſic medicamen habebis ſummum adverſus podagram, luem veneream, & ſimiles affectus: addendo ſalſaparillæ & raſuræ ligni guaiacini ad libitum. Ex cuius uſu continuato ad pluſculos dies, ſingulares & eximios percipies effectus.

Quod ſi nonnulli in eiuſmodi remediorum præparationibus accuſent nimiam temporis longitudinem, quamvis in tanta copia ſimul & ſemel parari poſſint, ut ſufficiant pro uno atque altero anno: ut tamen prorſus illis ſatisfiat, hic purgantia quædam quovis anni tempore paratu facilia, nec minus cæteris utilia proferemus, Primi præparatio eſt, ut ſequitur.

Vinum ſeu claretum catholicum purgans facilis præparationis.

℞ *Polypodij quercini*
Sem. Carthami ana ℥ j.
Rad. Acori ℥ ß.
Sem. Fœniculi
Aniſi ana ʒ iij.
Cort. Myrobalanorum citrin.
Chebulorum ana ʒ ij.
Cinnamomi ʒ ij. ß.
Caryophyllorum
Macis ana ℈ iiij.
Conſerv. Flor. geniſtæ
Violarum
Maluæ ana ℥ ß.
Hermodactylorum alborum ʒ vj.
Turbith. ℥ ß.
Foliculorum ſenæ ℥ ij.
Vini albi generoſi ℔ ij. vel iij.

Omnibus probè invicem mixtis, in vaſe vitreo optimè lutato & clauſo macerentur ad calorem lentum B. M. per quatuor aut quinque dies, ampliuſve. Colentur aliquot vicibus per manicam, addendo ſacchari ℥ vj.

Hoc vinum ſive claretum purgans ad aliquot dies reſervari poteſt, ex quo facies ſex octove doſes. Pro doſi una, unciæ duæ ſufficient: exhibendo id horis matutinis, & ſingulis diebus aut alternis continuando. Purgat clementer omnes humores, ſive ſeroſos, ſive craſſos & melancholicos: prodeſt calculoſis & podagricis: & potiſſimum delicatioribus, necnon imbecilliori ventriculo laborantibus, qui citra vomitum alia purgantia admittere nequeunt. Conducit præterea hyſtericis affectibus, & albos ſiſtit menſium fluores, ſi addatur fæcula bryoniæ, quæ eſt ſpecifica uteri medicina, cuius præparandi modus docebitur alibi.

4. *Aliud vinum purgans facillimæ præparationis.*

℞ *Senæ* ℥ ß.

Hanc immitte in vas vitreum addendo

Cinnamomi contuſi ʒ ß.
Garyophill. N. v. aut vj.
Vini albi q. ſ.

Claudatur vas charta & bombace ſaltem & addatur, ſi ita videbitur, paululum ſacchari. Omnia maceren-

tur

tur in loco frigido per dies tres, quoad vinum ſufficienter tinctum ſit.

Vſus. *Huius vini ſumantur cochlearia duo vel tria manè: cum juſculo ſi placuerit: ac tantundem ſerò: idque continuetur ad dies duos vel tres: Remedium hoc ex uncia ſemis tantum ſenæ præparatum* (quod vel pueris & prægnantibus exhiberi poteſt) *Si continuò ad dies tres vel quatuor quis ſumpſerit, blandè & utiliter corpus purgabit.*

5. *Vinum purgans ex* floribus prunorum, perſicæ arboris, hyperici & cæt.

Ad huius vini compoſitionem, verno tempore ſufficiens colligenda eſt *florum prunorum*, tam *hortenſium* quàm *agreſtium* copia: hiſque tertia vel media pars dolij replenda, quibus adde.

Vvarum Corinthiac. ℔ *v.*
Prunorum dulcium ℔ *iij.*
Iujubarum ℔ *ij.*
Dactylorum abſque nucleis ℔ *j.*
Fœniculi ℥ *iij.*
Cinnamomi ℥ *ij.*

Affundatur vinum optimum uſq; ad ſummum vaſis, quo accuratè clauſo, omnia macerentur ad dies viginti, aut menſem unum:

Vſus. *Hoc vinum nullam planè nauſeam exhibet; & poteſt loco diapruni ſumi. Habet enim vim alterandi & purgandi humores bilioſos: ſervatur ad uſum per integrum annum.* Doſis eſt dimidium vitrum, quod citra diagridij additionem blandè purgabit.

N. Tempore vindemiarum etiam præparari poteſt idem *vinum cum muſto vini albi optimi*, ſicut & reliqua, hactenùs à nobis deſcripta.

Flores in umbra exſiccati, ſervandi ſunt uſque ad tempus enarratum. Eius vim purgatricem efficaciorem reddes, ſi foliculorum ſenæ ℔ unam *atque alteram addideris.*

6. *Vinum florum Perſicæ.*

Ad eundem modum parari poteſt, tempore Veris, vinum purgans *contra vermes ſive lumbricos ex perſicæ arboris floribus.*

7. *Vinum hyperici, centaurij & fumariæ.*

Ex floribus *hyperici*, ſummitatibus *centaurii minoris*, & *fumiterræ*, collectis omnibus ſuo tempore dum florent, & exſiccatis.

Eſt vinum purgans adverſus vermes, quod idem ſanguinem mundificat, & tam atram quàm flavam bilem purgat. Si addideris ſenæ ad libitum, potentiorem purgandi vim acquiret.

N. Hæc vina *licet ſaporis ſint paulò amarioris, puriſſima tamen ſunt & clariſſima, corrigi poteſt amaritudo illa uvis corinthiacis & liquiritia.*

8. *Vinum roſarum purgans.*

Sic eodem modò purgans vinum præparetur cum *roſis pallidis & albis*, tam hortenſibus quàm ſylveſtribus.

Purgat humores ſeroſos: ex quo etiam optimum remedium parari poteſt contra hydropem, quod etiam addita vincetoxici radice per urinas purgat. Doſis

Digitized by Google

quo cochlearia manè exhibita, idq; continenter ad plures dies, ſi res poſtulat.

Vinum ex ſeminib. *Ebuli & hederæ.*

Ad eoſdem humores purgandos vinum paratur ex *ſeminibus ebuli & hederæ*, tam in Autumno, quàm quovis alio tempore. *Eadem vina conducunt etiam hydropicis.*

10. *Vinum Helleboratum.*

Accipe *radices hellebori nigri benè mundatas*, & ab omni terreſtri impuritate purgatas, quas minutim conciſas in B M. cum ſufficienti vini, vel aceti quantitate, & ſemine aniſi per 24. horas macerabis: hinc poſt quatuor aut quinque dies vinum prædictum ſeparabis: eo enim modo omne venenum ex prædicta radice extrahetur, quæ dein exſiccari debet.

℞. *Rad. Hellebori ea* quæ dictum eſt ratione *præparatarum* ℥ ij. ß.
Foliculorum ſenæ ℥ iij.
Fœniculi dulcis
Aniſi ana ℥ vj.
Corticis citri ℥ ß.

Macerentur omnia in duabus vini albi optimi, & jam purificati menſuris per quatuor aut quinque dies in balneo Mar. calido, coleturque vinum abſq; expreſſione ulla: dein bis terve per *manicam Hippocratis* tranſmittatur, dulcoretur, & aromatizetur cum ſacchari ſufficienti quantitate, & pauculo cinnamomo.

Mania, Melancholia, & alij affectus capitis. *Excellens eſt educendis à cerebro pituitoſis & melancholicis humoribus. Optimum igitur eſt ad maniam, & melancholicos omnes affectus, tum intrò aſſumptum, tum extrinſecus capiti cum linteolis in eo madefactis tepide admotum.*

Vina corroborantia.

Hactenus de vinis *compoſitis purgantibus*: ſequuntur nunc quædam vina *compoſita corroborantia* & certis quibuſdam affectibus appropriata.

11. *Vinum Hippocraticum commune.*

℞. *Vini rubri vel albi optimi* ℔ x.
Cinnamomi ℥ j. ß.
Garyophyllorum ℈ ij.
Cardamomi
Granorum Paradiſi ana ℈ iiij.
Zingiberis ℥ iij.

Omnia craſſo modo contuſa, macerentur in dicto vino per tres aut quatuor horas: addendo ſacchari albiſſimi ℔ j. ß. tranſcolentur per manicam aliquot vicibus, & fiat Hippocraticum.

Aliter.

Nonnulli tantam aromatum copiam exoſi, id præparant *ex ſolo cinnamomo & ſaccharo*: ſed alij vim eius calefaciendi paulò plus acuunt *pipere, zingibere & garyophyllis.*

Hyemis ferè tempore ſumitur cum pane toſto ad corroborandum ventriculum. Porrigitur etiam in quartanis, & aliis affectionibus ex frigida cauſa profectis.

12. *Hip-*

Digitized by Google

12. Hippocraticum extemporaneum, ad cuius exemplum omnis generis extracta, & remedia etiam ſpecifica ad diverſos affectus poſſunt præparari.

℞. *Cinnamomi* ℥ ij. *vel* iij,
Garyophyll. ℥ ß.
Zingiberis
Piperis longi
Cardamomi
Granorum paradiſi
Galangæ ana ℥ ij.
Nucis moſchatæ ℥ j. ß.

Omnibus craſſè contuſis & invicem mixtis macerentur in ſpiritu vini, in vitro optimè clauſo, poſitoque in baln. Mar. per tres aut quatuor dies: aut donec ſpiritus vini colores & virtutes aromatum omnes extraxerit. Erigefactum vas aperi, & ſepara tincturam per inclinationem quam in phiala ſeorſim ſerva ad uſum. Fæcibus ſeparatis reliquam aromatum partem fortiter exprime per linteum, quam in phialis aliis reſervabis ad uſum. Sed prior tinctura poſt macerationem filtretur & coletur per manicam, idque ob extractionem faciliorem virtutum rerum aromaticarum. Eiuſmodi extracta diutiſſimè ad uſum ſervari poſſunt.

N. *Quoties igitur libuerit, cum vini optimi menſura una infundes drachmam unam atque alteram extracti, & ſacchari quantum voles: & ſic habebis vinum aromaticum: Loco ſacchari ſimplicis, inſerviet oleum ſacchari cum albumine ovorum indurato factum.*

13. Claretum excellens.

℞. *Cinnamomi* ℥ ij.
Macis ℥ ß.
Dactylorum ſine nucleis, minutim inciſorum num. xx.
Myrobalanorum num. iij. aut iiij.
Sem. Aniſi
Fœniculi ana ℥ j.
Vvarum Damaſcen. ℥ v. *aut* vj.
Coriandri præparati ℥ ß.

Aromatibus & ſeminibus craſſo modo contuſis, omnia indantur vitro, affundendo aquæ vitæ rectificatæ vini Canariæ, vel vini albi generoſi, ſingulorum menſuram unam Pariſienſem, quæ facit tres libras aut circiter: occluſo vaſe macerentur in loco frigido per quatuor aut quinque dies: citra ſeparationem liquoris à fæcibus ſuis: aut ſi placet, poſt macerationem tranſcola per manicam inſtar vini *Hippocratici*, ſerva in phialis clauſis ad uſum. **Ventriculi cruditas, flatus.**

Doſis eſt unum atque alterum cochleare tempore matutino. Eſt medicamen optimum ad roborandum ventriculum, eiuſque cruditates & flatulentam: omnem materiam tollendam: nec non contra colicos dolores & ſimiles affectus. Poteſt hoc claretum dulcificari cum ſaccharo. **Vires: Colica.**

14. Claretum aliud præſtantiſſimum corroborans omnes facultates.

℞. *Vini malvatici, aut vini albi optimi menſ. j. ß. vel* ℔ *iiij aut vj*

Indatur in vitrum aut pellecanum, addendo

Garyo-

Garyophyllorum
Nucis moſchatæ
Macis ana ℥j. ß.
Zingiberis
Cardamomi ana ℥ß.
Coriandri
Aniſi
Fœniculi ana ʒ ij.
Diptamni
Flor. Roſmarini
Bugloſſæ ana p. ij. aut in bo-rum locum recipe illorum
Conſervarum ana ℥ j. ß.
Tabellarum aromatici roſati ℥j.
Sacchari albiſſimi ℔ j.

Omnibus craſſo modo contuſis & invicem mixtis, infundantur cum vino, & ad macerandum ponantur in baln. Mar. tepido, vaſe benè clauſo, per duos aut tres dies. Poſteà colentur per manicam aliquot vicibus, ut ſpecierum virtus meliùs extràhatur.

Vſus. *Huius vini, quod diutiſſimè ſervatur in lagenis clauſis, manè exhibe unum aut duo cochlearia. Hoc claretum corroborat omnes facultates, & reficit ſpiritus tam animales, quàm vitales & naturales. Conducit igitur univerſis cerebri affectibus. Eſtque medicina præſtans contra omnes imbecillitates, cruditates, & flatus ventriculi: corroborat jecur & lienem, & medetur omnibus cachexiis, melancholiis hypochondriacis, & ipſis hyſtericis affectionibus: præſervat præterea corpus à peſte, vermibus, & aliis putrefactionibus è quibus diverſi morbi excitantur.* *Corroborat omnia membra.*

N. Si eo uti voles in quodam affectu curando, addenda erunt ea, quæ huic fuerint appropriata & ſpecifica, quæ pondere ſuo cæterorum ingredientium quantitatem ſuperent: ut in epilepſia adjicienda eſt *radix pæoniæ cum ſuo ſemine, ramenta cranii humani: flores tiliæ, lilii convall. calendulæ & ſimilium*: Ex quibus fiat claretum, aut vinum antepilepticum, *quod conducet epilepſiæ, tam ad paroxyſmi ferociam tollendam, quàm ad præcautionem, ſi aliquot eius cochlearia exhibueris in qualibet Luna quadra.*

In epilepſia ex uteri affectibus orta, *addenda eſt radix bryoniæ exſiccata.*

In apoplexia & paralyſi addenda ſunt, *baccæ juniperi, flores, lavendulæ, calendulæ & ſalviæ.* Et ſic pro vario affectuum genere, varia quoque clareta ſive vina aromatica medicata concinnari poſſunt.

25. *Vinum antepilepticum.*

℞. *Raſ. cranii humani rec.* ℥ ij.
Viſci querni minutim inciſi ℥ j. ß.
Flor. Pæoniæ
Lilii convall.
Tiliæ ana p. iij. vel iiij.
Sem. Pæoniæ
Cardui benedicti contuſ. an. ʒ vj.
Cinnamomi ʒ ß.
Nucis moſchatæ ʒ iij.

Indantur in vas vitreum colli oblongi; affundatur vinum optimum; occluſo vaſe, macerentur omnia in B. M. tepidiſſimo per quatuor aut quinque dies: colentur bis vel ter, & ſi velis dulcificare colaturam, adde paululum ſacchari.

Hoc remedium ſummum eſt tam ad cura-

Digitized by Google

curationem, quàm ad præſervationem epilepſiæ. Eius doſis ſunt aliquot cochlearia tempore matutino, idque in quovis Lunæ ſeptentrio.

16. Vinum antapoplecticum.

℞. *Flor. Lavendulæ,*
Salviæ
Anthos ana p. iiij. aut v.
Baccarum Iuniperi ℥ *ij.*
In cæteris facut ſuprà.

Vnum vel duo cochlearia huius vini exhibita, ſubitò apoplecticum reſtituunt, & tanti mali tyrannidem arcent: non tamen omittendæ interim ſunt aliæ evacuationes generales, item revulſiones, derivationes, &c.

17. Vinum antiparalyticum, à celeberrimis medicis ordinariis, illuſtriſſ. principis Mauritij Landgravij Haſſiæ &c. mecum communicatum.

℞. *Florum calendulæ, lavendulæ, mediocriter exſiccatorum bonam partem:* quibus imple *lagenam vitream*, amplam & robuſtam: affunde vini malvatici tantum, ut tres vel quatuor digitos ſupereminat: vas probè clauſum pone ad ſolem per tres ſeptimanas aut integrum menſem: quo temporis ſpatio vinum florum illorum virtutes atque eſſentias extrahet, & vim acquiret adeò efficacem & potentem, ut ſi vitrum ponas ad parietem aut murum aliquem, ubi ex radiorum ſolarium reflexione calor auctus, in id fortius operetur in centum fruſtra diſſiliat. Ponendum igitur eſt ad feneſtram apertam, ubi radiorum non tanta eſt reflexio. Elapſo tempore enarrato: vas refrigerandum in cella per noctem integram eſt ponendum, ut vis nimia ſpirituum mitigetur ac ſedetur: & poſtea, aperiendum.

Confert ſupradictis affectibus, uno atque altero cochleari in aurora ſumpto: quod præſtandum eſt uſque ad viginti quinque vel triginta dies: & præmiſſis purgationibus generalibus, admirandos videbis effectus.

N. *Si dictum vinum poſt ſufficientem florum macerationem per alembicum in B. M. vaporoſo, deſtilletur cum omnibus iſtis floribus, uſque ad ſiccitatem: multò efficacius evadet: omnium autem efficaciſſimum erit remedium, ſi florum fæces in cineres redigantur, ſalque extrahatur, & cum propria ſua aqua permiſceatur.*

18. Vinum Zedoariæ compoſitum.

℞. *Zedoariæ* ℥ *ij.*
Garyophyllorum
Macis
Cinnamomi ana ʒ *j.* ß.
Zingiberis
Piperis longi ana ℥ *j.*
Nucis moſchatæ, ℥ ß.

Omnia craſſiuſculè conquaſſata, uno pluribuſvé nodulis lineis includantur & ſuſpendantur, per dolioli foramen, in dolio muſti pleno quadraginta dierum, aut ad minus menſis unius ſpatio, ad macerationem: quibus poſtea ſublatis, vinum *ad cerebri ventriculíq; corroborationem tempore neceſſitatis exhiberi poteſt.* *Cerebri & ventriculi affectus*

19. *Vinum ophthalmicum.*

In *vini ophtalmici* præparatione eadem planè methodus ac ſuprà in *vino Zedoariæ* obſervanda eſt, ut ſcilicet ſuſpendas per foramen dolii quo muſtum continetur (loco aromatũ.)

℞. *Rad. Enulæ campanæ in talleolas, ſecta & exſiccata* ℥ ij.
Euphragiæ m. j.
Sem. Fœniculi dulcis,
& Sileris montani ana ℥ j.

Viſui debilis. Contundantur craſſiuſculè, & omnia in unum vel in plures nodulos concluſa, ſuſpendantur in dolio, ut dictum eſt, aut in phiala vitrea, & macerentur per menſem.

De quo una atque altera uncia ad acuendum viſum exhibeatur, idq; ſingulis matutinis.

20. *Aliter.*

℞. Accipe vindemiarum tempore *muſti ſeu vini recens facti, menſuras ſeptem vel octo*, plus minus, infunde in doliolum huic inſtituto deſtinatum: in quo prius indideris.

Euphraſiæ exiccatæ manipulos vj.
Sem. fœniculi, & ſileris montani, ana ℥ iiij.
Cinnamomi ℥ ij.
Flor. Stœchadis Arab. manipulos ij.

Hæc omnia (impleto dolio & clauſo) ad macerandum ponantur per tres hebdomadas, vel unum menſem, antequam ad uſum veniant.

Huius vini uncia una vel duæ ſumenda ſunt horis matutinis, & diu id continuandum eſt: eximias enim vires habet viſum acuendi, & ventriculum roborandi.

21. *Vinum Chalybeatum.*

℞. *Limaturæ chalybis* ℥ iij.
Rad. Eryngiorum
Enulæ campanæ ana ℥ j. ß.
Santali citrini ℥ j.
Coralli rubri
Raſuræ eboris ana ʒ vj.
Garyophyllorum,
Macis,
Cinnamomi
Zingiberis ana ʒ iij.
Ceterach.
Flor. Geniſtæ.
Anthos,
Epithymi ana p. ij.
Vini albi generoſi ℔ vj. *aut hydromelit.*

Macerentur per octiduum ad minimum ad ignem baln. Mar. calidum, deinde tranſcolentur per manicam Hippocratis ter quatérve, ut vinum optimè clarificetur, quod dulcorari ſaccharo poterit, ut fiat vinum guſtui gratum.

Doſis unum aut alterum cochleare, in principio, quæ deinceps ſi opus ſit augeatur.

Mira præſtat in omnib. obſtructionib. Viſcerum & præcipuè in cachexia virginum. *Vide Conſil. Cachecticum.*

22. *Vinum aliud chalybeatum.*

℞. *Laminas chalybis puriſſimi* ut ignis ſcintillantis atque liquefactioni proximi, mergantur in magdaleones ſulphuris, ut liqueſcat chalybs inſtar ceræ Hiſpanicæ, recipiatur in vaſe ſemipleno vini albi generoſi, vel *aceti ſambucini*: dein in tigillo ad ignem ardentem.

dentem ſinatur per unam atque alteram horam ut optimè exſiccetur, levigeturq; tandem ut alkool in porphyrite: huius ſic præparati *chalybis cape* ℥ *iiij.*

Rad. Eryngiorum
Rubiæ tinctorum ana ℥ *vj.*
Cort. med. fraxini
Rad. Filicis ana ℥ß.
Sem. Fœniculi
Baccar. Iuniperi rec.
Gran. Alkermes ana ℥ *iij.*
Fol. Siccorum chamædr.
Ceterach
Flor. Geniſtæ ana p. j.
Garyophyllorum
Macis ana ℥ *ij.*
Cinnamomi interioris ℥ *ij. ß.*
Vini albi generoſiſſimi ℔ *x.*

Indantur omnia in vas vitreum, & exponantur ad radios ſolares Æſtatis tempore, vel ad ignem lentum per xx. dies, materiam bis terve baculo agitando: dein tranſcolentur per manicam Hippocratis.

Ad cachexiam & hydropem ineuntem, Melancholiam hypochondriac. icterum, inflationes, obſtructiones hepatis & lienis ſingulare illud eſt præſidium: doſis primis diebus ab ℥ *j. ad* ℥ *ij. dein in dies augenda & continuanda cenſeatur. Movet interdum nauſeam atq; vomitum.*

23. *Vinum antinephriticum.*

Ut *vinum antinephriticum* conficias: dolium juſtæ magnitudinis, vino generoſiſſimo repleatur: quod quidem vinum prius concoctum, & ab aquea ſua humiditate depuratum ſit. Super *huius vini heminis octo* dolio incluſis ut ſuprà, addes

Fructuum Alkekengi ℔ *j.*
Rad. Reſtæ bovis
Et Iringiorum in Talleolas diſſectarum & exſiccatarum ana ℥ *iij.*
Sem. Bardanæ
Milii ſolis
Saxifragiæ ana ℥ *iij.*
Herniariæ
Flor. Malv.
Biſmalvæ
Geniſtæ ana p. iij.

Macerentur omnia per menſem integrum, deinde ad uſum reſervetur vinum.

Si poſt prædictam macerationem illud tranſcolaveris, melliſque optimè depurati tertiam partem addideris, & ut ſuprà, in vino ſcillitico ebullire ſineris: vinum efficies, quod diu conſervari poterit neque ingratum guſtui erit.

Huius unciæ ij. aut iij. (præmiſſa tamen prima corporis regionis purgatione, cum bolo aliquo ex caſſia aut ſimili lenitivo nephritico) ad calculi expulſionem, & prohibendam eius generationem, exhibentur.

Cap. XIV.

De acetis medicatis.

NOn erit ab inſtituto alienum, variis vinorum generibus jam enumeratis, acetorum etiam medicatorum, quæ paſſim in antidotariis deſcribuntur, claſſem annectere; inter cætera frequentiora ſunt.

Acetum ſcylliticum
Acetum Roſaceum
Acetum florum calendulæ

Digitized by Google

Acetum florum Garyophylli
Acetum ſalviatum
Acetum anthoſatum
Acetum ſambucinum
Acetum paſſulatum
Acetum garyophyllatum.

Quorum præparationis imitatione, infinita alia effingi poterunt, in quibus acetum vices vini ſubire poterit, tam ad materiæ præparationem & alterationem quàm ad eiuſdem evacuationem.

Acetum ſcylliticum.

Aceti ſcyllitici præparatio. *Acetum ſcylliticum* paratur eo quo ſequitur modo: *Scyllæ laminæ* inter corticem & cor mediæ, ex arte purgatæ, & in orbiculos ſive talleolas ſectæ, Soli, aut remiſſo calori exponantur per 30. aut 40. dies: dein libra minutim conciſa, (cultro è candidiore ligno parato aut eburneo) in lagenam demittatur, *optimi aceti* ℔ vj. vel octo affuſis: vaſculum ritè obturatum, ne quid exhalet, exponetur æſtivo tempore, radiis ſolaribus, triginta aut quadraginta dies. Poſtea aperto vaſe totum tranſcolabitur, indeque *acetum ſcyllinum* conficies, quod lagenis diligenter occluſis adſervabis.

Vulgaris præparatio ſcyllæ. Quidam *unicam vel plures ſcyllas* accipiunt decorticatas, quas *maza* ſive paſta involuunt, ut ſingulæ panis figuram videantur adeptæ, tum demum furno calido aptoque pani coquendo illas committunt, & ita tempore multò breviore ſcyllas ſuas præparant, quàm ſi per quadraginta dies ſoli objicerentur. Scyllarum ita coctarum in clibano, & poſteà ad lentum calorem deſiccatarum ſeſquilibram accipere oportet, *aceti fortiſſimi* ℔ *vij.* excipiantur lagena vitrea benè clauſa, quæ ad ſolem aut ſimilem tepidum calorem per triginta aut quadraginta dierum ſpatium poſita, ſinantur. Quod ſi furni athanoris igne ex cineribus ſtructo uſus fueris, cùm ille diu noctuque perſeveret, dimidij temporis compendium facies, adeò ut duodecim aut ad ſummum, quindecim dies ſufficiant fermentationi & digeſtioni huiuſce aceti, ſi illa hoc perenni calore procurata fuerit. Tandem materia per colum tranſmiſſa ſervabitur vitreis vaſculis diligenter obturatis. Hæc præparatio à nobis maximè probatur: nullum enim vomitum ciet, ut prior in pleriſque facere ſolet: breviore etiam tempore perficitur, tutiuſque exhibetur. *Furnus athanoris digeſtioni commodior.*

Acetum roſaceum.

Ut *acetum roſaceum* conficiatur, accipere oportet *roſas rubras exſiccatas*, quibus lagenam implebis, & *acetum optimum* affundes, donec illud lagenæ cervicem ferè pertingat: vaſculi oſculum arctiſſimè occludes, & ad ſolis calorem expones per ſpatium temporis jam expoſitum: vel ad hypocauſtum transferes, vel igni cineritio committes.

Alia aceta ex variis floribus.

Eodem prorſus modo compones Acetum paſſulatum: *florum* reſiccatorū *ſalviæ, roſmarini, ſambuci, calendulæ,* *veroni-*

veronicæ ſive *floris cariophylli*: imò tot formas & ſpecies Acetorum licebit tibi parare, quot ſunt ſimplicium vinorum, quæ etiam in variis morbis debellandis, propter eoſdem ſcopos uſurpabuntur: verùm acetum quodlibet ſemper erit facultate magis attenuante, incidente, & magis idonea, diſſolvendis & liquandis humoribus viſcoſioribus & tartareis: præterea validiùs etiam adverſabitur cuilibet putredini & corruptionibus omnibus quam vina ſuperiùs enarrata.

Vſus acetorum ſimplicium.

Vſus horum ſimplicium Acetorum præcipui erunt, ut ſunt baſes in componendis oxymelitum formulis, tum purgantibus, tum robur conciliantibus: ut quoque ſatisfaciant ſcopis & medicationibus, quæ ſeſe offerunt in plurium & magnorum affectuum cura, iam ſequenti capite ſumus oſtenſuri.

CAP. XV.

De varia oxymelitum *&* hydromelitum medicatorum *compoſitione, quæ diverſis affectibus medendis aptiſſima ſunt.*

INſtituti noſtri ratio poſtulat, ut diverſas *oxymelitis & hydromelitis compoſitiones*, quarum hodie in medicina lactitanda magnus eſt uſus, in medium proferamus.

Q. Vtrum oxymelita & hydromelita, *Syrupis in praxi præferenda? Aff.*

Duo tan-

Hæc remedia apud veteres in multò majore erant commendatione, quàm jam apud nos. Nam in noſtris officinis etiam famoſiſſimarum urbium tantùm præſtat *oxymel ſimplex & ſcilliticum*: rariſſimè *Elleboratum Iuliani*, præſidium tamen à *Geſnero* magnoperè celebratum, adverſus morbos comitiales, febres quartanas, & alios hujuſmodi morbos, qui jam altiùs radices egerunt, & quorum occulta ſunt ſeminaria. Solummodò etiam reperitur *unica hydromelitis ſimplicis* quemadmodum *& compoſiti, deſcriptio*, quæ in officinis locum habeat: cùm tamen videamus apud *Galenum, Aetium, Trallianum, Oribaſium*, deinde etiam apud *Nicolaum Myrepſum*, & *Meſuæum* (qui in faſciculos redegerũt, & in ordinem revocarunt, quę alij ſine methodo, *in ſuis libris* tanquam ſcopas diſſolutas diſperſerant) infinita remedia purgantia, præparantia, roborantia, aliiſque intentionibus ſervientia: quorum baſes primariæ à ſupra dictis oxymelitis, & hydromelitis formulis petuntur: adeò ut quotquot vina ſimplicia & compoſita, arte deſcripſimus, poſſunt etiam parari (imò majori cum emolumento) *oxymelita & hydromelita*, æquè benè ac ſi vino parata forent.

tum Oxymelita in noſtris officinis.

Oxymelita & hydromel. apud veteres erant in uſu frequenti.

Arabes qui primi ſacchari uſum introduxerunt in cauſa ſunt, quod norma componendi varia oxymelitis & hydromelitis genera, immutata fuerit in eam, quæ ſyruporum eſt, quorum magna farrago in officinis adſervatur.

Arabes, Oxymelita & hydrom. mutarunt in Syrupos.

Quod verò adfertur pro ſtabiliendo & confirmando ſyruporum uſu

ab iis, qui tantoperè illis addicti ſunt, nempè hujuſmodi remedia diutius conſervari poſſe,& palato gratiora eſſe confirmatione indiget. Sed extra omne dubium eſt, omnes hydromelitis & præcipuè oxymelitis ſpecies, maximè verò id, quod *melicratum* nuncupatur (*ubi aqua, mel atque interdum acetum ſimul confunduntur & miſcentur*) longè eſſe utiliora commodiora, imò magis idonea omnibus curandi intentionibus, quàm ſint ſyrupi. Cum *ſaccharum ſit ſal quidam dulcis*, non exiguo calore præditus: cui qualitas quædam obſtruens & glutinans conjungitur: unde minus aptũ ſaccharum judicari poteſt ad præparationem, alterationem, mitigationẽ humorum, eorumque excretionem: cujus rei tamen causâ commemorati ſyrupi ut plurimum componuntur & præſcribuntur.

Sacchari calor nõn exiguus eſt, obſtruens & glutinans.

His adde *ſaccharum in corporibus biliosis & natura macilentis*, quemadmodum & cætera dulcia, minimo negocio *bileſcere*, & proinde plus damni quàm utilitatis hujuſce texturæ hominibus adferre. Verùm quiſpiam nobis inſultabit, & mel quo variæ oxymelitis & hydromelitis formulæ parãtur, dulce forſan eſſe contendet. Admittemus id quidem: *at longè mel defæcatius & purius eſt, naturaque præditũ magis aeria, cœleſti & ad quintam eſſentiam accedente, quàm ſaccharum*: quod licet dulce & candidum ſit ſuperficie tenus, intrinſecus tamen acrimonia ſcatet & nigrore non mediocri, ut probè norunt & experiuntur illi, qui in rerum interna & vitali anatome aliquem progreſſum fecerunt.

Saccharũ facile in bilem vertitur.

Mel purius Sacchar.

Quod animadverſum & diligenter obſervatum fuit à *Galeno*, & deinde ab *Oribaſio Medic. coll. lib. 5. c. 24.* qui dum intendit oxymelitis facultates, quæ acidæ & vitriolatæ ſunt, præfert hydromeliti: quod propter dulcedinem temperamentis calidis & naturis fervidioribus, minus congruit, proptereà quod in bilem faciliimè convertatur, in hunc modum ſcribit: *Cum melicrati facultas cætera omnia habeat, quæ ad acutos morbos valent, in uno tamen duntaxat eis eſt contraria, quod ſupercalfacta in bilem convertatur: hanc eius mutationem aceti permixtio cohibẽs præſtantiſſimum medicamentum efficit: tantumque aceti melicrato addendum eſt, quantum ſatis ſit ut facultas in bilem convertendi corrigatur.*

Oribaſius verò poſtquam longa verborum ſerie retulit ingentes utilitates & commoda quæ ex oxymelitis uſu promanant, & poſtquam recenſuit ſpecificam vim & proprietatem, quæ valet adverſus affectus hypochõdriacos & thoracicos, cùm ſcilicet opus eſt materiæ craſſæ & lentæ attenuatione & inciſione: ut magis palam fiat in quanta commendatione apud illum ſit oxymel, illoque hydromel longè inferius eſſe, ita pergit. *Cum igitur mel facultate calidum ſit, & in bilem citò in calidis corporibus vertatur, idcircò edulium eſt pituitoſioribus naturis, & ſenioribus, ac morbis frigidis accommodatus: & oxymel omni ætati & naturæ ad tuendam valetudinem utiliſſimum eſt, cum*

cum omnes anguſtos meatus aperiat, ſic ut craſſus & glutinoſus humor nuſquam contineatur. Quam etiam ob cauſam medicamenta, quæ tueri valetudinem à medicis dicuntur, attenuante facultate ſunt prædita: Ac tibi quoque & ratione & experientia perpendenti ea quæ ad victum extenuantem faciunt, oxymeli accommodatiſsimum eſſe videbitur: nam neque ſtomacho infenſum, neque aliam abſurdam facultatem habet. Si verò ſcilliticum acetum fuerit, ita non modo eorum, quæ ad victus rationem, ſed omnium medicamentorum aptiſsimum eſt ad incidẽdum, convenitque hoc eos uti, itemque vino & aceto, qui humores incidere & attenuare morbum cupiunt, qui in corpore ſit, quod craſſum glutinoſum & pituitoſum excrementum contineat. Atque infinitos propè vidi qui ex aceti ſcillitici, atque etiam vini (ſcilliciti ſupple) *uſu ad vitæ finem uſque ſani vixerunt.*

Voluimus de induſtria referre, *quid Galenus & alij* antiqui ſentirent *de oxymelite acido & vitriolato*, quodque potiores & efficaciores vires illi adſcriberent ad ſanitatem conſervandam, & morbos curandos quam hydromeliti dulci, ut hinc colligere liceat ipſum *Oxymel Syrupis anteponendum* eſſe, qui tamen hodie pluris fiunt, & contra omnem rationem, ut ſuprà demonſtratum eſt, majorem authoritatem & uſum ſibi comparaverunt.

Oxymelitum & hydromelitum præparationes.

Iam ſupereſt, ut noſtram pharmaceutricem quibus iam oxymelitis, & hydromelitis deſcriptionibus velut præſidiis utiliſſimis locupletemus, quarum imitatione, quilibet proprio marte poterit novas componere.

Porrò oxymelita & hydromelita dividuntur in ſimplicia & compoſita eaque alterantia & purgantia. *Oxymelitis ſimplicis præparatio.*

Veluti:

Oxymelita alterantia.

1. *Oxymel ſimplex*
2. *Oxym. ſimpl. extemporaneum*
3. *Oxym. ſimpl. ſcylliticum*
4. *Oxymel cephalicum.*
5. *Oxym. pectorale*
6. *Oxym. de Peto*

Purgantia.

7. *Oxyum ad ſerum*
8. *Oxym. benedictum*
9. *Oxym. diureticum*

1. Oxymel ſimplex.

Oxymel ſimplex duobus modis parari poteſt, prior eſt ſi ſumas unam mellis partem, cui tantumdem aquæ pluviæ, aut ciſternis adſervatæ, ſi haberi poſſit, primò admiſcebitur, miſcellam igni lento admovebis, perfectè deſpumabis, donec mel omnem ſorditiem depoſuerit, purumque appareat. Tum melli affunde optimi aceti tantum quantum guſtui gratificando ſufficit, ſicque regulam & normam certam habebis, ne juſto acidius, aut plus æquo dulcius, oxymel componatur. [Interim igne lento hæc coquantur, inter coquendum paulatim, & per vices inſtilletur aqua, q. ſuff quæ ſecernendis heterogeneis operã ſuppeditabit, & magis defæcatum reddet: proderit etiam ad dulcorem comparandum, id eſt, ut remedium γλυκύπικρον & dulcoacidum fiat;

Digitized by Google

In paſtu,potionis loco, uti quis poterit in diverſis corporis affectibus, potius quàm hydromelite aut vino, ut ſuperiùs annotavimus.

2. *Oxymel ſimplex extemporaneum.*

Vt vulgare *oxymel* componatur *ex tempore*, hac ſerie progredi oportet.

> ℞ *Mellis à ſordibus liberi & expurgati, ſextarios quatuor ſive duas pintas Pariſienſes.*
> *Optimi aceti ſextarios duos*
> *Aquæ octo ſextarios ſive quatuor pintas.*

Imprimis miſceas baculo aquam iam tepefactam cum melle, totum fervere ſinas, mitiori igne abſq; magnis bullis & ebullitionibus: tum ſpumam auferas & coqui permittas, donec aqua ad medium reſoluta & conſumpta fuerit, tum demùm acetum adiiciatur, cui affuſo tres aut quatuor ebullitiones ſatis erunt, facta legitima ſimul confuſorum coctione, per manicam ſive pannum denſum tranſmittentur, colatura diligenter aſſervetur.

Alia oxymelitum genera.

Quod ſi vice vulgaris aceti ſcilliticum, roſaceum ſalviatum, anthoſatum, ſambucinum, paſſulatum, & ſimiles aceti ſimplicis compoſitiones, quarum ſuprà meminimus, admiſcuerimus: efficiemus oxymel ſimplex roſaceum, paſſulatum, anthoſatum, &c. quorum ſingula variis affectibus aptiſſima exiſtunt: verbi gratia, *quando ea uſurpamus, ut humores lenti & viſcidi incidantur, plurimorum morborum cauſa, etiamſi cum febre complicentur, oxymel paratum cum aceto roſaceo bugloſſato, violaceo, & ſimilibus accommodatius erit ſalviato, vel anthoſato, quæ magis idonea ſunt melancholicis, hypochondriacis, epilepſiis, apoplexiis, cachexiis & hujuſmodi affectibus, quarum cauſa terreſtris potius & frigidus humor ſtatuitur quàm calidus.*

3. *Oxymel ſimplex ſcylliticum.*

Et quando voles in morbis contumacioribus & pervicacioribus humores validius attenuare & incidere oxymel ſimplex & ſcillinum hoc modo compones.

> ℞ *Mellis depurati* ℔ *ij.*
> *Aceti ſcillitici* ℔ *ij.*

Coquantur ad perfectam mixtionem & conſiſtentiam: hoc oxymelite & aliis ſuprà deſcriptis obſervatis, ſeligendo ſemper magis accommodata morbis quos expugnare voles, poteris tot ſpecies oxymelitis compoſiti fabricare, quot decoctorum aut vinorum, quæ diverſis medendi ſcopis inſervient, ut verbi cauſa oxymel cephalicum hoc modo tibi erit faciendum. *Oxymel Scylliticum ſimplex.*

4. *Oxymel Cephalicum.*

> ℞ *Rad. Fœniculi.*
> *Polypody*
> *Acori vulg. ana* ℥ *vj.*
> *Fol. Betonicæ*
> *Meliſſæ ana m. j.*
> *Seſeleos ana* ℥ *j.*
> *Flor. Stœchados*
> *Bugloſſ ana p. ij.*
> *Cinnamomi* ℥ *ij.*
> *Macis*

Garyophyll. ana ℥j.
Croci ℨj.

Macerentur per 24. horas in ℔ iiij. oxymelitis anthoſati, dein coquantur ad unius tertiæ conſumptionem: doſis ℥iij. vel iiij.

Conducit omnibus cerebri affectibus frigidis & melancholicis: ſpiritus animales fovet & illuſtrat, prodeſt ad memoriam, itemque ad mœſtitiam à quavis cauſa ſubortam. Prout particulares cerebri affectus poſtulabunt, adjicere poteris, quæ ſpecifica proprietate ipſis adverſantur: ut ſi epilepſia curanda proponatur, addes viſcum quernum, rad. pœoniæ, flores tiliæ, lilium conval. & ſimilia. Idem judicium relinquitur ſi morbi & ſymptomata alteri cuidam parti infixa hæreant.

Oxymel. Epilepticũ.

5. Oxymel. pectorale ſive thoracicum.

℞ *Rad. Enulæ campanæ*
Tuſsilaginis
& Iridis florent. ana ℥j ß.
Herb. Capill. veneris
Polytriti
Scabioſæ
Hyſſopi ana m. j.
Dactylorum.
Iuiubarum ana par. vj.
Sem. Cardui benedicti
Bombacis
Vrticæ ana ℥j.
Flor. Tuſsilaginis
Violar.
Bugloſſi
Nymphea
Papaveris rheadis ana p. ij.

Macerentur in *oxymelitis paſſulati & bugloſſati ana* ℔ j. ß. *& aquarum cardui bened. & ſcabioſæ an.* ℔ per 24. horas: dein coquantur ad ignem lentum ad unius tertiæ conſumptionem, ac tandem tranſcolentur per manicam Hippocratis & aromatizentur pauco *cinnamomo* doſis ℥iij. vel iiij.

Confert orthopnœæ, aſthmati, peripneumoniæ, tuſsi inveteratæ, & diuturnis omnibus pectoris affectibus.

Hoc thoracicum oxymel tibi exemplar quoddam erit, ad cujus normam alia infinita ſtomachica, hepatica, ſplenica, diuretica, &c. effinges. Si addideris *radices, herbas, flores & ſemina* ſcopo tuo convenientia, ut videre eſt in aquarum noſtrarum, decoctorum, & vinorum artificialium ſuprà enumeratorum deſcriptione, quæ ad hos agendi ſcopos direximus, adeò ut viam tibi ſternant & veluti manu ducant ad varietatem, copiam & delectum remediorum.

5. Oxymel de peto.

Purgatorium mirabile non ſolùm pituitæ craſſæ, ſed & bilis flavæ, itemque nigræ, anhelоſos thoracis & ventriculi affectus iuvans, & denique ad omnes morbos inveteratos laudatiſſimum remedium.

℞ *Fol. Nicotianæ ſeu peti exſiccatorum ad ſolem & pulveratorum, inditorumque in nodulo lineo* ℥j. ß.

Rad. Iridis ſiccatæ & in talleolas ſecta ℥ j.
Polypodij
Liquiritiæ
Sem. Carthami contuſi ana ʒ vj.
Spicanardi
Thymi
Epithymi
Hyſſopi
Menthæ ana m. j.
Sem. Aniſi
Fœniculi
Cardui benedicti ana ʒ iij.
Flor. Tuſſilaginis
Bugloſſæ ana p j.
Fol. Senæ ℥ ij.
Agarici trochiſcati in nodulo concluſ ℥ j.
Nucis moſchatæ
Garyophyllorum
Cinnamomi ana ʒ ij.

Contundantur & macerentur per triduum in *aceti paſſulati & ſambucini* ana ℔ ij. deinde coquantur, exprimantur & clarificentur: addendo *mellis Narbonenſis* optimè deſpumati ℔ j. ß. denuò coquantur ad bonam conſiſtentiam, uſu poſtulante, præbe cochlearia aliquot, vel per ſe, vel cum aliqua aqua pectorali.

Sanè medicamentum hoc optimè & validè purgat è toto corpore, è thorace, è ventriculo pravorum humorum ſaburram & illuviem exhaurit, deterget & extirpat: remedium eſt aſthmaticis ſi quid aliud accommodatiſſimum & maximè peculiare. In eius uſu, cautione & dioriſmo opus eſt, augenda enim vel minuenda doſis, pro ægrorum ætate & viribus. Aliquando vomitum ciet, qui contingit ratione peti, quod in vomitu provocando pares vires, cum helleboro vel antimonio habet, ſi ſolitarium & per ſe exhiberetur. Sed alia purgantia, quæ admiſcentur cum aceto (quod primas dotes in corrigendo & demulcendo obtinet) *vehementiam & eius remittunt, & eorum opeprœſtantiſſimum & efficaciſſimum remedium conſtituunt.* *Petum per ſe ſumptum vomitorium eſt.*

Oxymelita purgantia.

Ad hujus oxymelitis imitationem licebit tibi multa alia diverſa *phlegmagoga, cholagoga, & melanagoga*, id eſt, pituitæ, bili & melancholico ſucco excernendis, ſive ſeorſim, ſive ſimul peculiaria componere, prout animus dictabit, aut effectus expugnandus poſtulabit. Sed meminerit ſemper eſſe apponenda, quæ partibus peculiariter amica eſſe perhibentur: deinde etiam purgantia humori analoga ſeligenda, non neglectis iis, quæ malignitati medicamentorum obtundendæ operas ſuas conferunt. *Oxymel mox deſcribendum, exempli loco tibi erit, quod ad omnia hydropis genera ſingulare eſt præſidium, aquas enim ſubducit, viſcerum nutritioni famulantium obſtructiones ſoluit, imò hepar ipſum & lienem, horum malorum prima ſeminaria, in ſarctu & ſcirrhoſa duritie liberat: deniqʒ partibus languidis & effœtis priſtinum robur & tenorem reſtituit.* *Oxymel phlegmagogum, Cholog. & melanag.*

Oxymel.

7. Oxymel accommodatum humoribus ſeroſis evacuandis, hydropi & cachexiæ perquam utile, hepar, lienem, & totum meſenterium roborans, eorumque obſtructa ſimul reſerans.

℞ *Rad. Irid. vulg.* ℥ j ß.
Vincetoxici ℥ ij.
Taraxaci
Valerianæ
Mechoacam
Rubiæ tinctorum
Polypodij ana ℥ j.
Cort. Fraxini
Tamariſci
Ebuli ana ℨ vj.
Raſ. Ligni rhodij
Eboris in nodulo lineo indita ana ℥ ß.
Herb. Eupatorij Meſuæ
Fumariæ
Hepaticæ
Ceterach ana m. j.
Sem. Cuſcutæ
Melonum
Acetoſæ ana ℨ ij.
Carthami
Ebuli
Halicacabi ana ℨ v.
Fœniculi
Aniſi ana ℨ iij.
Flor. Geniſtæ
Ebuli
Sambuci
Centaurij minoris ana p. ij.
Cichorij.
Spicæ nardi ana p j.
Trochiſcorum de rhabarbaro ℨ x.
Trochiſc. de cappartibus ℨ ß.
Agarici trochiſcati cum ſuo nodulo ℨ vj.

Macerentur omnia in aceti ſambucini & ſcyllitici ana ℔ j. aquæ flor. ebuli ℔ j. ß. per tres quatuorve dies, ad ignem Baln. Mar. dein coquantur ad unius tertiæ conſumptionem: in colatura clarificata adde

Syrupi roſ. ſolutivi
Flor. Perſicæ arboris ana ℥ iiij.
Mellis Narbon. opt. prius deſpumati ℥ x.

Et coquito ad ignem, materiam optimè deſpumando: addendo ſub finem coctionis, elaterij ℨ ij. ſcammoneæ ℨ ß. fiat oxymel coctum ad legitimam conſiſtentiam.

Doſis cochlearia duo vel tria pro robuſtioribus: *Remedium eſt ad cachexias, hydropes, obſtructiones & ſcirrhoſos tumores jecoris & lienis maximè accommodatum*, ut iam ſuprà diximus.

Eius uſus per aliquot vices repetendus, prout malum facile aut difficile permanſerit, per ſe aſſumetur, aut commixtum uni aut duabus unciis *aquæ noſtræ ſcorbuticæ*, quam antè deſcripſimus, aut alteri convenienti. *Uſus.*

Cautio.

In traditis iam variis aceti mulſis formulis, coctionis tempus accuratè conſiderari debet. Coquetur enim oxy- *Coctionis*

tempus in oxymelite. oxymel magis aut minus, prout videlicet diutius adſervari; vel ſtatim in uſus transferri debet. Quippe quod ex tempore componi poteſt, ſi morbis præſentibus deſtinatur, minorem poſtulat coctionis gradum & conſiſtentiæ ſymmetriam. Quod ſi oxymel, vi purgandi polleat, unica eaque levis ebullitio ſufficiet, aut in totum ea abdicata eius vices infuſio diuturnior in diplomate, ſive balneo Mariæ tepido facta, ſupplere poterit. Vas autem perfectè obturabitur, ne ſcilicet nimio contentorum fervore ſpiritales particulæ exhalent: hinc enim longè imbecillior & retuſior agendi potentia redderetur. Quare in ſimilibus maceratio etiam in frigido facta multò tutior eſt, ita enim ſpiritus intus manent, & retinentur, quamvis longius temporis ſpatium ad hoc miniſterium requiratur: id quod diligenti animadverſione dignum eſt, ut iam fuſius & dilucidè explicatum fuit, dum hydrotica decocta expoſuimus.

Lues venerea inveterata. Pro paradigmate purgantis oxymelitis hoc iam iam deſcribendũ proponemus, propter ſingulares eius dotes adverſus *luem veneream*, quantumvis inveteratam, & iam altiùs inhærentẽ ſolidis noſtri corporis partibus: valet etiam *adverſus alios ſimiles contumaces affectus*, proindeque *oxymel benedictum* à nobis appellabitur, cuius formula eſt hujuſmodi:

8. Oxymel benedictum.

℞ *Scobis ligni guaiacini.*
Corticis eiuſdem (qui magis oleagineus eſt & natura balſamica) an. ℥ ij.
Sarſaparillæ ℥ j.ß.
Fol. ſenæ oriental. ℥ iij.
Hermodactylorum
Turpethi ana ℥ j.
Raſ. Eboris
Cornu cerui
Sem. Fœniculi
Cinnamomi ana ℥ ß.
Flor. Anthos.
Stœchados
Hyperici
Epithymi ana p. j.
Flor. Bugloſſæ
Cichorij ana p. j. ß.

Raſura ligni & cort. guaiacini, eboris, & cornu cervini nodulo includantur, & alia quæ ſuperſunt, craſſiuſculè piſtillo frangantur & conquaſſentur: omnia excipiantur alembico vitreo convenienti, eoque cæco, id eſt, cujus os optimè occludi poſſit, affundendo,

Aquarum cardui benedicti
Vlmariæ ana ℔ ß.
Oxymelitis ſimplicis
aut. Bugloſſati ℔ ij.

Omnia ritè commixta macerentur balneo Mariæ blandoque calore (imò abſque eo ſi voles in frigido horum infuſio fieri poteſt) ſi per quatuor aut quinque dies foveantur. Interea ipſum oxymel alliciet ad ſeſe & imbibet dictorum ſimplicium facultates: deinde poſt unam aut alteram ebullitionem fiat valida expreſſio,

preſſio, & colatura per manicam tranſmittatur, imò etiam depuretur ſi ita libuerit, ut exquiſitioribus & delicatioribus hominibus ſatisfacias, in quorum gratiam dulcedinem quoque ſaccharo, ſi velis, conciliabis, ne ullas guſtus moleſtias perſentiant.

Doſis erit quatuor aut quinque unciarum; quandoque etiam plurium pro validioribus. Utendi modus is eſt, *ut conſtituta doſis manè trib. aut 4. horis ante paſtum hauriatur. Cibus paucus agro dandus, iſque unius generis & unius apparatus, aſſus potiùs quàm elixus: pro bellariis omnes fructus ablegandi, præter uvas damaſcenas: decima hora prandebit, quinta cœnabit, & circa decimam veſpertinam ad lectulum ſe componenti, æqualis oxymelitis doſis propinabitur & porrigetur.*

N. 1. Cavendum ne vi repugnante, & negante natura, ſeu matutino ſeu veſpertino tempore ſudores eliciantur, niſi ſua ſponte erupturiant naturæque motu propriè foras protrudantur: *Proprius enim huius nobiliſſimi remedii effectus eſt maleficos humores per ventris vias & urinæ ductus excernere, ſanguiniſque maſſam ſordibus & fœdâ illuvie inquinatam atque conſpurcatam repurgare. Huius uſus ſæpe repetendus, & ad quindenam ſaltem prorogandus, ſi malum contumacius renitatur, nec facilè cedat propter fomitem penitiùs inſidentem, in longius tempus æger huius oxymelitis uſum producet.* Hæc via & ratio expugnandorum magnorum affectuum contra naturam optima & tutiſſima eſt, non autem primo quoq; tempore violento pharmaco ipſos extirpare, ut multi perperam factitare ſolent: fidem facit hoc *oxymel magiſtrale*, cuius ope & dote atque uſu ſæpè repetito *tum paralyſis tum pervicaciſſima quæque venereæ lues, etiamſi nodoſa & tophacea, etiamſi ulcerationes carioſas & cancroſas comites habeat, ſenſim & paulatim domatur, & radicitus evellitur.*

N. 2. Quod ſi oxymel diſpliceat, ſume *vinum album*, quod majorem cum natura, quàm oxymel ſocietatem habet, cæteraque ut dicta ſunt perfice: *Ita enim concinnatum longè utilius erit hoc remedium obæſis hominibus & temperaturis pituitoſis, iiſque qui jam vino aſſueti ſunt: quemadmodùm oxymel temperamento calido & bilioſo donatis, & abſtemiis convenientius judicatur, ſi aquarũ cardui benedicti & ulmariæ loco, aquam fumariæ & cichorii addideris.*

N. 3. Si viſum fuerit, alio præparationis modo coque faciliore & breviore, oxymel componere poteris: maximè ſi aceti medicati jam expoſitæ differentiæ non ubivis locorum paratæ inveniantur. Si itaque non ſit ad manum *acetum roſaceum*, *bugloſſatum ſambucinum*; *aut aliud* quodvis, cuius tamen ope opus tibi eſſet, ſatis erit, ſi ſuo tempore horum medicamentorum *flores aut conſervæ aceto* admiſceantur, quod ſi etiam *paſſulati aceti, aut veronicæ ſive floris caryophylli* non ſuppetat copia, adde ſuo loco *uvas Damaſcenas vel Corinthias* ſufficienti quantitate, *aut veronicas*. Igitur ut exerceamus pharmaceuticæ ſtudio-

ſum in extemporaria oxymelitis compoſitione, in medium proferemus exempli loco oxymelitis diuretici & aperientis noſtræ deſcriptionis formulam, *cuius uſus erit, dum viſcerum obſtructiones tollere, dum incidere, attenuare & diſſolvere humores viſcidos & concretos, urinas ciere menſtruumque fluorem præter natura inſtitutum ſuppreſſum provocare: quinetiam dum calculum renum atterere & comminuere paulatim & ſenſim voluerimus:* Deſcriptio eſt huiuſmodi.

9. Oxymel diureticum.

℞. *Mellis albi Narbonenſis provincialis aut Hiſpanici (quale optimum judicatur & fæcibus minus abundans)* ℔ ij.

Quibus primò addes.

Aquæ itidem ℔ ij.

Blando igni hæc committantur, ut ſecundum artis præſcriptum fæculentia deponatur, quæ tamen pauca erit: qua penitus ablata, admiſcebis ℔ vj. *aquæ & duas aceti generoſi, ſive albi ſive rubri* non refert, vel unam & ſemiſſem, ſi minus acidum affectes: huic miſcellæ fictili vitreato convenienti contentę, adjicies quæ ſequuntur:

℞. *Rad. Taraxaci*
Valerianæ
Vincetoxici
Rubiæ tinctorum
Aſari
Tringij
Fœniculi
Petroſelini ana ℥ ij.
Ononidis
Raſ. Corticis Fraxini
Capparum
Tamariſci ana ℥ x.
Sem. Raphani
Bardanæ
Aniſi
Coriandri
Fœniculi dulcis
Petroſelini
Aſparagi
Cinnamomi electi
Caſſiæ ligneæ ana ℥ ß.
Flor. Hyperici
Geniſtæ
Sambuci ana p. ij.

Omnia ſimul coquantur ad medietatum conſumptionem, poſt trajiciantur ſemel atque iterum per manicam Hippocratis ad meliorem clarificationem.

Habebis oxymel ad ea accommodatum, quæ ſuprà commemoravimus, de quo utendum ad pluſculos dies, doſis ℥ iij.

Huius oxymelitis parandi ratio valdè facilis eſt, ad cuius normam infinitas alias formulas componere licebit, quæ non majorem quàm apozemata difficultatem, ſi parandi modum ſpectes præ ſe ferent.

Apud *Nicolaum Myrepſum, Meſvaum aliosque veteres auctores*, imò etiam *recentiores*, reperies alias oxymelitis ſpecies tam humoribus præparandis, quàm expurgandis dicatas: quo in numero eſt *oxymel helleboratum maius Iuliani*, tantopere à *Geſnero* celebratum adverſus *morbum comitialem, & varios alios* morbos, ut jam diximus

ximus. Verùm non fuit noſtrum inſtitutum, quæ paſſim in aliorum ſcriptis recitantur, in hanc noſtram pharmacopœam coacervare: accedit præterea, f. ..llimum fore etiam tyroni, ſi vini hellebor ati, cuius antea fecimus mentionem, parandi modum norit, ad eius exemplar oxymel efficere hellèboratum, tum maius, tum minus. Inſtat jam ut de hydromelite pauca dicamus.

Cap. XVI.

De Hydromelitum componendi ratione & varietate.

PRincipem locum huiuſce tractatus dabimus *vinoſo hydromeliti*: quandoquidem potionis genus ſit ſuaviſſimum, æquè alimentarium, ac medicamentoſum, iis affectibus maximè peculiare, quibus vinum damnoſum eſt & nocuum, ut ſunt *paralyſes, arthritides, &c.*

Exhibentur.

1. *Hydromel vinoſum.*
2. *Hydrom. ſimplex officinarum.*
3. *Hydrom. cum ſeu ceraſor.*
4. *Hydrom. citri & ſ.*
5. *Hydrom. antiparalyticum.*
6. *Hydrom. antepilepticum.*
7. *Melicratum vinoſum aromaticum.*
8. *Hydrom. alexipharmaaum.*
9. *Hydr. alexiph. domeſticum.*
10. *Hydrom. contra peſtem.*

1. Hydromel vinoſum.

℞. *Mellis albi Narbonenſis optimi & granulati partem unam*
Aquæ pluviæ partes quinque.

Ponantur in cacabum æneum ſtanno incruſtatum, his liquoribus recipiendi ſatis capacem, *mel & aquam* ſimul confunde, hæc tamen pluſquàm tepida & calidiuſcula eſſe debet, dum melli ſociatur, fiat horum coctio, ſed blando calore procurata, id eſt, quàm minimùm ſines ferveſcere: atq; interim ſpumam cochleari ſolido vel perforato diligenter auferes, ipſumq; decoctum ad unius tertiæ conſumptionem conſumi permittes: adæquatæ coctionis nota tibi erit, ſi ovum recens injectum non demergatur, ſed ſupernatet. Totum artificium in coctionis modo conſiſtit, proinde induſtrium te & accuratum eſſe oportet, ne in illius defectu aut exceſſu pecces. In mellis bonitatem etiam attendere debes: Si enim primæ notæ fuerit, minorem expoſcit coctionem, ſi ab illa recedat maiorem. Porrò materiam perfecte coctam adhuc mediocriter calentem per duplicatum pannum tranſmittes, vel per *Hippocratis manicam*, ſed amplam & huic miniſterio tantùm dicatam, ut ita exquiſitius craſſior fæx ſecernatur. Tum tranſfundes in dolia *vinum malvaticum* olim recipientia, vel in alia quæ ex vaſe, quod vinum album idq; generoſiſſimum continuit, fabricata fuerint. Expones deinde diebus canicularibus ad Solis radios, vel potius in hypocauſtum.

ſtum calidum transferes, vel etiam ſupra furnum collocabis, in quo quotidie panificia coquuntur. Relinques illic menſem vel ſex hebdomadas in fermentationis & defæcationis gratiam. Tandem vaſcula in cellam traduces. Uſus erit non ante trimeſtre: intereà temporis hydromel vinoſum penitus fit, ſimulque redditur vino malvatico è Creta aſportato: atque hic modus vulgaris eſt.

N. Qui enim tartari tincturam elicere norunt illiuſq; tantùm in ſingula dolia addunt, quantum poteſt capere putamen ovi, & qui artem tenent fermentum adjungendi ipſi hydromeliti ut augeatur & producatur ebullitio, potionem multò præſtantiorem efficiunt, quæ nihil mellei ſaporis guſtui repræſentat, nunquam aceſcit, & quæ diutiſſimè integra ſervatur, imò hydromelita paratum in dies melius redditur, & quo antiquius, eò generoſius evadit.

Vires: *Huiuſmodi hydromel* quemadmodum nuper deſcriptum, *utile eſt provecta jam ætatis hominibus, pituitoſis, aſthmaticis, paralyticis, epilepticis, podagricis, calculoſis & ſimilibus quibus vini uſus interdicitur.*

N. 1. *Ex commemorato malvatico vino noſtro artificiali, extrahitur præſtantiſſima aqua vitæ, vino longè accommodatior ad eliciendas rerum eſſentias.*

N. 2. *Idem etiam hydromel vinoſum non deſtillatum optimum organum ad plurimorum medicamentorum extracta conficienda. Ex illo quoque acetum componitur validum ac vegetum quod vinoſo aceto non cedit ad diverſa remedia, & diverſis oxymelitis compoſitionibus aquè conveniens ac acetum vulgare.*

2. *Hydromel ſimplex officinarum.*

Hydromel ſimplex quo communiter pharmacopœi utuntur ita fit.

℞. *Mellis optimi* ℔ *j.*

Aquæ ℔ *viij.*

Fiat commiſtorum coctio ad perfectam mellis deſpumationem. Tot hydromelitis ſpecies præparari poſſunt, quæ vel *morbificum humorem excernunt, vel excretioni idoneū reddunt*, quot oxymelitis, eademq; etiam medicamenta recipere poterunt, prout agendorum ſcopi dictitabunt & inſinuabunt.

3. *Hydromel cum ſucco ceraſorum ad ſitim ſedandam.*

℞. *Aquæ fontanæ* ℔ *xij.*

Mellis albi ℔ *ij.*

Coquantur ſimul, donec expurgata ſint, hoc eſt mel amplius ſpumam non emittat: Adjice

Succi ceraſorum acidulorum ℔ *ij.*

Rurſus bulliant parùm, ſpumam auferendo quàm fieri poteſt accuratiſſime, tum hydromel è ceraſis habebis ſaporis jucundiſſimi.

4. *Hydromel citri & ſim.*

Eodem plane modo conficies è ſucco citri aliiſq; ſuccis acidis & gratis, ut inde *fiant potiones dulcacidæ ſuaviſſimæ,*

viſſima, & ad omnes febres oxyſacchara potiores & aptiores.

5. *Hydromel antiparalyticum.*

℞. *Rad. Acor.*
Enul. c. an. ℥iß.
Herb. Hyſſop.
Paralyſ.
Flor. Lil. convall.
Calend.
Lavend. ana p. ij.

Macerentur hor. 24. in ℔ vj. hydromelit. ſimpl. dein coq. ad medietatis conſumptionem tum demum tranſcolentur per man. Hippoc. & aromatizentur cum pauco cinam. & nuce moſchata.

Capiat ℥ iiij. mane & veſperi totidem.

6. *Hydromel antepilepticum ex Tetr.*

℞. *Raſ. Lign. buxei* ℥ *iij.*
Rad. Enul. camp.
Viſc. q.
Coryl. an. ℥iß.
Raſur. c. c.
Lign. Rhod. an. ℥ *j.*
Sem. Card. bened.
Citr.
Rut. an. ℥ß.

Macerentur per hor. 24. in ℔ viij. *hydromel. ſimpl.* dein coquantur ad unius tertiæ conſumptionem, addendo ſub finem coctionis

Flor. Til. arb.
Lil. conv.
Calendul. an. p. ij.
Rad. Scyll. praparat. ℥*j.*

Demum tranſcolentur per manicam Hipp. aromatizentur, ſi velis cum pauco cinam. & fiat hydromel antepilepticum.

7. *Melicratum vinoſum cum multis aromatibus paratum, mecum ab illuſtriſſimo principe Friderico piæ memoriæ, electore Palatino communicatum.*

℞. *Mellis optimi & albiſſimi partem unam, vel* ℔ 10.
Aquæ pluviæ, ſi haberi queat, aut fluviatilis partes ſex vel ℔ 60.

Imponito in cacabum reſpondentem copiæ hydromelitis quam componendam ſuſcepiſti: utrumque ſimul confundito, coquito, & craſſiorem fæcem deſpumando detrahito: deinde *herbas*, quæ ſequuntur reſiccatas imponito, ſacculoq; concludito, videlicet,

Salviæ
Arthemiſiæ
Hyſſopi
Origani
Hormini
Betonicæ ana M. j.

Propterea alio nodulo recipito

Baccarum lauri craßiuſculè conquaſſatarum ℔ *j.*

Flor. Lupuli m. iij.
Hordei integri p. iiij.

Omnia ſimul bulliant, & à ſpuma expurgentur ad partis tertiæ conſumptionem, ita ut liquor ovum recens immiſſum in ſuperficie ſine demerſione contineat, ut jam antè demonſtravimus: fiat omnium exquiſita per pannum trajectio. Colatura recondatur uno aut pluribus doliolis, prout quantitas liquoris poſtulat. Vaſa autem vinum album generoſum antè adſervarint quæ etiam firmiſſimè ligneis circulis coagmentata ſint, ne diſſiliant aut diſrumpantur ſpirituum agitatorum efferveſcentia. Elapſis tribus aut quatuor diebus à fervore per vaſorum latiuſcula & ſuperna orificia nodulum ſuſpendito, cuius hæc eſt materia.

℞. *Cinnamomi*
Garyophyllorum.
Galangæ
Piperis
Granorum paradiſi ana ℥ß.

Aliquot dies ferveſcendo & fermentando liquori concedito: Tandem ſingula vaſa ad eorum capedinem replebis eodem liquore: quem quibuſdam lagenis ſervatū oportuit, & arctè obturabis appoſito operculo: ſed memineris aromaticum nodulum relinquendum eſſe. Poſt tres menſes liquorem habebis planè vinoſum; linguam jucundiſſimè afficientem & oblectantem, nec minus utilem maximè hyemalibus frigoribus, ſi manè jejuno ventre quotidiè ad duas aut tres uncias aſſumatur.

Mirificè enim ſpiritus exhauſtos reparat, obtuſiores ſenſus illuſtrat, & acuit, oculos imbecilliores corroborat, hebetiores juvat, auditus gravitatem & difficultatem ſanat, omnibus principibus partibus robur & firmitatem addit. cordi ſcilicet, cerebro, quinetiam ventriculo maximè languenti & debilitato. Et, ut uno verbo dicam, eſt languidæ ſenectutis refocillatio, levamen caloriſq; reſtauratio; deniq; ad contracturas, paralyſes & ſimiles affectus frigidos, quibus ſenectus obnoxia eſt, ſalutare præſidium judicatur. *Melicratū Senectutis.*

8. *Hydromel alexipharmacum.*

℞. *Rad. Tormentill.*
Scordii
Scorzoner an. ℥j.
Dictamn. m. j.
Raſuræ modulo incluſæ
Santal. citrin.
Eboris
C. C. an. ℥ß.
Sem. & cort. citr. an. ʒ iij.
Flor. Geniſt.
Bugloſſ.
Roſar. rub. an. p. j.

Poſteaquam hæc omnia prius macerata fuerint, in hydromelit. ſimplicis vel oxymel. lib. 3. ſpatio hor. 12. ad tertiæ partis conſumptionem decocta, colentur per manicam Hippocratis, ac tantillo cinam. aromatizentur.

Doſis ab ℥ ij. ad iij. matutino tempore

pore aſſumenda, duabus ante cibum horis.

9. *Hydromel alexipharmacum domeſticum.*

℞. *Aquæ pluvialis quadraginta veluti libras.* In hac aquæ quantitate bullire facies *duas libras tartari candidi electi*, non minus pulchri quàm cryſtallini: quod mediocriter conquaſſandam curabis, & ab omnibus fecibus craſſioribus & purgamentis, multis aquæ lotionibus adhibitis, abluendum, ea prorſus, qua fieri ſolet in cremore Tartari præparando, ratione. Id totum duarum aut trium horarum ſpatio, in vaſe æneo bene compacto bulliat, ac ſpumis emergentibus depuretur, & demum aqua per manicam tranſcoletur, ut purior & clarior evadat.

Super quindecim ejuſdem aquę pintas paulò calidioris, duas pintas adjice mellis Narbonenſis, omnia cum aqua prædicta probè miſcendo, & ad lentum ignem decoquendo, uſque ad tertiæ partis conſumptionem, vel donec decoctio ovum recens valeat ſuſtinere: hoc enim ovum ſupernatans perfectæ concoctionis ſignum erit manifeſtum.

Quando verò ſemel hæc coctio refrigerata fuerit, per manicas Hippocratis laxiores, & ad illud accommodatas tranſcolabitur, ut magis ac magis ſemper a fecibus depuretur, quæ impediunt, quo minus illa diutius conſervari poſſit & aciditatem contrahere faciunt.

Hæc decoctio poſtmodum transfundi debet in doliolum ligneum, ad tales uſus paratum, quod antea vino albo optimi liquoris continendo inſervivit, modo tamen in prædicto doliolo, hæc ſimplicia & aromata quæ ſubſequuntur, impoſueris:

Rad. Scorzoneræ
Angelicæ
Zedoariæ
Tormentillæ
Leviter conquaſſatarum an. ℥ iiij.
Grana Iuniperi matur.
Sem. Cardui benedicti.
Cort. ſiccorum citri an. ℥ iij.
Fol. ſicca Scordii
Scabioſæ
Dictami an. m. ij.
Cinnamomi
Macis
Cardamomi an. ℥ ij.
Raſura, Cornu cervi
Eboris in uno
vel pluribus nodis indita an. ℥ ij. ß
Flor. Bugloſſi,
Violarum
Calendulæ
Hyperici
Roriſmarini an. p. ij.

Ubi ſimul hæc omnia in prædicto doliolo repoſueris, decoctionem, de qua ſupra egimus, in illud infundas, ibique aliquandiu fermentari & ebullire ſinas: vas præfatum ſoli diebus æſtivis exponendo, vel rectius hypocauſto, hyemali tempore. Poſtquam ebullitio & fermentatio perfecta fuerit, in aliud vas transferenda

erit materia, hoc eſt, hac decoctione doliolum aliud bene compactum, erit omnino replendum, quod accuratè occludes, & in aliqua cella repones, ubi melius adhuc poterit fermentari, antequam per ſex aut ſeptem hebdomadas ipſo utaris: ſic enim liquor mirum in modum guſtui erit acceptus, nec multum à vino malvatico diverſus, imò verò utilis ſimul & ſalutaris conficietur.

Ex hoc vino ſic præparato, ſingulis matutinis ad duos digitos haurire poteris, ut peſtem à te procul expellas.

10. *Hydromel contra peſtem.*

Cum eodem *hydromelite, & ſolis Iuniperi granis*, valde maturis, ad debitam quantitatem adjectis, *hydromel vinoſum præſtantiſſimum, gratiſſimumq; ſimul contra peſtem conficies.* Modo ſi in huiuſmodi decoctione & fermentatione, ea, quam declaravimus, ratione proceſſeris.

Cap. XVII.

De Syrupis.

Syrupi, quorum ſaccharum baſis exiſtit, in nullo uſu erant tempore *Hippocratis, Aretæi, Galeni, Aetii & aliorum* his coætaneorum, qui tamen vinum ad certam conſiſtentiam coctum, ſapam ab illis appellatum, uſurpabant. *Galenus* multis in locis huius mentionem facit, ut colligere licet ex *cap. 5. lib. 3. de compoſitione medicamentorum per genera, & ex lib. 12. meth. circa finem.* Hoc nomine etiam decoctum quodlibet, ſuccuſvé melle dulcoratus comprehendebatur, ut patet ex c. 1. lib. ſexti ſecundum locos. Porrò hæ antiquorum remediorum formulæ ſyruporum noſtrorum claſſe contineri poſſunt, de quorum nominis etymologia ſolus *Actuarius* inter veteres verba facit, quo loco etiam ſacchari meminit, recenſens enim formulas compoſitioneſque remediorum, quibus medicina utitur, tandem cùm ventum eſt ad potiunculas ſive liquidiora remedia hæc ſcribit: *Aut aquam decoquentes ad tertias, & colantes eum tantùm liquorem jam medicamentoſum uſurpamus aut cum altero quopiam, puta vino, melle, ſapa, vel eiuſmodi alio conveniente propinamus aut quod proportione iis reſpondet σάχαρ nuncupatum: vel, mel prout, expedire arbitramur: denuò cum medicamento, quouſque convenerit ac conſtiterit, coquimus & σιρόπιον vel ζουλάπιον. nos verò hodie ferè ſyrupum vel julepium barbara voce nominamus.* l. 5. cap. 10 method.

Hinc patet *ſyrupum nihil aliud eſſe, quàm medicamentum conſiſtentia liquidiore præditum compoſitum*, vel ſtillatitia aqua, vel ex ſucco, infuſione & decocto radicum, foliorum, florum, fructuum, & ſeminum, plantarum, quæ omnia ſint cocta convenienter & ad amuſſim, cum ſaccharo aut melle, ad conſervationem longiorem & guſtum jucundiorem. Syrupus quid?

Jam

Syruporum differentia. Iam verò *Syrupi* ſecundum *Meſuaum*, in *ſimplices* & *compoſitos*, dividuntur.

Simplex Syrupus duobus modis dicitur, aut *compoſitionis aut efficaciæ ratione.*

Qui *Simplex* dicitur *propter compoſitionem* paratur ex ſucco, maceratione, aut decoctione partium unius tantùm plantæ; admiſcendo tantum ſacchari quantum ſatis fuerit, & ad legitimam conſiſtentiam decoquendo. Componitur etiam ex ſolis aquis ſtillatitiis plantarum: hujuſmodi autem remiſſionem & minorem coctionem poſtulat: utendi tempore etiam plerumque conficitur, & ab Arabibus peculiariter Iulep. nominatur.

Simplex Syrupus ratione effectus is vocatur, quòd quamvis ex plurimis ſimplicibus concinnatus ſit, tamen unico deſtinatus eſt tantùm operi: aut enim attenuat, aut aperit, aut inſpiſſat, aut calefacit, aut refrigerat; aut ſimili cuidam indicationis ſcopo operam & opem ſuam dedicat.

Compoſitus. *Compoſitus ſyrupus nuncupatur ratione diverſorum medicamentorum ipſum conſtituentium*, ſive factus ſit ex ſuccis variis ſimul commiſtis, quemadmodum ſyrupus *bizantinus Meſuai* paratur ex ſolis ſuccis endiviæ, apij, lupulorum, bugloſſæ, clarefactis & coctis cum idonea ſacchari copia: ſive componatur ex iiſdem ſuccatiunculis, quibus alia multa incoquantur: ſive ex ſolo radicum, corticum, foliorum, florum, fructuum, & ſeminum plantarum decocto, ut eſt *ſyrupus bizantinus compoſitus ejuſdem Meſuai: ſyrupus acetoſus diarrhodonis Meſ. ſyrupus de arthemiſia, de praſsio, de hyſſopo, &c.* qui ex aqua communi fiunt, vel pluvia, vel ſtillatitia: Aliquando vinum etiam additur, ut in *ſyrupo de abſynthio*: aliàs acetum, ut in *ſyrupo bizantino compoſito Meſuæi: acetoſo diarrhodon* ex eiuſdem authoris deſcriptione: quin etiam *ſyrupus acetoſus*, ex ſolo aceto & ſaccharo componitur.

Videtis hic paucis expreſſam præcipuam diviſionem quam faciunt Dogmatici, ſuorum ſyruporum, quorum maxima ex parte apud illos uſus eſt, in præparandis & mitigandis humoribus, ut attenuati, deterſi, liquati, & domiti, faciliùs cedant catharticis medicamentis, quorum uſum præparantia illa præcedere debent, ut teſtis eſt Galenus variis in locis: *propterea numeroſis ſyrupis præparatoriis, & ſingulis eorum ſcopis ſtatim ſubjungunt ſyrupos tam ſimplices, quàm compoſitos, purgatoria dote inſignitos: quales exiſtunt ſyrupi ex g.* inſuſ. violarum & roſarum ſimpl. & compoſ. cum agarico, & ſyrup. de cichor. cum rheo, ſyrupus Sabor cum ſenna paratus & cæt. *Hujus etiam colligere licet ſyruporum diviſionem, qua alij ſunt purgantes, alij non.* *Uſus ſyruporum.* *Comment. 3. in Aphor. 24. l. 1. & l. 2. Aphoriſ. 9.*

Atque hæc generatim dicta ſunt in gratiam novorum & juvenum medicorum, & pharmacopœorum, quibus præcipuè noſtros hoſce labores dedicamus: Quare hanc rem denuò reſumemus, & magis ſpeciatim ut doceantur, tractabimus. Nefas enim exiſtima-

ſtimarem, duo illa ſuprema capita, tanti in medicina momenti, *de humorum vitioſorum preparatione, & eorumdem purgatione ſcilicet*, perfunctoriè, & quaſi ſicco pede percurrere.

Quid in ſyruporum doctrina reformandum. Proinde ut inſtitutæ à nobis methodi veſtigiis inſiſtamus, *catalogum preparantium ſyruporum* proponemus, nec quoslibet, ſed communiores & magis neceſſarios ad medicinam faciendam commemorabimus: ordine digeremus calidos, frigidos, mediocres, tum ſingulos ſingulis humoribus accommodatos, & peculiariter convenientes atq; etiam pro afflictæ partis conditione apponemus. Aliqoot ſyrupos quoque expungemus, quorum diſpenſatio inutilis videtur, aut ſaltem non neceſſaria: In eorum autem locum ſubſtituemus alias novas ſyruporum formulas, eaſque perquàm utiles & opportunas, quæ in vulgariũ Pharmacopolarum officinis non proſtant. Multa caſtigabimus, quæ perperàm in parandi modos irrepunt: tandem hoc caput de ſyrupis tot facilibus, efficacibus & variis compoſitionum formulis ditabimus & decorabimus, ut lector quilibet, modò humanitatem omnem, & gratum benevolumque animum non exuerit, aut mali genij particeps, vel critico reprehendendi ſtimulo percitus non extiterit, anſam arrepturus ſit meos labores celebrandi exhibendique gratæ mentis teſtimonium.

Syrupi calefacientes hac ſerie continentur.

Syrup. de Abſinthio
Arthemiſia
Betonica ſimpl.
Beton. compoſ.
Calamentha
Cort. citrij
Epithymo
Hyſſopo
Mentha minor
Mentha major
Praſio
Quinque radicibus
Stœchados ſimpl.
Stœchados compoſ.
Thymo

Syrupi refrigerantes.

Syrup. Acetoſus ſimplex
De ſucco acetoſæ
De agreſta
Berberorum
Acetoſitat. citri
De ſucco cichorij
De coroneis
De endiu. ſimpl.
De ſucco ceraſorum
De granatorum acidorum ſucco
De granatis dulcibus
De limonibus
De nenuphar. ſimpl.
De nenuphar. compoſ.
De papave ſimpl.
De papau compoſ.
De pomis ſimpl.
De portulaca
Violarum

Syrupi temperati.

Syrup. Acetoſus compoſ.
Acetoſus diarrhodon

De

De Borraginis ſucco
De bugloſſa
Byzantinus ſimp:
Bezantinus compoſ.
De endiu compoſ.
Fumar. ſimpl.
Fumar. compoſ.
De glycyrrhiza
Injubinus
Lupulorum
Myrtinus
Ex mercuriali
De duabus & quinque radicibus.
Sabor compoſ.
De ſcolopendria
De ſcabioſa
De veronicæ ſucco.

Ex his ſyrupis alij præparant ſive concoquunt pituitam, alij bilem atram: alij verò flavam.

Pituitam præparantes in genere ſunt.

De duabus & quinque radicibus
De mentha { *Minor* / *Major* }
De ſtoechade { *Simplex* / *Compoſitus* }
De praſſio
De pœonia
De hyſſopo
De betonica { *Simplex* / *Compoſitus.* }
De calamentha
De arthemiſia
De abſinthio
De corticibus citrij
De eupatorio
De rubia tinctorum

Exhibentur cum aquis.

Fœniculi
Apij
Abſinthij
Salviæ
Nepetæ
Menthæ
Petroſelini
Baſiliconis
Maioranæ
& ſimilibus

Melancholicum ſuccum digerentes ferè hi ſunt:

Syrup. De fumaria
De lupulis
De ſucco borraginis
De ſucco bugloſſæ
De ceterach ſive ſcolopendria:
Capill. veneris
Bizantinus
De thymo
De epithymo
De pomis

Exhibentur cum aquis.

Pomorum redolentium:
Bugloſſæ
Borraginis
Lupulorum
Fumariæ
Meliſſæ
Scolopendriæ
Florum ſambuci:
Geniſtæ

Bilem flavam concoquentes:

Syrup. Violarum

Ex

Ex infuſione violarum
De ſucco violarum
Acetoſæ { *Simplex* / *Compoſitus*
De ſucco acetoſæ
De ſucco cichorij
Endiviæ
De ſucco ceraſorum
De ſucco protulacæ
Myrtinus
De limonibus.
Acetoſitatis citrij
De agreſta
Berberis
De cotoneis
De nymphæa { *Symplex* / *Compoſitus*
Acetoſus
De granatis
De papavere

Exhibentur cum aquis.

Lactucæ
Nenupharis
Roſarum
Violarum
Portulacæ
Acetoſæ
Cotoneorum
Endiviæ
Cucurbitæ
Cichorij
Solatri

Syrupi alij alijs potentiores. Inter iam enumeratos ſyrupos, alij in præparandis humoribus mitius agunt, alij vehementius: prout videlicet humor alius alio eſt craſſior, viſcoſior, tenacior, aut præparationi, attenuationi & liquefactioni minus idoneus. Nam ut pituita alia eſt tenujor: alia verò craſſior ac glutinoſior: ita humor melancholicus alius aquoſus ſive ichoroſus, ut vult *Hippocrates:* alius verò inſtar tartari & fæcum aceti, fæculentus eſt, ut atrabilarius. Pro varia igitur humorum natura, alij ſyrupi, minori vel majori operandi poteſtate præditi, uſurpandi ſunt. Quod medico imprimis obſervandum, & cognitu pernecesſarium eſt, ut aptum præparando humori præſcribat remedium. Choleræ præparandæ exemplo hoc clarius patefaciemus.

Cûm enim bilis adeò interdum efferueſcat, ut corpus ipſum erodat ex ſententia *Galeni*: nonnunquam autem incaleſcat ſimul & incraſſetur, ut in bilem vitellinam convertatur: alias tenuior fiat, qualis eſt pallida, ut idem docet *Galenus* pluribus in locis: boni ac periti medici partes erunt, adverſus prædictæ *bilis incommoda* ſyrupis uti, nunc refrigerantibus & mitigantibus, nunc attenuantibus & incraſſantibus ad eius craſſitiem incidendam, & incraſſandam contra nimiam ipſius tenuitatem. *Comment. in Aphoriſ. 16. 2. prog. noſt. li. de nat. fac. 2. & 1 de atrabile.* *Digeſtio ſive præparatio bilis.*

Ad bilis fervorem contemperandum conveniet.

Syrupus de *ſucco violarum*, *de ſucco acetoſæ, de ſucco portulacæ, acetoſus ſimplex, de limonibus, de granatis, cum aquis portulacæ, lactucæ, melonum, fragarum & id genus alijs, cum quibus concinnari poterunt Iulepi.*

Si bilis ab exceſſu caloris, ut in febribus ardentibus plerumque accidere ſolet, uſque adeò incraſſatur, ut in vitel-

vitellinam degeneret, & in hepate, meſenterio, & partibus aliis nutritioni famulantibus obſtructiones pariat: vtendum erit ſyrupis attenuantibus & aperientibus, citra tamen manifeſtam calefactionem: in quem finem præſcribendi ſunt *ſyrupi endiuiæ & acetoſæ compoſiti*, *ſyrupus acetoſus diarrhodon a Meſuæo deſcriptus*, *ſyrupus bizantinus ſimplex & compoſitus*, & *id genus alij, cum aquis agrimoniæ, abſinthij, lupulorum fumiterræ, ſcolopendriæ, graminis, valerianæ, &c.*

Syr. attenuantes bilem.

Sic ad bilem nimis tenuem incraſſandam mirificè conferunt *ſyrupi papaueris, portulacæ, nymphææ, myrtillorum, agreſtæ, berberorum, granatorum, cum aquis lactucæ, melonum, portulacæ, nymphææ.*

Syr. incraſſantes bilē.

Hæc breuiter de *ſyrupis*, humorum præparationi aptis monuiſſe ſufficiat.

Syrupi ſpecifici.

Notandum eſt prætereà ſyrupos illos omnes certis quibuſdam corporis partibus eſſe appropriatos: nõnulli enim dicuntur *cephalici*, qui cerebri affectibus appropriati ſunt, velut *ſyrupi betonicæ, ſtœchados, pœoniæ, meliſſæ, &c.*

Syrupi Cephalici.

Nonnulli ſunt thoracici ſiue pectorales, vti *ſyrupi iuiubarum, papaueris rhœados, de ſucco ſcabioſæ tuſſilaginis, capillorum veneris, de liquiritia, de praſſio, de hyſſopo, & ſimiles*: quorum alij tenues incraſſant humores, alij craſſos & viſcoſos attenuant, & vna eademque opera anacatharſin ſiue expectorationem promouent.

Pectorales.

Alij ſunt cardiaci, vti *ſyrupi acetoſitatis citrij, limonum, de ſucco arantiorum acidorum, ceraſorum & granatorum, de ſucco bugloſſæ, borraginis, &c.*

Cardiaci.

Stomachici ſunt.

Syrupi 2. mētha maior & minor, de abſinthio, 2. de ſucco acetoſæ, de roſis ſiccis, de agreſta, myrtinus, &c. Horũ illi roborant ventriculum à nimia frigiditate languentem, & pituitoſas, crudas, & mucilaginoſas impuritates, in eius tunicis tenaciter inhærentes, detergunt & emundant, ſimulque flatus diſcutiunt: hi verò conferunt ad cõtemperandam bilem, ipſumque ſtomachum à nimia ipſius acrimonia laceſſitum & debilitatum adſtringendo corroborant.

Hepatici ſunt, *ſyrupi de ſucco cichorij, de ſucco endiuiæ, byzantinus ſimplex & compoſitus, acetoſus diarhodon.* Horum alii ardorem hepatis compeſcũt & reſtingunt: alij verò eiuſdem obſtructionem, quæ fomes eſſe ſolet plurimorum affectuum, & ipſarum plerumque febrium, reſerant & tollunt.

Hepatici.

Sic lieni conducunt *Syrupi de ceterach ſiue ſcolopendria, lupulorum, fumariæ, & de pomis, &c.*

Splenici.

Nephritici.

Renum affectionibus proſunt *ſyrupi de althea & fructuum alkekengi.*

Hyſterici.

Matrici verò ſuccurrunt *ſyrupi de artemiſia, de mercuriali, &c.*

Ex tanta ſyrup. multitudine plurimi occurrunt, qui ad enarratos vſus, & eaſdē partes adaptari poſſunt:

Digitized by Google

In officinis ſunt multi Syrupi non neceſſarii.

plures qui ſuperuacanei, paſſim obſoleti, ac minus neceſſarij, ex diſpenſatoriis prorſus eradicandi ſunt: nonnulli prætereà nondum ibi deſcripti inueniuntur, quorum tamen diſpenſationi incumbere debet induſtrius quiuis pharmacopœus, eoſque in officinis paratos adſeruare, ob magnã illorum vtilitatem: ſiquidem remedia exiſtunt ſpecifica ad plurimos grauiſſimos morbos. Horum nobis partem communicarunt viri hinc inde doctiſſimi & rei medicæ experientiſſimi: plurimam verò partem illorum, noſtro marte & arte adinuenimus, quos ſimul certa experientia à nobis comprobatos animo liberali, publici nunc iuris facere placet.

Sequitur catalogus ſyruporum, de quibus nobis ſermo eſt.

Syrupus *Violaceus, tribus modis paratus*
Mucharum, ſiue ſyrup. infuſionis roſarum
Citoniorum ſine ſaccharo
De pomis cum ſena
Florum calendulæ
Primulæ veris
Lauendulæ
Flor. tiliæ arboris
Liliorum conuall.
De ſucco peti ſeu Nicotianæ { *Simplex* / *Compoſitus* }
De ſucco hederæ terreſtris
Florum papaueris rheadis
De ſucco ſcordij & Scorzoneræ { *Simpl.* / *Cõpoſ.* }
Hyperici
Centaurij minoris
Florum camomillæ
Florum ſambuci
De granis maturis ſambuci
Florum ebuli
De granis maturis ebuli
De granis hederæ
Florum geniſtæ { *Simplex* / *Compoſitus* }
Fructuum ſenelorum { *Simplex* / *Compoſitus* }
De ſucco alchimillæ
Plantaginis
Saniculæ
De ſucco mercurialis
De ſucco radicis bryoniæ
Syrup de Caſſia. de Caſſia & manna, &c. vide in Caſſia.
Helleboratus minor Q.
maior Q.
Cinamomi cum aqua propria
Aniſi cum aqua propria
Cinamom. cum vino
Nucis moſchat.
Piperis
Gariophyll.
Aniſi ſimpl. cum vino
Fœniculi ſ. cum vino
Sem. Peon.
Seminib. ſaxifrag.
Milij ſolis
Baccar. Lauri
Iuniper.
Rad. Angelic.
Zedoar.
Hyſſop.
Thymi
Roſmarini ſimpl. c vino
Ex ſolo vino Villanouani
Purgantes cum vinis & aquis
Ex aromatibus & ſeminibus calidis v. g.
Cinamomi

Ani-

Digitized by Google

Antipilepticus
Alexipharmacus
De ruta capraria
Magiſtratus contra peſtem
E gemmis v.g. Corallorum
Perlarum
Aliarum gemmarum
Tincturis florum ac fructuum.

Quorum præparationis imitatione, quilibet peritus medicus, & qui vel tantillum in philoſophia & medicina Hermetica ſit verſatus (hæc enim Dogmaticæ, plurimum adfert ornamenti) poterit infinitos alios ſyrupos componere, in quibus *hyacinthus, granata, aliique pretioſi lapides,* baſis vicem ſubibunt, & plures contumaces affectus edomabunt.

Huiuſmodi ſyrupos, nequaquam triuiales, neque plebi notos, in publicam lucem nunc producendos iiſque pharmacopœam noſtram reſtitutam locupletãdam cenſemus; quorum facultas & vis ſpecifica potentiſſima eſt & efficaciſſima ad omnes vniuerſi corporis affectus, *vt paulò poſt ſumus oſtenſuri.*

Syrupi aromatum & odoratarum.

Addemus inſuper his, in maiorem operis noſtri gratiam, ſicut & ſuprà polliciti ſumus, omnis generis ſyrupos haud vulgares, *ex aromatibus & ſimplicibus odoratis*, vnde olea elici poſſunt paratos, veluti ſunt

Cinamomi
Garyophyllorum
Nucis muſcatæ
Carpobalſami
Cardamomi
Piperis
Ligni aloës
Rad. angelicæ

Syru. *Zedoariæ*
Sem. fœniculi
Aniſi
Peoniæ
Baccarum Lauri
Iuniperi
Fol. Et flor. ſaluiæ
Roſmarini
Hyſſopi
Thymi
Serpilli
Maioranæ
Cort. Citrij
Arantiorum, & ſimilium.

Quorum omnium præparatio vna eademque eſt, eaque facillima, qua ſyrupis cunctæ corporum ſimpliciũ dotes ac virtutes, longè perfectiùs imprimuntur, quàm euenire ſolet in vulgari ſyruporum præparatione. Addemus præterea *modum eliciendi multorum florum tincturas*, eaſque in ſyrupos vel iulapia concinnandi.

Præparationes, proprietates, ac vſus ſyruporum noſtræ deſcriptionis, ad quorum normam complures, qui vulgares ſunt, reformari poſſunt.

Non diu hîc in deſcribendis ſyru. vulgarium formulis ſiue ij calidi ſint, ſiue frigidi, aut temperati, immorabimur: illa enim trita nimis & vulgaria ac vel minimo pharmacopœæ tyroni notiſſima ſunt, quorum etiam numeroſam ſupellectilem ſuppetunt diſpenſatoria, quo lectorem ablegamus:

Digitized by Google

Artis ſpagirica nobiles operationes.

Syrup. igitur nonnullorum haud vulgar. acceſſione, nunc pharmaciã noſtram amplificabimus, eamque ditabimus quibuſdam ornamentis, à ſpagirica arte mutuatis, *quæ ſolâ digeſtione & putrefactione, cruda concoquere, amara dulcorare, acidáque & acria contemperare docet*, etiam ſine ſacchari additione. Hac methodo medicamenta eiuſmodi ritè præparata, etiam in minori doſi exhibita, vtiliora, & guſtui gratiora redduntur, ſuaque munia iuxta tres illas conditiones, tantoperè ab *Hippocrate* commendatas, *citò, tutò, & iucundè*, perficiunt.

Syrupis in vniverſum præparandis inſeruiunt potiſſimum *radices, ſemina, folia & flores vegetabilium*. *Ex foliis & floribus* tanquam partibus plãtarum mollioribus exprimitur ſuccus; *ex radicibus & ſeminibus* plerunque fiunt decoctiones aut infuſiones, quæ cum certa ſacchari quantitate, poſteà in ſyr. decoquuntur.

Syrupi vt retineant ſaporem & odorem ſuorum ſimpliciũ interdum etiam colorem.

Noua quædam methodus componendorum ſyrup. reſeruatis propriis coloribus & odoribus innoteſcere cœpit: de quibus in pharmacopol. antiquorum, vel etiam recentium ne gri quidem: quo artificio hoc noſtrum ditabimus opus. Paradigmatis loco ſumemus *ſyr. violarum*, eiuſque præparandi aliquot trademus methodos, quibus proprium florum illorum & odorem ſuauem, & pulchrum ſimul colorem conſeruabimus.

1. *Syrupus violatus violaceus.*

I. MODVS.

Syr. viol. aliquot modi.

Accipe *flores violarum, ſuo tempore virentes*, quibus foliatim ſtudioſè examinatis, quicquid album virideque ipſis adfuerit, diligenter admodum ſecernendum, adeò vt nihil aliud præterquam quod violaceum ſit, relinquatur: neque hîc in re pulchra & vtili, labori parcendum erit: collecta florum optimè mundatorum ſatis bona quantitate, in mortario marmoreo, piſtillo ligneo contundantur, veluti in conſeruarum præparatione vſu venire ſolet. Accipe *horum florum ita contuſorum ℥ iiij. ſacchari* (inſtar ſacchari roſati perfectè ex arte cocti ℔ j. infunde ſaccharum illud ita coctum, & adhuc feruens in mortario, quo dicti flores continentur, & omnia probè in vicem miſce, ac ita in infuſione ſine per 24. horas: dein modicè calefacta per torcular exprimantur: Et ita habebis *ſyrupum violatum violaceum*.

II. MODVS.

Aut ſi voles, *ex floribus illis contuſis* præloque ſuppoſitis, *ſuccum educes: cuius accipe ℥ iiij. ſacchari albiſſimi ℥ vj.* mixtis omnibus, & in cucurbita vitrea poſitis, ſtent in baln. Mar. feruenti per duas horas, vſque dum ſaccharum optimè ſolutum, & in conſiſtentiam ſyrupi decoctum fuerit. Spumam, ſi quæ adſit, ſpatula ſeparabis, & elegantem eximiumque habebis ſyrupum.

III. MO-

Digitized by Google

III. MODVS.

Vel *accipe flor. optimè*, vt ſuprà, *mundatorum* ℔ *j. aquæ pluuialis, vel violarum* ℔ *ij.* macerentur per 24. horas; dein prælo exprimantur: expreſſioni adde eamdem quantitatem nempe ℔ j. eorummet florum recentium, & per idem temporis ſpatium denuò macerentur, ac tandem exprimantur: reiteretur eadem operatio quater vel quinquies: quò pluries, eò meliùs. Vltimæ expreſſioni, ad ℔. iij. aut quatuor circiter redactæ, addi poſſunt *ſacchari* ℔ *xij.* & inditis omnibus in vas vitreum aut ſtanneũ, ſinantur in B. M. calido vſque ad iuſtam ſyrupi decoctionem.

Huius ſyrupi vim ac facultatem ſi reddere cupis præſtantiorem & efficaciorem, adeò *vt clementer & benignè purget:*, aquæ communis vel aq. violarum loco infuſio fiat cum duabus libris ſucci violarum: atque ſi eundem ſyrupum in minori quantitate præparare ſit animus, de præſcriptis doſibus tantum detrahes, quantum videbitur.

En triplices illos modos, iuxta quos non tantùm violarum, ſed omnes etiam, omnium aliorum florum ſyrupos conficies, qui impragnati ſint ac tincti proprio ſuo ſapore & odore, in quibus qualitatibus rerum omnium virtus ac eſſentia præcipua conſiſtit.

Cùm igitur circa infuſiones verſemur, inque pharmacia maximus ſit vſus ſyrupi nouem infuſionum de roſis pallidis, qui *mucharum* dicitur; non alienum erit ab inſtituto, ſi eiuſdem vnam atque alteram formulam noſtræ deſcriptionis hîc addiderimus. Artis enim ſpagyricæ beneficio, ſyrupi in tantam virium amplitudinem excreſcunt, vt vulgares illos multis poſt ſe ſtadiis facilè relinquant. Ad horum exemplar alios plures componere licebit. Neque hæc ipſa, in opere hoc noſtro amplificando, inter minimas recenſenda erit reformatio.

2. Mucharum ſiue ſyrupus infuſionis roſarum Quercetani.

℞ *Succi roſarum pallidarum, vel ſucci roſarum rubrarum* (quas vt aptiores magis probo, ob propriam & natiuam adſtringendi dotem, qua laxandi vim in remediis ex roſis pallidis concinnatis corrigunt) ℔ *vj. in his infunde roſarum pallidarum mediocriter contuſarum* ℔ *iij.* & in B. M. tepido ſinantur per 24. horas: dein omniũ fiat expreſſio: *addendo nouarum roſ. pallidarum contuſarum* ℔ *iij.* digerantur omnia in Bal. Mar. per 24. horas: dein exprimantur, addendo denuò *nouarum roſ. pallid.* ℔ *iij.* reiteratis omnibus infuſionibus, digeſtionibus, & expreſſionibus, vſque ad nonenam vicem, aut pluries, ſi vim in eo laxandi efficaciorem reddere voles. Vltima expreſſio in vno vel pluribus vitris reponatur ad digerendũ in B. M. tepido per 24. horas, aut amplius: donec in fundo vaſis appareat hypoſtaſis quædam ſiue ſedimẽtum ſpiſſum craſſumque: reliquum clareſieri & rubeſcere incipiat rubini inſtar, aut vini rubicundiſſimi. Purum ab impuro ſeparabis per inclinationem, hoc eſt, clarum à turbi- *Digeſtio Syrup.*

Digitized by Google

do ſeu fæcibus, quas ſeorſim reſeruabis: repoſito eo, quod clarefactū depuratumq; tibi videbitur, in alio vaſe nouo & capaci, iterum digeri permittas in B. M. tepido horis 24. & denuò ſedimentum in fundo ſubſidere animaduertes, ſed non prorſus idem cum priori. Iterumque ſeparata parum ab impuro, & craſſamentum in fundo remanens transfundendo, priori adde: & exquiſitiùs depuratum priori infunde rurſus vaſe mundo & cloto: & iugiter continuabis eamdē operationem, donec fæces amplius nullæ in fundo conſpiciantur: quod perfectæ depurationis ſignum eſt.

Aq. roſarū ex infuſione depurata. Ex perfectè depurata hac eſſentia, in alembicum cui collum cum recipiente ſuo adaptatum ſit, indita, elicies *liquorem mercurialem, ſiue aquam roſarum præſtantiſsiſsimam.* Reſiduum decoctione inſpiſſabitur, & dulcorabitur in ſyrupum, qui ad ℥. ß. vel drachmas ſex ad ſummum, cum propria aqua ſumptus, benignè vtiliterque purgabit. Huius generis remedia non ſine longiore temporis ſpacio, neque ſine labore, & induſtria elaborantur. Sed quid hîc laborioſum videbitur ei qui maxima illorum commoda ſpectauerit? Sanitas enim (qua pretioſius nihil, nihilque nobilius in vita humana dari poteſt) per illa in mediocritatis ſtatu, ſartaque tecta conſeruatur. Quinetiam eiuſmodi politiores & ingenioſæ præparationes, conueniunt principibus viris, ac præcipuè iis, qui delicatæ teneræque ſunt naturæ, quique trita illa & gregaria purgantia, magna nimis & faſtidioſa doſi exhibita, vix ferre, ac ne aſſumere quidem poſſunt.

Syr. vt diu conſeruandus. Sin verò ex prædicto ſucco præparare velis *ſyrupum, in longius tempus adſeruandum*, doſique minore, quam communiter in ſyrupo roſato ſolutiuo, exhibendum: quique nihilominus ſine magno negocio feliciſſimè operetur, ſicuti huius rei veritatem, experientia facilè euincat: *ſucci huius ſummè depurati vnciis xvj.* oportebit addere *ſacchari albiſsimi* ℥ iiij. vel vj. & in digeſtione ponere, idque in B. M. feruenti per 24. horas: & habebis ſyrupum ad iuſtam conſiſtentiam decoctum, præclariſque dotibus, (de quibus paulò ante) præditum.

Compendium. Quod ſi nimium ſubterfugere laborem, tempuſque abbreuiare malis: poſt primas nouem infuſiones & expreſſiones, & vnicam ſaltem aut alteram in B. calido digeſtionem atq; depurationem ad craſſiores fæces ſeparandas, quod nulla vnquam clarificatio cum oui albumine facta præſtabit: huius materiæ craſſo modo ſolummodò depuratæ vnciis ſexdecim adde ſacchari ℥ viij. vel x. dein more communi decoque, & excellentem habebis ſyrupum, qui ad vnciam vnam tantum exhibitus plus operabitur, quàm vulgari modo paratus, licet ad ℥ ij. vel tres exhibeatur.

Additio de hactenus enarratis ſyrupis, notatu digna.

Spiritus vitrioli & ſulphuris ſyrupis additum. Si ſyrupo roſarum, poſt primas infuſiones, digeſtiones & expreſſiones, aliquot guttulas ſpiritus aciduli vel vitrioli, vel ſulphuris addideris (vel

tum

Digitized by Google

miſcendi, aciditatis gratia. tum addere potes, cum ſyrupus iam fuerit abſolutè & perfectè præparatus) non tantum color ſyrupi pulchrior ac rubicundior inſtar rubini apparebit, ſed guſtum etiam ſuauiorem, viriumque præſtantiam longè maiorem, vel ad ipſum purgandum corpus, acquiret.

Quin etiam ſyrupi violati violacei, ad iuſtam gratamque aciditatem, cũ prædictis liquoribus redacti (ponderis hîc iudex, guſtus ſolus eſt) in purpureum & elegantiſſimum ſimul colorem tinguntur. Sumi poſſunt vel per ſe ex cochleari, vel cum *ptiſana*, vel aqua, quæ rubicundiſſimi vini colorem induet, & gratiſſimum ſaporẽ repræſentabit. *Medicamen hoc extinguit omnes ardores febriles, & inflammationes internas, arcet omnes corruptiones, ſedat ſitim ardentiſſimam, ſtimulat appetitum,* & vt paucis, multa complectar, *præſtantiſſimum ac vniuerſale eſt remedium, quod hac via methodóque preparatum, ſolum, & quidem cum laudabiliori effectu, abſoluet officium omnium ſyruporum acetoſorum, de ſucco acetoſæ, de ſucco limonum, acetoſitatis citrij de granatis, de agreſta, quos aliàs cæteris in tota Medicina anteferendos, magiſque neceſſarios æſtimamus.*

Tempus nunc inſtat, vt eadem methodo, qua inſiſtere hactenus cõſueuimus, breuiter ac ſuccinctè deſcribamus illas ſyruporum formulas, quibus officinæ vulgò deſtituuntur, quarum fœcundo acceſſu, dignoque ornamento noſtram pharmacopœã amplificandam decorandamque ſtatuimus: ne inani ſteriliique *Reſtitutæ* nomine ac titulo ſuperciliosè ſuperbire videantur.

Digeſtiones, depurationes, & ſeparationes puri ab impuro, quarum conditiones iam in variis illis ſyruporum violatorum & roſatorũ præparationibus plus ſatis expoſuimus: hæ, inquam, operationes, nobis iam exemplar conſtituant, ad cuius normam varias ſyruporum iam deſcribendorum formulas, maiori breuitate perſtringemus.

3. Syrupus cytoniorum ſine ſaccharo.

Paratur igitur per hanc digeſtionem, & depurationem & ſeparationem fæcum, ſiue puri ab impuro ſyrupus excellens *ex ſucco cytoniorum*, cuius virtutis mirabilis admodum eſt. *Nam præterquam quod corroboret ventriculum, vrinam inſuper prouocat, & ſudorem & ventrem laxat, eſtque excellentiſſimum remedium.* Totius autem magiſterij operatio fiat in Bal. M. ne adultionem redoleat: ſi addere velis ad ℔ j. ſacchari ℥ ij. vel tres, ſyrupus gratior erit guſtu, virtute interim eius nequaquam imminuta.

His ſyrupis ſupradictis adiungam ſyrupum de pomis redolentibus cum ſena noſtra deſcript. qui guſtu ſuauis & ad omnes affectiones atrabiliarias ſiue melancholicas vtilis eſt, quique omnibus, vel etiam iis à quibus medicina ægerrimè aſſumitur, vt prægnantibus & infantibus omni tempore commodè exhiberi poterit.

4. Syrupus de pomis cum ſena Quercetani.

℞ *Succi de pomis redolentibus* ℔ *j. ß.* huic

huic admiſce *ſuccorum citri vel limoniorum, recenter extractorũ & depuratorũ* ℥ *iiij.* vel quantũ ad aciditatẽ aquæ dictæ inducendam ſufficit: his adde

Fol. Senæ elect. ℥ *ij. ß. vel tres*

Cinamomi conquaſſati ℥ *j.*

Flo. violarum recentium, aut exſiccatorum & optimè mundatorum p. ij.

Bugloſſæ p. j. vel eiuſdem conſeruæ ℥ *vj.*

Macerentur omnia in balneo tepido per duos dies continuos, & aqua iſta tingetur in elegantiſſimum calorem purpureum, & impragnabitur virtutibus ſimplicium additorũ: dein fiat omnium colatura & expreſſio, addendo

Succi pomorum redolentium rec. extracti, ℥ *vj.*

Sacchari violati ℥ *x.*

Omnia probè agitata cum vno vel duobus albuminib. ouorum clarificentur, dein coquantur ad ignem lẽtum in conſiſtentiam ſyrupi: qui & viſu iucundiſſimus & guſtu gratiſſimus, *cætera quæuis purgantia & ſyrupos huius ordinis, naturæ & qualitatis præſtãtia & vtilitate ſua facilè ſuperabit:* ad huius normam plures alios componere licebit.

Nota, quod huiuſmodi aciditates admixtæ, iuuent attractionem proprietatum & tincturarum rerũ, quod pro ſingulari & maximo ſecreto habendum eſt. Sed ſi loco ſucci citrij aquam tuam acidulam reddideris cũ liquore acidulo ſalis marini vel ſulphuris, aut vitrioli, præſtantior multò euadet ſyrupus.

5. Syrupus calendulæ.

Vt ſyrupus fiat calendulæ, eius ſucci accipienda erit ℔ *ß. quem in B. M. per 3. vel 4. dies depurabis, ſeparando ſemper purum ab impuro, ſicuti ſuprà præcepimus. Huic ſucco ita præparato, adde ſacchari albiſſimi* ℔ *j. Decoque in ſyrupũ in B. M. vt artis eſt.*

Aut ſi eundem conficere velis per infuſionis modum, paradigmatis loco tibi præponas ſyrupum violatum, per infuſionem paratum: cuius deſcriptio ſuprà habetur.

Mirari hîc ſubit, quòd cùm huius floris, qui elegans admodum & prorſus ſolaris exiſtit, tanta ſit excellentia & præſtantia, vt etiam vel in media hyeme, qua cæteri languentes, & emortui iacent vigeat & floreſcat, ꝙ vtique ſignum eſt inſignis virtutis balſamicæ (qua præ cæteris abundat, & cuius fauore à temporum iniuria præſeruatur) & hinc etiam magna virium poteſtate non poſſit, non excellere: mirari, inquam, ſubit, ꝙ antiqui eũ, in vſum medicum vocare neque ex eo ſyrupos, conſeruas & ſimilia remedia componere non dignati fuerint, quod tamen in aliis quamplurimis floribus qui non ſunt tanti momenti, factitatum conſtat. *Huius floris notitia nihilominus tamen ſeſe prodidit, veluti alibi monuimus, per inſignem ſuam efficaciam & vim in corroborandis facultatibus, animali ſcilicet & vitali, & propter vim quamdam ſpecificam, qua paralyſibus prodeſt, & contracturis, non ſecus ac inter gemmas Hyacinthus:* quo etiam nomine ſyrupus noſter ad eiuſmodi affectus, æquè, vel etiam magis commenda eſt, quam

6. Syrupus florum primulæ veris.

Hic ſimili modo, ad enarratum vſum reformari poteſt.

Digitized by Google

7.8.9. *Syrup. Lavend. Fl. Tiliæ & Lil. conv.*

Syrupi florum lauendulæ, flor. tiliæ arboris, & liliorum conuall. iuxta eamdem methodum præparati, ſpecifica pollent poteſtate: prior aduerſus apoplexiam, poſteriores duo ad omnis generis epilepſias.

10. *Syrupus de peto ſimplex noſtræ deſcriptionis.*

℞. *Succi peti* ℔ *iiij.*
Hydromelitis ſimplicis ℔ *j.*
Oxymelitis ſimplicis ℥ *iiij.*

Omnibus ſimul mixtis in matracio vitreo capaci fiat digeſtio in B.M. per 2. vel 3. dies, intereà temporis craſſior ſedimenti portio in fundo vaſis apparebit: tunc per inclinationem, magna induſtria, ne turbida fiat materia, ſeparabis purum ab impuro, hoc eſt craſſum illud ſedimentum, à claro & pellucido liquore: quo iterum in noua digeſtione poſito, in cæteris progredieris vt ſuprà: donec materia ab omni fæculentia depurata fuerit, adde poſteà ſacchari ℔ ij. & in ſyrupi conſiſtentiam decoque.

CAVTIO.

Succus peti *opus habet perexquiſita & ingenioſa digeſtione, qua ſola vera omnium rerum correctiones dulcorationes, & contẽperationes perficiuntur, ac omnes acres, malignæ, & venenatæ qualitates ſecernuntur ac tolluntur. Cuius rei euidens habemus teſtimonium* in helleboro, tithymalo, & eſula minori: *ex quibus per hanc ſolam rationem, varia & ſaluberrima concinnantur remedia: hoc inſuper in peti ſucco manifeſtè euincitur, qui licet potens ſit in prouocando vomitu, & in corpore tam supernè, quàm infernè perturbando: digeſtionis tamen interuentu in ſyrupum abit præſtantiſſimum aduerſus omnes affectus aſthmaticos, in quibus pulmonum bronchi, pituita craſſa ac viſcoſa adeò infarciuntur, vt intercepta reſpiratione ſuffocationis periculum immineat: in quo caſu ſyrupus hic, ritè præparatus, & adminiſtratus mira præſtat: Cerebrum inſuper à catarrhis ſiue fluxionibus ſeroſis & frigidis liberat.* *Vſus in pulmonum affectibus.*

Doſis eius eſt dimidium cochleare tantum, vbi tamen à principio ſumma opus eſt circumſpectione: poſteà verò doſis augenda erit. *Præterquam quod pectus mirificè euacuat per ἀνακάθαρσιν per inferiora quoque potenter educit.*

11. *Syrupus de peto compoſitus.*

℞ *Succi peti vt ſuprà depurati* ℔ *ij.ß.*
Hydromelitis ſimplicis ℔ *j.*

In quibus macera per duos tréſve dies ad ignem baln. Mar.

Herb. Hyſſopi
Polytrici
Adianti
Flor. Tuſſilaginis
Stœchados
Violarum
Buglossæ ana p. ij.
Sem. Bombacis.
Vrticæ
Cardui benedicti ana ℥ *j.*
Folicul. Senæ ℥ *iij.*
Agarici recent. trochiſcati ℥ *j.*
Cinnamomi
Macis
Garyophyllorum ana ℥ *j.*

Dein fortiter exprimantur, digerantur denuò ad perfectam fæcum deputa-

depurationem: in ℔ j ß. colaturæ adde ſacchari ℔ j. ß. coquantur in ſyrupum.

Vſus ad eoſdem affectus. *Ad anheloſos & aſthmaticos, alioſque affectus omnes pulmonum, à frigidis & craſsis humoribus subortos, qui pulmonum bronchiis inhærentes, vel tuſsim antiquam vel ipſam dyſpnœam pariunt, excellentiſſimum remedium. Doſis ℥ j. ß. vel ℥ ij. ad ſummum.*

12. *Syrupus de ſucco hederæ terreſtris.*

℞ *Succi hederæ terreſtris* ℔ ij. ß.

Digeratur & purificetur ad ignem baln. Mar. vt ſuprà: cui ſucco ita perfectè depurato adde

Sacchari toſati ℔ j.
Penidiorum ℥ iiij.

Coquantur in ſyrupum. *Singulare præſidium ad phtoam ſeu vlcera pulmonum, de hoc vtendum exhibe ex cochleari.*

13. *Syrupus de ſucco papaueris rheadis.*

℞ *Succi papaueris rubei*, quo menſe Iulij in campis ſegetes rubeſcere cōſpiciuntur ℔ iiij. digeratur & depuretur per ſe in B. M. vt ſuccus violarum ſuprà: additis poſteà *duabus libris ſacchari, & tantundem penidiorum:* in ſyrupum redigantur omnia.

Eundem quoque præparare licet (ſi libet) per infuſionem florum cū ipſorum propria aqua: quæ deinde æquis partibus ſacchari candi ac penidiorum in ſyrupum decoquantur.

Vſus in pulmo. inflam. *Hic ſyrupus ſingulare præſidium eſt in omnibus thoracis inflammationibus, in peripneumonis, & ipſis etiam pleuriſibus* (*pleuriſi &c.*) *detur ex cochleari aliquot vicibus, idque vel per ſe, vel cum aqua ſcabioſæ & cardui benedicti: & mirandos videbis effectus.*

4. *Syrup. ſcord. & Scorzoneræ ſimplices.*

Syr. Scordij ſcorzioneræ cordiales. Syrupi ſimplices ſuccorum ſcordij, & ſcorzioneræ ad eundem modum, vt ſuprà præparati, ſunt cordiales, & ſuccurrunt peſtilentibus affectibus, lipothymiis, & omnis generis venenis.

15. *Syrupus ſcordij compoſitus.*

Etiam admirandis eſt præditus virtutibus, & in hunc modum conficitur.

℞ *Succ. ſcordij depurati* ℔ iij.
Succi limonum depurati ℔ j.
Succi ſcorzioneræ ℔ ß.

In quibus macerentur,

Rad. Angelicæ
Zedoariæ craſsiuſculè conquaſſatorum ana ℥ j.
Fol. Diptamni m. ß.
Cardui benedicti ℥ j.
Granorum alkermes ℥ ß.
Conſeruæ florum
Buglosſæ
Roſmarini &
Enulæ campanæ ana ℥ vj.
Cinnamomi ℥ j.
Croci ℥ ß.
Camphoræ ℈ j.

Omnibus in matracium inditis, fiat digeſtio in baln. Mar. feruido per 24. horas aut amplius: dein exprimātur, & cum albumine oui clarificentur: At vt omnia melius depurentur, denuò in digeſtione poſita, eo vſque ſinantur, donec à materia nullæ planè fæces amplius ſecerni aduer-

aduertantur. Huic ſucco ità depurato addatur ſaccharũ ad pondus quartæ quintæue partis ad ſummum, & fiat ſyrupus: *De quo detur vnum atque alterum cochlear per ſe vel cum aqua vlmariæ, idque ad præſeruationem & curationem, contra omnis generis venenatos & peſtiferos affectus, vt ſuprà dictum.*

Vſus in venenatis affectibus.

Sudorem modicè prouocat, & pellit cuncta venena à corde, eiuſque circumuicinis partibus: hinc etiam confert morbillis & variolis infantium, epilepſiis, & aliis affectibus, quos maligna comitatur qualitas. Singulos deceret pharmacopœos, in officinis ſuis paratum potiùs habere talem aliquem ſyrupum, quàm multos alios planè inutiles, & quorum ferè pleraque pars non facit, niſi ad ornatum externum & ad friuolam inanemque pompam.

16.17. *Syrup. flor. hyperici & Centaur. min.*

Syrup. flor. Hyperici & Cẽtaur. minoris cõtra corruptionem ventriculi.

Ad *ſyrupos florum hyperici & centaurii minoris* quod attinet, ijs nunquam carere deberent officinæ, ob ſummam ipſorum vtilitatem & neceſſitatem: *prior inſtar balſami omnibus reſiſtit corruptionibus ventriculi, aliorumque viſcerum: & ſingulare ſpecificumque eſt medicamentum, contra vermes ſiue lumbricos & omnis generis affectus vermiculares: poſterior febrium, ex bile ortarum, ferociam compeſcit, ac facillimo negotio edomat, ac billioſum illum ſuccum benignè euacuat ac educit: hepar inſuper cæteráque viſcera ab obſtructione liberat; & omnis generis icteritia conducit.* Hic ſyrupus in ſe continet proprium ſuum rhabarbarum, ita vt eiuſdẽ additione opus non habeat, ſicuti id neceſſariò requiritur in ſyrupo cichorij cum rhabarbaro. *Centaurium* enim ex quo cõponitur, nuncupatur etiam fel terræ & febrifuga. Denique eius præparatio, ſiue cum ſucco, ſiue per infuſionẽ ſit inſtituenda, eodem ſe habet modo cum iis, de quibus ſuprà iam mentionem fecimus.

Vermes.

Febr. bil.

Obſtruct.

18.19. *Syrupi florum camomillæ & ſambuci.*

Horum etiam vſus infrequens & perrarus exiſtit, ſi per infuſionẽ præparentur (hi enim flores non multò abundant ſucco.) *Optima ſunt anodyna ad omnis generis dolores conſopiendos, tam à flatibus, quàm aliundè profectos, tum in ventriculo, tum in imo ventre.*

20.21.22. *Syrupi florum & ſeminum ebuli, ac Sambuci.*

Per infuſionem præparati, ſingularia ſunt auxilia in hydrope ad ſeroſos humores purgandos.

Syr. ebuli contra hydropem.

23. *Syrupus granorum hederæ.*

Sic præparatus, ad eoſdemmet vſus porrigatur. Doſis eſt tantùm vnicum cochleare.

Syr. hederæ.

24. *Syrupus florum geniſtæ ſimplex.*

Hunc concinnare licet, vel cum ſucco, vel per infuſionem, idque iuxta methodum ſuprà præſcriptam: *præſtat ad ducendum humorem melancholicum, ad tollendam obſtructionem, & ad abolendã inflammationẽ & ſcirrhum, quibus malis aliàs lien infeſtari plerumq; ſolet.*

Syr. Fl. geniſtæ ſimp.

Lienis obſtruct.

25. *Syr. geniſtæ compoſ.*

Compoſitus *vires habet multò efficaciores ad educendum ſuccum atrabilarium, & ad obſtructiones ſcirrhoſóſque tumores lienis ſoluendos*, componendi eius ratio ea eſt, quæ ſequitur.

Digitized by Google

℞ *Succorum. Flor. geniſtæ* ℔ *iij.*
Succ. Summitatum fraxini
Folior. Fumariæ ana ℔ *j.*
His adde
Herb. Hepaticæ
Ceterach ana m. j.
Flor. Borrag.
Bugloſſæ
Violarum
Epithymi ana p. ij.
Sem. Fœniculi
Aniſi
Cardui benedicti ana ℥ *vj.*
Cinnamomi ℥ *ij.*

Macerentur ad ignem B.M. feruidum: dein fortiter exprimantur: in qua expreſſione denuò adde, & macera vt prius, per triduum ad eumdemmet ignem Bald.

Polypodij querni contuſi ℥ *j. ß.*
Pulpæ tamarindorum ℥ *iij.*
Folicul. ſenæ ℥ *iiij.*

Tandem fortiter exprimantur, & cum *oui albumine* clarificentur: addendo *ſacchari albiſſimi* ℔. *ij. & ſyrupi de pomis redolentibus ſimplicis* ℔. *j.* fiat ſyrupus, vt artis eſt, miræ virtutis ad enarratos vſus. Doſis ab ℥ j. ad ℥ ij. per ſe ex cochleari, *vel cum aqua flor. geniſtæ.*

Melanch. Hypocondr. *Hic ſyrupus porrò ad melancholiam hypochondriacam, omneſque morbos ab humore ſalſo vel bile natos conducit, pſoram, impetiginem, ſerpiginem, itémque malum mortuum curat.*

Syr. Senel. contra calculum. Syrupus ſenelorum ſiue fructuum paliuri: *tam ad præcautionem, quàm ad curationem calculi confert: renes purgat ab arenulis, & tartareis viſcoſiſque humoribus, qui per venas emulgentes eò translati, genitricem calculi cauſam fouent:* hic fructus ſaporis eſt dulcacidi, & coloris rubri: vterque tam ſapor quàm color in eo abundè ſatis produnt ſpiritum vitriolatum, omni ſolidæ craſſæque ſubſtantiæ diſſoluendæ aptum: vnde ſpecificum calculi remedium eſſe facilè colligitur.

26. *Syrupus ſenelorum ſimplex: Quercetani.*

℞ *Aqua ſenelorum*, Autumno, ſiue ſuæ maturitatis tempore deſtillatæ ℔ iiij. vel partem maiorem, ſi velis maiorem eius quantitatem parare: ſin minus, quatuor illius libras, vti dictum, accipe: in quam aquam tamen prius infundere oportet *acidulum liquorem vitrioli vel ſulphuris*, ad gratam aciditatem ipſi conciliandã. Craſſus & materiatus aliquis cenſor, qui eiuſmodi æthereorum cœleſtiumque liquorum proprietates animo concipere neque poteſt, neque vult, nimis addictus cortici externo, interioriſque rerum medullæ minimè ſollicitus, acidulam reddat (modò velit) dictam aquam, *ſuccis citrii & limoniorum*, naturam vitrioli participantium: qui acidi liquores omnes, etiam inſignis ſunt efficaciæ, ad rerum tincturas extrahẽdas, quãuis hoc pauciſſimis notum ſit. Huic ſucco iuſta gratáque aciditate perfuſo, addantur *fructuum ſenelorum* ℥ *vj.* & macerentur in B. M. feruenti per biduum: aqua intereà temporis colorabitur, & tincturis virtutibuſque ſenelorum imprægnabitur. Dein fortiter exprimantur omnia per linteum: in qua expreſſione denuò infundan-

Digitized by Google

ſundantur, vt anteà, eorundem fru-ctuum ℥ vj. idque ter quatérue rei-terando. Et ita *liquor erit rubicundus ac miris dotibus inſignitus*, qui digera-tur & depuretur in B. M. per 24. ho-ras: dein per inclinationem ſepare-tur purum ab impuro, ſicuti alibi iam ſatis declaratum eſt: materiæ de-puratæ, vitibuſque ſucci ſufficienter tinctæ & impragnatæ, adde ſaccha-rum albiſſimum ad pondus mediæ partis: dein decoquantur omnia in ſyrupum, qui *efficax eſt contra calcu-lum*, vt ſuprà.

Circa huius ſyrupi ſenelorum de-ſcriptionem, hîc & aliam noſtræ de-ſcriptionis formulam addere placet, iuxta quam ſi concinnatus fuerit, maiori virium poteſtate, quàm prior ille, donabitur, *tum ad præſeruandum, tum ad curandum calculum*. Præpara-tionis eius methodus talis eſt:

27. Syrupus Senelorum compoſ. Quercetani.

℞ *Dictæ aquæ ſenelorum, tincturis & pro-prietatibus proprij fructus iam im-prægnatæ, vt ſupra* ℔ *ij.*
Succorum fructuum alkakengi & limonum ana ℔ *ß.*
Sem. Fœniculi dulcis
Saxifragiæ
Raphani
Bardanæ ana ℥ *j.*
Milij ſolis ℥ *ij.*
Cinnamomi ℥ *ß.*

Digerantur omnia in Bal. M. fer-uenti per biduum aut triduum, dein clarificentur, tandemque cum ſac-chari ſuff. q. decoquantur in ſyrupū. Doſis ab ℥ j. ad ℥ ij. *tam ad præſeruatio-nem, quàm attritionem & expulſionem calculi plurimùm valet.*

28. 29. 30. Syrupi de ſucco planta-ginis, & ſaniculæ.

Iuxta ſupradictam methodum pa-rati, *curant omnia vlcera interna, præci-pueque in renibus & veſica.*

31. 32. Syrupi de ſucco mercurialis, & rad. bryoniæ.

Iuxta eundem modum, vt ſuprà, concinnati, digeſti, & perfectè depu-rati, & decocti, cum debita quantita-te mellis vel ſacchari, *purgant & mun-dificant matricem, malignis tetriſque im-puritatibus ſcatentem, fluorique muliebri proſunt.*

33. Syrupus belleboratus minor Quercetani.

℞ *Fibrarum hellebori nigri ſelectiſſi-mi* ℥ *x.*
Agarici rec. trochiſcati ℥ *ij.*
Folicul. ſenæ mundatorum ℥ *iij.*
Turbith
Hermodactylorum ana ℥ *j.*
Aniſi
Fœniculi
Cort. citrij ana ℥ *ß.*
Garyophillorum
Macis
Cinnamomi ana ℥ *ij.*

Macerētur in ſuff. q. & æquis par-tibus oxymelitis ſimpl. vini maluati-ci & aquarum meliſſæ ac fumariæ, vaſe vitreo optimè clauſo, in B. M. moderatè calido per quatriduum: tandem aucto calore fiat leuis ebulli-tio & expreſſio: omnia denuò mace-rentur ad idemmet Bal. Mar. tepidū per biduum ad maiorem coctionem & fæcum depurationem: huic depu-

Digitized by Google

ratæ & clarificatæ materiæ adde *ſyrupi de pomis redolentibus ſolutiui*, *& ſyrupi de ſucco roſ. pallid. ſacchari roſati & violati ana* ℥ iiij. vt fiat ſyrupus lentè omnia coagulando.

Omnibus morbis à materia tartarea, craſſa, ac tenace, à phlegmate, aduſta bile aut melancholia dependentibus, in capite, thorace, ventriculo, hepate, liene, vtero, ipſiſque articulis, mirum in modum confert.

34. Syrupus helleboratus maior Quercetani.

℞ *Rad. Hellebori nigri, veri & electi* ℥ j. ß.
Polypodij querc.
Sem. Carthami ana ℥ ij.
Viſci querni
Viſc. Cory. ana ℥ j.
Turbith gummoſi
Agarici trochiſcati
Aſari ana ℥ vj.
Sem. Pæoniæ
Aniſi
Citrij
Cardui bened.
Acetoſæ ana ℥ ß.
Diptamni cretenſis
Flor. Tiliæ arboris
Calendulæ
Centaurij minoris
Hyperici ana p. ij.
Violarum
Bugloſſæ
Nymphææ ana p. j. ß.

Macerentur in ſuff. q. oxymelitis ſcillitici, & aquæ fumariæ, idque in vaſe vitreo optimè clauſo, ad ignem Baln. Mar. per duos dies ad minimū, dein fortiter exprimantur & clarificentur. In ℔ ij. huius colaturæ macera deinceps, & digere ad eundemmet ignem Baln. per 4. dies.

Rad. Hellebori nigri veri & electi ℥ j.
Folicul. ſenæ ℥ iij.
Macis
Garyophyllorum
Cinnamomi ana ℥ j.

Denuò fortiter exprimantur, & per vnum aut alterum diem in eodēmet Bal. Mar. quàm optimè purificentur, vt artis eſt, ſemel aut bis in die ad minimum fæces, quas in fundo vitri ſubſidere percipies, reiiciendo, & quod purius eſt, denuò purificando, idque reiterando, donec materia nullas amplius fęces deponat ad fundum vaſis. His peractis adde *ſacchari viol.* q. ſ. & coquantur in ſyrupum, addendo ſub finem coctionis *rhabarbari ſeorſim in ſucco roſ. pallidarum macerati & expreſſi* ℥ j. ß. miſce fiat ſyrupus mediocriter coctus: Doſis eſto ℥ j. vel ℥ ij. Per ſe exhibeatur, vel *cum aqua lilij conuall.* ſemper addendo potioni guttulas aliquot *ſpiritus vitrioli* ex arte præparati. Atque *is vnus eſt ſyruporum noſtrorum purgantium antepilepticorum, cuius omnibus æquè ſiue ij ſint infantes aut fœminæ, ſiue iuuenes aut ſenes, obœſi aut macri, ſiue cuiuſuis temperamēti homines, tutus eſt vſus, cum doſin exhibendo, quæ pro cuiuſuis ægrotantis debili aut robuſta natura ſatis eſſe poßit. Idemmet auxilium apoplexiis, paralyſi, & melancholiæ, aliiſque id genus morbis, validas etiam, fixâſque radices habentibus, ſummè conducit.*

36. Syrupus cinnamomi ex propria aqua.

Cinnamomi craſſo modo contuſi ℥ iij. *vel iiij.* iniiciantur in alembicum, ſuper-

Digitized by Google

peraffundendo *aqua fontanę q.ſuff.*& maceretur in loco frigido per biduū vel triduum, dein deſtilletur. Huius *aqua deſtillata* accipe ℔ j.

Sacchari ℔ ß.

Et coque in conſiſtentiam ſyrupi, qui totum cinnamomi odorem & ſaporem refert.

Ad hunc modum fieri poſſunt ſyrupi ex qualibet *aromatum* ſpecie, ex omnibus *ſeminibus*, *herbis & floribus* calefaciendi proprietate præditis, vti ſuprà in *capite de Aquis* iam dictum eſt. Exempli gratia

36. Syrupus cum aqua aniſi.

Recipe Aniſi ℔ *j. vel ij.*

Contunde & pone in Al. ſuperfunde ℔ viij. vel x. aquæ fontanæ; maceretur per viginti quatuor horas, antequam ad ignem admoueatur: poſtea deſtilletur ſecundùm artē: vbi *aqua & oleum aniſi* ſimul deſtillabuntur: oleū aquæ innatans, cum infundibulo ſeparandum eſt, cuius quantitas vncias duas vel tres non excedet: quod ſeruari ſeorſim debet. Aquā verò, licet poſt olei ſeparationem nullius amplius vtilitatis eſſe pleriq; exiſtiment: ex ea tamen, aniſi odorem & ſaporem adhuc integrum retinēte *ſyrupus* componitur in hunc modū:

Recip. aqua dicta lib. duas: ſacchari lib. vnam: & ad ſyrupum decoque. Ad quem modum componi poteſt etiā *ſyrupus fœniculi*, & omnium aliorum *ſeminūm, herbarum, & florum calidorū*, veluti *ſaluiæ, & roſmarini*, quorum aquæ propriæ, ſeparatis prius oleis, ſicuti dictum eſt, ad hoc inſtitutum reſumendæ ſunt.

Aqua enim communis, cum qua ſemina calida, herbæ, floreſque calidi exiccati macerantur, & tandem deſtillantur per alemb. æneum cùm ſuo refrigerio, omnem illorum ſaporem, vim & virtutem attrahit: multoque evadit efficacior, quàm ſunt vulgares aquæ, deſtillatæ ex iiſdemmet rebus etiam virentibus.

Decoctio ſimplicium in vaſe clauſo fieri debet, ne ſpiritus exhalent.

Hinc colligere licet, cum propria cuiuslibet rei aqua, vel cum *aquis cardiacis, aqua ſeri lactis*, & aliis id genus, *ex aloë, rhabarbaro, ſena*, atque aliis purgantibus fieri poſſe extracta, ſyrupos, & ſimiles remediorum formulas, ad purgandum corpus: quorum doſis multò minor erit vulgaribus iſtis: neque tam guſtui ingrata.

Extracta cum iiſdem aquis, ex omnis generis purgātibus, tàm ſimplicibus quàm compoſitis, parari poſſunt.

37. Syrupus ſimplex cinnamomi cum vino.

℞. *Cinnamomi craſſo modo contuſi* ℥ *iiij. maceretur in vini maluatici* ℔ *ij.* per triduum, idque in vaſe vitreo ad lentum ignis calorem: coletur, colaturæ adde ſacchari ℔ j. ß. lentè omnia coquantur, & fiat ſyrupus ſecundum artem. Si vinum maluaticum fortè deſideretur, eius loco vinum album optimum ſubſtituendum erit. *Hic ſyrupus ob ſaporis ſuauitatem, ac vtilitatem præſtat cunctis aquis cinnamomi, quæ cordi ſunt appropriatæ, multiſque aliis affectibus congruæ.*

Confort. cordiale.

38. Syrupus nucis moſchatæ confert ventriculo.

39. Syrupus piperis quartanis prodeſt febribus.

40. *Syrupus garyophyllorum conducit ad lipothymiam cordis deliquia, & affectus lethargicos.*

Ad tormina ventris & colicam paſſionem fiat *ſyrupus aniſi ſimplex* in hunc modum.

41. *Syrupus aniſi ſimplex cum vino.*

℞. *Aniſi conquaſſati* ℥ iiij. maceretur in vini albi generoſi ℔ ij. per tres dies, coletur: colaturæ adde *ſacchari* ℔ *j.* & coque in ſyrupum.

42. *Syrupus fœniculi.*

Eadem via præparatus, guſtu gratus eſt: *ventos & flatus in corpore quoſcunque diſcutit, ac viſum inſuper mirificè acuit.*

Syr. ex ſeminibus. Sic concinnari poterunt ſyrupi ex aliis ſeminibus, veluti,

43. *Syrupus ex ſemine pæoniæ: contra epilepſiam.*

44. 45. *Ex baccis lauri & iuniperi: contra flatus & calculum.*

46. 47. *Ex ſaxifragia & milij ſolis ſeminibus: contra calculum.*

Eodem plane modo concinnabis,

48. *Syrup. radicis angelicæ.*

49. *Zedoariæ.*

50. *Hyſſopi.*

51. *Thymi, & florum calidorum:* ad varios affectus

52. *Syrupus florum roſmarini ſimplex cum vino.*

℞. *Florum roſmarini* ℥ *ij. vini, & ſacchari dictam quantitatem:* & ſequere in cæteris methodum modò præſcriptam, & fiat ſyrupus.

53. *Syr. ex vinis medicatis.*

Parabuntur etiam ſyrupi & julepi cum vinis medicatis, multis ægritudinibus aptis: exempli cauſa.

℞. *Vini abſinthiaci* ℥ ij. huic adde *ſacchari* ℔ *j.* ß. & fac ſyrupum vel julepum, decoquendo in B. M. vt de cæteris dictum eſt. Ea methodo cõfici poterunt diuerſi generis ſyrupi, qui iiſdem affectibus, quibus vina, vnde componuntur, accommodabuntur. Quinetiam cum vinis purgantibus, addita iuſta ſacchari quantitate, vt ſuprà, concinnabuntur varij ſyrupi purgantes.

54. *Syr. ex ſolo vino generoſo Villanouani.*

Arnoldus de villa noua, ſolebat julepi ſiue ſyr. quoddam genus conficere cum ſolo vino albo, coque omnium optimo & generoſiſſimo, quod offerebat *ad recreandos & roborandos ſpiritus: idem quoque congruum eſt imbecillo ſtomacho, cruditatibus, & flatibus, quibus malis ſenectus plerumque obnoxia eſſe ſolet.* Si addas pauca aromata præſtantius euadet.

Syrupi purgantes cum vinis & aquis.

Componuntur etiam *ſyrupi purgantes* cum vinis & aquis ſimul: quorum deſcriptiones in practica *Ioannis Stockeri* habentur. Quod ſyruporum genus haud improbo, imò felici cum ſucceſſu iiſdem ſæpenumerò vti ſoleo. Vinum enim non tantum guſtum amabilem iis conciliat & iucũdum, ſed efficaciam etiam illorum præſtantiorem reddit ac præter corroborandi facultatem, qua excellit, idem quoque vehiculi muniis perfungitur, cuius opera ipſi ſyrupi promptiùs ad venas transferuntur, & ita ipſorum actiones atque operationes accelerantur.

55. Syru-

55. Syrupus ex aquis & vinis ſimul.

℞ *Aquæ communis (vel cuiuſuis alterius, pomorum redolentium, fumiterræ, bugloſſæ, cichorij, &c.)*
Vini generoſi albi ana ℔ *ij.*

Bulliant ſimul ad ignem lentiſſimum, quo meliùs deſpumari queant. Peracta deſpumatione perfecta, adde ℔ j. mellis optimi Narbonenſis vel Hiſpanici granulati, & adhuc ſemel decoque omnia & deſpuma vſque ad perfectam depurationem, & medietatis conſumptionem. Huic hydromeliti vinoſo, ita præparato, & in phialam vitream capacem indito, adde

Folicul. ſenæ mundatorum ℥ *iiij.*
Turbith. gummoſi
Hermodactylorum ana ℥ *j.ß.*
Cort. raſ. ligni guaiaci ℥ *j.*
Cinnamomi ℥ *ß.*
Garyophyll.
Sem. Aniſi ana ℥ *ij.*

Vas occluſum, nec ad ſummum repletum, quo materiæ commouendæ ſpatium locuſque maneat, ſtet in hypocauſto aut tepido quodam loco, & intra biduum vel triduũ materia bullire incipiet, & ſua ſponte decoquetur. Ceſſante ebullitione, quod die ſexto vel octauo poſt accidere ſolet, omnia traiiciãtur per manicam Hippocratis, & reſeruentur. *Detur ad* ℥ *ij. vel tres. Hoc ſyrupi genus, guſtu haud iniucundum eſt: vtilitas quoque eius tanta exiſtit, vt mira præſtet in omnib. morbis chronicis, quorum cauſa in profundo validiùs inhærent, quales ſunt febres quartanæ, cachexiæ, paralyſes, & lues venerea nondum inueterata.*

Sed huiuſmodi medicaminum vſus, ſeruata ſemper prædicta doſi, ad decimumquintum, vel vigeſimum vſque diem continuandus erit. Nam, vt & alibi diximus, eiuſmodi morbi ſolent hac via, & continuo horum remediorum vſu, tandem ſubigi, & funditùs extirpari.

56. Syrupi ex aromatibus & ſeminibus calidis.

Eſt & adhuc alia methodus, ex iiſdem aromatibus & ſeminibus, calida qualitate exuperantibus, ſyrupos cõficiendi, qui affectibus, à cauſa frigida enatis, & vbi illicò, ſiue morbi alicuius, ſiue ætatis vt in ſenectute, ratione anguentium & collapſorũ ſpirituum corroboratione & inſtauratione opus eſt, conducunt. Exempli gratia hîc vnam atque alteram tantum eorum, tam ſimplicium quàm compoſitorum, parandorum formulam præſcribemus non minus facilem quàm vtilem.

Syrupus ſimplex cinnamomi, alio modo paratus cum aqua vitæ.

℞ Cinnamomi (aut alterius aromatis cuiuſdam prout tibi viſum fuerit) ℥ *ij. vel tres*, vel plus minus pro quantitatis cõficiendæ ratione: craſſo modo contuſum, indatur in matracium capax aut in ſimile aliquod vitrum aptum, ſuperaffundendo *ſpiritum vini fortiſſimum*, vt materia tres vel quatuor digitos ſupereromineat: vaſe optimè clauſo, macerentur omnia per triduum aut quatriduum in loco frigido, ne ſpiritus vini exhalet: & intereà temporis aqua dotes atque virtutes cinnamomi extrahet, iiſque tinge-

tingetur & imprægnabitur: tunc id, quod tinctum & clarefactum fuerit, effunde: & vnciis octo liquoris adde *tres vel quatuor vncias ſacchari candi* puluerizati: dein ſubiecto igne, ſaccharum in liquore illo diſſoluatur: & accenſa charta ignis transferatur & admoueatur *ſpiritui vini ſiue aquæ vitæ*, quæ ſi fuerit bona, & ab omni phlegmate ſeparata, ſicut optima eius conditio poſtulat, in momento flammā concipiet: omnia interim continuò agitentur longiori ſpatula, donec aqua vitæ exuſtione illa tota conſumpta fuerit, & ſyrupus in fundo remaneat. Huius vtique guſtus gratiſſimus eſt: vireſque ac proprietates eius adeò ſunt efficaces & præſtantes, vt vel optimas cinnamomi aquas, multis poſt ſe ſtadiis relinquat. Si eius vires fortiores reddere velis: aqua vitæ paulò ante, quàm tota exuratur, ſuffocanda erit patina argentea: vel euaporatio fieri poterit orbe aut quadra argentea, & intercluſo aëre, aqua vitæ in momento ſuffocabitur: & ita multò fortior erit ſyrupus, ſaporemque cinnamomi redolebit.

Sufficit pro doſi ſemi cochleare in omni cordis deliquio, lipothymia, imbecillitatibus, cruditatibus & flatibus ventriculi, quos huiuſmodi remedium illico reſtituit. Hoc medicamentum ſingulare quoque eſt ad accelerandum partum in grauidis mulieribus: Si ex ſimplici hoc ſyrupo, compoſitum, & ad certum morbum vt ad epilepſiam expugnandam, aptum, reddere velis, cum dicto cinnamomo ſimul maceranda, adde ſemen pœoniæ, flores tiliæ arboris exſiccatos, & ſimilia, procedendo in cæteris vt ſuprà. *Dentur de hoc ſyrupo duo cochlearia infanti vel adultiori in inſultu epileptico, & mira præſtabuntur.* Ad apoplexiam & paralyſim macerentur cum cinnamomo, garyophylla; flores roſmarini, ſaluiæ, & calendulæ exſiccati, & procedatur, vt ſuprà. Ita conſequenter varij ſyrupi, ad varij generis affectus componi poterunt.

57. *Syrupus Antepilepticus ex Tetr.*

℞. *Rad. Pœoniæ*
Viſci querni an. ℥ ß.
Cinnamomi optimi ℥ vj.
Flor. Calendulæ
Lilij conuall.
Tiliæ arboris
Lauendulæ ana p. j.
Roſ. rubr. p. ij.

Sicca autem & arida, non recentia, omnia iſta ſumantur: radix pœoniæ in fruſtula ſecetur: at reliqua vt ſe habent, citra conquaſſationem, in matracium vt vocant, iuſtæ capacitatis iniiciantur: quibus abundè ſatis, *aquæ vitæ, ſaluiæ, & iuniperi* (ſi haberi poteſt, vt in Germania) ſuperfundantur. Quæ ſi deſiderentur, ſumatur aqua vitæ ex optimo vino prolecta, quæ quatuor digitos materiæ ſupereminecat. Vas verò optimè clauſum, ne quid expiret, in Bal. M. collocetur, aut radiis ſolaribus ad tres quatuórue dies exponatur, vbi aqua per leuem inclinationem à fœcibus erit ſeparanda, ad cuius vncias decem ſacchari candi in puluerem

reda-

Digitized by Google

redacti ℥ iij. vel iiij. adiiciendæ erunt, omniaque argenteo cochleari agitanda, vt ſoluatur ſaccharum in patina argentea, deinde ignis, ex incēſa charta, aquæ vitæ imponendus, vt ardeat, verſando ſeu commouendo ſemper materiam cochleari argenteo, tam diuque exuretur aqua, dum ſyrupus ſatis coctus, aut plus minuſue fortis videatur. Tum enim, cùm tempus erit, extinguendum erit aquæ vitæ incendium, quadra autor ſbe ſtanneo vel argenteo ſuffocatum. Atque *hic ſyrupus in modum Hermeticorum paratus, antepilepticus præſtantiſſimus futurus eſt, cuius, ſiue in præcautionem, ſiue curationem morbi ſemicochleariis menſura exhibita ſatis futura eſt. Ad idem prodeſt maceratio florum calendulæ, lauendulæ, lilij conuall. in hydromelite maluatico noſtro per menſem facta, cuius macerationis exhibentur ℥ j. vel ℥ ij. pro doſi mane.*

58. ***Syrupus alexipharmacus frigidus ex Alexic.***

℞. *Rad. Gramin.*
Oxalid.
Tormentill. an. ℥ j.
Glycyrrhiz.
Vuar. paſſ. an. ℥ ß.
Herb. *Cichor.*
Oxalid.
Agreſt.
Scabioſ.
Capillarium an. m j.
Sem. *Citri*
Lactuc.
Oxalid.
Berber. an. ℥ iij.
Fl. Geniſt.
Borrag.
Bugloſſ.
Violar.
Roſar. rub.
Nymphea an. p. j ß.
F. decoctio in aqua communi.

Colaturæ clarificatæ lib. 1. adiice, *ſuccorum limonum, malorum punicorum acidorum, iuſtam aciditatem affectantium, an. vncias tres, ſucci malorum cydonior. ac pomorum* vinaccorum, *an. vncias duas, ſacchar. fin. libram vnam.* Decoquantur omnia igne lēto. ſ. a. probè purificando, in ſyrupi mediocris conſiſtentiam: quem aromatizare poteris tantillo ſantali citrini, vel cinamomi.

59. *Syrupus de ruta capraria.*

℞. *Succi rutæ caprariæ depurati,* ℥ vj.
Scordij ſimiliter accuratè purificati, ℥ ij.
Limonum, ℥ iiij.
Flor. *Violar.*
Bugloſſ.
Calendulæ
Geniſtæ
Roris marini
Epithymi, an. p. j.
Croci, ʒ j.
Santali
Cinnamomi, an. ℥ vj.

Cuncta hæc macerentur in balneo, ſpatio duorum dierum, Poſtea colaturæ expreſſæ adiice ſacchari roſati, violati, q. ſ. fiatque ſyrupus mediocriter coctus: Doſis ſit ſingulis matutinis ad vncias duas, aſſumaturque vel per ſe, vel cum aquis, cardui benedicti, aut vlmariæ.

Digitized by Google

60. *Syrupus Magiſtralis contra peſtem.*

℞ *Rad. Tormentill.*
Oxylapath.
Scorzoner ana. ℥vj.
Polypod.
Cort. Fraxin. ana ℥j.
Herb. *Endiuia*
Scabioſa
Agrimonia, an. m. j.
Sem. *Oxalidis*
Portulaca
Citri cum corticibus, an. ʒ iij.
Flor. *Geneſta*
Calendula
Centaurea minoris, an. p. j.
Cichorij
Violarum
Nenupharis, an. p. ij.

Omnia hæc ſecundum artem decoquantur, colentur, & clarificentur. libram vnam & dimidiam colaturæ adijce ſucci limonum ℥ iiij. & ſucci oxalidis depurati ℥ ij. In hiſce liquoribus probe commixtis macerentur, & poſtea ſecundum artem decoquantur.

Fol. *Sena* ℥ iij.
Rhabarbari, ℥ j.
Agarici trochiſcati ʒ vj.
Cinnamomi
Santali citrini
Fœniculi dulcis, an. ʒ j.

Deinde omnia exprimantur aut colentur. Colaturæ tantum ſacchari electi quantum ſufficit, apponatur: & ſyrupus inde mediocriter decoctus conficiatur. Cuius doſis erit ad ℥ ij. vel per ſe ſeparatim, aut cum aquis cordialibus permixti. *Hic porrò ſyrupus mirificè à peſtilentia, nec non à quibuſuis generibus corruptionum corpora inuadentium & labefactantium præſeruat.* Sin autem huiuſmodi ſyrupus in Vere, quo omnia terræ germina efflorefcunt, diſpenſetur: illi tantũdem florum perſicor. quantum ſucci limonum adiiciatur. *Sic enim virtutis magis purgatricis, & contra quaslibet infectiones potentiores efficietur.*

Si pariter Hydromeliti vinoſo & alteratiuo, quod alibi deſcripſimus. Polypodium, ſena & alia purgantia in ſufficienti quantitate ſuperaddantur: exinde *remedia præſtantiſſima, facilimaque ad purgandum, quæ tum à malo vindicabunt contagioſo, tum nullam guſtui inferent moleſtiam, componentur.* *Hydromel contra peſtilentiam.*

Eoſdem in vſus tempore vindemiarum, diuerſa vinorum purgantium, Hydromelitis prædicti vice, parari poterunt. *Vina purgantia in modum hydromelitis contra peſtem.*

61. *Syrupi è gemmis.*

Adhuius tractatuli de ſyrupis noſtris reformatis, concluſionem, obliuione nullo modo præterire poſſum ſyrupos de corallis & gemmis, *quorum inuentionem mihi iure vendico, egoque primus expertus ſum illorum inſignes & admirandos effectus, quos nunc publica vtilitatis ac emolumenti cauſa, hîc deſcribere placet: quò & alij, ſi quid habeant rari & præclari meo exemplo incitati, id in medium adducant, ſemperq; publicum bonum priuatis commodis præferant.*

62. *Syrupus de corallis Quercet.*

Oportet perfectæ ſuæ maturitatis tempore exprimere, filtrare, & depurare perquam accuratiſſimè *ſuccum*

cum berberis aut limonum: nam acetoſi ſi eiuſmodi, & acidi ſucci, quò perfectius fuerint depurati, & à craſſa ſua terrea ſubſtantia, qua ſcatent, exquiſitius ſegregati, eò aptiores erunt & efficaciores ad diſſoluendum corallium craſſo modo puluerizatum: ex cuius genere ad hunc ſyrupum cõficiendum ſeligas, omnium rubicũdiſſimum & elegantiſſimum: Hoc iniiciatur in matracium vitreum & idoneum, affundatur aliquis prædictorum ſuccorum optimè depuratorum, vt materia quatuor digitos aut paulò plus ſupernatet: collum ſubere vel cera Hiſpanica occludatur: & in balneum vaporoſum feruidum collocetur, hoc eſt, matracium aquã non attingat, ſed vapores ex aqua bulliente aſcendentes circumquáque illud feriant, vbi neceſſe eſt, vt vas aquã continens ex omnibus partibus probè muniatur atque claudatur, ne vapores exhalent: (minimus autem chymiſtarum nouit, quid ſit balneum vaporoſum: quod hîc ſeorſim in gratiam eorum, qui in hoc negotio tyrones ſunt, explicare volui.) Huius balnei calore, qui dies noctéſque per triduum integrum cõtinuabitur, totum corallium in illo liquore ferè diſſolutum apparebit, idque colore ſubrubro & ſapore dulci: Effunde per inclinationem quicquid diſſolutum fuerit, fæcibus, ſi ita videbitur nouum ſuccum depuratũ rurſus affundendo, & in cæteris procedatur, vt ſuprà.

Ad ℔ j. dicti ſucci, corallina eſſentia optimè impregnati, ſufficiet ſacchari candi vncias ſex adiicere & ad ſyrupi conſiſtentiam decoquere, in ipſo quidem Baln. vaporoſo, non tamen clauſo, ſed aperto: & vaſis loco accipere oportet alembicum aut ſimile vas, cuius collum & orificium ſit ſatis amplum.

Artificio & dextetitate ſingulari opus eſt, ad eiuſmodi ſyrupos ritè conficiendos, ne corall. eſſentia à fæcis illis ſeparetur, qua in re vigilantia & experientia ſumma requiritur: nec mirum videri debet, ſi quis prima vice forſan à ſcopo aberrauerit. Ob quam cauſam velim, vt quilibet hîc præmonitus ſciat, me quidem pro viribus fuſè & perſpicuè ſatis in ſcriptis mêis propoſuiſſe omnis generis operandi methodos & vias, ſed iis tamen omnibus ocularem demonſtrationem longè præſtare.

Hic ſyrupus præditus eſt miris proprietatibus ad inſtaurationem facultatum naturalium, & omnium affectuum ab hepatis vitio & imbecillitate ſcaturientium: Confert prætereà omnibus fluxionibus hepaticis, dyſentericis & lientericis. Hoc ipſo, tanquam præcipuo (poſt Deum) auxilio, illuſtriſſima Domina & Duciſſa de Sculli, *à fluxu hepatico inueterato, quiq; incurabilis iudicabatur, intra paucos dies planè liberata fuit. Eoſdem remedij huius effectus iam ante expertus fueram in quadam nobiliſſima virgine* Domini Garrot in ſupremo ſenatu Pariſ. Conſiliarii filia, *eidem fluxui hepatico ſubiecta, quæ à medicis ſuis relicta, vitam tenui adhuc filo pendentem trahebat cùm ipſam curandam ſuſciperem: Eodem modo plures alij à nobis curati ſunt, inter quos eſt*

Digitized by Google

Reginæ noſtræ ephipiarius nomine Philipp. le guagneur, *qui vltra octo mẽſes dyſenteria laborauerat; nec vllis aliis remediis lenari poterat, is tamen hoc ipſo præſidio, necnon quibuſdam aliis conuenientibus adhibitis, intra trium ſeptimanarum ſpatium, integram recuperauit ſanitatem.*

Loco ſuccorum diſſoluentium, berberorum & limoniorum, vti quis poterit liquoribus acidis deſtillatis iuniperi aut guaiaci, efficaciſſima pretioſorum lapidum diſſoluendorum poteſtate inſignitis. Chymici non vererentur illorum loco, vti aceto ſuo montano, exquiſitiſſimè & dexterrimè depurato.

62. Syrup. perlarum.

Ad eundem modum paratur ſyrupus perlarum, *qui præſtantiſſimum eſt remedium in omni cordis deliquio: conducit præterea proprietate ſua ſpecifica pthiſicis & emaciatis.*

63. Syrupi aliarum gemmarum.

Quemadmodum etiam ſyrupi de hyacintho, ſmaragdo, & ſaphyro in genere conferunt *ad inſtaurandos ſpiritus naturales, vitales & animales*: in ſpecie verò primus opportunus eſt *contracturis & cõuulſioni*, ſecundus *prodeſt epilepſiis*: tertius verò *opitulatur omnis generis affectionibus melancholicis & atrabilariis.*

64. His ſubiungere fas eſt, Tincturas è Vegetabilibus nonnullis prolectas & cum Sacchare pro vſu in julepos redactas.

Syrupus ex Tincturis florum & ſim.

Aqua igitur *pomorum vineatorum, oxalidis, buglosſi, ſcabioſæ, aut cordiales ſimiles ſolæ, vel mixtæ* (vel etiam cum aqua fontana limpida ac pura) *guttis aliquot alicuius ex dictis acetis montanis (ſpir. vitriol. aut ſulphur.) ad ſimilitudinem oxycratis cõmunis aceſcant: cui poſtmodum duos vel tres pugillos* (qui quidem pro vna libra liquoris ſufficient) *roſarum adijcies rub. prouincialium, exſiccatarum.* Initio omnia in vaſe vitreo amplo ſeu alembico, ad accuratiorem roſarum macerationem, probe bacillo circumagito, relinq; poſtmodum duobus diebus quieſcere. Quo quidem temporis ſpatio, aquã tuam inſtar rubini conſpicies tinctam, omnibuſque pariter virtualibus roſæ qualitatibus, hoc eſt, colore, odore, & ſapore, reperies imprægnatam. Ac quod plus eſt, licet roſas prorſus flaccidas, ac tribus annis continuis ex ciſta aliqua, omni planè externo vigore deſtitutas aſſumpſeris: eas tamen vigorem ſimilem illi quem poſſidebant, cum adhuc cauli adfixæ hærerent, aut certè parum differentem, recuperare videbis.

Atque exigui huius experimenti tamque facilis, vt ne puerorum quidem, ac mulierculárum captum tranſcendat, ductu: verus Philoſophus Lynceis ſuis oculis clauem reperiet, vel abſtruſiſſimorum naturæ myſteriorum recludendorum, ac in apertam lucem proferendorum. Dictæ, inquam experientiæ adminiculo, requiſitam ad vitalem rerum anatomiam ritè adminiſtrandam, obtinebit

Digitized by Google

tinebit nouaculam. Simulque perſpiciet, quisnam ſit, & qualis ignis ille naturæ reconditus, à Philoſophis tot tantiſque laudibus exaltatus, ac in noſtris ſcriptis, variis in locis indigitatus.

Quomodo ex omnibus tinctura extrahenda.

Dicta verò, extrahendæ ex roſis tincturæ, in omni florum genere vſum habet ratio.

Nec verò in floribus modò; ſed etiam radicum, fructuum, ſeminum, ac denique in omni vegetabilium genere locum ſuum nanciſcitur, vt ex ipſis non modò purgantes: ſed etiam quaſcunque alias cæteris præſtantiores virtutes ac proprietates eliciat.

Ne verò à propoſito noſtro euagari longiùs, ac inchoatæ roſarum tincturæ imperfectam relinquere tractationem videamur: quæ ſupereſſe videntur, in rudiorum gratiam, paulò fuſiùs, pleniùs, ac copioſiùs perſequamur. Aſſerere tamen verè poſſumus, ex paucis illis, quæ iam propoſuimus probè intellectis, à mediocri ingenio, præſtantiſſima naturę, ac ad vſum medicinæ in primis accommodata elici poſſe myſteria.

Ubi igitur aquam tuam inſtar rubini conſpexeris tinctam, per inclinationem, eam in aliud vaſculum transfundes. Sique intendere paulò virtutem eius aſtringentem deſideres: dictas roſas linteo exprimes: Expreſſioni huic, odore, ſapore, & colore, nil niſi roſas referenti, adijcies poſtmodum ſaccharum commune, aut roſatum, indeque efficies *Iulepum roſatum*, tantæ præſtantiæ, cum quo communis ille officinarum nulla ratione comparari poſſit.

Iulepus è tinctura roſarum cõpoſitus quid præſtet.

Ille *Iulepus non mediocris & leuis erit momenti ad ardores bilis compeſcendos, ad robur jecoris, & aliorum nutritionis viſcerum inſtaurandum, nec non ad omnem corruptionem & putrefactionem abigendam.* Illius vncia pro doſi ſufficiet, imò verò aliquid minus, modo ſerò, & matutinis horis eodem vtaris. *Hoc remedium non ſolum valet ad contagionis præſeruationem procurandam, ſed etiam ad omnes febres ardentes mitigandas: in quibus opus eſt, vt tota ſanguinis maſſa refrigeretur, & frænum bili injiciatur. Non parum etiam conducit ad ſiſtendas dyſenterias, maximeq; peſtilentes & contagioſas.* De quibus infra ſermonem inſtituemus.

Syrupus è Roſis ſiccis, haud vulgari ratione compoſitus.

Sin autem ex eadem tinctura, ſyrupum roſarum ſiccarum comparare volueris, à vulgari plurimum differentem, qui omnibus roſæ qualitatibus virtualibus imprægnetur, quique præter gratiſſimum colorem, odorem, atque ſaporem non parum aſtringat, nihilque aliud niſi roſam redoleat: eo, quem nunc deſcripturus ſum, modo procede.

Facias igitur, ſi placet, exhalare quartam, vel tertiam, imò dimidiam partem, liquoris prædicta tinctura imprægnati, ad Balneum Mariæ. Ob liquoris namque liquidi ſeparationem, quod ſupere-

pererit materiæ, multo magis ſine comparatione erit rubicundum, magiſque tinctum, & fæcundatum virtutibus acidis & aſtringentibus, tum fermenti, tum roſæ ipſius: quæ certè virtutes nullatenus hoc mediocri calore adhibito ſeparari poterunt.

Ut inde igitur *ſyrupum* conficias, *qui diuturno tempore conſeruetur*, omnibus antedictis qualitatibus in potentia præditus: qui colore, odore & ſapore probatiſſimis gaudeat, quique demum tum viſui jucundus, tum odoratui & guſtui ſit gratiſſimus, miroſque interim in curatione plurimorum morborum præſtet effectus, in quibus virtutes roſarum ſint neceſſariæ: hac, quæ ſequitur, via procedatur.

Recipe ſaccharum roſatum, quod in pauca quadam aquæ roſatæ quantitate diſſoluendum curabis, & ita decoquendum egregriè, vt formam ſacchari roſati repræſentet. Sic ergo perfectè decoctum, extra ignē paulatim rurſus decoques, tincturam, quo ſupra modo, præparatam ſubinde deijciendo, maſſamque totam frigidiorem agitando. Ea tamen cautione adhibita: vt tantundem prædictæ tincturæ adiiciatur, donec totum in formam & conſiſtentiam boni ſyrupi redactum conſpiciatur.

Ratio componendorū variorū, è tinctura florum, ſyruporum.

Ea planè ratione ſyrupos ex omni genere florum preparabis, in quibus illorum color, odor & ſapor retinebitur.

Quæ cum maximam habeant vtilitatem cum voluptate conjunctam: de ijs quædam, licet non ita clarè & perſpicuè, *in noſtra Pharmacopœa reſtituta* declaravimus. Ut autem ſyrupos ſimplices conficias, aquas illorū proprias vſurpabis. Exempli gratia, ſi ſyrupus roſatus tibi curæ ſit: aquam illius acidam reddes, & flores rubicundos in ea macerabis, non ſecus ac in ſyrupis violarum, aqua illorum acida reddi debet, & flores violarum ſicci in ea macerari, & ſimiliter in aliis.

Tincturæ porrò iſtæ, Iulepi vel ſyrupi, qui methodo, de qua ſupra, è floribus roſarum, violarum, aut cichorij præparantur: ſiue illi flores ſoli ſint, aut aliis ſimplicibus immixti, modo cum liquoribus ſulphuris, aut ſpiritus vitrioli, acidi reddantur: *plurimum iuuant bilioſos, & eos omnes quibus ſanguis aſtuans, & nimis incaleſcens non parum faceſſit negotij.*

Iulepi accommodati bilioſis.

Tincturæ, Iulepi, & ſyrupi è floribus bugloſſi, borraginis, nenupharis, & geniſtæ compoſiti, nec non cum ſuis aquis extracti, cumque prædictis liqueribus acidi redditi: *non parum temperamentis ſiccis & melancholicis accommodantur.*

Melancholicis.

Pro illis verò qui nimium pituita & rheumatibus abundant, vtpote quorum cerebrum & ſtomachus ſunt frigidiora, vel ætas ad ſenium vergit: eædem tincturæ, Iulepi & ſyrupi præparari poterunt, cum floribus ſiccis, & accuratè ſelectis betonicæ, roriſmarini, ſalviæ, atque calendulæ. Quibus etiam adiicere licebit aliquot radices leuiter conquaſſatas, ſcorzoneræ, & ſcordij cum cortice citrino ſicco copulati.

Pituitoſis.

℞ Aquar-

Ixleb. ſ. Tinctura refrigerans.

Remedia eiuſdem generis pro Magnatibus.

℞ *Aquar. fragorum, ceraſorum, opportuno tempore deſtillatorum, ana. lib. ſ. aquæ deſtillatæ ex ſucco pomorum redolentium, lib. ij.* His adijce quantum ad ſaporis gratiam conciliandam opus videbitur, depurati *ſucci citri, malorum punicorum acidorum maturorum, cum tantillo aceti roſati optimi.* Poſtmodum cunctis hiſce alembico impoſitis adiicies, *conſerv. roſar. rub. optimarum, ſiue prouincialium, conſerua florum violarum ſingulorum vncias duas.* Digerantur omnia in loco frigido, ſpatio trium, aut quatuor dierum, donec aquas rubedine purpurea, nō minùs guſtui ſuaui, quàm oculis accepta tingi conſpexeris. *Huiuſce remedij vſus non tantum mirabiles in refrigerando, ac ardores bilis retundendo: verùm etiam in corruptione ſeu putredine humorum tam præcauenda, quàm corrigenda pariet effectus.*

Notatu digna obſeruatio.

In ſuperioribus ad aquas fragorum, ceraſorum, pomorumque redolentium, ſuaui quadam ac probata guſtui aciditate tingendas: ſucci citri, malorum punicorum, ac aceti roſati (vt trium aciditatum vitriolacearum, ex toto vegetabilium genere præcipuarum, ac non tantum bilis ardori ac efferueſcentiæ domādæ: verum etiam corruptionibus ac putredinibus variis inhibendis accommodatiſſimarum) vſum conſultò propoſuimus, ac pro merito commendauimus. Tum ne exemplo multorum, remedia etiam præſtantiſſima, eo ipſo quod ſint communia, præpoſterè reijcere videremur: tum vt ſcrupulo indulgeremus eorum, qui aciditatem vitriolaceorum mineralium, ac acetorum montanorum (*vt à Theodoro Zvvingero vocantur*) vſum planè auerſantur. Quales ſunt liquores acidi extracti, vel ex ſale marino fixo, omnium reliquorum ſalium quaſi patre & origine prima: vel ex vitriolo, de natura mercuriali & volatili: vel ex ſulphure, mediam quandam naturam inter fixum & volatile nacto, quorum tamē virtus priorum longe ſuperat *de quo alibi.*

Cur vſus citri, malorum punicorum, ac aceti roſati ab Authore laudatus.

CAP. XVIII.

DE PVRGANTIBVS.

HActenus ordine deſcriptiones & compoſitiones *aquarum, decoctionum, vinorum, oxymelitum, hydromelitum, & ſyruporum* propoſuimus, quibus ſi purgantia quædam interdum obiter admiſcuerimus, in eo methodum aliorum ſecuti videbimur, qui decoctis & ſyrupis, ſeorſim alterationi & præparationi deſtinatis, ſæpenumerò etiam ea adiungunt, quæ propriè vacuationi, quæ poſt humorum demùm præparationem inſtituenda eſt, inſeruiunt: ſicut docet *Gal. comment. 14. aphoriſ. lib. 1.*

Hæc igitur vacuatio fit medicamentis purgantibus, quæ iuxta eundem *Gal.* duplicis ſunt naturæ: *alia in genere* dicta purgantia, quæ promiſcuè tantùm ac ſine delectu hominis excre-

Purgantia duplicia. Lib. 5. can. ſimpl.

Digitized by Google

excrementa edunt: *alia* verò *propriè* ſic dicta & καὶ ἐξοχὴν à certa quadam facultate ſiue proprietate, aut à totius ſubſtantiæ, vt volunt, ſimilitudine, *vim & efficaciam habent trahendi & vacuandi humores*, quorum alia ducunt *pituitoſos*, alia *bilioſos*, alia verò *melancholicos & aduſtos ſuccos, vel per vomitum, vel per ſeceſſum, idque vel blandè, aut vehementer, aut mediocriter.*

Vnde enarrata medicamenta in tres claſſes diuiduntur.

1. In benigna ſeu moderata: vt ſunt

Caſſia
Manna
Succus prunorum dulcium
Syrupus violarum
Serum lactis & ſimilia.

Quæ remedia ſunt alimentoſa, hoc eſt, quæ facilè in alimentum commutantur: ab his tanquam leuioribus *Galenus*, & alij eius imitatores, omnem morborum curationem inchoandam ſtatuunt.

2. In mediocria, qualia ſunt:

Rhabarbarum
Agaricus
Sena
Aloë
Turbith
Hermodactylus
Polypodium
Myrobalani.

3. In violenta: vt ſunt

Colocynthis
Scammonium
Elaterium
Peplium
Helleborus
Thymalea
Chamælea
Thapſia
Cataputia, & alia tithymali ſpecies.

Ex cunctis enarratis ſimplicibus, diuerſis corporis humani humoribus purgandis, idoneis, parantur medicamenta compoſita, quæ purgant vel bilem vel pituitam, vel melancholiam, vel craſſos, ac viſcoſos, & aquoſos, ſiue ſeroſos humores; modò vnum, modò binos ſeorſim, modò omnes ſimul: quam cauſam talia remedia nuncupantur *cholagoga, phlegmagoga, & hydragoga.*

Differunt & eadem remedia ratione conſiſtentiæ: vbi *alia* mediocritatem inter molle & durum obtinent, & dicuntur *electuaria liquida*: *alia* ſunt ſolidæ conſiſtentiæ, & ſiccæ: ex quibus rurſus triplicia efformantur genera, *electuaria* videlicet ſolida, *pulueres*, & *pilulæ*, ita à figura ſua rotunda, quaſi *parua pilæ* dictæ: quas Græci à ſumendi modo καταπότια appellant. *Formæ purgantium diuerſæ.*

Hæ ſunt præcipuæ omnium illorum purgatium compoſitorum formæ, de quibus impoſterum ſermo nobis futurus eſt: vtpotè de materia, quæ in pharmacia imprimis neceſſaria eſt, ac reformatione ſummè opus habet: vbi quidem largam illam & communem viam, quantum fieri poteſt,

Digitized by Google

teſt, ſequemur: quod ſi verò in aliam fortè flexerimus, qua & citius, & directius, & facilius, & maiori cum emolumento, inſtituti noſtri finem adepti fuerimus id publici ſolummodò boni prouehendi cauſa (hic enim eſt finis noſter, hic ſcopus, hæc intētio ſola) fieri, conſtanter aſſeueramus.

Vt igitur ordinem noſtrum ſequamur: *inter purgantia* primum aſſignabimus locum *electuariis mollibus & liquidis*, eaque hîc, quæ maximè in vſu eſſe ſolent, deſcribemus, quorum alia *humoribus acribus & bilioſis*, alia *melancholicis vacuandis* magis conueniunt.

Remedia lenientia, bilemque purgantia.

Lenitiua Cholagoga:
- *Caſsia extracta ſimplex & compoſita.*
- *Diaprunum lenitiuum ſeu diadamaſcenum Nicolai.*
- *Antidotus catholica Nicol. præpoſiti.*
- *Electuarium diaſebeſtē Mōtagnanæ.*
- *Electuarium lenitiuum cum manna Nicol. Alexand.*

Hæc ſunt purgantia illa *eccoproticа*, vt vocant, ad primam corporis regionem purgandam apta: ab omnibus authoribus inter maximè benigna recenſentur, *vt quæ humores humectando & leniendo clementer educant: præſcribuntur etiam in febribus calidioribus, bilioſis & ardentibus, quas comitari ſolet ſitis intolerabilis, vbi humectatio vberior, minor autem rariorque calefactio requiritur.*

Vera cholagoga:
- *Diaprunum ſolutiuum Nicolai*
- *Electuarium de ſucco roſ. Nicolai.*
- *Electuarium roſ. Meſuæ, & Montagnanæ.*
- *Elect. de pſyll. Meſ. Monternanæ.*

1. *Diaprunum ſolutiuum*, quod paratur ex ſolo lenitiuo addendo ſcāmonium præparatum, hoc eſt in trochiſcos cum ſucco citoniorum, cortice myrobalanorum citrinorum & maſtiche redactum, ſingulare eſt remedium ad omnes affectus ex bile productos. Quidam tamen in febribus tertianis eius vſum reformidant, propter ſcammonij nimiam & excedentem calefactionem. Sed docebimus infrà ſcammonij præparationē talem, qua ipſius calor immoderatus contemperabitur: necnō deſcriptionem quandam diapruni ſolutiui, quod ſic præparatum, erit ſummo vſui, & in omnibus febribus bilioſis & ardentibus commodè & innoxiè exhiberi poterit. *Diaprun. Solutiu.* *Præparatio vulgaris ſcammonii.*

2. *Electuarium è ſucco roſarum Nicolai* ad omnes affectus à bile flaua aut bilioſis ichoribus redundātibus ſubortos conducit; idcirco tertianę, ſimplici & duplici; febribus quoque aliis ardentibus, maliſque à bile caloreque ſubortis confert. Eſt etiam magis refrigerans & exſiccans, quàm diaprunum laxatiuum, vnde maior quoque ineſt ei laxiorum viſcerū adſtrictio & roboratio, ſicq; ad omnes morbos à calida fluxione excitatos magis confert, vt in podagra, chira- *Elect. de ſucco roſarū Nicol.*

 gra, &

gra, & doloribus articulorum à bilioſis & ſeroſis ichoribus ſubortis: ſimul enim & ſemel vitioſos illos ſuccos detrahit, fluxionem deprimit, & adſtringendo membra roborat.

Elect. roſ. Meſu. 3. *Electuarium roſarum Meſuæ*, iiſdemmet affectibus, quibus Nicolai, confert: illud tamen facilius & cum minori moleſtia purgat, minuſque corpus conturbat, quàm hoc.

Et de pſyll. Meſ. 4. *Electuarium de pſyllio Meſ.* bilem tum flauam, tum vitellinam euacuat: febribus igitur omnibus ab vtraque bile ſuſcitatis, tùm ardentibus, tum diuturnis, & curatu difficilibus, quæque tandem ægros ad hydropem perducere ſolent, ſummoperè conferre creditur: morbo quinetiam regio & iecori ſupramodum calefacto, vt & vertigini & doloribus capitis à bilioſis euaporationibus procreatis ſummoperè confert.

Elect. de pſyllio Montagn. *Electuarium de pſyllio Montagnagna* vires in curandis bilioſis affectibus, electuarij de pſyllio Meſuæ æmulatur: ſed ſatis potens eſt medicamentum ad humores permixtos & varios euacuandos, præſertim pituitam craſſam cum bile permixtam: idcircò tertianis nothis & morbis huiuſmodi, qui ex humoribus mixtis fiunt, prodeſt.

Humores craſſos, viſcidos & pituitoſos purgantia, ſunt:

Phlegmagoga:
- *Diaphœnicum Meſuæ*
- *Diacarthamum Arnold. de villa noua.*
- *Diaturb. maius Petri de Tuſsignano.*
- *Benedicta laxatiua Nicolai*
- *Electuarium indum maius Meſ.*
- *Hiera picra Gal. cum agarico.*
- *Hiera Pacc j.*

1. *Diaphœnicum viſcidam craſſamque pituitam, eamque à remotioribus etiam partibus trahit.* Febribus compoſitis & diuturnis, in quibus multi craſſi ac viſcidi humores permixti ſunt auxiliatur: doloribus ventriculi à cruditatibus ſubortis, itemque colicis cruciatibus, & aliis affectibus ex crudo humore generatis, mirificè confert. *Diaphœn.*

2. *Diacarthamum Arnaldi* iiſdemmet affectibus ex viſcida & craſſa cauſa procreatis prodeſſe iudicatur, vt quotidianis febribus, paralyſi, &c. *Diacarth.*

3. *Diaturbith maius Petri de Tuſsignano*, cuius deſcriptio reperitur *in diſpenſatorio Valerij Cordi*, craſſos aut pituitoſos humores attenuat, digerit, ſimulque deturbat & euacuat. *Diaturb.*

4. *Benedicta laxatiua Nicolai* humores pituitoſos ſeu in articulos decumbentes, ſeu in renibus & veſica contentos, mirificè & per os ſumpta, & per clyſteres iniecta, elicit & euacuat. *Bened. Laxat.*

5. *Electuarium Indum maius* excrementa cruda, pituitoſa, putrida & corrupta à ventriculo, hepate, aliiſque partibus nutritioni famulantibus educit: idcirco lue venerea laborantibus prodeſt, vt & cachexiis, inflammationibuſque ventriculi & colicis doloribus: nam vt pituitoſa & cruda excrementa purgat, ſimul etiam flatus diſſoluit & diſcutit. *Indum maius.*

6. *Hiera*

Digitized by Google

Hiera picra Gal,

6. *Hiera picra Gal. cum agarico*, ventriculum corroborat cumq; à muccilaginoſis impuritatibus ipſius tunicis adhærentibus liberat & repurgat, & flatus ipſos diſcutit.

Hiera Pachii.

7. Scribonius Largus *de hiera Pachij*, miranda prędicat: hancque compoſitionem propter eius vires & efficaciã ad infinitos & deploratos morbos curandos ſummis laudibus in cælum effert. Ad omnes enim ſpaſmos neruorumque tenſiones, ad ſpinæ lũborumque dolores, ad vertiginem epilepſiam, paralyſim ad diuturnos capitis dolores, incubum, & ſubitas omnes præfocationes mirificè conuenit.

Melancholicum denique ſuccum trahentia ſunt.

Melanagoga	*Confectio maior & minor Hamec. Meſu.*
	Diaſena Nicolai
	Triphara perſicá Alexandri.

Confect. Hamec.

1. *Confectio Hamec* eſt febribus autumnalibus curandis, quartanis præſertim atque omnibus aliis morbis, ex tartareis craſſis, ſalſis, retorridis & melancholicis humoribus ſubortis optimum remedium: elephantiaſi, cancro, impetigini, ſcabiei, in ſumma omni fœditati cutis à ſalſis & aduſtis humoribus procreatã, mirificè ſuccurrit.

Diaſena.

2. *Diaſena*, melancholia, mania, quartana vexatis: lienoſis etiam & melancholicis omnibus affectibus auxiliatur.

Triphara perſica.

3. *Triphara* perſica confert febribus ardentibus, hepatis & ventriculi inflammationibus, ictericis & omnibus affectibus ex atrabile factis medetur: ſitim quoque mitigat, morboſque aduſtos fieri prohibet.

Hæc ſunt præcipua illa *electuaria purgantia* in forma opiatæ, vel mediæ inter durum & molle conſiſtentiæ, quæ in communi ferè vſu ſunt, & quibus Officinæ ad vſum neceſſarium inſtructæ eſſe debent. Inter quæ, nonnulla in formam ſolidam & in tabellas rediguntur, vt commodè ſumi poſſint, & guſtui gratiores fiant. *Diaphœnicum* hoc modo in formam ſolidam redigitur, quemadmodum & *electuarium è ſucco roſarum, diacarthamum diaturbith, & ſpecies illorum*, mellis loco cum ſufficienti quantitate ſacchari priùs diſſoluti, miſcentur, & in electuaria ſolida iuxta artem coquuntur.

Deſcriptiones & formulas horum remediorum de induſtria hîc prætereo: ſiquidem eas videre licet in ipſis authoribus quos citauimus, necnon in omnibus pharmacopœorum antidotariis ac diſpenſatoriis, tam veterum, quàm recentium; ſuperuacaneum enim foret, toties eandem repetere cantilenam, crambemque toties coctam reponere.

Multò verò minus in iiſdem enarratis compoſitionibus, vel vnicam immutare literam conabor, ne fortè audaciæ & temeritatis arguendus videar, quaſi ille ſim ego, qui tam præſtantiſſimorum virorum, noſtrorum maiorum ac patrum, placitis & ſcriptis doctiſſimis, communi antiquitatis conſenſu receptis & approbatis, vt

tis, vt bonis & vtilibus, longaque experientia hactenus ſtabilitis, meæ conſcius tenuitatis auſim refragari & contradicere. Nos nihilominus vt humiles pumiliones Gigantum humeris inſidentes, & eorundem ope, ad altiorem locum evecti, longè exactiùs rem eminus perſpicimus, quā veteres ipſi: cùm præſertim facile ſit inuentis addere, & in dies vel tantillo auctario eadem exornare & locupletare. Quare dignitate & exiſtimatione antiquitatis ſarta tecta conſeruata, me propterea haudquaquā culpandum fore, neque rem ab officio meo alienam fracturum arbitror, ſi in hoc opere noſtro ea qua decet reuerētia animique modeſtiā, reformationem purgantium, circa quæ nunc verſamur, & quæ præcipuè in pluribus reformari merentur, aggrediamur. Hîc ergo quædam huius generis purgantium remediorum deſcriptiones atque formulæ, noſtro marte & arte adinuentæ, & chymico artificio exquiſitiores, politiores & auctiores redditæ, tanquam ſummè neceſſariæ & vtiles, adiicientur, & in publicum commodum propalabuntur. Quod tamen, quicquid id ſit, eruditiorum iudicio ſponte ſubmitto, de eodem, pro ea, qua pollent æquanimitate, ſapienter iudicaturis.

At verò tantum abeſt vt medicamentorum præparatio vltimum perfectionis gradum ſit adepta, quinimo in Officinis multæ ſeſe offerunt compoſitiones, quæ variis adhuc erroribus vndiquaque ſcateant; imò vel illæ ipſæ, quarum maximus & quotidianus ferè eſt vſus, differentem planè & diuerſam compoſitionis ſortem experiuntur: adeò vt vix inuenias duos pharmacopœos, qui in iis conficiendis, vnam eandemque rationem ſequantur: huius rei euidens teſtimonium habemus in *diaphœnico Meſuei*: videas enim hîc, quantum hoc electuarium *in Val. Cordi diſpenſatorio* deſcriptum, differat ab eo, quod in *antidotario Florentinorum, & pharmacopœa Auguſtana* habetur.

Multi quidem reperiuntur, qui in indicandis & oſtendendis huiuſmodi erroribus diligentem nauant operam. Sed maius operæ prætium ij facerent, ſi ſtudium ſuum exquiſitiori harum compoſitionum præparationi addicarent, & ſecuriores atque vtiliores ipſarum operationes redderent, vt celeriori & commodiori agendi poteſtate, vim ſuam exercerent, guſtuique gratiores exiſterent. Hoc enim modo miſeris ægrotis ſolatio eſſent, eoſque lege Hippocratea, *tutò, citò, & iucundè* percurarent. Huiuſmodi igitur præparationibus politioribus pharmacopœa hæc exornabitur, ſimulque purgantia quædam diuerſis curationum intentionibus congrua addentur, ad quorum imitationem alia componere licebit.

Traduntur Electuar.

Catholicum
Aliud Catholicum
Cholagogum
Phlegmagogum
Melanagogum diabelleborum

Leni-

Lenitrum antinephriticum
Electuar. hyſtericum.

Catholicũ ſiue Antidotus vniuerſalis.

Exordiendum autem eſt à *Catholico* ſiue *antidoto vniuerſali*, quod omnes noxios humores clementer purgat: ad cuius exemplum quoque alia præparabuntur.

1. *Catholicum Quercetani.*

℞. *Succi cichoreæ*
Fumiterræ
Lupulorum an. ℔ ß.
Succi roſ.pallid. ℔ *ij.*
Succi limonum ℔ *j.*

Hi omnes ſucci perfectè depurentur in B. M. donec nullæ amplius fæces appareant, vt docuimus in cap. de ſyrupis his adde

Fol. Senæ mundatorum ℥*vj.*
Agarici recent. trochiſcati ℥*iij.*
Macis
Cinnamomi
Fœniculi dulcis an. ℥*j.*

Omnia indantur in matracium vel aliud vas vitreum capax, ſtent in infuſione in Bal. M. feruido per 3. dies, Dein exprimantur omnia torculari: quæ expreſſio rurſus in vaſe idoneo ponatur in Bal. M. ad denuò digerendum, coquendum, depurandum iuxta artem, prout idem *in cap. de ſyrupis* explicauimus: interim dum hæc fiat digeſtio, cape quoque ſeorſim

Pulpæ caßiæ
Pulpæ tamarindorum an. ℥*vj.*

Hæc diſſolue in ſuff. q. aquæ violarum, maluæ, & citrullorum, vel in decoctione lenitiua optimè clarificata: omnia in matracium vitreum ſimul iniecta, ſimiliter adhuc digerantur per duos vel tres, dies, donec materia appareat clariſſima. Collige ſeorſim quod depuratum fuerit, & miſce cum priore infuſione depurata: his adde

Mannæ calabrinæ ℔ ß.
Sacchari albißimi ℔ *ij.*

Manna & ſaccharum diſſoluantur in ſufficienti quantitate aquæ, & depurentur antequàm cum duabus his infuſionibus permiſceantur: dein coquantur omnia ad ignem lentum ad mellis ſpiſſitudinem & conſiſtentiã, vel vlteriùs. Remoueantur ab igne, & ſub finem addantur

Pulueris ſenæ
Rhabarbari an. ℥*ij.*
Spec. Diatragacanthi frigidi
Aniſi an. ℥ß.

Probè diuque miſceantur omnia piſtillo ligneo, & fiat electuarium ad iuſtam conſiſtentiam. Sufficit robuſtioribus pro doſi exhibere ℥vj. & cæteris ℥ß. Generale hoc & benignum purgatiuum quouis tempore exhiberi poteſt tam ad præcautionem quàm ad curationem febrium, aliarúmque corporis ægritudinum. Loco ſucci limonum ſubſtitui poteſt ſuccus mali punici: huius generis ſuccos data opera addimus, eo quod aciditate ſua vitriolata ad extractionem tincturarum & eſſentiarum omnium vegetabilium multùm conducant, & in omni purgatiuo, quod inſigni calefactione præditum ſit, veri correctiui vicem ſubminiſtrent: eſt præterea eiuſmodi aciditas ad re-

ad rerum omnium fermentationem conciliandam efficaciſſima, quod ſummoperè notandum eſt.

2. Aliud Quercetan.

Catholicum.

Antidotus catholica.

℞. *Polypod.q.*
Viſc.q.poteſt omitti.
Sem.Cartham.an.℥ij.
Paſſul.purg.
Liquirit.an.℥j.
Prunor. dulc.
Iuiub.an.N.xx.
Sem.Pæon.(ob caput)
Card. bened.an.℥ß.
Flor.Calendul.
Til.
Lil.conv.an.p.j.
Cichor.
Violar.
Borrag.
Bugloſſ.
Roſ.an.p.ij.
Santal.citr.℥iij.
Cinam.
Aniſ.an.℥j.ß.
Decoq.ex exprim. ac clarific. In ſ. q. huius decoct. clarif.adde
Fol.Sen.or.℥iij.
Agar.troch.
Rhabarb.an.℥vj.
Epithym.p.j.ß.
Optime clauſa in vaſe vitreo digerantur in M. B. ♁ (3) dein fortiter exprimantur. Expreſſioni addantur
Pulp. caſſ.
Tamarind.cum ▽ viol.extr.an.℥iij.
Mann.granat.
Penidior.
Sacchar.violar.q.ſ.
F.Electuarium ſ.an.

Minoratiuum eſt non ſolum antepilepticum, ſed quod variis aliis, tum acutis, tum diuturnis morbis conferre poteſt, blandeque humores omnes euacuare ac reprimere citra calefactionem aut vllam moleſtiam.

Exhibetur ℥ß.in forma Boli.

N. Si forma, potus jucundior ac gratior eſt, diſſoluatur in Decocto aut Aqua conuenienti, in qua per noctem maceretur: dein clarificetur cum alb. ovi. Si fortior expetitur addi poterit Syrup.aliquis roſat. ſolutivus cum Rhab.aut cum Senna.

3. Cholagogum Quercetani.

℞. *Succorum perfectè depuratorum*
Centaurij minoris
Roſarum rubrarum
Pallidarum an.℔j.
Succi rad. oxylapathi identidem depurati ℔ß.

In quibus macera ad ignem Baln. Mar. per triduum
Rhabarbari elect.℥ij.
Folicul.ſenæ ℥ iiij.
Cinnamomi
Santali rubri
Aniſi an.℥ß.

Hæc omnia in vas vitreum indita, macerentur & digerantur per tres dies: dein fiat expreſſio, & colatura, cui adde
Pulpæ prunorum dulc.℔ß.
Sacchari ℔j.
Syrupi ex nouem infuſionibus violar.
& muccag.ſem.pſyllij an.℥iiij.

Coquantur lento igne ad mellitam conſiſtentiam, cui adde

Scam-

Digitized by Google

Scammonij præparati, vt docebitur, ℥ j.
Pulueris rhabarbari
Fol.ſenæ an. ℥ j.ß.
Spec.Diatriaſantali
Trochiſc.de berber.ana ʒ iij.
Sem.Scariolæ
Portulacæ
Lactucæ an. ʒ ij.

Parabis hoc *electuarium* (ſi velis) etiam ſine ſcammonio, quod tamen poſt veram ſuam præparationem, calore ſuo priuatum, adeò innoxium eſt, vt potius cæterorum remediorum vim & efficaciam, ad ſeroſos & bilioſos humores vtiliter euacuandos potenter acuat & extimulet. Loco igitur vulgaris præparationis cũ *ſucco citoniorum*, *cortice myrobalanorum*, *& maſtiche*, optima eius & elegantiſſima preparatio cum *aceto montano*, *vel ſucco limonum* fieri debet, quod fuſius docebimus alibi.

4. *Electuarium purgans pituitam Quercetani.*

℞. *Rad.helenij* ℥ j.
Polpodij
Sem.Carthami an. ʒ ij.
Herb.Chamadryos
Camæpityos
Thymi
Hyſſopi an.m.j.
Sem.Fœniculi
Aniſi an. ℥ ß.
Flor.Stœchados
Betonicæ an.p.j.
Calendulæ
Hyperici ana p.ij.

Coquantur in *aqua betonicæ*: dein fiat expreſſio & colatura, de qua cape ℔ ij.

Succorum depuratorum citoniorum & roſarum Damaſcenarum, an. ℔ j.

In quibus mixtis macera ad ignem Baln.M.calidum, vt ſuprà.

Agarici recens trochiſcati ℥ ij.
Turbith gummoſi ʒ ij. ß.
Foliorum ſenæ ℥ iij.
Aſari ℥ j ß.
Scammonij præparati, ʒ vj.
Garyophyll.
Cinnamomi
Zingiberis an. ℥ ß.

Dein fiat fortis expreſſio, defæcatio ſeu depuratio, vt iam docuimus, ac tandem tranſcolatio: in qua adde *manna granatæ purificata*, ℔ j. *penidiorum* ℥ iiij. coquantur lento igne, donec reducantur ad bonam electuarij conſiſtentiam: doſis ℥ ß. vel ʒ vj. pro robuſtioribus.

Febribus diuturnis à pituita & bile vitellina mixtis, auxiliatur: quinetiam pituitoſa, craſſa, cruda, & mucilaginoſa excrementa, quæ tirca ventriculi, inteſtinorum, renumque regionem, flatus cruciatuſque excitare ſolent, diſcutit & radicitus educit.

5. *Electuarium purgans melancholiam atramque bilem.*

Dia helleborum Quercet.

℞. *Rad.Hellebori nigri non adulterini* ℥ ij.
Polypodij querni ℥ j.ß.
Cort.capparum.
Tamariſci an. ℥ j.
Summitatum meliſſæ
Thymi

Epithymi an.p.j.
Folicul.ſenæ ℥iiij.
Turbith.gummoſi ℥ij. ß.
Myrobalanorum omnium an. ℥ß.
Agarici rec.trochiſcati ℥j. ß.
Sem.Ireos.
Cardui bened.
Fœniculi
Aniſi ana ʒvj.
Cubebarum
Cinnamomi
Macis
Garyophyllorum an. ʒiij.
Conſeruæ flor.bugloſſæ
Violarum
Nymphææ ana ℥.j.

Hæc omnia contuſa & permixta macerentur in ſuff. quantitate ſeri lactis, & ſuccorum quàm optimè depuratorum *fumariæ, bugloſſæ, pomorum redolentium,* idque in Baln. M. vaporoſo, vaſe optimè clauſo per qua triduum: dein fiat expreſſio, colatura, itemque depuratio, vt iam docuimus: his adde

Mannæ granatæ
Sacchari violati
Pulpæ tamarindorum
& pulpæ racemorum recentium præparatæ vt docebimus, an. ʒvj.

Coquantur lento igne ad conſiſtentiam ſyrupi perfectè cocti, cui ſubſequentes pulueres paulatim inſperge, rudicula omnia ſemper commouendo

Pulu. Diaſenæ noſtræ deſcriptionis ʒij.
Pulu. Trochiſc. de rhabarb.
De eupatorio
De capparibus an. ℥ß.
Scammoneæ præp. vt iam docuimus ʒvj.

Miſce & fiat electuarium, vt eſt artis.

Hoc eſt vnum ex melanagogis noſtris, quod minori agendi violentia operatur, quàm hiera diacolocynthidos Pacchij aut Logadij: mirum in modum etiam vniuerſam ſanguinis maſſam mundificat, & ad ℥ß. tantummodo exhibitum, vitia ab vtraque bile, & ipſa pituita ſalſa enata potentiſſimè tollit. Hinc ad omnes affectiones melancholicas, febres quartanas, cachexias, oppilationes lienis & meſenterij, epilepſiaſque auxilium eſt ſingulare, necnon aduerſus morphaam, impetiginem, & cancrum. Specificum præterea & excellens purgatiuum ad diuerſas melancholiæ & maniæ ſpecies eſſe comperitur, addita eſſentia lapidis lazuli in ſufficienti quãtitate: ſicut eius præparandi methodum ſuo loco trademus cum pulpam vuarum extrahendi ratione; quod extractum, à gallis *Reſinee* appellatũ, Autumni ſolummodò tempore præparari poteſt.

ADMONITIO.

Plures hodiè audito *hellebori nomine* ſtatim obſtupeſcere ſolent: cùm tamen certum ſit ipſos ſuis eccoproticis nihil vnquam effatu laudeque dignum ſine illius beneficio præſtare poſſe, in morbis præſertim chronicis & difficilibus, qui corporis membris altiùs & tenaciùs inhæreſcunt: in iis verò helleborata, modò ritè præparata fuerint, citra vim & moleſtiam, multò validiores penetrandi vires exerunt, quàm colocynthis, thymælea, chamælea, peplium & ſimilia: ſicut alibi demonſtrauimus, ſimulque oſtendimus, quanti olim antiquitas, necnon ipſemet *Hippocrates* hellebo-

rum

rum fecerint, quod ob ſummam eius virtutem & efficaciam, laudibus maximis in cœlum vſque extulerunt.

6. Electuarium lenitiuum antinephriticum Quercetani.

℞. *Rad. Altheæ*
Polypodij q.
Sem. Carthami an. ʒj.ß.
Rad. Taraxaci
Aſparagi
Petroſel.
Fœniculi
Tringiorum ana ʒj.
Iuiubarum
Sebeſten ana par. vj.
Herb. Cichorij
Scariolæ
Agrimon.
Pimpinel.
Saxifrag.
Herb. Capillar. ana m.j.
Sem. 4. frigid. maior.
Lactucæ
Portulacæ
Maluæ
Papau. alb. ana ʒiij.
Aniſi
Fœniculi
Bardanæ
Milij ſolis
Saxifragiæ ana ℥ß.
Fruct. Alkekengi
Senelorum
Prunorum Damaſcen. ana par. xij.
Flor. Geniſtæ
Violarum
Nymphææ an. p. ij.

Coquantur vt artis eſt in ſuff. aquæ: in ℔. j. ß. colaturæ clarificatæ, adde *ſucci limonum* optimè depurati ℥ iiij. in quibus macera per 24. horas ad ignem Baln. Mar.

Folic. Senæ ℥iij.
Macis
Cinnamomi an. ʒij.

Dein fortiter exprimantur, & in hoc expreſſo denuò macera & parū decoque folicul. oriental. ℥ j ß. in colatura adde

Penidiorum
Sacchari violati ana ℥iiij.
Pulpæ caſſiæ
Tamarindorum extract. cum aqua violar. ana ℥iij.
Coquantur ad mellis conſiſtentiam.
addendo pulueris ſenæ ℥ij.
Cryſtall. tartari ʒj.ß.
Pulu. Diatriaſant. frigidi ℥ß.

Omnia ſimul ritè miſceantur, & fiat electuarium ſecundum artem: doſis ℥ß. vel ʒ vj.

Excellens eſt aduerſus calculi præſeruationem, ſumptum ad ℥ß. luna decreſcente, purgat blandè & vtiliter: robuſtioribus ſufficit exhibere ʒvj in forma boli. Vſus quinetiam eius vtiliſſimus erit in remediis purgantibus & clyſteribus ad dolores nephriticos vſurpandis.

7. Electuarium hyſtericum Quercet.

℞. *Succorum optimè depuratorum mercurialis.*
Betæ
Fumariæ ana ℔ j.ß.
Artemiſiæ
Matricariæ
Ebuli

Centaurij minoris an.℔ ß.
Folicul. Senæ ℥iiij.
Sem.Fœniculi
Pæoniæ
Aniſi ana ℥j.
Althea ℥ß.
Flor.Violar.
Chamomil.
Sambuci
Hyperici an.p.ij.

Fiat decoctio,expreſſio,& colatura:cui adde

Pulpæ prunorum
Pulpæ caſſiæ an.℥vj.
Mannæ
Sacchari an.℥viij.

Lentè coquendo reducantur omnia in elect. addendo ſub finē pulueris ſubtiliſſimi folicul. ſenæ ℥ ij. ß.

Fæculæ Bryoniæ ℥j.
Sem.Aniſi
Fœniculi dulcis
Cinnamomi an.℥ß.

Miſce fiat electuarium: doſis ℥ß.

Hoc electuarium eſt efficax ad ſuffocationem matricis, epilepſiam, vertiginem, melancholiam hypochondriacam, cardialgiam, & diuerſos alios affectus, qui ab his dependent: de quo pro ſpecifica horum malorum purgatione per os exhiberi poteſt ℥ß. in forma boli: vſq; ad ℥ vj.in clyſteribus.

Ad horum duorum electuariorū normam & formam, alia plura conficere poteris: vel cum decoctionibus, vel cum ſuccis depuratis, qui affectibus, quos edomare velis, conueniant. Vnde alia plura electuaria mollia purgantia hîc deſcribere nunc ſuperſedebimus.

Sequuntur nunc ordine purgantia ſolidioris conſiſtentiæ, quales ſunt pilulæ, quibus proximum nunc locum poſt electuaria deſtinabimus.

Cap. XIX.

De pilulis ſeu catapotiis.

Remediorum quorundam purgantium, quæ à rotunda ſua formâ à Latinis vocantur *pilulæ*, quaſi *paruæ pilæ*, quæque à Græcis à ſumēdi modo καταπότια dicuntur, vti iam dictum, maximus vſus eſſe ſolet, hodie in medicina factitanda. Sunt etiam multi, qui eas ſumere malunt, quàm bolos & electuaria. Sub hac enim rotunda forma, medicamenta vel ingratiſſima minori tū moleſtia, tum doſi deglutiuntur, & in ventriculum ingeruntur, vnde paulò diutius in huius generis remediis immorabimur, & ſub iiſdem poſteà extracta quoque purgantia comprehendemus, vtpote quæ in pilulas magna ex parte efformari poſſint.

Hæc *per pilulas medendi ratio*, olim antiquis quoque familiaris & conſueta fuit, quemadmodum videre eſt *ex reſcriptis Gal.l.9. ſecundum locos ca.1.* Item *cap.14.lib.5.& cap.8.lib.14. method.med.*

Porrò huiuſmodi remedia, non purgationis ſolummodò ſcopo inſeruiunt, ſed illorum vſus multò latiùs extenditur:Pro varia enim morborum cauſa & natura, variis quoque accommodantur vſibus: qui tamen omnes ad hos *quinque* potiſſimum reduci

Pilularum differentia. duci poſſunt: *ad diuerſorum nimirùm vitioſorum & noxiorum humorum euacuationem, ad dolorum mitigationem, ad ſomni inductionem, ad fluxionum tuſſiſque probibitionem, & tandem ad ſitis extinctionem.*

Vt autem ordinem inſtitutum ſequamur, nec longius fortè ab eodem digrediamur, hîc *de pilulis purgantibus* tantùm nunc agemus, de cæteris ſuo loco dicturi.

Pilulæ Cholagogæ.

Ex his itaque *nonnullæ purgant bilem*, veluti ſunt pilulæ aureæ: de hiera cum rhabarbaro, de eupatorio maiores Meſ.

Phlegmagogæ.

Phlegma. *Aliæ pituitam*, vt cochiæ, fœtidæ maiores Meſ. de agarico, de hiera cum agarico, de ſarcocolla, de colocynthide.

Melanagogæ.

Melanag. *Aliæ ſuccum melancholicum atrámque bilem*, vt pilulæ Indæ Haly ex Meſ. de lapide lazuli, de lapide Armeno.

Panchymagogæ.

Panchymag. At earum nonnullæ *omnes humores ſimul deturbant*, vt pilulæ Arabicæ Nicolaï, ſine quibus eſſe nolo eiuſdem Nicolai, pilulæ aggregatiuæ maiores Meſ. & pilulæ de opopanace Meſ.

Purgantes diuerſos humores.

Aliæ *duos humores ſimul euacuant*, vt pilulæ aggregatiuæ minores, de hiera cum rhabarbaro & agarico, pilulæ ſtomaticæ Alkindi *ab Auicenna* deſcriptæ.

Harum omnium pilularum *aliæ* mitiùs, *aliæ* valentius, *aliæ* verò mediocriter euacuant.

Mitius pilulæ de rhabarb. de agarico, de hiera.

Vehementius: pilulæ de euphorbio, de opopanace.

Mediocriter: aliæ.

Poteſt etiam alia pilularum fieri diuiſio, qua aliæ certis partibus, & peculiaribus morbis conueniunt; vbi videlicet.

Aliæ capiti deſtinantur, vt ſunt pilulæ cephalicæ minores Gal.

Aliæ oculis, vt opticæ ſeu lucis, *quæ viſum roborant, conſeruant, excrementaque pituitoſa, tum à cerebro, tum ab oculis educunt.*

Aliæ pectoris regionem expurgant, vt bechicæ, pilulæ de aloë, & maſtiche Nicolai Myrepſi, de hiera picra Galeni, vt & elephanginæ ſunt *ſtomachica, vitiiſque ventriculi conducunt, ac ex eo pituitam, itemque bilem blandè educunt: ipſumque ventriculum ſimul & ſemel roborant, concoctionem iuuant & appetentiam excitant.*

Pilulæ de mezereo *valent ad aquas hydropicorum educendas.*

Pilulæ de caſtoreo hyſtericæ *ſunt & vteri affectibus conducunt.*

Pilulæ peſtilentiales Auicennæ & pilulæ Ruffi, quæ ex iiſdem ferè componuntur, *peſtiferis affectibus auxiliantur.*

Pilulæ arthriticæ Nicolaï, & pilulæ maiores, de hermodactylis Meſ. *pituitoſos ſeroſoſque humores ex partibus remotiſſimis educunt, & ad podagram aliosque articulorũ dolores mirificè proſunt.*

Digitized by Google

Ad vitia, ex humoribus aduſtis pituitaque ſalſa procreata, à quibus morphea, pruritus, ſcabies & ſimilia ſymptomata ſuboriuntur, conferunt pilulæ de fumo terræ Auicennæ.

En paucis omnium pilularum, quæ hodie in vſu ſunt, & in celebrioribus proſtant officinis, enumerationem diſtincta methodo, iuxta illarum proprietates & vires purgatorias tam generales quàm ſpeciales, hîc à nobis propoſitam.

Non hîc pharmacopœam meam, tot tamque numeroſis *pilularum* modò enumeratarum formulis onerabimus: alij enim in ſuis ſcriptis plus ſatis de iis commentati ſunt, quò lectorem ablegamus, ſed ornabimus illam potius & ditabimus quibuſdam pilulis non vulgaribus, quæ tamen *ad grauiſſimos & diuerſos affectus vtiliſſimæ ſint & ſpecifica quaque minori doſi, quàm vulgares illæ exhibitæ, omnes noxios humores è corpore noſtro potenter educant, citra tamen vllam eiuſdem conturbationem aut moleſtiam.* Hic pilularum minimè vulgarium delectus (quarum maximam partem noſtræ inuentioni iure vendicamus: cæteras ex mutua communicatione cum viris hinc inde per totam Europam doctiſſimis accepimus) hic, inquam, *pilularum delectus* efficiet, vt meo exemplo alij ſuam quoque pharmaceutricen, ſelectiſſimis quibuſuis, non tritis aut vulgaribus remediis ditaturi & exornaturi ſint. *Sed abſit dicto inuidia.* Soli enim publicæ vtilitati propagandæ incumbo, vanæ & inanis gloriolæ perpetuus contemptor.

At cùm inter præcipua harum pilularum ingredientia, *Aloës* primas teneat, & rei cardo in eo potiſſimum verſetur, vt ex arte rectè repurgetur, ab eius præparationis deſcriptione hîc initium faciemus, quæ ita habet.

Vera aloes præparatio.

℞. *Aloës ſuccotrina optimæ & laudatiſſimæ ex veſica* ℥vj. aut ℔ ß. *vel tantũ, quantum lubet: quam redactam in pulverem immittas in matracium ſeu cucurbitam vitream: affunde aquæ endiuiæ aut acetoſæ*, vt quatuor vel quinque digitos ſuperemineat: pone in Balneo Mar. calido ac ferè bulliẽte, vaſe optimè clauſo cum ſubere ac cera Hiſpanica. Stet ita per duos vel tres dies integros, & conflabis aquam ab aloës eſſentia tinctam, & rubicundiſſimam rubini inſtar, quam lentè per inclinationem à fæcibus ſeparabis, ne quod craſſum eſt, exeat ſimul, liquorem effuſum ſeorſim aſſerua in alembico probè clauſo. Materiæ relictæ *aliam* affunde *aquam endiuiæ*, ſed non tantum quantum priùs. Denuò digere vt antè, colaturam ſepara, priorique adiice, ac rurſus aliam affunde, donec aquam nullum amplius eliciat colorem, & videbis reſiduũ, quod eſt in fundo arenæ inſtar aut cineris in magna ſatis copia. Ex media libra duę vel tres vnciæ reſtabunt: eſt autem fæx aloes inutilis, nec in aqua diſſoluitur. Aquam omnem tinctam deſtilla per alembicum, aut fac exhalare in patina argentea, carbonibus calidis impoſita, donec materia reſtet craſſitudine mellis: quæ

crit

Digitized by Google

erit luculiſſima rubini inſtar & maiori artificio atque iudicio præparata, quàm ſolet vulgo ſimplici illa ablutione, ſi vel centies abluatur.

Hæc aloës ſic præparata & depurata, baſis vicem obit ad plures effingendas pilulas: quæque iam per ſe ad vnius ſcrupuli doſin exhibita, excellens medicina eſt.

Gummatum præparatio.

In pluribus etiam pilulis formandis recipiuntur *gummi ammoniacum, bdellium, opopanax, myrrha, ſcammonium*, quæ ipſa quoq; imprimis præparatione opus habent, vt potè quæ multis adhuc fæcibus craſſis & inutilibus ſcateant.

Gummata ferulacia.

Gummatũ præparatio. Antequam igitur *gummi ammoniacum, bdellium, opopanax, & ſimilia* in vſum veniant, ea in aceto roſato aut vino albo diſſoluenda ſunt, & per ſetaceum traiicienda.

Myrrha.

Myrrha præpar. *Myrrha* quoque in vino ad ignem Baln. M. diſſoluta, adhuc calens per linteum tranſcolanda eſt.

Scammonium.

Scammon. præpar. Vera *ſcammoneæ* præparatio fit *cum ſucco limonum depurato*, idque in eodẽ Baln. Mar. calido: in quo diſſoluatur, & feruens etiam adhuc per linteum tranſmittatur, & hoc pacto craſſa eius & impura ſubſtantia, quæ non niſi noxam parit, ab ea ſecernatur.

N. *Chymici, qui certa quadam, & infallibili experientia edocti, elegantes illas & ſingulares vitrioli proprietates occultè in eo deliteſcentes eruere norunt, haud verebuntur ſcammoneam, myrrham, & ipſa etiam gummi præparare & diſſoluere cum phlegmate vitrioli, toto ſuo ſpiritu impregnato. In hoc ſolo enim ſpiritu latet vera illorum ſimplicium præparatio, quæ tùm exuperante calefaciendi qualitate inſignita ſint, hac via exquiſitè & perfectè corriguntur: hic etiam ſpiritus, verum euphorbij correctiuum exiſtit, quod aliàs tanquam venenum, tum in pilulis euphorbij, tum in aliis inde concinnandis remediis (niſi priùs vera, vti diximus, & legitima eius accedat præparatio) penitùs abdicandum puto.*

Hæc omnia hactenus dicta ſunt, vt ſi in poſterum *de aloe præparata, de gummi: myrrha, & ſcammonea* præparatis mentio fiat, præmonitus lector, veras præparationes modò expoſitas intelligat.

Pilulæ Authoris.

1. *Pilulæ panchymagogæ.*
2. *Aloe panchymagoga.*
3. *P hlegmagoga.*
4. *Melanagoga*
5. *Pil. Cholagogæ de centaur.*
5. *Alia cholagoga ex Alexit.*
7. *P. de Rhabarb. monach.*
8. *P. phlegmagog. de abſynth.*
9. *P. Tartareæ melanogog.*
10. *P. polychreſtæ Q.*
11. *P. Benedicto Q.*
12. *P. de ammoniaco*
13. *P. de Sagapeno.*
14. *P. Hydragog.*
15. *P. de Euphorbio*

16. P.

Digitized by Google

16. *P. de Euphorb. contra peſtem.*
17. *P. ad tremorem & ſpaſmum.*
18. *P. peſtilentiales Alberti Ducis Bavariæ.*

1. *Pilulæ panchymagogæ ſ. Catholicæ Quercetani.*

℞. *Aloës præparatæ vt ſuprà* ℔ ß. (vel amplius prout tibi videbitur) hanc inde in vitrum ampliſſimum capax (quali plerumque conſeruæ ſolent aduerſari) & ſimul affunde ſuccum violarum, variis coctionibus, & ſeparationibus puri ab impuro per ſolam digeſtionem in B. Mar. mediocriter calido, adeò depurati & cocti, vt tandem ad ſyrupi conſiſtentiam reduci poſſit citra mellis ſacchariue additionem: de qua præparationis methodo, abundè ſatis dictum eſt ſuprà in capite de ſyrupis: ſic quoque in præparandis cæteris ſuccis procedendum erit. Hic ſuccus ita præparatus cum prædicta aloë miſceatur & vitrum in quo continetur materia, radiis ſolaribus æſtiuo tempore, aut ſimili calori, vt hypocauſti exponatur, & prædictus ſuccus inſpiſſabitur, atque paucis diebus adeò cum aloë permiſcebitur, vt omnia in vnum corpus, & in vnam conſiſtentiam reducta eſſe videantur.

Nota: Materia ſingulis diebus, rudicula lignea optimè agitetur, vt omnia probè in vicem miſceantur: cui mixtioni ſuo tempore adde

Succor. Flor. primulæ veris
Perſicæ arboris
Roſarum pallidarum
Cichorij
Bugloſſæ
Hyperici an. ℥iiij.
Singuli hi ſucci præparentur ad modum ſucci violarum.

Et ſic intra quatuor vel quinque menſes, quod temporis ſpatium, huius operis perfectio requirit, propter flores, qui diuerſo tempore naſcentes, ſimul colligi nequeunt, ſemilibram aloës tuæ, ad libram vnam & ſemis auctam inuenies: omnes enim ſucci perfectè cum illa incorporati ſunt: huius materiæ ſeſquilibræ, inſuper adde eſſentiæ ſiue extracti

Sennæ ℥iij.
Extracti rhabarbari
Agarici an. ℥ij.
Cinnamomi
Puluerìs fœniculi dulcis
Aniſi an. ℨj.
Spec. diatriaſantali ℈iiij.

Omnia reducantur ad bonam pilularum conſiſtentiam quæ ad ℈j. ß. exhibitæ, in vniuerſum omnes purgant humores, & ipſum etiam ſanguinem: vnde hoc remedium *panchymagogum* appellandum dixi.

Hæ pilulæ citra extractorum purgantiũ additionem, per ſe ſunt præſtantiſſimæ ad corporis ſanitatem conſeruandam, ex virtute ſua balſamica: vnde etiam vermium generationem prohibent: in genere omnes humores corruptos, noxios & ſuperfluos euacuant, totam ſanguinis maſſam purificant, & ad alios diuerſos affectus curandos conducunt. Baſis præterea vicem ſubeunt ad diuerſa & ſpecifica remedia concinnanda, aduerſus febrem quartanam, & omnes lienis obſtructiones, addẽdo ſuff. quantitatẽ Vſus.

gummi

gummi ammoniaci, *bdellij*, *ad eum*, *quem ſcripſimus modum præparatorum*: *vim earum purgatoriam efficaciorem reddes*, *adiiciendo ſcammonium* ut ſuprà præparatum.

Nonnibil diſcrepantes ab hac deſcriptiones exhibet *Author in cura Arthriditis*, ut & in conſilio *cachoxiæ* nobili cuidam Virgini præſcripto, addit, nimirum & *myrrham*, *Crocumque* &c. atque maximopere commendat in præſervatione ac curatione dictorum affectuum. *Vide dictis locis.*

Aloes uſus & vires.

Quilibet pharmacopœus deberet ad modum præſcriptum, magnam ejuſdem eſſentiæ aloës, quæ in plures annos adſervari poteſt, quantitatem ſimul præparare: *per ſe ſola enim exhibita purgat ventriculum à mucilaginoſis impuritatibus*, *in ipſius tunicis impactis*: *roborat etiam eundem*, *coctionemque juvat*. Frequens præterea unici hujus balſamici remedij uſus, modò id rectè præparatum fuerit, *vitam diuturnam & ſanam tuetur à pluribus morbis.*

Celſus ejuſdem Aloës laudes mirè prædicat nec immeritò propter ejus virtutes ſummas, quæ multò efficaciores adhuc, enumerata illa digeſtione & depuratione evadunt.

Aloe panchymagoga.

Simplicia purgantia cum Aloe. Si quis voluerit ex ea parare *remedium ſimplex purgans bilē*, quatuor unciis aloes ut ſuprà præparatæ, addat *unciam unam eſſentiæ ſive extracti rhabarbari*, *vel unciam unam extracti agarici aut turbith*, ſi pituitam purgare velit: vel eandem doſim *extracti helleb. nigri*, *& ſenæ*, ſi ſolam melanchol. educere animus ſit: non hîc opus habes correctivis (quæ potius molem corpoream in plerique medicamentis augent, quam nimiam illorum vim purgatoriam minuant) ea tamen addi videbis *in capite de extractis*, ubi de eorundem ſimplicium vera præparatione & correctione agetur.

Si generale quoddam remedium *ad omnes humores* ſimul, ut par eſt, *purgandos conficere* velis: miſce ſimul omnia illa extracta, augendo doſim aloes ad eorumdem proportionem.

Alia purgantia ex Aloe faciliora. Si quis de labore & longiori tempore conqueratur, & craſſiori quadam horum remediorum præparatione contentus eſſe velit: is *quatuor his unciis aloes præparatæ* admiſceat.

Rhabarbari ſubtiliſſimè pulverizati ℥ j.
Cinnamomi ℈ ij.
Croci ℈ j.
Spec. diatria ſantali ʒ ß. ex his omnibus formentur pilulæ ad purgandam bilem.

3 *Aloe phelegmagoga.*

Ad pituitam deturbandam, *eidem aloes ponderi adjice*

Agarici trochiſcati, *& in pulverem redacti* ℥ j.
maſticis ℈ j.
Salis gemmæ ʒ ß.
Vel agarici trochiſcati loco, *adde ſpec. diacarth.* ʒ x.

Digitized by Google

4. *Aloe melanagoga.*

Vt fiat melanagogum ſimplex, adde

Sennæ ſubtiliſſimè pulverizatæ. ℥j.
aniſi,
fœniculi,
Epithymi ana ʒ ß.

Temporis ratio poſtulat, ut formulas noſtrorum cholagogorum, phlegmagogorum, melanagogorum, prout ſuprà promiſimus, nunc proferamus.

5. *Pilulæ cholagogæ de centaurio Quercet.*

℞ *Succorum optimè depuratorum centaurij minoris*
Roſarum pallidarum.
Eupatorij Meſuæ:
& rad. oxylapathi ana ℥ iiij.
In quibus adde aloes præparatæ ut ſuprà ℥ vj.

Digerantur ad ignem Baln. Mar. per 12. horas, ut fiat perfecta diſſolutio & mixtio; dein omnia coagulentur ad mellis conſiſtentiam; cui adde

Pulveris rhabarbari ℥j.
Xyloaloes
Myrrhæ ana ʒ ij.
Croci:
Cinnamomi ana ʒ ß.
Spec. Diatriaſantali
Trochiſc. Diarrhodon ana ʒ j.

Miſce fiat pilularum maſſa: doſis ℈ j. ß. vel ℈ ij.

Proſunt in omnibus febribus biloſis, arquato morbo & cachexia. Iecoris item cæterarumque partium, nutritioni dicatarum, obſtructionibus mirificè auxiliantur.

6. *Pilulæ cholagogæ Querc. ex Alexic.*

℞. *Rad. Polypod.*
Cort. Fraxin. ana ℥ ij.
Herb. Scord. m. ij.
Agrimon.
Fumar.
Scabioſ.
Meliſſ. an. m. j.
Dictamn. p. ß.
Sem: Endiviæ.
Citri & corticis ejus, ana ʒ iiij.
Flor. Bugloſſi
Violarum.
Tapſi barbati
Hyperici.
Calendulæ, an. p j.

Omnibus hiſce probè decoctis, in libra hujus decoctionis bene tranſcolatæ, atque clarificatæ: diſſolve Aloes in veſica ℥ vj. Quæ certè diſſolutio fieri debet in phiala, vel alembico vitreo, in balneo Mar. calidiſſimo, imponendo ut ſic melius ejuſdum aloes fiat diſſolutio & à fece terreſtri ſeparatio, imo vero exhalatio uſq; ad mellis conſiſtentiam, quam ſeparatim conſervabis.

Separatim quoque extractionem, quæ ſubſequitur, faciendam curabis.

℞. *Fol. Senæ,* ℥ ij.
Rhabarb, ℥ j.
Caryophyllorum.
Cinnamomi.

Macis

Digitized by Google

Macis
Santali citrin an. ℥ *j.*

Ex hiſce omnibus extractionem fac ſeparatam, cum aqua mali citrei, aut endiviæ. Extractio autem quo ſupra modo ſeparata, poſtquam ab aqua ſecreta fuerit, & in conſiſtentiam mellis reducta: miſcebitur cum eſſentia aloes reſervata, & mixtioni adjicientur

Myrrhæ ſelect. ℥ *iij.*
Mumiæ veræ ʒ *j.*
Croci ʒ ß.
Salis abſinthij & Meliſſæ, an. ℈ *iiij.*

Ex tota hac materia *cum ſyrupo citreo* fiat maſſa pilularum. Doſis *ad* ℈ *j. ſufficiet.*

6. *Aliæ de Rhebarbaro monachorum.*

℞ *Succi radicum rhabarbari quod monachorum dictitant.*
Succi ſummitatum fumariæ
Centaureæ minoris, Lupulorum,
Eupatorij Meſuæ, an. ℔. *j. vel amplius ſecundum quantitatem præparandam.*

Hi omnes ſucci invicem rite permixti in matracium injiciantur, atq; in balneo Mar. digerantur ac perfecto depurentur: tandem ex his liquorem per alembicum elicito, donec reducatur ad mellitam conſiſtentiam, quam ſeorſim adſervabis.

Eadem quoque operatio & præparatio fieri poterit *cum ſucco florum prunorum domeſticorrm ſive ſylveſtrium*, quæ eodem tempore effloreſcunt, & mellita illorum conſiſtentia cum præcedenti jam reſervata ſuperaddatur. Talis autem inter utramque erit proportio: quod ſi ex prima ſex unciæ conſtent, è ſecunda quatuor apponantur, & optime invicem miſceantur.

Eadem tertium fiat extractio, digeſtio, & ſeparatio puri ab impuro, uſque ad mellaginem, è *ſuccis florum roſarum pallidarum & Damaſcenarum* invicem mixtis.

Deinde accipe horum ſuccorum depuratorum, & in mellaginem reductorum ana ℔ ß. Miſce, & totam hanc mixtionem in conſiſtentiam ſatis duram decoque, ut inde pilulas concinnare poſſis: cui materiæ ſi proprium ſalem addideris, præſtantius evadet remedium purgativum, quod diuturno etiam temporis ſpatio conſervabitur.

Doſis ℈ *j. ß. Ex qua doſi facſi velis pilulas. Vel certe hujus extracti, cum aqua horum ſimplicium quam prius ante reſervaveris, vel cum alio quovis liquore diſſolvere poteris* ʒ *ß. vel* ʒ *j. potionemque inde in parva quantitate conficies: ad doſin ſcilicet, quæ ſine ulla perturbatione benignam, & apprimè ſalutarem evacuationem procurabit.*

Ad hujuſce deſcriptionis typum, non modo quivis è turba Medicorum, ſed etiam aliorum, qui aliquantiſper in arte deſtillandorum & præparandorum remediorum verſati ſunt: infinita pene purgantia,

Digitized by Google

ut utilitate, ſic bonitate præſtantia, ex herbis & floribus hortorum communium conficiet: indeque pariter comperiet, quomodo coctionis, depurationis, & coagulationis iſtius, in conſiſtentiam ſatis ſolidam, comparatæ beneficio, omnes confectiones purgativas communiores, diutius ſine ſaccharo & melle conſervare, & ex eiſdem in minori multo quantitate dare, poterit.

Pilulæ phlegmagogæ de abſinthio Quercetani.

℞ *Spec. Hieræ ſimplicis Gal.* ℥j.ß.
Trochiſc. alhandal ʒvj.
Agarici recenter throchiſcati ℥.ij.
Sem. Carthami
Hermodactylorum
Aſari
Turbith gummoſi, ana ℥j.
Myrrhæ electæ ʒvj.
Cinnamomi
Macis
Piperis
Sem. Fœniculi ana ℥ij.

Macerentur in ℔ j. ß. ſucci abſinthij optimè depurati, & ℔ j. vini albi optimi, idque in vaſe vitreo optimè clauſo ad ignem Bal. Mar. ſatis luculentum per triduum: dein materia adhuc fervida per ſetaceum traijciatur, his adde aloës ut ſuprà præp. ℥ iij. tandem omnia ad ignem cinerum, coagulentur, donec acquirant bonam pilularum conſiſtentiam.

De his pilulis in extracti modum præparatis, ſufficiet exhibere pro doſi ℈ *j. vel* ℈ *j. ß. ad ſummum. Pituitam à cerebro, pectore, ventriculo, cæteriſque partibus nutritioni dicatis, & ſeroſa excrementa à partibus etiam profundioribus & nervoſis blandè educunt: atque idcircò morbis omnibus à cauſa frigida genitis conferunt, ut cephalalgiæ, apoplexiæ, paralyſi, cruditatibus ventriculi: doloribus item arthriticis, tum ad præſervationem tum ad curationem, non paruas afferunt ſuppetias.*

9. Pilulæ tartareæ melanagogæ Quercetani.

℞ *Criſtallorum vel cremoris tartari* ℥ iij.
Polypodij querni ℥ ij.
Paſſul. Corinthiacarum ℥ j.ß.
Myrobalanorum omnium ana ℥ß.
Florum bugloſſæ
Borraginis
Nymphea, ana p. j.

Coquantur in ſuff. quantitate *aquarum fumariæ & ſcolopendriæ* ad medietatis conſumptionem. De hoc decocto acidulo & guſtui grato, optimè depurato & clarificato cape ℔ ij. *ſucci optimè depurati pomorum redolentium* ℔ *j.* in quibus adde

Foliculorum ſenæ mundatorum ℥ iij.
Turbith
Rad. hellebori nigri veri ana ℥j.ß.
Myrrhæ electæ ℥j.
Macis

Garyo-

Digitized by Google

Caryophyllorum
Cinnamomi
Epithymi ana ℥ß.

Macerentur ac digerantur ad ignem Bal. Mar. per quatriduum, idque in vaſe vitreo optimè clauſo: deinde dum materia adhuc fervet fiat expreſſio, vel per ſetaceum trajectio, cui adde aloës, ut ſuprà præparatæ ℥ iiij. omnia ſufficienter coagulentur ad ignem lentum: addendo ſub finem dum ferè refrigerata erit materia.

Spec. Diarrhod. abb.
Let. ficantis Gal.
Trochiſc. dialacca ana ʒ j.
Salis Abſinthij &
Fraxini ana ʒ ij.
Eſſentiæ croci ℈ ij.
Olei aniſi aliquot guttulas

Reducantur in bonam pilularum conſiſtentiam.

Doſis harum pilularum eſt quoque ℈ j. vel ℈ j. ß. ad ſummum. Admiranda illarum virtus nunquam ſatis laudari poteſt: purgant utramque bilem, omnes humores craſſos, tartareos, ſalſos & mucilaginoſos radicitus eliciunt, vel è partibus etiam profundiſſimis: ſuccurrunt diverſis maniacis & melancholicis affectibus, febribus quartanis: opitulantur & conducunt adverſus pſoram, cancrum, lepram, & luem veneream, eo quod purificent totam maſſam ſanguinis, à variis corruptionibus diverſorum affectuum effectricibus cauſis. Idcircò & ſani iiſdem ſingulis menſibus ſemel purgentur ad multorum morborum præcautionem. Sumi poſſunt manè vel veſperi poſt cœnam parciorem, & ante ſomnum: & mirum in modum evacuari animadvertes feces atras, vel humorem atrabilarium, qui omnium totius corporis contumaciſſimus, ægerrimè evincitur aut ſubigitur.

Pilulæ polychreſtæ Querc.

Iiſdem pilulis interdum adjiciantur

Eſſentiæ aloës & ſcammonii,
Eſſentiæ rhabarbari an. ʒ j. ß.
Eſſentiæ ſenæ ʒ j.
Eſſentiæ trochiſcorum alhandal. ʒ ß. vel amplius.

His eſſentiis, vel ſeorſim, vel omnibus ſimul præparatis pilularum harum vim purgatoriam longè efficaciorem reddo, quas tunc appello *polychreſtas*, à ſumma illarum utilitate *in curandis pluribus affectibus, & à ſingulari earundem proprietate, qua omnes humores ſimul educunt.*

De his licet vel unum ſolummodò ſcrupulum, aut minus etiam exhibueris, operationem excellentem & omninò admirandam percipies.

N. Sed dum ſic à nobis præparantur, & tam exigua doſi exhibentur, quidam cenſores in eliciendis purgativis rerum eſſentiis parùm verſati, & balſamicæ virtutis penetrativæ, operativæ & activæ prorſus ignari, inde occaſionem arripiunt eas mercuriales & antimoniales vocitandi: quibus duobus lethalibus & peſtiferis vocabulis, pilulas meas ſtatim infectas, & & ſuſpectas venenoſitatis macula inuſtas iri opinantur: quaſi verò ipſæ ex veneno paratæ eſſent, & idcircò dignæ judicandæ, ut in perpetuum exilium ad Anticyras uſque & Garamantas relegarentur.

Digitized by Google

11. *Pilulæ benedictæ Quercet.*

Sed frivolæ huius & effictæ ſuſpicionis nebulam facilè diſcutiet veritatis lumen, & ipſa experientia: qua ſola fretus, *de pilulis meis polychreſtis accipio partem unam, & totidem Mercurii mei vitæ*: ex quibus probè invicem mixtis, cum quodam ſyrupo conficio *pilulas meas benedictas.*

Has ſic appellandas puto, ab excellentiſſimis & planè ſtupendis effectibus, quos exerunt in curâ luis venereæ, quantumvis inveteratæ, & quam cancer, puſtulæ, nodi, dolores, & ſimilia pernicioſa, & graviſſima ſymptomata comitantur: hæ porrò pilulæ blandè perficiunt operationes ſuas citra vomitus provocationem, aut ullam corporis conturbationem, adeò ut à pueris & gravidis mulieribus tutò deglutiri queant: continuando illarum uſum quindecim, vel etiam viginti diebus alternis, donec eiuſmodi affectus radicitùs evellantur & perdomentur: nulla prorſus ſalivatione per os concitata, ſed tantùm per urinam interdum, quæ vera in his affectibus criſis eſſe ſolet.

Nota. Teſtes hîc producere „ poſſem infinitos medicos, chirurgos, „ & plures alios, qui verborum meorum „ veritatem confirmarent: ſed res ipſa „ per ſe ſatis loquitur, ita ut non opus ſit „ verbis, ubi rerum adſunt teſtimonia. „ Omnes prætereà veri & ſapientes medici, quibus æquè ac mihi de ſummis „ & admirandis mercurii virtutibus, „ quas in occulto continet, conſtat, his „ fidem attribuere minimè dubitabunt. „ Huc me nolentem volentem „ compulerunt meæ pilulæ benedictæ, ut in quædam verba de mercurio vitæ, „ me tanquam obiter & extra inſtitutum vagantem effunderem. „

Sed repetamus curſum noſtrum, & priuſquam huic capiti *de pilulis* finem imponamus; iis tanquam generalibus quibuſdam pilulis ſuprà deſcriptis, huc quaſdam alias adjiciamus non minus præſtantes, quàm utiles, certaque experientia comprobatas, & certis quibuſdam morbis peculiares: ſic febri quartanæ conferunt pilulæ de ammoniaco, quarum deſcriptio mox ſequitur.

12. *Pilulæ de Ammoniaco.*

℞. *Aloes ut ſuprà præparatæ* ℥ iiij.
Gummi ammoniaci in aceto ſcyllitico diſſoluti & per ſetaceum trajecti
Myrrhæ præparatæ ℥ß.
Maſtiches
Spec. Diatriaſantali, ana ℥ j.
Croci ℈ ij.
Salis fraxini, vel abſynthii ℈ iiij.
cum ſyrupo de ſtæchade, vel de ſucco roſarum fiat pilularum maſſa.

N. Poteſt etiam addi *camphoræ* nonnihil. v. g. ℈ß. circiter.

Excellentes harum pilularum vires atque virtutes pro merito ſatis prædicari nequeunt: adeò copioſe & utiliter purgant tartarum, omnemque fæculentam corporis materiam, idque citra ullum dolorem, moleſtiam & perturbationem, magnoperè etiam conferunt adverſus omnes defluxiones & dolores ventriculi, adverſus cachexias, oppilationes lienis

eiuſ-

eiuſdemque duritiem & ſcirrhum, febres quartanas tollunt & quotidianas inveteratas: præſtantiſsimæ præterea ſunt ad homines corpulentos & plethoricos evacuandos: & ſufficiet exhibere unicam aut alteram ſaltem pilulam iis, qui difficulter vel bolos, vel potiones, vel huius generis alia medicamenta, ob ingratum ſaporem & nimiam quantitatem nauſeabunda, ſumere poſſunt. Poterunt quoq; eadem ſine extracto ſcammonii, & trochiſcis alhandal præparari: ſufficienter enim per ſe purgant, ac ita iis præparatis quilibet citra incommodum aut moleſtiam ullam feliciter uti poterit.

N. Hoc utique unum erat ex "numero præcipuorum purgantium "D. *Rivierii*, non ita pridem regis noſtri "invictiſſimi primarii medici.

Q. *An gummi ammoniacum deteſtandum?*

Scio quoſdam hic demirari ſatis non poſſe, *gummi ammoniacum* à nobis additum, quòd illorum judicio immoderato & excedente calore præditum ſit, & idcirco huiuſmodi remedia inter deleteria referri debere, planè ſibi perſuadent. Ob hanc ipſam cauſam ad me venerunt quidam, ſummæ authoritatis viri, ſciſcitantes, num & ego tales pilulas approbarem: quas illi tanquam noxias & exitioſas à quibuſdam nec infimæ notæ medicis improbari & planè damnari audiviſſent. Quibus reſponſum fuit, quod eadem pariter ſententia, condemnanda eſſet tota propemodum reliquarum pilularum familia, quæcunque in diſpenſatoriis, ad communem uſum hodiè deſcriptæ haberentur: ſiquidem & illarum pleriſque, eaſdem gummi vel ſine ulla præparatione adderentur: addita ſimul oculari demonſtratione, & oblatis diſpenſatoriis ipſimet viderunt, quàm magnus ſit pilularum earum numerus, quæ ab iiſdem gummoſis remediis & nomina & appellationem ſuam adhuc retinuerunt, ut ſunt *pilulæ de ſagapeno, opopanace, bdellio, ſarcocolla* & quod eadem gummi in aliarum plurium compoſitionem recipiuntur, ut ſunt *pilulæ de agarico Meſ. de colocynthide Ioan. Damaſceni, fœtida, de hermodactylis, de nitro Alex. Trålliani*, quibus etiam inter ingredientia additur ipſum *euphorbium* omnium calidiſſimum, inque venenorum claſſem relatum. Quibus omnibus evidenter ſatis demonſtratis ſic illuſi facilè colligebant, quod critici iſti has pilulas, quæ ſoluminodo gummi ammoniacum, optime inſuper præparatum excipiunt, vel ex invidia, vel ex cæca ignorantia oppugnaſſent, ut qui parùm acuto oculorum lumine ſua inſpexiſſent diſpenſatoria.

Ob has virtutes præſtantiſſimas & efficaciſſimas, quibus huiuſmodi gummi eximiè dotata ſunt, non intermittam & hîc in publicum proferre *pilulas de Sagapeno* nuncupatas, quarum participem me fecit in ultima mea peregrinatione Italica *D. Camillus à Camillis* nobilis patrici9, & medicus celeberrimus Genuenſis, quas inter alia ſua ſecreta plurimi faciebat: præſertim autem illas ad febrem quartanam propulſandam maximoperè commendabat. *Pil. de Sagapeno.*

13. Pilulæ

13. *Pilulæ de ſagapeno Camilli.*

℞. *Sagapeni gummoſi præp.* ℥ vj.
Ammoniaci identidem optimè præp. ℥ vj.
Extracti trochiſc. alhandal. ℥ j.
Scammonii præparati ʒ ß.
Salis gemmæ ℥ j. ß.

Cum ſyrupo violato acidulo & tincto fiat maſſa, ex qua conficiantur pilulæ in piſi vel ciceris formam.

Vnica tantùm pilula initio paroxyſmi exhibenda eſt, continuando ad aliquot dies. Sed harum uſum præcedat humorum præparatio cum decoctis noſtris præparantibus melanagogis, & ſyrupis de pomis redolentibus, & de fumaria.

Paulò ante, vel poſt harum pilularum deglutitionem, inungi debet cervix, collum & tota ſpina dorſi linimento compoſito ex theriaca, aqua vitæ, ſalviæ, vel juniperi, aut vulgari, & pauco oleo laurino, vel de ſpica.

Curatio febris quartanarum. Hac methodo ad imitationem Camilli inſtituta per Dei gratiam *multas febres quartanas ſubſtuli*: quæ à fæcibus gummoſis viſcidis, & tenaciter corpori noſtro adhærentibus ſubortæ, non alia ratione, quàm per eadem gummi diſſoluuntur & liquefiunt. Res enim oleaginoſas & ſulphureas diſſoluit ſulphur, quod ne ſumma quidem aquæ fortis vehementia & vis efficiet unquam. In omni enim actione opus eſt mixtione, quæ fit per ſimilia, veluti id alibi fuſius & clarius demonſtravimus. Et rationi conſentaneum eſt, quod gummi à ſui ſimilibus gummi attenuentur, diſſolvantur & liquentur, & per conſequens ad expulſionem, & evacuationem idonea & apta fiant. Id quod à cæteris medicamentis ſive præparantibus, ſive eccoproticis vel laxativis nunquam præſtabitur: unde fit, quòd tam infiniti morbi relinquantur incurabiles.

Huius febris magnitudo, longitudo & frequentia, quæ eſt tanquam medicorum opprobrium, & tormentum perpetuum, quo ſe expedire haud poſſunt, occaſionem mihi dedit in hanc pilularum *de ſagapeno* deſcriptionem digrediendi, quarum effectus ſunt admirandi *in cura febrium quartanarum*, procedendo ut ſuprà. *Quarum uſus ſimiliter continuandus eſt ad aliquod tempus, ægerque duabus vel tribus horis poſt illarum devorationem, ſumat quoddam juſculum, humectandi viribus inſignitum, in quo ex herbis incocta ſit borrago, bugloſſa thymus & radices aperitivæ, cum pomo ſimul curtipendulo in rotulas diſſecto.*

14. *Pilulæ hydragogæ Quercet.*

℞. *Succorũ quam optimè depuratorũ*
Summitatum fraxini ℔ j.
Valerianæ
Centaurij minoris ana ℔ ß.

In quibus macera & digere ad ignem Baln. Mar.

Folicul. Senæ oriental. ℥ iij.
Hermodactylorum
Turbith
Aſari ana ℥ ij.
Cinnamomi
Santali citrini
Spicæ nardianæ ℥ ß.

Dein

Dein fortiter exprimantur, & coquantur ad mellitam conſiſtentiam, cui adde

Aloes præp. ℥ iij.
Fæculæ bryoniæ
Fæcul. Iridis ana ℥ j.
Scammoneæ præp.
Extracti trochiſc. alhandal. ana ʒ iij.
Elaterii præparati, ut docebitur, ʒ j.
Salis ceterach
Salis prunellæ ana ℥ j. ß.
Trochiſc. de eupatorio ℥ j.

Cum ſyrupo roſ. ſol. fiat pilularum maſſa doſis ℈ j ß.

Ad pellendam viſcerum obſtructionem, educendas aquas: denique ad cachexiam & omnem hydropis ſpeciem præſtantiſſimum illud eſt remedium.

N. *Præparationem elaterii vide in capite de extractis purgantibus: & in capite de ſalibus, quid per ſalem prunellæ,* (qui ex foſſilium familia elicitur) *intelligamus.*

15. *Pilulæ de Euphorbio.*

Pilulæ de Euphorbio, quæ non niſi in chronicis & extremis morbis, ubi attenuandum, liquefaciendum, & evacuandum eſt, exhibentur: idque ob materiam quandam adeo tenacem, viſcoſam & contumacem, ut reliquorum auxiliorum vim tanquam irritam & non ſatis validam reſpuat: hæ, inquam pilulæ, quibus euphorbium adhuc crudum & ſine præparatione additum eſt, mihi ſemper fuerunt ſuſpectæ: & ſi res meo ſtaret arbitrio, illorum uſum vix ac ne vix quidem approbarem: tale enim remedium, quod non artificioſa quadam præparatione prius emendatum fuerit, in corpus ingeri non poteſt, quin evidentiſſimam & nimiam ejus ſimul inducat calefactionem, ſeditionemque moveat. Acutinam ij, qui adeò moroſè damnant & proclamant antimonium, paulo accuratius diſcrimen maximum inter hæc duo remedia perpenderent, adverterentq; euphorbium in venenorum numero, tum à *Dioſcoride*, tum ab aliis, non verò antimonium ſicut jam alibi fuſiùs oſtendimus, recenſeri.

Interim verò ex eodem *Euphorbio*, artis induſtria correcto & præparato, tam excellentiſſima parantur remedia tum purgantia, tum ſudorifica adverſus febres quartanas, & ſimiles indomitos & contumaces affectus, & contra ipſam etiam peſtem ut multi hinc medici, viri graviſſimi & doctiſſimi, poſtquam eius vires certa experientia comprobaſſent, idem ad uſum medicum vocandum judicaverint, & proprietates eiuſdem in ſcripta retulerint. Sic quoque arrepta occaſione, idem euphorbium in pharmacopœam meam introducere volui, addita ſimul vera & genuina illius correctione & præparatione, qua vim eius deleteriam & pernitioſam tollo; ac inde medicinam produco ad multos graviſſimos affectus utiliſſimam & ſaluberrimam.

Digitized by Google

Pilulæ de Euphorbio mirabiles contra omnis generis febres chronicas intermittentes, atque quartanas, nec non contra omnes cachexias, hydropiſim, paralyſim & colicos dolores.

℞. *Euphorbii præparati, ut mox docebitur,* ℥j.
Spicæ nardi.
Maſtiches ana ʒ vj.
Opopanacis.
Sagapeni præparati,
Bdellii ana ʒ ß.
Agarici trochiſcati
& Trochiſc. alhandal ana ʒ iij.
Syrupi violati aciduli & tincti colore purpureo, quantum ſuff. &
Fiat pilularum maſſa: doſis à ℈ j. *ad* ℈ ij.

Præparatio Euphorbii.

Primò omnium optimè mundetur ab omni fæce: poſteà in exigua redigatur fruſtula, ex quibus cum limonibus ſive citriis, in orbiculos ſive rotulas diſſectis, unà cum ſuis corticibus fiat S. S. S. adeò ut primum & ultimum ſtratum conſtet ex limonum orbiculis, & totum hoc paſtæ involucro includatur in panis formam, qui in furno mediocriter calefacto coquatur, idque in modum biſcocti, hoc eſt, panis ille ſemel coctus remittatur in furnum, & coquatur ſecunda vice.

Quo facto, aperi panem, & euphorbium inde perquam accuratiſſimè ſepara ſimul cum orbiculis limonum, quibus illud adhærebit, & albiſſimum ſimul apparebit, ſeparata & abolita omni eius vi venenata.

Huic euphorbij præparationi, quam aliundè acceptam fero, nondum acquieſco, ſed illud ita præparatum, in matracium aut vitrum aptum & capax injicio, ſuperaffundendo ſucci limonum vel granatorum acidorum optimè depurati tantum, ut ſupernatet tribus vel quatuor digitis: dein omnia colloco in Balneo Mariæ ferventiſſimum ad digerendum, donec euphorbium diſſolvatur a dictis ſuccis, quibus omnibus per linteum trajectis, ſucci poſteà per evaporationem ſeparentur, & euphorbium remanebit in fundo depuratiſſimum, utpote à quo omnis calor exuperans & qualitas venenata penitus ſit ſeparata. Sed ut ad chymicos ſermonem noſtrum convertamus, *cum phlegmate vitrioli, totali & integro ſuo ſpiritu impregnato: vel cum citoniorum, aut pomorum curtipendulorum aquis, acido ſulphuris, vel ipſius vitrioli ſpiritu tinctu & acidulu redditis, multò adhuc præſtantior fiet eiuſdem euphorbii præparatio:* quod licet alibi jam dixerimus, non tamen hîc piget idem adhuc ſemel obiter tantùm repetere.

Ut igitur ex euphorbio continnentur pilulæ, adverſus peſtem efficaciſſimæ, hoc ſequenti modo, procedendum erit.

16. Pi-

16. Pilulæ de euphorbio contra peſtem Quercetani.

℞. *Euphorbii ut ſuprà præparati* ℥ j.
Extracti nucis vomicæ
Extracti croci orientalis ana ʒ ij.
Extracti rad. angelicæ
Et tormentillæ ana ʒ j. ß.
Extracti theriacæ ʒ ij.
Confect. alkermes
Et de hyacintho an. ʒ j.
Eſſentiæ corallorum ʒ j. ß.
Terræ ſigillatæ veræ q. ſ. ut

Reducantur in pilularum conſiſtentiam:

Doſis ℈ j. ß. *Quipeſte correpti ſunt utentur iis manè in doſi præſcripta, confeſtim ſuperbibendo aquæ benedictæ* ℥ ij. *& ſtragulis tecti multùm ſudabunt: quo modo venenum à centro ad circumferentiam provocabitur, & admirandum percipietur remedium.*

17. Pilulæ mirabiles ad tremorem & ſpaſmum.

℞. *Caſtorei*
Pyrethri
Caſsiæ ligneæ an. ʒ iij.
Sagapeni præparati, ut docuimus
Extracti trochiſc. albandal
& hieræ picræ Gal. ana ʒ ß.

Miſce fiat pilularum maſſa: Doſis ℈ j. vel ℈ ij.

18. Pilulæ peſtilentiales Alberti Ducis Bavariæ.

℞. *Croci*
Myrrhæ
Camphoræ
Oſsis de corde cervi
Spodii an. ʒ j.
Ligni aloes
Been albi an ʒ ß.
Terræ ſigillatæ veræ ʒ ij.
Flor. ſulphuris ʒ j.
Cort. & ſem. citrii.
Garyophyllorum
Zingiberis albi an. ℈ ij.
Ambræ ℈ j.
Fragmentorum hyacinthi
Smaragdorum
Granatorum an. ℈ j. ß.
Agarici electi
Rhabarb. optim. an. ʒ ß.
Aloës ex veſica ad pondus omnium

Miſce fiat pilularum maſſa: doſis ʒ ß.

Si loco horum ingredientium, craſſo tantùm modo præparatorum recipiantur illorum extracta, remedium evadet multò præſtantius & utilius.

Has pilulas inſtar ſecreti alicu- " ius magni acceptas fero D. Birkmanno, " viro doctiſſimo & medico Colonien- " ſi celeberrimo, quem tum hac præſen- " ti memoria, tum aliàs ſemper honori- " ficè & peramanter colo.

CAP. XX.

De pulveribus purgantibus.

PULVERES purgatorii ita dividuntur, ut *alii* vel ſimpliciter purgent quemlibet humorem ſeorſim, bilem videlicet, pituitam, & ſuccum melancholicum: *alii* vel duos ſaltem, vel omnes pariter educant: *alii* verò apti & appropriati ſint certis corporis partibus, veluti capiti, ſtomacho, ventri,

ventri, lieni, peculiariter à varia fęcum illuvie, putredine & corruptione repurgandis, de quibus ſolis pulveribus purgativis, ne longius ab inſtituto diſcedamus, hîc agemus. Quibus ſi acceſſerint nonnulli pulveres morbis quibuſdam peculiares & ſpecifici, eos adeò addimus, quòd tanquam ſeleĉtiſſimi propriaq; experientia diutius à nobis comprobati ſint, quibus lucē aſpiciendam publici commodi cauſa, nullo modo denegavimus. De cæteris pulveribus, tam alterantibus quàm roborantibus, variiſque aliis medendi ſcopis accommodatis, ampliſſima quidem dicendi occaſio hîc eſſet: ſed illos rejicimus in cap. de confectionibus aromaticis, ubi de maxima illorum parte tractaturi ſumus: plures verò alios in ſcriptis hinc inde noſtris ſparſim tradidimus.

Traduntur hoc loco.

1. *Pulvis cholagogus.*
2. *Phlegmagogus.*
3. *Melanogogus.*
4. *Panchymagogus.*
5. *Alius.*
6. *Cephalia ad morbos frig.*
7. *ad hydropem.*
8. *ad lumbricos.*
9. *ad lumbricos.*
10. *Cachecticus.*

1. Pulvis cholagogus.

℞. *Rhabarbari electi* ℥ iij.
Flor. Violarum ℥ ij.
Roſ. pallidarum
Hyperici an. ℥ j.
Spec. Diatriaſantali,
Maſtiches
Cinnamomi an. ℈ ß.
Scammoneæ præp. ℈ j.
Sacchari violati ℥ ß.

Miſce fiat pulvis: doſis ℥ j. ſumatur ex juſculo.

2. Pulvis phlegmagogus.

℞. *Spec. Diacarthami* ℥ ij.
Agarici trochiſcati ℥ ß.
Turbith
Hermodactyl. ana ℥ j.

Miſce: doſis ℈ ij. cum juſculo vel vino.

3. Pulvis melanagogus Querc.

℞. *Senæ* ℥ j.
Aniſi
Fœniculi dulcis an. ℨ j.
Cinnamomi ℈ ij.
Cryſtallorum tartari ℨ vj.
Sacchari ℥ j. ß.

Doſis ℨ ij.

Hic pulvis non injucundi ſaporis eſt: *Optimè purgat humores acres, ſalſos, retorridos, & melancholicos: ventriculum à viſcida & mucilaginoſa materia detergit, & ſic quoque eundem roborat. Sic huic pulveri, Aquila noſtra cœleſtis* (quæ licet planè inſipida ſit, nihilominus tamen 17. granorum pondere, cum vino infuſa & exhibita omnes corruptos & putridos humores è corpore clementer educit) *drachmam unam atq; alteram adjeceris, excellens remedium habebis: vel contra ipſam luem veneream, addendo nimirum commemorata doſi gummi guajacini* ℨ iij. *omniaque ſic reducendo in pulverem: de quo ſatis erit pro doſi exhibere* ℈ iiij. *ſtatim ſuperſorbendo juſculum, & admirandos ſortietur.*

fortietur effectus. Vſus ejuſdem continuandus eſt 12. vel 15. diebus conſequentibus. *Prima venerea luis ſpecies, hac methodo ſine negocio expugnatur: Sed ſi fuerit inveterata, cancroſa, nodoſa, doloribus & aliis infeſtis ſymptomatis complicata: ſumpto pulvere enarrato, æger inſuper de decoctione quadam hydrotica noſtra deſcriptionis, ut ſuprà, ℥ iiij. vel v. ſuperbibat, & in lecto ultra horam ſudet: probeque linteis abſtergatur, idque tam matutinis horis, quàm à prandio: & potentes mirificoſque effectus percipiet, quos pulvis hic exeret, per inferiora vacuando omnes maleficos venenatoſque humores; qui aliàs cæteris remediis nunquam edomarentur.*

Aquilæ cœleſtis deſcriptio habetur in mercurio.

4. Pulxis panchymagogus.

℞ *Cryſtallorum tartari ℥ j.*
Senæ ℥ x.
Hermodactyl.
Turbith. ana ℥ ß.
Rhabarb.
Agarici trochiſcati ana ℥ iij.
Scammoneæ præp. ℥ ij.
Macis
Cinnamomi
Galangæ ana ℥ j ß.
Sacchari violati ad pondus omnium.

Doſis ℥ j. cum juſculo.

5. Alius.

℞ *Fol. Senæ ℥ j. ß.*
Epithymi
Rhabarbari ana ℥ iij.
Ligni Aloes
Macis
Zingiberis ana ℈ ij.
Salis abſinthij ℥ j. ß.
Spec. Diatriaſantali ℈ j. ß.
Turbith
Hermodactylorum ℥ ß.
Sacchari ad pondus omnium.

Miſce fiat pulvis: doſis ſemicochleare argenteum ſuperbibendo juſculum.

6. Pulvis purgatorius conducens ad omnes morbos frigidos cerebri.

℞ *Cryſtallorum tartari*
Foliculorum ſenæ ana ℥ j.
Heamodactylorum
Turbith ana ℥ ß.
Pulveris foliorum peti ℥ iij.
Calami aromatici
Zedoariæ ana ℥ j.
Sem. Pœoniæ
Sileris montani
Fœniculi
Aniſi
Ameos
Nardi indici ana ℈ iiij.
Coralli præp.
Margaritarum præparat. ana ℥ j.
Culebarum
Macis
Garyophyllorum ana ℥. ß.
Salis euphragiæ
Betonicæ ana ℥ j. ß.
Sacchari antheſati ad pondus omnium.

Miſce fiat pulvis: doſis ℥ j. ſuperbibendo ſtatim juſculum.

Pulvis hic manè ſumptus bis terve alvum dejicit, *caput nebuloſis & craßis humo-*

Digitized by Google

humoribus, cerebrum turbantibus liberat: acuendo & roborando uſui mirificè confert, memoriam juvat, & ſpecificum eſt remedium epilepſiæ, apoplexiæ, & paralyſibus quo diebus alternis ad horum affectuum & ſymptomatum præſervationem & curationem diu utendum erit.

7. *Pulvis purgans hydropicorum aquas.*

℞ *Rad. Aſari*
Mechoacæ ana ℥ ij.
Eſulæ præparatæ
Soldanellæ ana ℥ j.
Spec. Diacarthami ℥ j. ß.
Scammoneæ præparatæ
Fæculæ bryoniæ & ireos
ana ℈ iiij.
Trochiſcorum de rhabarbaro
De eupatorio ana ℈ ij.
Spec. Diatriaſantali
Cinnamomi
Macis ana ℈ j.
Croci martis ℥ ß.
Sacchari roſati ad pondus omnium

Miſce, fiat pulvis: doſis ℥ j. cum juſculo aut vino juniperino.

Hic pulvis accommodatiſſimum & peculiare eſt remedium ad omnis generis hydropiſes, & mirificè purgat aquas, & una eademque opera jecur corroborat.

8. *Pulvis ad expellendos lumbricos & ad deturbandum eorum ſeminarium.*

℞ *Pulveris*
Flor. Hyperici
Centaurij minoris ana ℥ ij.
Coralli
Sem. Portulacæ
Citrij ana ℥ ß.
Corallinæ
Gentianæ
Diptamni ana ℈ j.
Rhabarbari
Aſari ana ℈ iiij.
Myrrhæ
Croci
Scammoneæ præp.
Trochiſcorum alhandal ana ℈ j.
Cinnamomi
Coriandri ana ℥ ij.
Sacchari parùm, ad gratiam guſtus

Doſis ℈ j.

Hic pulvis guſtui quodammodò ingratus eſt: ſed eius vis tanta eſt, vermes & lumbricos expellendi, ut ne unum quidem corpore relinquat: ſimili modo etiam corruptos & putrefactos humores, generationis illorum authores & artifices exturbat. *Vermes.*

Ex eo quoque formabitur cum ſyrupo quodam pilula parua, ſcrupuli unius pondere, addito pauco ſaccharo, quæ facillimo negocio deglutietur tam à viris, quàm à fœminis provecta jam ætate hujuſmodi affectibus infeſtatis, addendo, loco trochiſcorum alhandal, ſcammoneæ præparatæ ℥ j. pulveris Aquilæ noſtræ cæleſtis tantundem. Et ſic verum erit ſpecificum, quod vel ipſis infantibus exhiberi poterit, miſcendo pulverem juſtum cum pomo.

Præcipuum & omnium facillimum adverſus hujuſmodi affectus remedium paratur ex vermibus, quos infantes per anum dejecerunt, vel etiam ex lumbricis terre-

Digitized by Google

terreſtribus, qui vino albo prius ſunt lavandi, dein in ollam vitreatam indendi, & olla optimè lutata, in furno, in quo modo panificia cocta fuerant adeò exſiccandi, ut ad pulverem redigi queant.

De hoc pulvere ſic parato exhibe: ʒ j. aut aurei unius pondere ad ſummum, vel per ſe, vel cum juſculo, vel vino, & mira inde colligentur.

9. *Pulvis alius paratu facilis ad eorundemmet vermium infantum expulſionem.*

℞ *Pulveris lumbricorum, ut ſuprà præpar.* ʒ iij.
Rhabarbari
Cornu cervi præparati
Spodij
Corall. rubr.
Sem. Acetoſæ ana ℈ j.
Coriandri præparati ℈ ij.
Miſce: doſis ʒ j. vel ʒ j.ß.

10. *Pulvis cachecticus Quercet.*

℞ *Limaturæ chalybis in tenuiſſimum alkool per ſimplicem aquam redactæ, vel cum ſulphure calcinatæ, ut artis eſt* ℥ j.
Feculæ rad. Aronis ℥ j.ß.
Ambræ griſeæ ʒ j.ß.
Eſſentiæ corallorum, margarit. ana ʒ ij.
Succini præparati
Cinnamomi ana ℈ iiij.
Sacchari q. ſ. ut fiat pulvis guſtui gratus.
Doſis ſemicochleare argenteum manè.

Hic pulvis eſt ſummum remedium ad omnes pallidos & depravatos colores, ut cachexias, tam virginum, mulierum, quā virorum, juvenum & ſenum; quicunque tandem his affectibus obnoxij fiant: quod mali genus ut plurimum eſt ſecundum Avicennam & Aurelianum, hydropis cauſa antecedens. Sed ad ejus uſum non accedo, quin prius corpus præparaverim repurgaverim, cryſtallis meis tartari, & pilulis meis polychreſtis tum deinceps continuè ad 15. dies uſque hunc pulverem exhibeo: & poſt tertiam vel quartam doſim purgantur noctu per alvum, materiamque quandam craſſam ac nigram inſtar picis eiiciunt, qui atrabilarius humor, tanquā ſeminarium horum malorum, vacuabitur continuè uſque ad perfectæ ſanationis terminum. In curandis omnibus cachexiis, admiranda vidi hujus pulveris experimenta, nec ejus uſus ſpem meam de optimo curationis progreſſu conceptam, utiquam fefellit. Hoc idem inter ſecreta mea medicinalia non ultimum tenet locum: quod tamen publico jure donare nō intermitto. Omnem verò præcipuamque curam pone in limatura tua chalybis ritè præparanda: In hac enim conſiſtit remedij baſis & totum fundamentum.

Feculæ ad Aronis præparationem alibi docebimus.

CAP. XXI.

De Vomitoriis.

ARs in omnibus ſequi debet naturam, Natura verò in corpore humano ſua ſponte molitur omnis generis evacuationes, tam generales, quàm

Digitized by Google

quàm particulares: ſupernè & infernè videlicet *per ſeceſſum, per urinam, per ſudorem & per vomitum*: & quidem hæ ſunt illius vacuationes generales particulares autem, quibus eadem utitur, ſunt quando cerebrum & ventriculum à pluribus repurgat excrementis, quæ homo per nares emungendo, & per os ſalivando & exſpuendo reiicit. In his igitur vacuationibus tam univerſalibus, quàm particularibus ars illam imitatur & ſequitur.

Vniverſales igitur *purgationes* fiunt per ſeceſſum & vomitum, ut docet *Gal.* Sed de his quæ *per ſeceſſum* iam ſuprà *in cap. de electuariis, pilulis, & pulveribus* egimus: Comprehenduntur autem ſub iiſdem etiam *clyſteres*, de quibus quidem hîc dicendi locus eſſet: quoniam tamen remedia purgantia, quæ per os exhibentur, priùs ordine perſequi conſtituimus, vomitoria clyſteribus iam præmittemus.

Vacuatio per vomitum in longè majore frequentioreque olim uſu erat, quàm iam apud nos. Nonnulli inter medicos recentiores eum idcircò abdicare videntur, quòd corpus plus æquo, uti opinantur, commoveat & diſturbet, necnon moleſtiſſima plura inducat ſymptomata: adductis præterea his ratiunculis, noſtras regiones multò frigidiores eſſe quàm Græcorum; cujus nationis *Hippocrates* frequentiſſimè eadem vacuatione utebatur, & infiniti poſt illum alij Græci authores, ipſius exemplum ſecuti: addunt etiam homines noſtrarum regionum eſſe multò pituitoſiores, & minus ad vomitum proclives. Sed his rationibus & argumentis parum ponderis ineſſe, nemo non videt: quæ idcirco tanquam frivola explodentur, cum econtrà hujus vacuationis uſus utiliſſimus & ſummè neceſſarius ſit ad plurimos affectus graviſſimos & deſperatos profligandos, licet vel iis remediis concitari debeat, quæ timidulis illis & meticuloſis medicis ex auditu tantùm horrorem incutiunt. Sed quomodo ſe naturæ amicos illi iactitant, cùm relictis iis, quæ maxima agendi vi & poteſtate excellunt, quorumque ne periculum quidem facere audent, potiùs eiuſdem ſint inimici? Sic enim naturæ adulatores tantùm ſunt, qui imbecillis nimis & invalidis præſidiis eam fruſtrà propugnare conantur, nec potentibus ſatis armis, illius hoſtem ferociſſimum adoriri cogitant: qui interim velut invictus cũcta illorum eccoprotica, imò vomitiva blanda & adulantia ridet, & reſpuit, quibus eliſis vix ſecundò ad eadem auxilia refugere audent.

At verò non diffitemur, in hujuſmodi remediorum uſu ſumma medici prudentia & circumſpectione opus eſſe, qui primò omnium explorare debet naturam ægri, num facilis ſit ad vomitum, necne? Nam à laborioſo nimis & difficili vomitu, qualis iis plerumque contingere ſolet, qui carnoſiori corporis habitu ſunt, prorſus abſtinendum eſt: juxta præceptum *Hippocratis lib. 4. Aphoriſ. 7.* Iis quoque, qui collum habent oblongum, pectus anguſtum, & per conſequens, qui ſunt ad tabem diſpoſiti, vomitus non niſi extrema urgeat neceſſitas, conceden- *Cautela in vomitoriis.*

dus

Digitized by Google

dus eſt: multò verò minus iis,qui vētriculo ſunt nimis imbecillo, & qui obnoxij ſunt inflammationibus & abſceſſibus faucium: aurium item & oculorum doloribus. Præterea verus medicus in his facilè obtemperabit præceptis & doctrinæ *Aetij cap.* 100. *ſerm.* 3. *l.* 1. necnon aliorum Græcorū plurium: & naturam ægri, nec nō medicamēti ſui vires & ꝓprietates probè cognitas habebit & rimabitur: quod deinde medicamentum pro affectus magnitudine ac vehementia, quem expugnare volet, prudenter & cautè admodum in uſum transferet.

Remedia igitur, quæ vomitum provocare ſolent communi nomine *vomitoria* nuncupantur. Eorum qualitas ab arte producta, ex iis cauſis indaganda eſt, quæ naturaliter vomitum concitant. Quod cum ita ſit, *vomitus naturalis eſt opus & beneficium facultatis expultricis ventriculis ea, quæ ob aggravantem copiam aut moleſtam qualitatem, aut ſubſtantiam venenatam & prorſus alienam illi adverſantur & noxia ſunt, per œſophagum vi & impetu expellit, inferioribus ſuis partibus contractis: ſuperioribus vero dilatatis,* ut docet *Galen.* pluribus in locis. Vomitiones arte concitatæ *iſtorum ſunt generum, ut vel ventriculum nimia copia & quantitate preſſum moleſtent, ſive ſit aqua ſive vinum, ſive ſimilis quævis potio: aut eundem qualitate ſua acri & mordicante, vellicent, lancinent, aut diſſolvant, & ſic ad vomitum excitent;* aut tota ſua ſubſtantia prorſus ipſi cōtraria ſint, qualia ſunt quæcunque in venenorum numerum veniunt.

Cauſa vomitus tam naturalis quàm artificialis.

3. de ſympt. cauſis & l. 3. de fac. nat.

Differentia vomitoriorum.

Hinc *tres differentiæ* medicamentorum vomitoriorum, æquè ac ſuprà purgantium efficiuntur; ſuntq; vel *benigna*, vel *mediocria*, vel *violenta*, hoc eſt, quæ ſumma vi vomitum eliciunt.

Quas tres differentias vomitoriorum remediorum vel ex ipſius *Galeni* ſcriptis eruere licet *lib.* 1. *de alimentis cap. de ſeſamo, & l.* 15. *cap.* 4. *de uſu partium*, quò lectorem ablegamus.

Materia igitur, ex qua tria illa vomitoriorum genera componuntur, neceſſariò quoque triplex ſtatuatur.

Vomitoria benigna.

Benignis fabricandis ſufficiet aqua tepida cum ſyrupo acetoſo vel oxymelite ſimplici, vel oleo olivarum amygdalarum dulc. quæ in quantitate ſatis magna ſunt exhibenda.

Vom. mediocria.

Mediocria paulò magis prioribus iſtis ſtimulant, & irritant expultricem ventriculi facultatem, quibus ſola & ſimplex accedit decoctio cum rad. & ſem. raphani, atriplicis, erucæ, naſturtij, cæpæ; quibus addi poteſt, vel ſyrupus acetoſus compoſitus, vel oxymel ſcilliticum, aut hydromel quoddam compoſitum cum rad. aſari, prout vomitivum tuum plus minus efficacius reddere voles.

Digitized by Google

benedictam, & ſimilia vomitiva purgantia, tam ad *præſervationem, quàm ad curationem ipſius podagræ.*

Spiritus aureus Rulandi. 4. Vtitur prętereà alio vomitivo, quod ab eo nominatur *Spiritus aureus*, quo facillimè & laudabili cum ſucceſſu curavit duas fœminas: quarum una ſexaginta annorum aut circiter fuit, altera quinquaginta: *illa hydropica, icterica, aſtmatica: hæc verò aſtmate ſuffocativo & lethali conflictata.* Has curas annotat *Cent. cap. 25. & 35.*

5. Apud eundem *Rulandum* aliud adhuc habetur vomitivi genus, quod ſudorificum eſt, idque nominat *aquam terræ ſanctæ*, qua elegantia quoque & ſingularia percepit experimenta in *epilepſiis, ſtranguriis & iſchuriis.* Vide Cent. 4. cap. 31. & 33. *Aq. terræ ſanctæ Rulandi.*

Calix vomit. 6. Ibidem etiam ad *curam omnium febrium* intermittentium, *calix* quidam *chymicus* occurrit, parandus (ut arbitror) ex vitro antimonij, vel calce plumbi cum ſilicibus vitrificata, quæ in typum quemdam effuſa, in calicem ſive vaſculum quoddam fingitur: in quo per noctem macerentur vel vinum vel alius quidam liquor ad ℥iiij. vel v. quæ poſteà potio bibenda manè exhibetur: qua hauſtâ provocatur vomitus, multò benignior quàm ab antimonij vitro. Et notandum eſt, quod hujuſmodi vaſculum, ad eundem uſum ſemper aptum & idoneum permaneat, citra ponderis ſui viriumque diminutionem: de qua purgandi ratione iam alibi in ſcriptis noſtris egimus.

7. Tandem adhuc aliud vomitivum *in eodem Rulando* ſe offert, quod eſt ipſius *crocus metallorum*, de quo accipit ſolummodò ad piſi magnitudinē quod macerat per 24. horas in 4. aut 5. vnciis vini albi: Omnia colat & exhibet. Hoc nominat purgatorium vomitivum pantagogum: vtitur eo *contra anorexiam, apepſiam, & ſpaſmum.* vide cent. v. cap. 13. *Vomitivum Pantagogū Rulandi.*

Crocus metallorum. Hic enumeratus metallorum crocus, eſt, ni fallor, baſis aquæ eius benedictæ: Equidem meam inde concinnare ſoleo, ſicut ſcripſi ſuprà ſub finem *cap. de aquis* & modum docui crocum illum fabricandi, quamvis obſcurioribus quibuſdam verbis, quæ tamen vel minimo chymiſtæ intellectu facillima ſunt.

Aqua ipſius *terræ ſanctæ* vomitiva ſudativa, ſpiritus item ejuſdem aureus vomitivus purgativus, ſunt opinor remedia metallica, ex mercurio nimirum & antimonio ritè præparata: ex quibus peritus medicus elicere novit vomitiva, quæ virtute ſua uſque ad radices & mineras mali penetrant, & nihilominus tamen minùs noxia & pernicioſa ſunt helleboris iſtis antiquis olim tàm celebratis & uſitatis remediis. De hujus generis medicamentis in noſtra ſpagirica tanquam in loco ſuo proprio nobis dicendum erit.

Sal Vitrioli.

Satis mihi ſit, hîc in noſtram pharmacopœam unum ſaltem vomitivuum inſerere, quod paratur *ex ſale vitrioli*, de quo accipias grana 7. 8.

vel

Digitized by Google

Sal vitriol. vomitivum. vel 10. imò ad ℈ j. vel ℈ ij. pro ægrotantis viribus, idque diſſolvas in vino, juſculo, aut congruo aliquo liquore, & exhibeas iis, qui eo opus habent, & mirandos eliciet effectus.

Porrò ut palàm fiat, quàm potentes & mirabiles effectus, huiuſmodi purgandi ratio, vomitoriis congruis, & quà altiùs mali radices extirpant concitata, exerat, hîc hiſtorias duas memoratu dignas enarrare placet.

Hiſtoria notabilis. Prior eſt de *D. de Luynes*, *& de Fourmentieres* qui ſumma & veneranda authoritate vir erat, piæ memoriæ, regiuſque conſiliarius parlamenti Pariſienſis: is anno ætatis ſuæ quadrageſimo, ut ipſemet mihi ſæpius referebat, gravi & diuturno morbo corripiebatur, quem ſimul febris lenta ac languida comitabatur, ex qua corporis habitus omnino reſiccatus, & maraſmo conſumptus ferè videbatur: ac licet medicorum Pariſienſium conſilio, & infinitis eorumdem remediis per annum & dimidium continuè uſus eſſet, nihil tamen opis & levaminis unquam inde ſenſerat. Derelicto igitur ab iis, & tanquam deſperato offertur illi à Domina de la Noüe, muliere omni virtutum laude ac ſplendore clariſſima, (quæ adhuc ſuperſtes harum rerum ipſamet teſtis erit) tabella ex floribus albis Antimonii, & ſaccharo parata, quam ipſa ſumere eum hortatur ſimulque huius remedii vim & operationem prædicit. Unde D. de Luynes ad extremum jam redactus, fortunæ aleæ ſe commiſit, hancque oblatam tabellam ſumpſit. Aliquot horis poſt, tam vehementi impetu vomitus prorupit, ut inde quaſi obſtupeſceret: altera verò vice evomuit albugineam quandam & viſcoſam materiam, formæ rotundæ & conglobatæ, pedis ferè longitudinem, canneque ſive arundinis craſſitudinem referentis: quæ evomita ſtatim ſe reſtitutum, ut & erat, exclamabat, & ſic paucis poſt diebus perfectè curatus, convaluit: venit, & gratias egit commemoratæ Dominæ, & ſecretum remedii ab illa petens, obtinuit. Unde occaſione oblata, idem ſæpenumerò in aliis pluribus ægrotis expertus eſt: & indagandis poſtmodum ſubtilioribus naturæ ſecretis, ad mortem uſque deditiſſimus fuit.

Altera mirabilis curæ hiſtoria, eſt *de nobili quadam Domina* ex provincia *Pictavienſi*, de cuius affectu, & ſymptomatis, quibus præterito menſe Junii vehementiſſimè affligebatur, ad me ſcriptum fuit: erant autem hæc: frequens lipothymia & animi deliquium, capitis dolores, vertigines, convulſiones, vomitus, ventriculi dolores, vertigines, convulſiones, vomitus, ventriculi dolores, diarrhœa, & infinita alia: & quod notatu dignum eſt, in horum ſymptomatum exacerbatione & vigore, interdiu evomebat pilorum tenuiſſimorum, ſive capillorum per intervalla copiam, quorum unus in epiſtola concluſus mihi tranſmiſſus fuit. De quo malo graviſſimo ac deterrimo, ſimul in conſilium vocabam D. Turquetum virum doctiſſimum, medicum regium, collegam & amicum meum chariſſimum. Ex communi igitur utriuſque noſtri

11. Pilulæ benedictæ Quercet.

Sed frivolæ huius & efficttæ ſuſpicionis nebulam facilè diſcutiet veritatis lumen, & ipſa experientia: qua ſola fretus, *de pilulis meis polychreſtis accipio partem unam, & totidem Mercurii mei vitæ*: ex quibus probè invicem mixtis, cum quodam ſyrupo conficio *pilulas meas benedictas.*

Has ſic appellandas puto, ab excellentiſſimis & planè ſtupendis effectibus, quos exerunt in curâ luis venereæ, quantumvis inveteratæ, & quam cancer, puſtulæ, nodi, dolores & ſimilia pernicioſa, & graviſſima ſymptomata comitantur: hæ porrò pilulæ blandè perficiunt operationes ſuas citra vomitus provocationem, aut ullam corporis conturbationem, adeò ut à pueris & gravidis mulieribus tutò deglutiri queant: continuando illarum uſum quindecim, vel etiam viginti diebus alternis, donec eiuſmodi affectus radicitùs evellantur & perdomentur: nulla prorſus ſalivatione per os concitata, ſed tantùm per urinam interdum, quæ vera in his affectibus criſis eſſe ſolet.

Nota. Teſtes hîc producere „ poſſem infinitos medicos, chirurgos, „ & plures alios, qui verborum meorum „ veritatem confirmarent: ſed res ipſa „ per ſe ſatis loquitur, ita ut non opus ſit „ verbis, ubi rerum adſunt teſtimonia. „ Omnes præterea veri & ſapientes me- „ dici, quibus æquè ac mihi de ſummis „ & admirandis mercurii virtutibus, „ quas in occulto continet, conſtat, his „ fidem attribuere minimè dubitabunt.

Huc me nolentem volentem „ compulerunt meæ pilulæ benedictæ, ut in quædam verba de mercurio vitæ, „ me tanquam obiter & extra inſtitutum vagantem effunderem. „

Sed repetamus curſum noſtrum, & priuſquam huic capiti *de pilulis* finem imponamus; iis tanquam generalibus quibuſdam pilulis ſuprà deſcriptis, huc quaſdam alias adjiciamus non minus præſtantes, quàm utiles, certaque experientia comprobatas, & certis quibuſdam morbis peculiares: ſic febri quartanæ conferunt pilulæ de ammoniaco, quarum deſcriptio mox ſequitur.

12. Pilulæ de Ammoniaco.

℞. *Aloes ut ſupra præparatæ* ℥ iiij.
Gummi ammoniaci in aceto ſcyllitico diſſoluti & per ſetaceum trajecti
Myrrhæ præparatæ ʒ ß.
Maſtiches
Spec. Diatriaſantali, ana ʒ j.
Croci ℈ ij.
Salis fraxini, vel abſynthii ℈ iiij.
cum ſyrupo de ſtœchade, vel de ſucco roſarum fiat pilularum maſſa.

N. Poteſt etiam addi *camphoræ* nonnihil. v. g. ℈ ß. circiter.

Excellentes harum pilularum vires atque virtutes pro merito ſatis prædicari nequeunt: adeò copioſè & utiliter purgant tartarum, omnemque fæculentam corporis materiam, idque citra ullum dolorem, moleſtiam & perturbationem, magnoperè etiam conferunt adverſus omnes defluxiones & dolores ventriculi, adverſus cachexias, oppilationes lienis

eiuſ-

eiuſdemque duritiem & ſcirrhum, febres quartanas tollunt & quotidianas inveteratas: præſtantiſſimæ præterea ſunt ad homines corpulentos & plethoricos evacuandos: & ſufficiet exhibere unicam aut alteram ſaltem pilulam iis, qui difficulter vel bolos, vel potiones, vel huius generis alia medicamenta, ob ingratum ſaporem & nimiam quantitatem nauſeabunda, ſumere poſſunt. Poterunt quoq; eadem ſine extracto ſcammonii, & trochiſcis albandal præparari: ſufficienter enim per ſe purgant, ac ita iis præparatis quilibet citra incommodum aut moleſtiam ullam fœliciter uti poterit.

N. Hoc utique unum erat ex "numero præcipuorum purgantium "*D. Rivierii*, non ita pridem regis noſtri "invictiſſimi primarii medici.

Q. *An gummi ammoniacum deteſtandum?*

Scio quoſdam hic demirari ſatis non poſſe, *gummi ammoniacum* à nobis additum, quòd illorum judicio immoderato & excedente calore præditum ſit, & idcirco huiuſmodi remedia inter deleteria referri debere, planè ſibi perſuadent. Ob hanc ipſam cauſam ad me venerunt quidam, ſummæ authoritatis viri, ſciſcitantes, num & ego tales pilulas approbarem: quas illi tanquam noxias & exitioſas à quibuſdam nec infimæ notæ medicis improbari & planè damnari audiviſſent. Quibus reſponſum fuit, quod eadem pariter ſententia, condemnanda eſſet tota propemodum reliquarum pilularum familia, quæcunque in diſpenſatoriis, ad communem uſum hodiè deſcriptæ haberentur: ſiquidem & illarum pleriſque, eaſdem gummi vel ſine ulla præparatione adderentur: addita ſimul oculari demonſtratione, & oblatis diſpenſatoriis ipſimet viderunt, quàm magnus ſit pilularum earum numerus, quæ ab iiſdem gummoſis remediis & nomina & appellationem ſuam adhuc retinuerunt, ut ſunt *pilulæ de ſagapeno, opopanace, bdellio, ſarcocolla* & quod eadem gummi in aliarum plurium compoſitionem recipiuntur, ut ſunt *pilulæ de agarico Meſ. de colocynthide Ioan. Damaſceni, fœtida, de hermodactylis, de nitro Alex. Tralliani*, quibus etiam inter ingredientia additur ipſum *euphorbium* omnium calidiſſimum, inque venenorum claſſem relatum. Quibus omnibus evidenter ſatis demonſtratis ſic illuſi facilè colligebant, quod critici iſti has pilulas, quæ ſolummodo gummi ammoniacum, optime inſuper præparatum excipiunt, vel ex invidia, vel ex cæca ignorantia oppugnaſſent, ut qui parùm acuto oculorum lumine ſua inſpexiſſent diſpenſatoria.

Ob has vrtutes præſtantiſſimas & efficaciſſimas, quibus huiuſmodi gummi eximiè dotata ſunt, non intermittam & hîc in publicum proferre: *pilulas de Sagapeno* nuncupatas, quarum participem me fecit in ultima mea peregrinatione Italica *D. Camillus à Camllis* nobilis patrici' & medicus celeberrimus Genuenſis, quas inter alia ſua ſecreta plurimi faciebat: præſertim autem illas ad febrem quartanam propulſandam maximoperè commendabat. *Pil. de Sagapeno.*

13. *Pilulæ*

13. *Pilulæ de ſagapeno Camilli.*

℞. *Sagapeni gummoſi præp.* ℨ vj.
Ammoniaci identidem optimè præp. ℨ vj.
Extracti trochiſc. alhandal. ℨ j.
Scammonii præparati ℨ ß.
Salis gemmæ ℨ j. ß.

Cum ſyrupo violato acidulo & tincto fiat maſſa, ex qua conficiantur pilulæ in piſi vel ciceris formam.

Vnica tantùm pilula initio paroxyſmi exhibenda eſt, continuando ad aliquot dies. Sed harum uſum præcedat humorum præparatio cum decoctis noſtris præparantibus melanagogis, & ſyrupis de pomis redolentibus, & de fumaria.

Paulò ante, vel poſt harum pilularum deglutitionem, inungi debet cervix, collum & tota ſpina dorſi linimento compoſito ex theriaca, aqua vitæ, ſalviæ, vel juniperi, aut vulgari, & pauco oleo laurino, vel de ſpica.

Curatio febrium quartanarum. Hac methodo ad imitationem Camilli inſtituta per Dei gratiam *multas febres quartanas ſubſtuli*: quæ à fæcibus gummoſis viſcidis, & tenaciter corpori noſtro adhærentibus ſubortæ, non alia ratione, quàm per eadem gummi diſſolvuntur & liquefiunt. Res enim oleaginoſas & ſulphureas diſſolvit ſulphur, quod nec ſumma quidem aquæ fortis vehementia & vis efficiet unquam. In omni enim actione opus eſt mixtione, quæ fit per ſimilia, veluti id alibi fuſius & clarius demonſtravimus. Et rationi conſentaneum eſt, quod gummia ſuis ſimilibus gummi attenuentur, diſſolvantur & liquentur, & per conſequens ad expulſionem, & evacuationem idonea & apta fiant. Id quod à cæteris medicamentis ſive præparantibus, ſive eccoproticis vel laxativis nunquam præſtabitur: unde fit, quòd tam infiniti morbi relinquantur incurabiles.

Huius febris magnitudo, longitudo & frequentia, quæ eſt tanquam medicorum opprobrium, & tormentum perpetuum, quo ſe expedire haud poſſunt, occaſionem mihi dedit in hanc pilularum *de ſagapeno* deſcriptionem digrediendi, quarum effectus ſunt admirandi *in cura febrium quartanarum*, procedendo ut ſuprà. *Quarum uſus ſimiliter continuandus eſt ad aliquod tempus, ægerque duabus vel tribus horis poſt illarum devorationem, ſumat quoddam juſculum, humectandis viribus inſignitum, in quo ex herbis incocta ſit borrago, bugloſſa thymus & radices aperitivæ, cum pomo ſimul curtipendulo in rotulas diſſecto.*

14. *Pilulæ hydragogæ Quercet.*

℞. *Succorū quam optimè depuratorū*
Summitatum fraxini ℔ j.
Valerianæ
Centaurij minoris ana ℔ ß.

In quibus macera & digere ad ignem Baln. Mar.

Folicul. Senæ oriental. ℨ iij.
Hermodactylorum
Turbith
Aſari ana ℨ ij.
Cinnamomi
Santali citrini
Spicæ nardianæ ℨ ß.

Dein

Dein fortiter exprimantur, & coquantur ad mellitam conſiſtentiam, cui adde

Aloes præp. ℥ iij.
Fæculæ bryoniæ
Fæcul. Iridis ana ℥ j.
Scammoneæ præp.
Extracti trochiſc. alhandal. ana ℨ iij.
Elaterii præparati, ut docebitur ℨ j.
Salis ceterach
Salis prunellæ ana ℥ j. ß.
Trochiſc. de eupatorio ℨ j.

Cum ſyrupo roſ. ſol. fiat pilularum maſſa doſis ℈ j ß.

Ad pellendam viſcerum obſtructionem, educendas aquas: denique ad cachexiam & omnem hydropis ſpeciem præſtantiſſimum illud eſt remedium.

N. *Præparationem elaterii vide in capite de extractis purgantibus: & in capite de ſalibus, quid per ſalem prunellæ,* (qui ex foſſilium familia elicitur) *intelligamus.*

15. *Pilulæ de Euphorbio.*

Pilulæ de Euphorbio, quæ non niſi in chronicis & extremis morbis, ubi attenuandum, liquefaciendum, & evacuandum eſt, exhibentur: idque ob materiam quandam adeo tenacem, viſcoſam & contumacem, ut reliquorum auxiliorum vim tanquam irritam & non ſatis validam reſpuat: hæ, inquam pilulæ, quibus euphorbium adhuc crudum & ſine præparatione additum eſt, mihi ſemper fuerunt ſuſpectæ: & ſi res meo ſtaret arbitrio, illorum uſum vix ac ne vix quidem approbarem: tale enim remedium, quod non artificioſa quadam præparatione prius emendatum fuerit, in corpus ingeri non poteſt, quin evidentiſſimam & nimiam ejus ſimul inducat calefactionem, ſeditionemque moveat. Acutinam ij, qui adeò moroſè damnant & proclamant antimonium, paulo accuratius diſcrimen maximum inter hæc duo remedia perpenderent, adverterentq; euphorbium in venenorum numero, tum à *Dioſcoride*, tum ab aliis, non verò antimonium ſicut jam alibi fuſiùs oſtendimus, recenſeri.

Interim verò ex eodem *Euphorbio*, artis induſtria correcto & præparato, tam excellentiſſima parantur remedia tum purgantia, tum ſudorifica adverſus febres quartanas, & ſimiles indomitos & contumaces affectus, & contra ipſam etiam peſtem ut multi hinc medici, viri graviſſimi & doctiſſimi, poſtquam eius vires certa experientia comprobaſſent, idem ad uſum medicum vocandum judicaverint, & proprietates eiuſdem in ſcripta retulerint. Sic quoque arrepta occaſione, idem euphorbium in pharmacopœam meam introducere volui, addita ſimul vera & genuina illius correctione & præparatione, qua vim eius deleteriam & pernitioſam tollo; ac inde medicinam produco ad multos graviſſimos affectus utiliſſimam & ſaluberrimam.

Digitized by Google

Pilulæ de Euphorbio mirabiles contra omnis generis febres chronicas, intermittentes, atque quartanas, nec non contra omnes cachexias, hydropiſim, paralyſim & colicos dolores.

℞. *Euphorbii præparati, ut mox docebitur,* ℥ j.
Spicæ nardi.
Maſtiches ana ʒ vj.
Opopanacis
Sagapeni præparati,
Bdellii ana ʒ ß.
Agarici trochiſcati
& Trochiſc. alhandal ana ʒ iij.
Syrupi violati aciduli & tincti colore purpureo, quantum ſuff. &
Fiat pilularum maſſa: doſis à ℈ j. *ad* ℈ ij.

Præparatio Euphorbii.

Primò omnium optimè mundetur ab omni fæce: poſteà in exigua redigatur fruſtula, ex quibus cum limonibus ſive citriis, in orbiculos ſive rotulas diſſectis, unà cum ſuis corticibus fiat S. S. S. adeò ut primum & ultimum ſtratum conſtet ex limonum orbiculis, & totum hoc paſtæ involucro includatur in panis formam, qui in furno mediocriter calefacto coquatur, idque in modum biſcocti, hoc eſt, panis ille ſemel coctus remittatur in furnum, & coquatur ſecunda vice.

Quo facto, aperi panem, & euphorbium inde perquam accuratiſſimè ſepara ſimul cum orbiculis limonum, quibus illud adhærebit, & albiſſimum ſimul apparebit, ſeparata & abolita omni eius vi venenata.

Huic euphorbij præparationi, quam aliundè acceptam fero, nondum acquieſco, ſed illud ita præparatum, in matracium aut vitrum aptum & capax injicio, ſuperaffundendo ſucci limonum vel granatorum acidorum optimè depurati tantum, ut ſupernatet tribus vel quatuor digitis: dein omnia colloco in Balneo Mariæ ferventiſſimum ad digerendum, donec euphorbium diſſolvatur a dictis ſuccis, quibus omnibus per linteum trajectis, ſucci poſteà per evaporationem ſeparentur, & euphorbium remanebit in fundo depuratiſſimum, utpote à quo omnis calor exuperans & qualitas venenata penitus ſit ſeparata. Sed ut ad chymicos ſermonem noſtrum convertamus, *cum phlegmate vitrioli, totali & integro ſuo ſpiritu impregnato: vel cum citoniorum, aut pomorum curtipendulorum aquis, acido ſulphuris, vel ipſius vitrioli ſpiritu tinctu & acidulu redditis, multò adhuc præſtantior fiet eiuſdem euphorbii præparatio:* quod licet alibi jam dixerimus, non tamen hîc piget idem adhuc ſemel obiter tantùm repetere.

Ut *igitur ex euphorbio concinnentur pilulæ, adverſus peſtem efficaciſſimæ,* hoc ſequenti modo, procedendum erit.

16. Pi-

16. Pilulæ de euphorbio contra peſtem Quercetani.

℞. *Euphorbii ut ſuprà præparati* ℥ j.
Extracti nucis vomicæ
Extracti croci orientalis ana ℥ ij.
Extracti rad. angelicæ
Et tormentillæ ana ℥ j. ß.
Extracti theriacæ ℥ ij.
Confect. alkermes
Et de hyacintho an. ℥ j.
Eſſentiæ corallorum ℥ j. ß.
Terræ ſigillatæ veræ q. ſ. ut

Reducantur in pilularum conſiſtentiam:

Doſis ℈ j. ß. *Qui peſte correpti ſunt utentur iis manè in doſi præſcripta, confeſtim ſuperbibendo aquæ benedictæ* ℥ ij. *& ſtragulis tecti multùm ſudabunt: quo modo venenum à centro ad circumferentiam provocabitur, & admirandum percipietur remedium.*

17. Pilulæ mirabiles ad tremorem & ſpaſmum.

℞. *Caſtorei*
Pyrethri
Caßiæ ligneæ an. ℥ iij.
Sagapeni præparati, ut docuimus
Extracti trochiſc. alhandal
& hieræ picræ Gal. ana ℥ ß.

Miſce fiat pilularum maſſa: Doſis ℈ j. vel ℈ ij.

18. Pilulæ peſtilentiales Alberti Ducis Bavariæ.

℞. *Croci*
Myrrhæ
Camphoræ
Oßis de corde cervi
Spodii an. ℥ j.
Ligni aloes
Been albi an. ℥ ß.
Terræ ſigillatæ veræ ℥ ij.
Flor. ſulphuris ℥ j.
Cort. & ſem. citrii.
Garyophyllorum
Zingiberis albi an. ℈ ij.
Ambræ ℈ j.
Fragmentorum hyacinthi
Smaragdorum
Granatorum an. ℈ j. ß.
Agarici electi
Rhabarb. optim. an. ℥ ß.
Aloës ex veſica ad pondus omnium

Miſce fiat pilularum maſſa; doſis ℥ ß.

Si loco horum ingredientium, craſſo tantùm modo præparatorum recipiantur illorum extracta, remedium evadet multò præſtantius & utilius.

Has pilulas inſtar ſecreti alicu-« ius magni acceptas fero D. *Birkmanno*, « viro doctiſſimo & medico Colonien-« ſi celeberrimo, quem tum hac præſen-« ti memoria, tum aliàs ſemper honori-« ficè & peramanter colo.

CAP. XX.

De pulveribus purgantibus.

PULVERES purgatorii ita dividuntur, ut *alii* vel ſimpliciter purgent quemlibet humorem ſeorſim, bilem videlicet, pituitam, & ſuccum melancholicum: *alii* vel duos ſaltem, vel omnes pariter educant: *alii* verò apti & appropriati ſint certis corporis partibus, veluti capiti, ſtomacho, ventri,

Digitized by Google

venteri, lieni, peculiariter à varia fęcum illuvie, putredine & corruptione repurgandis, de quibus ſolis pulveribus purgativis, ne longius ab inſtituto diſcedamus, hîc agemus. Quibus ſi acceſſerint nonnulli pulveres morbis quibuſdam peculiares & ſpecifici, eos adeò addimus, quòd tanquam ſeleċtiſſimi propriaq; experientia diutius à nobis comprobati ſint, quibus lucē aſpiciendam publici commodi cauſa, nullo modo denegavimus. De cæteris pulveribus, tam alterantibus quàm roborantibus, variiſque aliis medendi ſcopis accommodatis, ampliſſima quidem dicendi occaſio hîc eſſet: ſed illos rejicimus in cap. de confectionibus aromaticis, ubi de maxima illorum parte tractaturi ſumus: plures verò alios in ſcriptis hinc inde noſtris ſparſim tradidimus.

Traduntur hoc loco.

1. *Pulvis cholagogus.*
2. *Phlegmagogus.*
3. *Melanogogus.*
4. *Panchymagogus.*
5. *Alius.*
6. *Cephalia ad morbos frig.*
7. *ad hydropem.*
8. *ad lumbricos.*
9. *ad lumbricos.*
10. *Cachecticus.*

1. Pulvis cholagogus.

℞. *Rhabarbari electi ℥ iij.*
Flor. Violarum ℥ ij.
Roſ. pallidarum
Hyperici an. ℥ j.
Spec. Diatriaſantali,
Maſtiches
Cinnamomi an. ℈ ß.
Scammoneæ prep. ℈ j.
Sacchari violati ℥ ß.

Miſce fiat pulvis: doſis ℨ j. ſumatur ex juſculo.

2. Pulvis phlegmagogus.

℞. *Spec. Diacarthami ℨ ij.*
Agarici trochiſcati ℨ ß.
Turbith
Hermodactyl. ana ℨ j.

Miſce: doſis ℈ ij. cum juſculo vel vino.

3. Pulvis melanagogus Querc.

℞. *Senæ ℥ j.*
Aniſi
Fæniculi dulcis an. ℨ j.
Cinnamomi ℈ ij.
Cryſtallorum tartari ℨ vj.
Sacchari ℥ j. ß.

Doſis ℨ ij.

Hic pulvis non injucundi saporis eſt: *Optimè purgat humores acres, ſalſos, retorridos, & melancholicos: ventriculum à viſcida & mucilaginoſa materia detergit, & ſic quoque eundem roborat. Sic huic pulveri, Aquilæ noſtræ cæleſtis* (quæ licet planè inſipida ſit, nihilominus tamen 17. granorum pondere, cum vino infuſa & exhibita omnes corruptos & putridos humores è corpore clementer educit) *drachmam unam atq; alteram adjeceris, excellens remedium habebis: vel contra ipſam luem veneream, addendo nimirum commemoratæ doſi gummi guajacini ℨ iij. omniaque ſic reducendo in pulverem: de quo ſatis erit pro doſi exhibere ℈ iij. ſtatim ſuperſorbendo juſculum, & admirandos ſortietur.*

Digitized by Google

ſortietur effectus. Vſus ejuſdem continuandus eſt 12. vel 15. diebus conſequentibus. *Prima venerea luis ſpecies, hac methodo ſine negocio expugnatur: Sed ſi fuerit inveterata, cancroſa, nodoſa, doloribus & aliis infeſtis ſymptomatis complicata: ſumpto pulvere enarrato, æger inſuper de decoctione quadam hydrotica noſtra deſcriptionis, ut ſuprà, ℥ iiij. vel v. ſuperbibat, & in lecto ultra horam ſudet: probeque linteis abſtergatur, idque tam matutinis horis, quàm à prandio: & potentes mirificoſque effectus percipiet, quos pulvis hic exeret, per inferiora vacuando omnes maleficos venenatoſque humores, qui aliàs cæteris remediis nunquam edomarentur.*

Aquilæ cœleſtis deſcriptio habetur in mercurio.

4. Pulvis panchymagogus.

℞ *Cryſtallorum tartari ℥ j.*
Senæ ʒ x.
Hermodactyl.
Turbith. ana ʒ ß.
Rhabarb.
Agarici trochiſcati ana ʒ iij.
Scammoneæ præp. ʒ ij.
Macis
Cinnamomi
Galangæ ana ʒ j. ß.
Sacchari violati ad pondus omnium.

Doſis ʒ j. cum juſculo.

5. Alius.

℞ *Fol. Senæ ℥ j. ß.*
Epithymi
Rhabarbari ana ʒ iij.
Ligni Aloes
Macis
Zingiberis ana ℈ ij.
Salis abſinthij ʒ j. ß.
Spec. Diatriaſantali ℈ j. ß.
Turbith
Hermodactylorum ʒ ß.
Sacchari ad pondus omnium.

Miſce fiat pulvis: doſis ſemicochleare argenteum ſuperbibendo juſculum.

6. Pulvis purgatorius conducens ad omnes morbos frigidos cerebri.

℞ *Cryſtallorum tartari*
Foliculorum ſenæ ana ℥ j.
Hermodactylorum
Turbith ana ʒ ß.
Pulveris foliorum peti ʒ iij.
Calami aromatici
Zedoariæ ana ʒ j.
Sem. Pæoniæ
Sileris montani
Fœniculi
Aniſi
Ameos
Nardi indici ana ℈ iij.
Coralli præp.
Margaritarum præparat. ana ʒ j.
Culebarum
Macis
Caryophyllorum ana ʒ. ß.
Salis euphragiæ
Betonicæ ana ʒ j. ß.
Sacchari anthoſati ad pondus omnium.

Miſce fiat pulvis: doſis ʒ j. ſuperbibendo ſtatim juſculum.

Pulvis hic manè ſumptus bis tervè alvum dejicit, *caput nebuloſis & craſſis humo-*

humoribus, cerebrum turbantibus liberat: acuendo & roborando uſui mirificè confert, memoriam juvat, & ſpecificum eſt remedium epilepſiis, apoplexiis, & paralyſibus quo diebus alternis ad horum affectuum & ſymptomatum præſervationem & curationem diu utendum erit.

7. Pulvis purgans hydropicorum aquas.

℞ Rad. Aſari
Mechoacæ ana ʒ ij.
Eſulæ præparatæ
Soldanellæ ana ʒ j.
Spec. Diacarthami ʒ j. ß.
Scammoneæ præparatæ
Fæculæ bryoniæ & ireos
ana ℈ iiij.
Trochiſcorum de rhabarbaro
De eupatorio ana ℈ ij.
Spec. Diatriaſantali
Cinnamomi
Macis ana ℈ j.
Croci martis ʒ ß.
Sacchari roſati ad pondus omnium

Miſce, fiat pulvis: doſis ʒ j. cum juſculo aut vino juniperino.

Hic pulvis accommodatiſſimum & peculiare eſt remedium ad omnis generis hydropiſes, & mirificè purgat aquas, & una eademque opera jecur corroborat.

8. Pulvis ad expellendos lumbricos & ad deturbandum eorum ſeminarium.

℞ Pulveris
Flor. Hyperici
Centaurij minoris ana ʒ ij.
Coralli
Sem. Portulacæ
Citrij ana ʒ ß.
Corallinæ
Gentianæ
Diptamni ana ℈ j.
Rhabarbari
Aſari ana ℈ iiij.
Myrrhæ
Croci
Scammoneæ præp.
Trochiſcorum alhandal ana ℈ j.
Cinnamomi
Coriandri ana ʒ ij.
Sacchari, parùm, ad gratiam guſtus

Doſis ℈ j.

Hic pulvis guſtui quodammodò ingratus eſt: ſed eius vis tanta eſt, vermes & lumbricos expellendi, ut ne unum quidem corpore relinquat: ſimili modo etiam corruptos & putrefactos humores, generationis illorum authores & artifices exturbat. Vermes.

Ex eo quoque formabitur cum ſyrupo quodam pilula parua, ſcrupuli unius pondere, addito pauco ſaccharo, quæ facillimo negocio deglutietur tam à viris, quàm à fœminis provecta jam ætate hujuſmodi affectibus infeſtatis, addendo, loco trochiſcorum alhandal, ſcammoneæ præparatæ ʒ j. pulveris Aquilæ noſtræ cæleſtis tantundem. Et ſic verum erit ſpecificum, quod vel ipſis infantibus exhiberi poterit, miſcendo pulverem juſtum cum pomo.

Præcipuum & omnium facillimum adverſus hujuſmodi affectus remedium paratur ex vermibus, quos infantes per anum dejecerunt, vel etiam ex lumbricis terre-

Digitized by Google

terreſtribus, qui vino albo prius ſunt lavandi, dein in ollam vitreatam indendi, & olla optimè lutata, in furno, in quo modò panificia cocta fuerant adeò exſiccandi, ut ad pulverem redigi queant.

De hoc pulvere ſic parato exhibe ℥ j. aut aurei unius pondere ad ſummum, vel per ſe, vel cum juſculo, vel vino, & mira inde colligentur.

9. Pulvis alius paratu facilis ad eorundem met vermium infantum expulſionem.

℞ *Pulveris lumbricorum, ut ſuprà præpar.* ʒ iij.
Rhabarbari
Cornu cervi præparati
Spodij
Corall. rubr.
Sem. Acetóſæ ana ℈ j.
Coriandri præparati ℈ ij.
Miſce: doſis ʒ j. vel ʒ j. ß.

10. Pulvis cachecticus Qercet.

℞ *Limatura chalybis in tenuiſſimum alkool per ſimplicem aquam redactæ, vel cum ſulphure calcinata, ut artis eſt* ℥ j.
Fecul. rad. Aronis ℥ j. ß.
Ambræ griſeæ ʒ j. ß.
Eſſentia corallorum, margarit. ana ʒ ij.
Succini præparati
Cinnamomi ana ℈ iij.
Sacchari q. ſ. ut fiat pulvis guſtui gratus.
Doſis ſemicochleare argẽteum manè.

Hic pulvis eſt ſummum remedium ad omnes pallidos & depravatos colores, ut cachexias, tam virginum, mulierum, quã virorum, juvenum & ſenum; quicunque tandem his affectibus obnoxij ſiant: quod mali genus ut plurimum eſt ſecundum Avicennam & Aurelianum, hydropis cauſa antecedens. Sed ad ejus uſum non accedo, quin prius corpus præparaverim repurgaverim, cryſtallis meis tartari, & pilulis meis polychreſtis tum deinceps continuè ad 15. dies uſque hunc pulverem exhibeo: & poſt tertiam vel quartam doſim purgantur noctu per aluum, materiamque quãdam craſſam ac nigram inſtar picis eiiciunt, qui atrabilarius humor, tanquã ſeminarium horum malorum, vacuabitur continuè uſque ad perfectæ ſanationis terminum. In curandis omnibus cachexiis, admiranda vidi hujus pulveris experimenta, nec ejus uſus ſpem meam de optimo curationis progreſſu conceptam, utiquam fefellit. Hoc idem inter ſecreta mea medicinalia non ultimum tenet locum: quod tamen publico jure donare nõ intermitto. Omnem verò præcipuamque curam pone in limatura tua chalybis ritè præparanda: In hac enim conſiſtit remedij baſis & totum fundamentum.

Fecula ad Aronis præparationem alibi docebimus.

CAP. XXI.

De Vomitoriis.

ARs in omnibus ſequi debet naturam. Natura verò in corpore humano ſua ſponte molitur omnis generis evacuationes, tam generales, quàm

quàm particulares: ſupernè & infernè videlicet *per ſeceſſum, per urinam, per ſudorem & per vomitum*: & quidem hæ ſunt illius vacuationes generales particulares autem, quibus eadem utitur, ſunt quando cerebrum & ventriculum à pluribus repurgat excrementis, quæ homo per nares emungendo, & per os ſalivando & exſpuendo reiicit. In his igitur vacuationibus tam univerſalibus, quàm particularibus ars illam imitatur & ſequitur.

Vniverſales igitur *purgationes* fiunt per ſeceſſum & vomitum, ut docet *Gal.* Sed de his quæ *per ſeceſſum* iam ſuprà *in cap. de electuariis, pilulis, & pulveribus* egimus: Comprehenduntur autem ſub iiſdem etiam *clyſteres*, de quibus quidem hîc dicendi locus eſſet: quoniam tamen remedia purgantia, quæ per os exhibentur, priùs ordine perſequi conſtituimus, vomitoria clyſteribus iam præmittemus.

Vacuatio per vomitum in longè majore frequentioreque olim uſu erat, quàm iam apud nos. Nonnulli inter medicos recentiores eum idcircò abdicare videntur, quòd corpus plus æquo, uti opinantur, commoveat & diſturbet, necnon moleſtiſſima plura inducat ſymptomata: adductis præterea his ratiunculis, noſtras regiones multò frigidiores eſſe quàm Græcorum; cujus nationis *Hippocrates* frequentiſſimè eadem vacuatione utebatur, & infiniti poſt illum alij Græci authores, ipſius exemplum ſecuti: addunt etiam homines noſtrarum regionum eſſe multò pituitoſiores, & minus ad vomitum proclives. Sed his rationibus & argumentis parum ponderis ineſſe, nemo non videt; quæ idcirco tanquam frivola explodentur, cum econtrà hujus vacuationis uſus utiliſſimus & ſummè neceſſarius ſit ad plurimos affectus graviſſimos & deſperatos profligandos, licet vel iis remediis concitari debeat, quæ umidulis illis & meticuloſis medicis ex auditu tantùm horrorem incutiunt. Sed quomodo ſe naturæ amicos illi iactitant, cùm relictis iis, quæ maxima agendi vi & poteſtate excellunt, quorumque ne periculum quidem facere audent, potiùs eiuſdem ſint inimici? Sic enim naturæ adulatores tantùm ſunt, qui imbecillis nimis & invalidis præſidiis eam fruſtrà propugnare conantur, nec potentibus ſatis armis, illius hoſtem ferociſſimum adoriri cogitant: qui interim velut invictus cũcta illorum eccoprotica, imò vomitiva blanda & adulantia ridet, & reſpuit, quibus eliſis vix ſecundò ad eadem auxilia refugere audent.

At verò non diffitemur, in hujuſmodi remediorum uſu ſumma medici prudentia & circumſpectione opus eſſe, qui primò omnium explorare debet naturam ægri, num facilis ſit ad vomitum, necne? Nam à laborioſo nimis & difficili vomitu, qualis iis plerumque contingere ſolet, qui carnoſiori corporis habitu ſunt, prorſus abſtinendum eſt: juxta præceptum *Hippocratis lib. 4. Aphoriſ. 7.* Iis quoque, qui collum habent oblongum, pectus anguſtum, & per conſequens, qui ſunt ad tabem diſpoſiti, vomitus non niſi extrema urgeat neceſſitas, conceden- *Cautelæ vomitionis.*

dus

dus eſt: multò verò minus iis, qui vẽtriculo ſunt nimis imbecillo, & qui obnoxij ſunt inflammationibus & abſceſſibus faucium: aurium item & oculorum doloribus. Præterea verus medicus in his facilè obtemperabit præceptis & doctrinæ *Aetij cap.* 100. *ſerm.* 3: *l.* 1. necnon aliorum Græcorũ plurium: & naturam ægri, nec nõ medicamẽti ſui vires & ꝓprietates probè cognitas habebit & rimabitur: quod deinde medicamentum pro affectus magnitudine ac vehementia, quem expugnare volet, prudenter & cautè admodum in uſum transferet.

Remedia igitur, quæ vomitum provocare ſolent communi nomine *vomitoria* nuncupantur. Eorum qualitas ab arte producta, ex iis cauſis indaganda eſt, quæ naturaliter vomitum concitant. Quod cum ita ſit, *vomitus naturalis eſt opus & beneficium facultatis expultricis ventriculi ea, quæ ob aggravantem copiam aut moleſtam qualitatem, aut ſubſtantiam venenatam & prorſus alienam illi adverſantur & noxia ſunt, per œſophagum vi & impetu expellit, inferioribus ſuis partibus contractis: ſuperioribus vero dilatatis,* ut docet *Galen.* pluribus in locis. Vomitiones arte conciatæ *iſtorum ſunt generum, ut vel ventriculum nimia copia & quantitate preſſum moleſtent, ſive ſit aqua ſive vinum, ſive ſimilis quævis potio: aut eundem qualitate ſua acri & mordicante, vellicent, lancinent, aut diſſolvant, & ſic ad vomitum excitent;* aut tota ſua ſubſtantia prorſus ipſi cõtraria ſint, qualia ſunt quæcunque in venenorum numerum veniunt.

Cauſæ vomitus tam naturalis quàm artificialis.

3. de ſympt. cauſis & l. 3. de fac. nat.

Differentia vomitoriorum.

Hinc *tres differentiæ* medicamentorum vomitoriorum, æquè ac ſuprà purgantium efficiuntur; ſuntq; vel *benigna*, vel *mediocria*, vel *violenta*, hoc eſt, quæ ſumma vi vomitum eliciunt.

Quas tres differentias vomitoriorum remediorum vel ex ipſius *Galeni* ſcriptis eruere licet *lib.* 1. *de alimentis cap de ſeſamo, & l.* 15: *cap.* 4. *de uſu partium*, quò lectorem ablegamus.

Materia igitur, ex qua tria illa vomitoriorum genera componuntur, neceſſariò quoque triplex ſtatuatur.

Vomitoria benigna.

Benignis fabricandis ſufficiet aqua tepida cum ſyrupo acetoſo vel oxymelite ſimplici, vel oleo olivarum amygdalarum dulc. quæ in quantitate ſatis magna ſunt exhibenda.

Vom. mediocria.

Mediocria paulò magis prioribus iſtis ſtimulant, & irritant expultricem ventriculi facultatem, quibus ſola & ſimplex accedit decoctio cum rad. & ſem. raphani, atriplicis, erucæ, naſturtij, cæpæ: quibus addi poteſt, vel ſyrupus acetoſus compoſitus, vel oxymel ſcilliticum, aut hydromel quoddam compoſitum cum rad. aſari, prout vomitivum tuum plus minus efficacius reddere voles.

Digitized by Google

℞. *Rad. roſari*
Sem. raphan.
anethi
urtic. an. ℨ *iij.*
F. decoct. ad ℥ v.
in qua ſolve
Oxymel. ſ. ℥ *ij.*
F. Vomitorium.

Hîc notandum eſt, quod vomitoria enarrata primi & ſecundi ordinis tum uſurpari queant, quando ſuperflui & noxij humores, tunicis ſtomachi adhæreſcentes evacuandi veniunt, qui alias progignunt cruditates: unde ventriculi imbecillitas, flatus, ἀτροφία & ſimilia ſymptomata, tãquam illarum comites individui conſequuntur: in quibus purgantib. huic ſcopo deſtinatis, ſemper addenda erunt detergentia.

Commemorata vomitoria tam benigna illa, quàm mediocria, etiam utiliter exhiberi poſſunt, quando vẽtriculus nimis repletus eſt, vel vino, vel cibo, nimiaque horum copia, moleſtatur & gravatur: ut diſertè monet Hippocr. l. 3. de diæta & albi.

Vomitoria Violenta.

Quod ad tertiam vomitoriorum ſpeciem attinet, quæ ſunt *violent*, ut veratrum album, de eorum qualitate, quæ ventriculo prorſus infenſa eſt, & è diametro ipſi adverſatur, ſuprà ſatis diximus. Vſus eorundem non vacat periculo. *Nam*, ut *Celſus* inquit, *illud ſcire oportet, omne eiuſmodi medicamentum* (de elleboro verba faciens) *quod potui datur, ægris non ſemper prodeſſe, ſemper verò nocere ſanis.* Si igitur ex neceſſitate quis coactus ea præſcribere, & ægrotis propinare cogitet, varias prius circumſtantias conſiderare debet. Nam prima corporis regio ſemper priùs purganda eſt: humores craſſi & viſcidi incidendi & attenuandi, & vacuationi per vomitum aptiores reddendi: omnes meatus corporis reſerandi, corpuſque optimè nutriendum & humectandum, tam alimentis boni ſucci, quàm balneis & fomentationibus peculiaribus: ſicut id dilucidè docent *Hippocr. & Gal. Aphoriſ. ſect. 5. 6. Epid. aphoriſ. 9. l. 2. & 13. l. 4. & Celſus l. 2. cap. 13.*

Parabant autem olim veteres ejuſmodi *violenta vomitoria*, plerunque ex utroque helleboro, & potiſſimum ex albo, thymelea, chamælea, peplio, & ſimilibus violentis, & venenatis purgantibus, quæ penitus improbo, ipſumque etiam helleborum, imò & album, quod excitat convulſiones, ſi quis enim eo uſus fuerit ſine præparatione, de qua veteribus, niſi eam fortè celarint, nihil conſtitit, non mediocre incurret periculum.

Nova vomitoria, à recentioribus inventa. Inventa ſunt noſtra ætate (ſicut fœcundo temporis progreſſu nova rerum inventio in dies incrementum ſumit,) multò *præſtantiora vomitiva*, multoque tutiora, quorum uſus plurimus hodie exiſtit in diverſis & gravibus affectibus curandis, iis etiam adjectis, quibus plerique vomitum nocuum & infeſtum exiſtimant: ut verbi gratia in pleuriſibus, quarum pleriſque vomitus valdè neceſſarius

eſt, ut

eſt, ut peſtilentibus, & in ijs, quæ cum lumbricis ſive vermibus complicantur, de ijs ſuprà *in cap. de aquis*, ubi deſcripſimus aquam noſtram benedictā purgativam vomitivam, mentionem fecimus.

Quoniam autem tot infinita & egregia experimenta deſcripta inveniuntur in centuriis *M. Rulandi Med. peritiſſimi & doctiſſimi*, quorum affectum aquæ ſuæ benedictæ etiam vomitivæ purgativæ adſcribit, necnon aliis potionibus vomitoriis, quas ad plurimos profligandos morbos & ad ipſam etiam pleuritidem ſolvendam deſcribit: non alienum erit ab inſtituto, ſi noſtram ſententiam ipſius autoritate ſtabilierimus & quanta emergant commoda ex vomitionibus, oculis ſubjecerimus.

Vomitoria Rulandi.

1. Ex vomitoriis ipſius ordinariis, unum tantum invenio, quod ex vegetabilium familia depromptum, componit *ex drachma ſemis pulveris rad. aſari, addendo aquarum hyſſopi, praſij, meliſſæ, cardui benedicti ana* ℥ *j.* interdum nil præter *aquæ cardui benedicti* ℥ *v. vel vi.* adiicit: Et ſic parat vomitivum ſudorificum: exhibet id cum feliciſſimo ſucceſſu *in aſthmate & diarrhœa, & ipſis etiam febribus quotidianis & tertianis*: ſicuti videre eſt *in Centur. 6. Curat. ſive cap. 5. & Centur. 8. cap. 95. & 97.*

A ſumpta potione, jubet ægrum ſuum in lecto benè tectum decumbere, & plurimum ſudare, & tandem vomere: & hoc modo ipſum reſtituit, & à febre in momento liberat.

Reperiuntur adhuc quinq, aut ſex alia vomitoria *in Centuriis ejuſdem Rulandi*, quæ ex metallico genere deſumpta videntur, quorum præcipuum eſt aqua illius benedicta, cui tribuit plurimos & admirandos effectus, quos in *præſervandis diverſis affectibus, & præſertim in pleuriſibus, ſive vermibus complicatis, ſive aliis expertus eſt.* *Aq. benedicta Rulandi.*

2. Remedium hoc appellat *vomitorium ruptorium: rumpit enim & aperit abſceſſus & apoſtemata, in quæ plerumque & promptè degenerant inflammationes. Eodem etiam utitur in cura anginæ ſive ſcinantiæ. Vide* Cent. 2. Curat. 14. ſive c. 14. Cent. 2. *cap.* 52. 53. 62. Cent. 3. *cap.* 18. Cent 4. *ca.* 11. & 16. Cent. 9. *cap.* 14. 35. 36. Vbi ſimul invenies annotata, locum, nomen, ſexum, & ætatem eorum, quos ab eiuſmodi deploratis pleuriſibus reſtituit, imò breviſſimo tempore, ante ſeptimum videlicet diem, & plerumque citra ſanguinis miſſionem. Sic in poſterum, ubi uſus hujus generis remedia fortè expoſtulat, ille enarrata ſua contentus eſt aqua vomitiva purgativa, aut vomitorio ſuo ruptorio, ut vocat. *Vomit. ruptorium eiuſdem.*

3. Alibi eadem *aqua benedicta, plurimos graviſſimos morbos feliciter percurat, veluti dolores & inflammationes ventriculi, icterum, febres tertianas & quotidianas Cent.* j. *cap.* 8. Cent. 2. *cap.* 31 34. 65. Et videre quis poteſt *in Centuria 9. c.* 51. quàm mirificè prædicet eandem ſuam aquam

benedictam, & ſimilia vomitiva purgantia, tam ad *præſervationem, quàm ad curationem ipſius podagræ.*

Spiritus aureus Rulandi.

4. Vtitur præterea alio vomitivo, quod ab eo nominatur *Spiritus aureus*, quo facillimè & laudabili cum ſucceſſu curavit duas fœminas: quarum una ſexaginta annorum aut circiter fuit, altera quinquaginta: *illa hydropica, icterica, aſtmatica: hæc verò aſtmate ſuffocativo & lethali conflictata.* Has curas annotat *Cent. cap. 25. & 35.*

5. Apud eundem *Rulandum* aliud adhuc habetur vomitivi genus, quod ſudorificum eſt, idque nominat *aquam terræ ſanctæ*, qua elegantia quoque & ſingularia percepit experimenta in *epilepſiis, ſtranguriis & iſchuriis.* Vide Cent. 4. cap. 31. & 33.

Aq. terræ ſanctæ Rulandi.

Calix vomit.

6. Ibidem etiam ad *curam omnium febrium* intermittentium, *calix* quidam *chymicus* occurrit, parandus (ut arbitror) ex vitro antimonij, vel calce plumbi cum ſilicibus vitrificata, quæ in typum quemdam effuſa, in calicem ſive vaſculum quoddam fingitur: in quo per noctem macerentur vel vinum vel alius quidam liquor ad ℥iiij. vel v. quæ poſteà potio bibenda manè exhibetur: qua hauſtâ provocatur vomitus, multò benignior quàm ab antimonij vitro. Et notandum eſt, quod hujuſmodi vaſculum, ad eundem uſum ſemper aptum & idoneum permaneat, citra ponderis ſui viriumque diminutionem: de qua purgandi ratione iam alibi in ſcriptis noſtris egimus.

7. Tandem adhuc aliud vomitivum *in eodem Rulando* ſe offert, quod eſt ipſius *crocus metallorum*, de quo accipit ſolummodò ad piſi magnitudinē quod macerat per 24. horas in 4. aut 5. vnciis vini albi: Omnia colat & exhibet. Hoc nominat purgatorium vomitivum pantagogum: vtitur eo *contra anorexiam, apepſiam, & ſpaſmum.* vide cent. v. cap. 13.

Vomitivum Pantagogū. Rulandi.

Hic enumeratus metallorum crocus, eſt, ni fallor, baſis aquæ eius benedictæ: Equidem meam inde concinnare ſoleo, ſicut ſcripſi ſuprà ſub finem *cap. de aquis* & modum docui crocum illum fabricandi, quāvis obſcurioribus quibuſdam verbis, quæ tamen vel minimo chymiſtæ intellectu facillima ſunt.

Crocus metallorum.

Aqua ipſius *terræ ſanctæ* vomitiva ſudativa, ſpiritus item ejuſdem aureus vomitivus purgativus, ſunt opinor remedia metallica, ex mercurio nimirum & antimonio ritè præparata: ex quibus peritus medicus elicere novit vomitiva, quæ virtute ſua uſque ad radices & mineras mali penetrant, & nihilominus tamen minùs noxia & pernicioſa ſunt helleboris iſtis antiquis olim tàm celebratis & uſitatis remediis. De hujus generis medicamentis in noſtra ſpagirica tanquam in loco ſuo proprio nobis dicendum erit.

Sal Vitrioli.

Satis mihi ſit, hîc in noſtram pharmacopœam unum ſaltem vomitivum inſerere, quod paratur *ex ſale vitrioli*, de quo accipias grana 7. 8. vel

Sal vitriol. vomitivum. vel 10. imo ad ℈ j. vel ℈ ij. pro ægrotantis viribus, idque diſſolvas in vino, juſculo, aut congruo aliquo liquore, & exhibeas iis, qui eo opus habent, & mirandos eliciet effectus.

Porrò ut palàm fiat, quàm potentes & mirabiles effectus, huiuſmodi purgandi ratio, vomitoriis congruis, & quæ altiùs mali radices extirpant concitata, excerat, hic hiſtorias duas memoratu dignas enarrare placet.

Hiſtoria notabilis. Prior eſt de D. *de Luynes*, & *de Fourmentieres* qui ſumma & veneranda authoritate vir erat, piæ memoriæ, regiuſque conſiliarius parlamenti Pariſienſis: is anno ætatis ſuæ quadrageſimo, ut ipſemet mihi ſæpius referebat, gravi & diuturno morbo corripiebatur, quem ſimul febris lenta ac languida comitabatur, ex qua corporis habitus omnino reſiccatus, & maraſmo conſumptus ferè videbatur: ac licet medicorum Pariſienſium conſilio, & infinitis eorumdem remediis per annum & dimidium continuè uſus eſſet, nihil tamen opis & levaminis unquam inde ſenſerat. Derelicto igitur ab iis, & tanquam deſperato offertur illi à Domina de la Noüe, muliere omni virtutum laude ac ſplendore clariſſima, (quæ adhuc ſuperſtes harum rerum ipſamet teſtis erit) tabella ex floribus albis Antimonii, & ſaccharo parata, quam ipſa ſumere eum hortatur ſimulque huius remedii vim & operationem prædicit. Unde D. de Luynes ad extremum jam redactus, fortunæ aleæ ſe commiſit, hancque oblatam tabellam ſumpſit. Aliquot horis poſt, tam vehementi impetu vomitus prorupit, ut inde quaſi obſtupeſceret: altera verò vice evomuit albugineam quandam & viſcoſam materiam, formæ rotundæ & conglobatæ, pedis ferè longitudinem, cannæque ſive arundinis craſſitudinem referentis: quæ evomita ſtatim ſe reſtitutum, ut & erat, exclamabat, & ſic paucis poſt diebus perfectè curatus, convaluit: venit, & gratias egit commemoratæ Dominæ, & ſecretum remedii ab illa petens, obtinuit. Unde occaſione oblata, idem ſæpenumerò in aliis pluribus ægrotis expertus eſt: & indagandis poſtmodum ſubtilioribus naturæ ſecretis, ad mortem uſque deditiſſimus fuit.

Altera mirabilis curæ hiſtoria, eſt *de nobili quadam Domina* ex provincia *Pictavienſi*, de cuius affectu, & ſymptomatis, quibus præterito menſe Junii vehementiſſimè affligebatur, ad me ſcriptum fuit: erant autem hæc: frequens lipothymia & animi deliquium, capitis dolores, vertigines, convulſiones, vomitus, ventriculi dolores, vertigines, convulſiones, vomitus, ventriculi dolores, diarrhœa, & infinita alia; & quod notatu dignum eſt, in horum ſymptomatum exacerbatione & vigore, interdiu evomebat pilorum tenuiſſimorum, ſive capillorum per intervalla copiam, quorum unus in epiſtola concluſus mihi tranſmiſſus fuit. De quo malo graviſſimo ac deterrimo, ſimul in conſilium vocabam D. Turquetum virum doctiſſimum, medicum regium, collegam & amicum meum chariſſimum. Ex communi igitur utriuſque noſtri conſi-

Digitized by Google

conſilio ipſi cum ſcripto, remedia aliquot chymica, nec vulgaria remittimus. Fruſtrà enim ac ſine ullo progreſſu hactenus diu uſa fuerat medicamentis aliis. ex præſcripto primariorum medicorum Pictavienſium ipſi exhibitis. Inter enarrata remedia noſtra, erat etiam Mercurius noſter vitæ in tabellis, qui vomitivus & purgativus eſt: item pilulæ noſtræ polychreſtæ, noſtrum laudanum ſive nepenthes, & ſimilia, qualia apud vulgares pharmacopœos proſtare non ſolent; quæ ipſi cum regimine atque utendi modo traſmittimus. Quorum remediorum feliciſſimus ſucceſſus ſtatim ſeſe prodidit: nam ſumptis tabellis noſtris purgativis vomitivis, tam ſupernè quàm infernè, adeò fœtentem & putrem ejecit materiam, ut & aſtantes inde inficerentur. In ſecunda & tertia exhibitione earundem tabellarum, à quibus jam magnum perſenſerat levamen, tam vehementi ſymptomatum inſultu adhuc exagitata, ac aliàs nunquam (mali enim radices vi medicamenti cedere & extirpari cœperant) tam magnam capillorum copiam evomuit, ut ſeſe inde ſuffocatam iri crederet, idque per duos aut tres integros dies. Tandem ſumpto eodem remedio, molem quandam in faucibus hærentem, & vellicando lancinandoque moleſtam perſentiſcebat: paulò poſt verò vomitione prolectâ, vermis adhuc vivus miræ craſſitudinis & longitudinis prorupit, paulò poſt illa adhuc vomuit capillos aliquot, qui ſua ſponte moveri videbantur, & ſimiles erant criſtæ aut faſciculo plumeo, ab utroque latere diſtinctè diſpoſito: exhibita poſtridiè una adhuc de enarratis tabellis, tres tantùm capillos rejectavit, & ſic extirpata morbi cauſa perfectam recuperavit valetudinem: quemadmodum de harum rerum circumſtantiis, & remediorum ſucceſſu, pharmacopœus quidam nomine A. Mayaut, qui ipſi toto curationis ſpatio auxiliatrices præbuerat manus, ad me luculenter perſcripſit.

Mercurius vitæ.

Docemus præparationem Mercurii vitæ in ſpagyrica cap. de Mercurio: *Breviter is præparatur ex duabus ſubſtantiis metallicis, quarum una ſumitur ex regulo Magneſiæ, altera ex mercurio eiuſdemmet magneſiæ in meteoron redacto, æqualiter mixtis: ex quibus extrahatur vi ignis per retortam liquor gummoſus, qui præcipitatur in aquam frigidam in forma cremoris ſeu floris lactis, qui optimè à ſua aciditate pluribus ablutionibus edulcatus, in pulverem nivei coloris convertitur: hic ad 4. vel 5. grana ad ſummum exhibetur, idem etiam ſi velis cum ſaccharo in tabellas redactus, vel etiam cum quodam liquore, vel ſecus offerri poteſt.*

Eſt enim omnium vomitivorum, & purgativorum præſtantiſſimum, ultra quàm dici aut cogitari poteſt. ſtupendoſq; planè effectus prodit in diverſis morbis profligandis. Præſtantia tam inſignis remedii vi quaſi è manibus noſtris extorſit clariorem eiuſdem deſcriptionem, quã clauſulæ

clauſulæ loco, huic capiti appendere volui, ne alias mancum mutilumq; fortè videri poſſet.

Cap. XXII.

De clyſteribus.

Absoluto tractatu noſtro de *purgantibus generalibus*, quæ per os exhibentur, nunc æquum eſſe videtur: ut juxta ordinem noſtrum inceptum, etiam *de purgantibus liquidis*, quæ per anum immiſſa corpus ab excrementis praviſque humorib. repurgare apta ſunt, ſermonem faciamus. Vocantur autem huiuſmodi remedia communi nomine *clyſteres*: nonnullis appellantur *enemata*, hoc eſt infuſiones & immiſſiones juxta *Celſum*. *Cel. cap. 12 lib. 1.*

Eſt igitur *clyſteris vocabulum* generale, & pro variis remediis exhibendis, uſurpandiſque accipitur: pro alio enim atque alio partis affectæ, cui is ut remedium adhibetur & in uſum aptatur, ſitu, aliam quoque nominis appellationem ſortitur: unde clyſteres *alii ſunt auriculares*, otenchitæ antiquis dicti, *alii ſunt clyſteres veſicæ*, vocati ſyphones ſive catheteres, per quos, quicquid volumus, in veſicam injicimus.

Alii uterini, metrenchitæ nuncupati.

Eiuſmodi remedia diverſis affectibus, quibus tres illæ nobiles enumeratæ partes defatigantur, medendis inſerviunt: hos tamen eoſdem clyſteres in alium locum tractandos rejicimus.

Sufficiet nobis hîc de veris tantùm clyſteribus dicere, quales ſunt, qui in genere ita appellantur, & qui in anum infunduntur: quorum uſum, *juxta Plinium*, avis Ibis appellata (quæ longo ſuo roſtro ſibi ipſi clyſterem quaſi per inferiora injicit) nos primùm edocuit.

Galenus comment. in Aphoriſ. 36. ſect. 2. lib. 6. Epidem. plures tradit clyſterum differentias & compoſitiones: quorum alii ventrem nimis ſiccum emolliunt, & facultatem expultricem conſopitam excitant.

Alii emolliunt & purgant ſimul, nõ tantùm cõmunia illa ventris excrementa, ad ipſius naturæ imitationem (quæ felle ſive bile in inteſtinum jejunum regurgitante, expultricem facultatem, ad naturalem excrementorum egeſtionem irritat & ſtimulat,) ut *Gal.* docet *lib. 5. de uſu partium*: ſed etiam evacuant & revellunt pituitoſos, bilioſos, alioſque ſuperfluos & noxios humores, tum in ipſis inteſtinis, tum in toto meſenterio & circa hepatis ſinum ſtabulantes, ut idem *Gal.* ſcribit *comment. aphoriſ. 17. 6. Aphoriſ.*

De his ſolummodò clyſteribus, quorum ope naturalem tantùm vacuationem expedimus, jam tractabimus, tanquam de re quæ ad purgationis ſcopum maximè ſpectat: ſimulq; iis adjungemus decocta, modò carminativa modò lenitiva, modò detergentia, & id genus aliis medendi finibus inſervientia, ubi ſcilicet vel evacuatione, vel revulſione, vel derivatione humorũ peccantium opus erit: ſed inſtituti tamen memores non latiùs æquo hinc divagabimur.

Clyſ-

Digitized by Google

Clyſmata emollientia.

Clyſmata emollientia, quæ aridas & induratas alui fæces humectant, componuntur *ex rad. & foliis biſmalvæ, malvæ, violarum, brancæ urſinæ, betæ, quibus adduntur olea, butyrum, aut aliæ pinguedines, jura etiam inteſtinorum vel capitis vervecini ſola eidem uſui deſtinantur.*

Anodyna.

Ut vis anodyna augeatur, ſi fortè humor acris, mordax, ſalſus, ſive pituitoſus, ſive bilioſus, inteſtina obſideat, doloremq́; inducat, decoctioni adduntur *ſemina lini, fænugraci, biſmalvæ, pſyllii, flores camomillæ, meliloti, ſambuci & ſimilium.*

Carminativa.

Sin verò dolorem comitetur, vel eundem etiam excitet flatus, & craſſus ac pituitoſus humor: ſemina carminativa adjiciuntur, nempè *cumini, aniſi fœniculi, baccæ lauri, herbæ origani, calamenti, rutæ, ſummitatum anethi.*

Quoniam autem eiuſmodi dolores ut plurimum proveniunt vel ab humore tenui, acri & bilioſo, vel etiam à craſſo, mucilaginoſo & pituitoſo, ſalſo & vitreo: bilioſus quidem vacuandus eſt *loochex caſſia, diaprunno, catholico, lenitivo, elect. de pſyllio, & ſimilibus levioribus cholagogis*: pituitoſus verò deturbandus *hiera* picra Galeni, *diaphœnico, diacarthamo, benedicta laxativa*: & interdum ubi humore exiſtente tenaciore, frigidiore, & glutinoſiore, validiùs trahendum purgandumq́; eſt, *hiera diacolocynthidos* aſſumitur: olea congrua ad utriuſque humoris acrimoniam obtundendam admiſcenda ſunt, minùs quidem calida & lenientia humori bilioſo cõferunt, ut *oleum violarum, ol. liliorum, lini & camomillæ: laurinum verò, juniperinum, ſeſaminum, anethinum, ſambucinum, rutaceum, irinum ad* pituitoſum, & ubi majori attenuatione, reſolutione, & calefactione opus eſt.

Si verò dolores huiuſmodi, ſicut ſæpè accidit, oriantur ab inflammatione quadam inteſtinorum aut circumvicinarum partium, veſicæ nimirum, uteri, aut renum, medicus parùm verſatus curioſè & accuratè quid faciendum ſit, conſideret: hæc enim mala ſemper cum febre conjuncta ſunt. Ejectis igitur cum emolliente aliquo clyſtere priùs craſſioribus alui excrementis, lenitivis & refrigerantibus clyſmatis utendum erit; paratis *ex lacte, in quo incoxerint ſemina lactucæ, pſyllii & biſmalvæ, ut mucilaginoſum fiat, & magis anodynum.* Aliquando paretur enema ex *ſolo oleo violarum, in quo incoqui poſſunt aliquot capita papaveris.* Sed de his juniores medici conſulant *Aetium cap. 4. 16. & 26. ſerm. 3. lib. 3.* Videndum prætereà, quid *Galenus* ſcribat de clyſteribus *ex ſolo ſero lactis* paratis 10. *ſimpl. cap. de ſero lactis*: quos ad pus detergendum, dolorem ſedandum, & acrimoniam humorum obtundendam, ſummoperè commendat.

Hæc obiter dicta ſint: ſcopus enim noſter eſt, uti jam proteſtati ſumus, hîc *de ſolis purgantibus enematis* verba facere.

His

Digitized by Google

His enumeratis communib. & vulgaribus emollientibus, lenientibus, & anodynis, quoſdam alios eiuſdem ordinis adjicere poſſem ad huius operis ornamentum, niſi conſtitutum eſſet, *cap. de extractis* annotare plura extracta purgantia ſimplicia & compoſita: plura item extracta lenitiva, anodyna, carminativa, & diverſa alia, omnibus intentionib⁹ curativis apta, quæ ad quoslibet clyſteres conficiendos abundè ſufficient.

Nam ſi (exempli gratia) componendus ſit *clyſter ad diſſipandos ventos*, extractum carminativum jam paratum in promptu aderit, quod diuturno tempore reſervabitur, omnibus, virtutibus & proprietatib. baccarum lauri, juniperi, ſem. fœniculi, aniſi, anethi, cumini, dauci, herbarum ſiccarum, rutæ, calamenti, pulegii, origani, florum ſambuci, camomillæ, & ſimilium dotatum: cuius varias compoſitionum formulas deſcribemus (ſicut & extractionum lenitivarum & anodynarum: & ſufficient comemorati extracti tantum drachmæ duę vel tres, cum juſculo quodam aut aqua calida aut vino, prout opus eſt, permixtæ: qua methodo carminativam clyſteris decoctionem, ſine laborioſa operatione ſtatim parabit: in qua extractum purgans affectui, qui edomandus eſt, congruum diſſolvet, ſicut ex variis illis formulis, quas cap. de extractis deſcribemus palàm fiet. Ita ut adhuc magis ſupervacaneo laborę pharmacopœos ſublevemus varias quoque oleorum formulas dabimus, quæ facultate anodyna, lenitiva, carminativa & purgativa ſimul prædita erunt. Exempli loco hîc *oleum noſtrum diacolocynthidos carminativum* in medium proferemus.

Oleum diacolocynthidos carminativum purgativum Quercetani.

℞. *Herb. ſicc. rutæ*
Calamenti
Origani
Pulegii an. m. j.
Sem. Dauci
Cumini
Fœniculi.
Baccar. Lauri an. ℥ *j.*
Ol. Olivarum ℔ *ij.*
Vini rubri ℔ *j.*

Coquantur ad vini conſumptionem: cum hoc oleo ſic præparato decoque pulpæ colocynthidos ℥ ij. digerantur ad ignem B. M. cal. per 12. horas: dein bulliant per duas horas, donec oleum vim totam colocynthidos attraxerit: dein exprimantur & colentur.

Hoc oleum in officinis parari, diuq; adſervari poteſt: doſis ℥ j. vel ℥ ij. prout maiori vel minori operandi efficacia opus fuerit: cum jure pingui permixtum, *medicamen ſummum erit ad omnes ſoporiferos affectus, apoplexiam, lethargum, & ſimiles.*

Oleum compoſitum purgativum.

Ex commemorata colocynthide, cocta cum oleis lenitivis lumbricorum, lini, liliorum, viſci pomi & camo-

camomillæ: componere licet *oleum compoſitivum lenitivum purgativum*, in modum olei carminativi purgativi, quod cum juſculo capitis vervecini mixtum, ad omnes dolores ſingulare eſt præſidium. *Oleum* enim mirificè *contemperat acrem & venenatam colocynthidos qualitatem, adeò ut ſic præparata, neutiquam noxia aut damnoſa ſit inteſtinis*, quorum tunicis aliâs vel ſubtiliſſimè etiam pulverizata, & in trochiſcos redacta, ſemper aliquantum adhærere ſolet: quod incommodum hac præparatione, & oleorum cum ipſius eſſentia & proprietate permixtione intercipimus: ſicque auxilium evadit minùs periculoſum ipſo diaphœnico, & benedicta laxativa: *cujus uſus utilis erit in variis clyſmatis concinnandis, & effectus præſtantes felici cum ſucceſſu oſtentabit in ſedandis potiſſimùm intolerabilibus doloribus & paſſionibus colicis, ut plurimùm à pituita vitrea in inteſtinis ſubortis*, in quibus purgantia lenitiva ſola exhibita, inefficacia prorſus & invalida comperientur.

Oleum purgatorium.

Coronidis loco hîc annectam adhuc aliam *olei purgatorii* deſcriptionem, *quod ad prohibendam vermium generationem, & ad corruptorum, putridorum, & depravatorum humorum, unde illi naſcuntur expulſionem, præſtantiſſimum eſt: ex quibus aliàs infinita alia mala progrederentur*: Si quidem plures hodie tam inter viros quàm fœminas, juvenes & adultos videmus his affectibus obnoxios: quibus hoc oleo tam internè in forma clyſteris, quàm externè applicato, auxilium gratum & indubitatum ſæpenumerò tulimus.

℞. *Ariſtolochiæ rotundæ*
Gentianæ an. ℥ ß.
Tormentillæ ℥ j.
Herb. Centaurii minoris
Summitatum oleæ
Marrubii
Abſinthii pontici
Perſicariæ
Lupulorum
Diptamni an. m. j.
Sem. Polii montani
Portulacæ
Citrii
Cardui benedicti
Lupinorum
& ſem. contra verm. an. ℥ j.
Amygd. amararum ℥ iij.
Flor. Perſicæ arboris
Hyperici
Stœchados an. p. ij.
Myrrhæ ℥ ß.
Turbith
Hermadactylorum an. ℥ j.
Pulpæ colocynthidos ℥ ij.

Contundenda contundantur, & miſceantur cum ℔ iiij. olei olivarum & ℔ j. ß. vini albi generoſi: dein bulliant ad vini conſumptionem: addendo ſub finem duo vel tria bovis fella, priùs ad B. Mar. optimè depurata ſeu defæcata, & fiat oleum.

Hoc *oleum mixtum cum lacte, aut jure quodam congruo in ſuff. q. ad fingendum enema, ſumma erit medela adverſus lumbricos quoſvis: infantibus 3. 4. aut quinque annorum ſufficiet exhibere pro doſi* ℥ ß. *vel* ʒ. *vj. cum lactis* ℥ *iiij aut v. ut fiat*

Digitized by Google

ut fiat clyſter, ut ſuprà mediocriter robuſtis ſatis erit ℥j. robuſtiſſimis verò ℥j.ß. imò & ℥ ij.

Hoc etiam oleum excellentiſſimum eſt ad vermes, ungendo aliquot eius guttulis orificium ſtomachi & regionem umbilici. Admirandi horum duorum modò deſcriptorum oleorum effectus indies magis magiſque, per ipſam experientiam ſeſe prodent, & diſpalabunt.

Purgantia metallica.

Sed ut paulò magis caput hoc amplificemus, unum atque alterum adhuc remedium ex mineralium claſſe petitum, eidem inſeramus: cuius generis medicamenta, cætera purgantia in clyſterum compoſitionem venientia, longiſſimo intervallo poſt ſe relinquunt, *ſive ad demulcendos & leniendos dolores, à cauſis frigidis, cruditatibus, flatibus, ac humoribus mucilaginoſis, tartareis & arenoſis ſive calculoſis ſuſcitatos: ſive ad expellendos vermes, educendam fœtidam humorum illuviem & putredinem: vel ad validiùs expurgandos omnes humores, citra tamen calefactionem nimiam,* qualem inducere ſolent Hieræ Logadii, vel Pachii diacolocynthid. benedicta laxat, & huius generis alia, quibus pleriq; ad ægros excitandos utuntur in comatoſis & ſoporiferis ſymptomatis & affectibus: quorum tamen vim, excedens iſtorum medicamentorum calor potiùs auget, cerebrumque majori vaporum copia replet & fatigat, quam ut eſdem diſſipando imminuat. Hoc non contingit in remediis aliis, quæ manifeſtis illis & noxiis qualitatibus prorſus ablatis, potiùs formales & ſpiritales produnt effectus, quàm materiales.

Crocus metallor. in clyſteribus.

Illud medicamentum, de quo loquor, eſt *crocus metallorum*, cuius alibi mentionem fecimus, eiuſque admirandas operandi actiones, quas etiam per os ſumptus perficit, oſtendimus.

Si quis timidulus & inexpertus medicaſter, horum remediorum, quorum nullam habet notitiam, uſum minus approbaverit, ſi per os aſſumantur, non tamen credo illum tam ſtupido fore ingenio, ut eadem clyſteribus excepta, contemnere auſit: ſi præſertim eorundem ſummos effectus, quos benignè quidem, ſed efficaciſſimè præſtant, ignoverit: qui nihil moleſtiarum neque ab oleorum ingrato fœtore, neque à quavis alia re conciliant, ſicut in vulgaribus plerumque accidere ſolet. Pretium quoque eorumdem non excedet 3. aſſes: cùm quilibet aliorum ad minimum vendatur ſedecim vel etiam 20. aſſibus. Sufficit enim remedii illius enarrati, ſemidrachma vel drachma una ad ſummum, quod macerandum eſt in 4. vel 5. unciis aquæ cuiuſdam congruentis, aut vim per noctem integram aut amplius, & ſic maceratio hæc miſceatur cum quodam jure in ſuff. quantitate, ut fiat clyſter. Eandem macerationem in aqua vel

Digitized by Google

vino factam, potes, ſi velis, paratam adſervare, eamque in magna copia, aucta ſingulorum doſi, parare: quam diutiſſimè reſervabis, & in uſum, ut res poſtulaverit adaptabis, ſervata ſemper ſupradicta doſi.

2. *Vitrum antimonii.*

Loco croci metallorum, licet non tanto cum emolumento uti poteris *Antimonio vitrificato*, quod tamen infuſum, colatum & exhibitum in clyſteribus, minorem noxam adfert, quàm diaphœnicon, hocq; ipſo utiliores & efficaciores multò effectus demonſtrat. Sed dum hæc remedia Dogmaticis propono, liberum judicium cuilibet relinquo, ſive iis uti voluerit, ſive non. Hoc ſolum affirmare poſſum, me iniis deſcribendis ſolido certoq; niti experientiæ fundamento, quod nullis argutiarum machinis, à quodam fortè Momo ſubvectis dirui & ſubverti poterit.

Utut ſit, unusquiſque tandem fatebitur, modò non fuerit omnium ingratiſſimus, hiſce Hermeticorum ornamentis & floribus, quibus vulgarem pharmaceutricem amplificavimus, ſibi ſatisfactum: quos licet magnifaciamus, & inter fructus laborum vigiliarumq; noſtrarum chariſſimos habeamus, eos tamen omnibus, propenſo & liberali animo impartimur.

His multas alias diverſorum clyſterum calefacientium & refrigerantium, detergentium, conſolidantium, cicatrices inducentium, adſtringentium, corroborantium, & nutrientium, & pluribus aliis medendi ſcopis inſervientium, formulas addere poſſem: ſed quia nimis vulgares ſunt, inque antidotariis paſſim deſcriptæ, iis hîc enotandis jam ſuperſedebimus. Unam ac alteram ſolummodo formulam ſubjicientes.

1. *Clyſter attrahens in Apoplexia.*

Fiat decoctio cephalica.
Herb. Meliſſæ
Origani
Rutæ
Maioran.
Calamenth.
Betonic
Sem. Pæon.
Gran. Iuniper.
Flor. Chamæmel.
Centaur ſingul. q. v. e. g. p. j.
In hujus q. ſ. incoquantur
Pulp. colocynth. ℥ j. ß.
Agaric.
Senæ an. ℥ iij.
In colatura diſſolv.
Mellis anthoſat. ℥ ij.
Sal. gemm. ℥ j.
Ol. nardin.
Aneth. an ℥ j. ß.
Clyſma.

2. *Clyſter in morbis capitis ex Tetrade.*

℞. *Rad. Ariſtoloch. rot.*
Polypod.
Sem. cartham. an. ℥ ij.
Pæon.
Cumin. an. ℥ j. ß.
F. Decoct. ex lacte.
℞. *Colatur.* ℥ v. vel vj.
Hier. picr. Gal. ℥ iij.

Mell.

Digitized by Google

Mell anthoſat. ℥ j.
Ol. rutar.
Pil. alb. ana ℥ j.
M. f. Clyſter.

3. *Clyſter anodynus.*

℞. *Summit. Alth.*
Malv.
Violar.
Parietar.
Mercurial.
Bran. urſ.
Betul.
Sem. Lini.
Fœnugr.
Alth.
Fl. Camomill.
Melilot.
Sambuc.
Sum. Aneth. an. q. ſ.
Coq. in Iure capitis arietini.
In ℔. j. Colaturæ diſſolv.
Diaſebeſt.
Hier. mellit. an. ℨ ij.
Mell anthoſat. ℥ j. ß.
Ol. rutac.
Lilior. an. ℥ j.
Croc. ℈ j.
Vitell. ovi N. M. F. Cl.

4. *Clyſter emolliens.*

℞. *Herb. Malv.*
Violar.
Mercurial.
Bet. an. m. j.
Hordei
Fl. Chamæmel.
Borrag.
Nymph. an. p. j.
Fi *Decoctio colata.*

℞. *Colat.* ℔
Caſſ. extract. cum fol. Sen.
Diaprun. ſimpl. vel Tryphera perſica an. ℨ vj.
Mellis
Ol violat. an. ℥ ij.
M. pro enemate.

Cap. XXIII.

De Caputpurgiis & errhinis remediis.

Hactenus de omnibus purgationum generalium ſpeciebus verba fecimus: ordinis ratio poſtulat, ut nunc dicamus de particularibus, quæ illas ſequi debent, *ut Gal.* docet *lib.* 2. *cap.* 2. *ſecundum locos.* Exordiamur autem *à cerebri vacuatione*, utpote quæ pars corporis ſuprema omnium humidiſſima exiſtit, & quæ omnium maximè opus habet non uno evacuationis genere.

Nobilis hæc pars præ cæteris obtinuit particularia quædam emunctoria, quorum ope excrementa ſuperflua deponit, inter quæ nares præcipuè numerantur, quarum uſus à natura non tantùm inſpirationi, & reſpirationi & odorum attractioni, ſed & craſſiorum excrementorum evacuationi deſtinatus eſt; veluti monet *Gal. lib.* 8. *de uſu partium, c.* 6. *&* 7.

Ars itaque naturæ imitatrix noxiorum humorum quibus cerebrum nimis repletur, expulſionem & eductionem per eaſdem narium vias ſive canales conſuetos operatur, idque congruorum & idoneorum remediorum opera.

Digitized by Google

Hujuſmodi remedia in genere à medicis *naſalia ſive caputpurgia*: à Galeno verò lib. de ſimpl. errhina dicta ſunt, quæ varij generis ſunt:

1. *Aut enim liquida infunduntur & attrahuntur.*
2. *Aut in oblongam figuram formata narib. induntur.*
3. *Aut in forma linimenti naribus illinuntur.*
4. *Aut per inſtrumentum, quod* ῥινεγχύτης *dicitur, iniiciuntur.*
5. *Aut ſicca naribus inſufflantur. Vt pulveres.*

Galenus de caputpurgiis canonem ponit, quo hortatur, ſemper à levioribus inchoandum, & poſtremò ad fortiora confugiendum eſſe, ſi opus fuerit. Nos obſervato hoc canone, hîc formulas quaſdam utiliſſimas & maximè neceſſarias, pluribusq; morbis, quorum ſedes potiſſimum in cerebro ſtabulatur, peculiares & accommodatas deſcribemus.

1. *Caputpurgium in forma liquida.*

Caputpurgia ſive errhina formæ liquidæ fiunt ex *aquis ſive ſuccis, aut decoctionibus radicum, herbarum, & florum convenientium.*

Huicſcopo maximè inſervient *aqua majoranæ, ſalviæ, roſmarini, betonicæ, hyſſopi, pœoniæ, aliæque cephalicæ, quarum* vel binæ vel plures invicem mixtæ, & tepefactæ, in nares infunduntur, quibus quarta vel ſexta pars vini promptioris penetrationis ergo additur: hæc & ſimilia errhina omnium ſunt mitiſſima.

Vt validiùs attrahant, adde enarratis aquis *ſuccos* depuratos *maioranæ, anagallidis, ſyrupum ſtœchados, & oxymel ſcylliticum.*

Si opus fuerit majori attractione & evacuatione: macera *radices ciclaminis, iridis*, unum atque alterum *folium peti* reſiccatum, pulveratũ, & in nodulum inditum, & ſic habebis inſigne medicamentum, quod *cerebrum à nubiloſis & turbulentis vaporibus expediet: vertiginibus quoque, lethargis, & epilepſiis idem conveniet*, additis horum affectuum ſpecificis, ſicut epilepſiæ eſt *viſcus quernus, radix pœoniæ, flores tiliæ & cæt.*

Hæ ſunt formulæ liquidorum caputpurgiorum ſive errhinorum, tam benignorum, quàm mediocrium & fortiſſimorum.

2. *Caputpurgium in forma formata.*

℞ Pulveris herb. abſinthij
Maioranæ
Morſusgallinæ
Betonicæ
Salviæ
Diptamni ana ʒij.
Sem. Nigellæ
Ameos
Rutæ ana ʒj.
Trochiſc. albandal ℈iiij.

Coquantur cum ſucco betæ & mercurialis ad ſuccorum conſumptionem: dein incorporentur, cum terebinthina, & fiant naſalia ad longitudinem

dinem digiti & cordulæ ligatæ: naribus indantur.

3. Caputpurgium in forma linimenti paratum.

℞ *Pulveris flor. calendulæ*
Lavendulæ
Tiliæ arboris ana ℨj.
Pulv. Senæ
Pæoniæ
Nigellæ
Sileris montani ana ℨß.
Caſtorei ℈j.
Hellebori ℨj.
Piperis gr. vj.
Ligni aloes ℈ß.
Moſchi
Ambræ ana gr. vj.
Olei terebinthinæ
& ceræ q. ſuf. ad fingendum linimentum.

De hoc parum digito minimo inde in profundiſſimum narium locum, & optatos in purgando cerebro effectus videbis. Eſt quoque *aptiſſimum remedium ad vertigines, epilepſias, & ad ipſum repurgandum in infantibus, ad hæc mala proclivibus cerebrum, quod acidis & ſeorſis humoribus plerumque obſidetur, ex quibus commemorata mala originem ducunt.*

Caputpurgium aliud ad humores à capite in pectus defluentes, revellendos, & per nares expurgandos.

℞ *Gummi ammoniaci ℨjß.*
Pyrethri ſubtiliſſimè pulverizati ℨij.

Incorporentur optimè cum ſucco radicis ireos in unguenti conſiſtentiam. De hac mixtione parum baculi ad id aptati extremitati impone, & in narium profunditatem immitte, & ſtatim deſtillari videbis magnam aquę ſeroſæ quantitatem.

4. In forma liquida infundenda.

In *quarta* forma errhinorum quæ per inſtrumentū, quod ἐιγχύτης dicitur, apparantur, ut ſuprà, ſi remedium liquidum profundiùs in nares iniici debet, ita ut nulla alia ratione validiùs attrahi poſſit. Ad ejuſdem compoſitionem inſervient aquę & decoctiones radicum, herbarum, ſeminum & florum huic ſcopo congruentium, uti iam ſuprà diximus.

5. In forma ſicca.

Supereſt, ut loquamur *de caputpurgiis in conſiſtentia ſicca*, nempè de pulveribus, qui in nares penna, vel ſimili inſtrumento inſufflantur.

Hujuſmodi remedia, licet in genere quidem inter caputpurgia annumerentur, in ſpecie tamen ſternutamentis provocandis inſerviunt, idque ſemper ad ipſius naturæ imitationem.

Sicut enim ſternutatio à natura ſecundum *Galenum* excitatur, ſive per rarefactionem aut fuſionem humorum ſeroſorum & acrium, qui in cerebro continentur: ſive per vim naturæ, quæ conatur reiicere & expellere

pellere ea, quæ naribus noxia & infeſta ſunt: Sic etiam ars excogitavit ſternutamenti concitandi rationem, qua ipſi cerebro vacuando ſubvenit, idque medicamentis, quæ vel cerebrum calefaciunt, humores craſſos & pituitoſos in eodem ſedem figentes incidunt, & liquefaciunt & ſic aptiores expulſioni & evacuationi reddunt: vel mordicant & vellicant nares: vel utrumque ſimul efficiunt, & ea ratione ſternutationem eliciunt. Unde materia ſternutatoriorum plerumque eſt calida, ſicca, acris, pungens, & omninò tenuium partium: Quorum aliquot formulas hîc proponere non abs re fuerit.

1. Pul. ſternutationem provocans.

℞ *Rad. Ireos*
Fol. Maioranæ ana ℥ j.
Sem. Sinapis
Cubebarum
Garyophyllorum
Piperis albi ana ℈ j.
Caſtorei ℈ ß.
Miſce: fiat pulvis, ex quo parum inſufla naribus.

Vel 2.

℞ *Pulveris rad. ciclaminis*
Maioranæ
Hyſſopi ana ℥ j.
Sem. Nigellæ
Pyrethri ana ℥ j. ß.
Macis ℈ j.
Hellebori albi ℈ ß.
Moſchi gr. viij.
Miſce, fiat pulvis.

Vel 3. ex Tetr.

℞. *Rad. ireos* ℈.
Fl. Majoran.
Hyſſop.
Sem. Pœon.
Nigell.
Caryophyll.
Piper. an. ℈ j.
Helleb. alb. ℈ ß.
Moſch. gr. iiij.
M. F. Pulv.
Inſuffletur narib.

His addemus ſternutatorium quoddam *Martini Rulandi* med. peritiſſimi, in ipſius Centuriis deſcriptum, cui excellentiſſimos effectus author adſcribit.

4. Pulvis ſternutat. Rulandi.

℞ *Sem. Nigellæ*
Hellebori albi ana ℈ j.
Maioranæ
Roſmarini
Salviæ ana ℥ ß.
Moſchi gr ij.

5. Alius Querc.

Nos utimur alia ſternutatorij forma, quæ non in nares inſufflatur, ut pulvis qui poſſit, eo quod helleborum excipiat, facilè aliâs cerebrum offendere.

℞ *Pyrethri* ℈ ß.
Hellebori nigri ℥ j.
Naſturtij ℥ ß.

Vel

Vel 6.

℞. *Rad. Hellebor. nigr.* ℥j.
Maſtich. ℥ß. F. S.

Vel 7.

℞. *Rad. Ireos*
Cyclamini ℥j.
Caſtorij ℈j.
Helleb. alb.
Thym.
Sem. nigell.

Pulverentur & includantur in nodulo: maceretur nodulus in *aqua roſarum*, & naſo admoveatur ſubodorandum. Sternutamentum citra moleſtiam excitat, quæ ratio cæteris multò ſecurior eſt.

Avicennas quoque uſurpat *ſternutatorium* quoddam *vaporoſum*, paratum ex *aceto fortiſſimo*, in quo diſſolvit *parum caſtorei*, cujus vapor in nares immiſſus ſternutationem vehementiſſimè prolicit.

Nonnulli uſum horum remediorum averſantes, putant, per eadem humorum fluxum potius augeri, quã revelli, nec iiſdem niſi extrema urgente neceſſitate, & præmiſſis generalibus vacuationibus utuntur. Sed ipſi, ut mea quidem fert opinio, graviter falluntur: quandoquidem ejuſmodi remedia in defluxionibus magnis ſuffocativis, & ſubitò ſupervenientibus, commodè admodum & feliciter exhibentur. Natura enim canales ſive ductus narium dicavit cerebri vacuationi, quam ars ad ipſius imitationem promovet ita, ut aperto & libero tranſitu, curſus ſeroſorum humorum per eandem viam expediatur: & hoc modo revellantur, ne in partes nobiles inferiores, thoracem nempè & ventriculum illabantur. Eadem remedia utiliter quoque uſurpãtur adverſus epilepſias, lethargos, caros, apoplexias, & ſimiles affectus frigidos, ut ſcribit *Gal. li. de inſtrumento odoratus, & deinde Orib. lib. 10. ca. 3.*

Eorundem quoque uſus felici ſucceſſu comperitur *in uteri ſuffocatione, partu difficili, & ſecundina retentione:* ſicut teſtes ſunt *Hippocr. & Gal. lib. 5. aphoriſ. aphor. 35. & 31.*

Caputpurgia ſive errhina enumerata, non tantum purgant & evacuant cerebrum, ſed ſunt nonnulla alia quæ conducunt etiam ad calidam ejuſdem intemperiem tollendam, ad narium hæmorrhagiam ſive ſanguinis ſtillicidium ſiſtendum: ad humores acres exulcerationi gignendæ aptos, contemperandos: ad narium fœtorem, & ipſum etiam polypum ibidem productum, abſque dolore conſumendum.

CAP. XXIV.
De Apophlegmatiſmis & Eclegmatis.

ORdinis noſtri ratio poſtulat, ut particularibus cerebri purgationibus, quæ per nares procurantur abſolutis: nunc de *præſipiis*, ad particularem quoque tam cerebri, quàm thoracis vacuationem accommodatis, & per os exhibendis, tractemus.

Horum medicamentorum *alia* dicuntur apophlegmatiſmi, quos privatim & breviter tantum perſtringemus; non

non enim in iiſdem multa explicanda videntur.

Eſt igitur *apophlegmatiſmus*, ut nominis ratio & etymologia indicat, *Galenuſque lib.2.c. 2.* ſecundum locos. docet, *remediū, quod trahit & vacuat pituitā & ſeroſum humorē in cerebro collectū, idq́, maſticando*: Vndel quidā idē barbaro vocabulo vocant *maſticatoriū*.

Maſticatorium. Horum porrò maſticatoriorum *alia* minùs, *alia* magis attrahunt humores.

Suntque *vel* ſimplicia, *vel* compoſita.

Maſticatoria ſimplicia & minus attrahentia ſunt *maſtiche ſola, ſive folia ſalviæ, aut lauri manè maſticanda, & in ore probè agitanda.*

Vel cum maſtiche pyrethrum miſcetur, ut ſequitur,

℞ *Maſtiches.*
Pyrethri ana ℥ ß.

Adjecta cera fingantur morſuli. avellanæ magnitudinis, quæ manducentur, ſemper expuendo per horam dimidiam: idque per quatuor aut plures dies.

Fortiora & compoſita ſunt, quæ ſequuntur:

℞ *Sem. Staphiſagriæ*
Erucæ.
Sinapis ana ℥ ij.
Pulv. Flor. betonicæ
Hyſſopi ana ℈ j.
Salis ammoniaci ℥ ß.
Pyrethri ℥ j.
Maſtiches
Et Cera q. ſ.

Fiant trochiſci formæ fabæ ſimiles aut parvæ avellaneæ, ex quibus unus teneatur in ore leniter maſticando, & continuò ſalivam expuendo, idque manè jejuno ventriculo:

Mirum in modum ſputum provocat, & cerebrum à recrementis humidioribus expurgat, & eſt ad vertiginem & epilepſiam ſingulare præſidium.

Maſticatorium divulſorium ad paralyſim.

℞ *Diatragacanthi candi* ℥ ij.
Maſtiches ℥ ß.
Staphiſagriæ
Pyrethri.
Granorum paradiſi.
Zingiberis.
Coſti ana ℥ j.
Piperis longi.
Garyophyllorum ana ℈ j.
Rad. ireos.
Turbith gummoſi ana ℥ ß.

Diſſolvantur cum *ſyrupo de ſtœchade*, & fiat maſticatorium, de quo utendum, ut ſuprà.

Si pro delicatis maſticatorium, quod os calore ſuo minùs offendat, componere velis, hac via progredi oportet.

℞ *Rad. pyrethri in oxymelite macerata, exſiccata, & pulverata*
Staphiſagriæ.
Sacchari candi ana ℥ ß.

Excipiantur *mucagine gummi tragacanthi*, & fiat maſticatorium.

Hæc particularia cerebri purgantia, poſt generalem vacuationem demùm adminiſtranda ſunt: *conferunt ad defluxionum revulſionem, & potiſſimum* juxta ſententiam Gal. *ad omnes ſopori-*

ſoporiferos affectus, ad dolorem & gravedinem capitis.

In horum medicamentorum uſu obſervandum eſt, ut os utentis ad ſalivam attrahendam ſemiapertū teneatur, & calidioris acrioriſque materiæ reliquiæ, quales ex fortiorum uſu plerumque in ore remanere ſolent, tollantur lotione aquæ tepidæ, hydromelitis, aceti roſati, aut lactis. Vide de his *Orib. lib. 8. collect. cap. 10.*

Cautela in maſticatoriis.

Præterea ſciendum eſt, uſum eorundem interdictum eſſe iis, quibus inflammatio quædam circa fauces, palatum aut linguam, aut circa quamlibet oris particulam exorta eſt, ut ſcribit *Galen. l. 3. meth. c. 11.*

Cap. XXV.

De Eclegmatis.

Reliquum eſt, ut dicamus de *maſticatoriis idoneis ad pulmones, & pectoris regionem vacuandam*: quæ quoniam non tam valida attrahendi & purgandi facultate pollent, ut præcedentes, de quibus modò diximus, in numerum purgantium affatim ſumptorum & uſurpatorum referri poſſunt: quandoquidem incidendo, attenuando, detergendo, vel incraſſando irritant naturam, & eidem ſuccurrunt ad rejectandas per ſputum multas ſuperfluitates excrementitias, quę ipſi infeſtę ſunt & noxiæ: ac quoniam hujuſmodi ejectiones ſuperfluitatum thoracis & pulmonum, naturaliter à tuſſi provocatæ, *Galeno* ſub particularibus evacuationibus comprehenduntur, remedia etiam arte procurata, ſub eadem claſſe comprehendi poſſe videntur.

Hæc remedia veteribus dicta ſunt *arteriaca*: recentioribus *bechica & eclegmata*: Arabibus *loch* & *looch*, quòd ſenſim lambendo deglutiantur.

Diſtingui poſſunt in duas claſſes, *vel* in calefacientia, attenuantia, incidentia, detergentia humores frigidos, lentos, viſcidos, & craſſos, qui thoracis cavo continentur: *vel* in refrigerantia, incraſſantia & lenientia humores calidos, acres & tenues, qui eroſionum & exulcerationum authores exiſtunt. Vtriuſque generis exempla petenda ſunt ex *Gal. lib. 7. ſecundum loca.* Ex his porrò duobus remediorum generibus componitur unum tertium, quod inter utrumque, medium obtinet, attenuando & ingraſſando ſimul: quodque confert tam ad cauſam conjunctam, quàm antecedentem: ad humorem nempe craſſum, in pulmonibus jam collectū, qui incidendus & detergendus eſt: & ad tenuem, per aſperam arteriam in pulmones influentem, qui incraſſandus: quod breviter exemplis illuſtrandum erit.

Eclegmata ſeu Loch incidentia detergentia ſunt.

1. *Looch è ſucco ſcyllæ ſimp. Gal. compoſ. Meſ.*
2. *Looch ſanum & expertum Meſ.*
3. *Looch è pino Meſ.*
4. *Looch è praſſio Pauli*
5. *Looch de ereuo eiuſdem Pauli*
6. *Looch de carthamo Meſ.*

Fff 2 Hæc

Hæc omnia eclegmata de eorum ſunt genere quæ fortiùs attenuant deterguntque materiam craſſam in thorace vel pulmonibus contentam. *Tuſſientibus, aſthmaticis & difficulter ſpirantibus, ob purulenta lentaque pituita copiam, reſpirationis viam opprimentem, auxiliantur.*

Minus incidentia & detergentia ſunt

1. *Looch puſſulatum*
2. *Looch de farfara ſeu tuſſilagine.*
3. *Looch de caulibus Gordonij.*
4. *Looch è pulmone vulpu Meſ.*

Incraſſantia fortiora ſunt.

1. *Looch è papavere.*
2. *Diacodion ſimplex Gal.*
3. *Diacodion Ioan. Bat. Montani.*

Horum uſus eſt *in omnibus deſtillationibus è capite in aſperam arteriã, ex perpetua tuſſi in ſomnium parientibus. Tuſſi quin etiam & gutturis aſperitati à tenui deſtillatione ſeu catharro excitata auxiliantur: defluentes enim illos humores inſpiſſant, mitigantque, excretioni praparant: febribus etiam ardentibus & pectoris inflammationibus interdum exhibentur.*

Incraſſantia leniora ſunt.

1. *Looch de pſyllio.*
2. *Looch de portulaca.*
3. *Looch ex tragacantha.*

Hæc ipſa *ad ſputum ſanguinis* commendantur. Poſteriora duo partim ex rebus adſtringentibus & ſtipticis compoſita, *venarum rupturis conſtringendis & agglutinandis conveniunt.*

Enumeratorum remediorum formulæ, in ipſis authoribus à nobis citatis, & in omnibus diſpenſatoriis ſive antidotariis communibus inquirendæ ſunt. Nobis ſufficiat de noſtris tantùm ea inſerere, quæ non vulgaria ſunt, & tamen præclarè *conferunt aſthmaticis, phthiſicis, & aliis pulmonum graviſſimis & penè incurabilibus affectibus.*

1. Looch de Althea Quercet.

℞ *Rad. biſmalua optimè mundatarum* ℔ ß. aut quantum volueris, bulliant *in hydromelite* communi ad ſufficientem decoctionem: optimè coctæ tundantur, & per ſetaceum trajiciantur: de quarum mucagine accipe ℥ ij.

Spec. Diatragacanthi
Diaireos ana ℥ iij.
Sacchari candi
Penidiorum ana ℥ ß.
Flor. Sulphuris optimè praparatorum, ut infrà docebimus ℥ ß.
Syrup. capill. veneris
Tuſſilaginis ana q. ſ.

Omnia reducantur in formam Looch: de quo ſæpius utendum cum baculo de liquiritia.

Excellens eſt remedium contra omnem tuſſim inveteratam, ſive à frigida ſive à calida orta ſit cauſa: contra aſthma, orthopnœam, & dyſpnœam, alioſque pulmonum affectus: uſus quoque eius eſt in maturanda pleuritide, & ſputo proliciendo: ſicuti horum pracipua curatio per anacatharſim inſtituenda.

2. Looch.

2. Looch paſſulatum Quercet.

℞. *Rad. Tuſſilaginis*
Liquiritiæ an. ℥ j.
Enulæ campanæ ℥ ß.
Scabioſæ
Herb. Capill.
Hyſſopi an. m. j.
Flor. Tuſſilaginis
Violarum
Bugloſſæ
Nymphea an. p. ij.
Sem. Aniſi ʒ *vj.*

Coquantur in hydromelite ſimplici: de colatura clarificata cape ℔ iiij, in quibus decoque

Paſſularum purgat. à vinaceis ℔ ß.
Iujubarum
Sebeſt. an. ℥ ij.

Coquantur ad medietatis conſumptionem: dein quamoptimè prælo exprimantur, & addendo

Sacchari candi
Penidiorum an. ℥ iiij.

Coquantur ad mellitam conſiſtentiam: cui adde

Flor. ſulphuris ℥ ß.

Miſce fiat Looch.

Ad *enumeratos pulmonum affectus*, utraque hęc loch plerumq; offerre ſoleo: de quibus utendum præcipio manè, à prandio circiter quartam, hora ſomni, & noctu primis vigiliis. Præſtantiſſima medicamina ſunt, ad illa, ut diximus, mala. Nullis enim laudibus ſatis prædicari poſſunt *flores ſulphuris*, quos addimus, utpotè qui verum pulmonum balſamum ſunt, ut alibi in ſcriptis noſtris jam diximus.

3. Loch flor. ſulphuris.

Ex commemoratis *floribus ſulphuris, cum ſolo butyro, quadam mucagine ſem. citoniorum, biſmalvæ aut lini permixtis*, addendo quendam *ſyrup. capilli veneris, violarum, roris ſolis, aut tuſſilaginis*, ad eoſdem uſus, ut ſuprà, bechicum ſive loch parabis excellentiſſimum.

4. Aliud.

Ad phtiſim & exulceratos ſive purulentos pulmonum affectus, loch aliud paratu facillimum confici poteſt, quod potentiſſimum & ſummum eſſe auxilium ſæpenumerò in pluribus optimo cum ſucceſſu expertus ſum.

℞. *Syrup. de ſucco hederæ terreſtris, noſtræ deſcriptionis* ℥ ij.
Flor. Sulphuris q. ſ. ad reducenda omnia in looch.

De quo Empyicis exhibe quater in die, idque ad dies pluſculos, & mira præſtabis. *Multos profectò deſperatos & incurabiles ægrotos jam proclamatos, hoc eodem reſtituimus remedio.*

Ad enarrati *hederæ terreſtris ſyrupi uncias* duas admiſcere poteris *guttulas 4. vel ſex rubini noſtri ſulphuris*, cujus deſcriptio extat in noſtra ſpagirica, ex qua mixtione, medicina ſecurior & promptior in agendo, adverſus eoſdem affectus evadet.

Eodem modo balſamum, butyrum, lac dulce aut cremor ſulphuris, cum quodam ſyrupo mixta, aut per ſe exhibita, iiſdem affectibus ſingulari & ſpecifica proprietate proſunt:

quorum omnium præparationem paulò poſt docebimus. *Sulphur enim ritè præparatum verum eſt pulmonum balſamum, verum bechicum, verum loch ſanum & expertum omnibus pulmonum affectibus aptum & ſalutare, quod admirandis ſuis virtutibus & affectibus* Lochilli ſano, & cæteris omnibus, quotquot ſunt bechica vulgaria, longè præferendum eſt.

Sulphuris vires.

CAP. XXV.

De confectionibus aromaticis ſeu ſpeciebus aut pulveribus roborantibus, tabellis & trochiſcis.

SAtis abundè hactenus tractatum eſt de præparantibus purgantibus ſeu vacuantibus, nec non de revellentibus & derivantibus remediis: ordinis ratio expoſcit, ut nunc dicamus de iis, quæ facultatibus partium nobilium, animalibus nempè, vitalibus, & nutritioni dicatis, roborandis ſive cōfortandis apta & idonea ſunt: nec non de iis, quæ afflictarum partium malignam qualitatem ſive intemperiem corrigunt, & variis earundem ſymptomatis ſive accidentibus præter naturam ſuccurrunt ac opitulantur. His autem curationum indicationibus, diverſa inſerviunt medicamentorum genera, veluti ſunt:

1. *Confectiones aromaticæ, ſpecies ſive pulveres cordiales.*
2. *Trochiſci*
3. *Tabellæ*
4. *Opiata*
5. *Condita*
6. *Conſervæ*
7. *Omnis generis antidoti.*

Ut igitur primæ ſectioni noſtræ pharmacopœæ colophonem ſive finem imponamus: de his tantùm enarratis remediorum generibus, quæque ex iis maximè neceſſaria videntur, ſive ad vulgarem normam, ſive per chymicum artificium ſit præparata, adhuc nobis dicendum reſtat, exordio ſumpto à confectionibus aromaticis, quarum aliæ calidæ ſunt, aliæ frigidæ, aliæ temperatæ.

Calidæ ſunt.

1. *Aromaticum Garyophyllatum Meſ.*
2. *Aromaticum roſatum Gabrielis*
3. *Diamargarit. cal. Avicennæ*
4. *Letificans Rhaſis*
5. *Diambra Meſ.*
6. *Diamoſchum dulce Meſ.*
7. *Confectio cordialis Alexandr. Bened. & Conf. cord. deſcripta à Fuchſ. 1. compoſ. med. ſect. 4.*
8. *Diacalamentum Gal.*
9. *Diacinnamomum Meſ.*
10. *Dianthos Nicol.*
11. *Diagalanga Meſ.*
12. *Diahyſſopum Meſ.*
13. *Diairu Nicol.*
14. *Diazingiber*
15. *Diatrionpipereon Meſ.*
16. *Diacuminum Nicol.*
17. *Dianiſum*
18. *Diathamaron*
19. *Diapraſſium Nicol.*
20. *Diaxyloaloes Meſ.*
21. *Roſata novella.*

Frigi-

Frigidæ.
1. *Diamargarit. frigid.*
2. *Diatragacant. frigid.*
3. *Diapenidium.*
Temperatæ.
1. *Diatriaſantalum*
2. *Diarrhodon Abbatis.*
3. *Diacurcuma.*
4. *Dialacca maior.*

Hæ ſunt confectiones aromaticæ, quæ maximè in uſu eſſe ſolent, quarum compoſitionum formulę adeò ſunt communes, ut in omnibus diſpenſatoriis deſcriptæ reperiantur. Nobis hîc ſatis erit, ſingularum tantùm proprietates & facultates ordine explicare: ubi videre licebit, alias peculiariter cõvenire capitis affectibus: alias pulmonum & thoracis, ventriculi, hepatis, lienis, renum, uteri, aliarumque corporis humani partium morbis.

Calidæ.

1. *Aromaticum garyophyllatum* præcipuum & ſingulare roborans eſt cordis & ventriculi: confert ad nauſeam & vomitum: partes nutritioni famulantes à putredine præſervat, & ventos flatuſque mirificè diſſipat.

2. *Aromaticum roſatum* auxiliatur imbecillitati ventriculi, juvat concoctionem, ſtimulat appetitum, & imprimis iis aptum eſt, quibus ex longo quodam morbo calor naturalis labefactatus, etiamnum poſt morbum evictum langueſcit.

3. *Diamargaritum calidum* Avicennæ utile perhibetur adverſus omnes hypothymias, ſyncopes & cordis deliquia, & breviter omnes vires collapſas reparat & inſtaurat: prodeſt ſuffocationi matricis, aſthmaticis, tabidis: ad cruditates item & imbecillitates ventriculi conducit.

4. *Electuarium lætificans Rhaſis* valet ad palpitationem cordis: ad omnes melancholicæ hypocondriacæ ſpecies, & quia lætitiam & hilaritatem adfert lætificans appellatum eſt. Falluntur autem ii, qui huius deſcriptionis authorem Galenum fuiſſe opinantur, & idcircò id nominant lætificans Galeni: ſicut alibi quoq; monuimus.

5.6.7. *Diambra & diamoſchum dulce*, utraque à Meſvæo deſcripta, item *conf. cordiales* tum Alexandr. Bened. tum Fuchſii inter pulveres & confectiones, cordi ſunt omnium maximè amicæ & ſalutares, & iiſdem ferè effectibus ac energiis prædtę, laudantur adverſus peſtilentes omnes affectus frigidoſq; cerebri morbos, paralyſes, vertigines, epilepſias, convulſiones, melancholias: recreant inſuper & inſtaurant facultatem maximè vitalem, roborantq; ventriculum, aliaſq; partes nutritioni ancillantes.

8. *Diacalamentum Galeni* conducit omnibus thoracis & ventriculi affectibus, à cruditatibus, & cauſa frigida ortis: mirum in modum attenuat omnes craſſos & tartareos humores: diſſipat omnes ventos: ſuccurrit febre quartana laborantibus: tandemq; menſes & urinam movet.

9.10.11.

9.10.11. *Diacinnamomum Meſuai, Dianthos Nicol. & Diagalanga Meſuæ:* ſunt compoſitiones, quæ ob ſingularem conſenſum iiſdem uſibus adaptantur, omnibus nempè frigidis inſerviunt affectionibus, intemperiei cerebri, ventriculi, & cæterarum nutritionis partium: concoctionem juvant: cardiacis item & cordis deliquiis ſubveniunt; & vires exhauſtas mirificè reficiunt.

12.13. *Diahyſſopum Meſuai, Diatragacanthum calidum Nicol. & Diairis Salomonis Nicolai,* magna quoq; compoſitionis ſocietate invicem conveniunt: omnibus etiam pulmonum affectibus, ab humoribus frigidis & viſcoſis ſubortis opem ferunt, qualis aſthmatum & tuſſium inveteratarum conditio plerumq; eſſe ſolet.

14.15. *Diazingiber Nicolai,* & *diatrionpipereon Meſvai,* cruditatibus, ventis & imbecillitatibus ventriculi opitulantur: attenuant & incidunt humores mucilaginoſos tunicis ventriculi adhæreſcentes, altiuſq; radices agentes: Unde feliciter in febri quartana poſt generales evacuationes præſcribuntur.

16.17. *Diacuminum & Dianiſum Nicolai & Meſuai,* ciuſdem ambo compoſitionis ferè, flatibus ventriculi à craſſis & pituitoſis humoribus procreatis, diſcutiendis aptiſſima ſunt.

18. *Diathamarum Nicolai,* aſthmaticis, tuſſientibus & anheloſis: rerumque porrò imbecillitati optimè convenit.

19. *Diapraſſium Nicolai,* peculiariter inſervit ad omnes defluxiones tuſſim excitantes: ad omnia item aſthmata & diſpnœas.

20. *Diaxyloaloes Meſvai* exhibetur ad quævis ventriculi incommoda à cruditate pronata: quinetiam illud idoneum eſt ad vermes & corruptos humores ex eodem expellendos: digeſtionem juvat, & hominis animum exhilarat.

21. *Roſata novella Nicolai,* facultatem habet vomitum inhibendi: confert etiam ad imbecillitates ventriculi & lipothymias ſive cordis deliquia, & vires debiles, à diuturno morbo contractas, in ſolidum inſtaurat.

Frigida.

1. *Diamargaritum frigidum Nicolai,* in omnibus febribus ardentibus & peſtilentibus, ad cor & facultatem vitalem recreandam, ſummoperè commendatur.

2.3. *Diapenidium & diatragacanthum,* à *Nicolao* deſcripta, ad omnes calidos & acres pulmonum affectus, ad tuſſim ab humore ſalſo & ſeroſo provocatam, adanacatharſim, & expectorationem pleuriticis & peripneumonicis promovendam, commodè offeruntur.

Temperatæ.

1.2. *Diatriaſantalum* & *diarrhodon Abbatis,* idonea ſunt ad omnes viſcerũ nutritioni inſervientium, intemperies calidas contemperandas: conducunt ictero, oppilationi hepatis & lienis: aliiſq; calidis eorundem viſcerum affectibus, quæ ſimul etiam una eademque opera corroborant.

3.4. *Dia-*

3.4 *Dialacca major & diacurcuma ſive diacrocum Meſuæi*, ſimiles habent proprietates, ſicut & eorundem deſcriptiones parùm à ſe invicem differunt: in frigidis partium nutritioni dicatarum intemperiebus, ad earundem obſtructiones & duritіes reſerandas exhibentur: ubi eadem opera ſimul roborant hepar & lienem, & idcirco omnibus cachexiis & hydropiſibus proſunt: non parum etiam ad urinam proliciendam apta ſunt.

Hactenus de viribus & proprietatibus enumeratorum pulverum ſat dictum: quorum deſcriptionum formulæ petendæ ſunt ex antidotariis, in quibus omnes ex veterum ſcriptis translatæ & cōgeſtæ reperiuntur. Non enim operæ pretium me feciſſe arbitror, ſi in illis denuò huc tranſcribendis deſudaro: Veruntamen ſicut ſuprà, pulveres quoſdam purgantes, qui non ſunt vulgares, deſcripſimus, ita hîc opus noſtrum decorare placet confectionibus, ſive pulveribus quibuſdam cordialibus ſpecificis ad plures affectus, qui vel noſtræ ſunt deſcriptionis, vel aliunde nobis à doctis viris communicati, multaque experientia comprobati, digni ſunt qui in lucem publicam prodeant.

Suntque

1. *Tragea cephalica calfac.*
2. *Tragem. ad vertigin Langij.*
3. *Ad vertigin. Craton.*
4. *Specificum vertiginis.*
5. *Trag. antipileptica. Querc.*
6. *Trag. pectoralis*
7. *Trag. antipleuritica*
8. *Trag. ad morbos ventric.*
9. *aliter.*
10. *Preparatio rad. Aronis.*
11. *Trag. hepatica.*
12. *Trag ad icterum*
13. *Ad idem.*
14. *Tragea ſplenetica*
15. *Trag. antinephritica & anticolica.*
16. *Trag. hyſterica.*
17. *Trag. ad dyſenteriam à granis actes.*
18. *Trag. ad bronchocelem.*
19. *Pulv. ad hernias.*

1. Tragea ad frigidos omnes capitis affectus.

℞. *Pulv. rad. acori* ℥ vj.
Coralli preparati ℥ij.
Pulv. Florum calendulæ
Betonicæ
Stœchados
Anthos ana ℈ij.
Coriandri preparati
Nucis moſchatæ
Cinnamomi ana ℥ß.
Sem. Aniſi
Fœniculi dulcis
Pœoniæ
Sileris montani ana ʒiij.
Cardamomi
Garyophyllorum ana ʒj.
Sacchar. anthoſati q. ſuff.

Ut fiat pulvis guſtui gratus, doſis ſemicochleare argenteum, manè.

Qui ob cerebrum plus æquo humidum & nubiloſum plerumque exiſtunt torpidi, ſegnes & oblivioſi: qui porrò apoplexia, paralyſi & ſoporiferis aliis affe-

affectibus ſunt obnoxii : præmiſſa purgatione cum pilulis cephalicis & congruis, ſingulis matutinis utantur prædicto pulvere, idque ad dies plures, & non exiguum mali levamen percipient.

2. *Tragema capitale Langii contra vertiginem & apoplexiam.*

℞. *Majoranæ*
Betonicæ
Salviæ
Roſmarini
Lavendulæ
Meliſſæ
Stœchados ana ℈ j.
Nucis moſchatæ
Cinnamomi
Coriandri prap. ana ʒ iij.
Cubebarum
Cardamomi
Galangæ
Piperis longi
Sem. Gallitrici
Gran. Pœoniæ an. ʒ j.
Garyophyllorum
Macis
Zedoariæ
Zingiberis
Fœniculi
Carpobalſami
Xyloaloes ana ʒ ß.
Sacchari ℔ *j. miſce, fiat pulvis.*

3. *Tragema ad vertiginem expertum Cratonis, ſeu ſpecificum ad vertiginem.*

℞ *Cinabrij non factitii, ſed mineralis veri* ℥ ß.
Coralli rubri præparati
Margaritarum præparatarum
ana ℈ ij.
Croci ℈ j.
Fol. auri num. xv.

Omnia terantur ſubtiliſſimè ſupra marmor, & miſceantur: doſis gr. x. xii. vel xvi. cum aqua lilii convall. provocat ſudores. Excellens eſt, & multo uſu comprobatum remedium contra vertiginem, alia longè ſuperans. Doſ. ʒ ß. vel ʒ j. *ex aqu. lil. convall.* magnos & copioſos ſudores ciet.

N. Hujus uſu author aliquot curas peregit unica hebdomada 4. aut 5. ad ſummum doſibus exhibitis, etſi malum hoc vertiginoſum uſque adeo exacerbatum ſit, ut judicium omne ægris eriperet, *vid. Tetr.*

4. *Specificum vertiginis.*

Ad eundem affectum remedium paratu facillimum occurrit; cujus uſus vir quidam magnæ authoritatis, & de tota Gallia perquàm optimè meritus, à gravi quadam vertigine ſcotomatica feliciter reſtitutus fuit: paratur autem ex ſtercore pavonis maſculi, pro maribus, quod ſiccandum & pulverizandum, dein maceretur de eo drachma una per noctem integram in vino albo: omnia per linteum trajecta, exhibeantur vertiginoſo, idque continenter à novilunio uſque ad plenilunium, aut etiam amplius, ſi opus fuerit. Hujus remedii

Digitized by Google

dij author eſt quidam ruſticus, qui ex hac cura ſingularem laudem & honorem præ multis aliis clariſſimis Medicis reportavit. Unde colligere licet, medicinæ perfectionem tam exquiſitam non eſſe, quin in eam in dies quid addiſcere, vel à minimo & abjectiſſimo quovis homine opus habeamus.

5. Tragea antepileptica Quercetani.

℞. *Eſſentia corallorum*
Margaritarum ana ℈iiij.
Vngula Alces vera
Vnicornu ana ʒß.
Salis cranij humani ʒj.ß.
Pulv. Flor. liliorum conuall.
Calendula
Tilia arboris
Anthos ana ℈j. ß.
Sem. Pœonia
Ruta
Viſci querni ana ʒii.
Lapidis bezoardici veri
Ambræ griſea ana ℈j.
Cinnamomi
Cardamomi
Ligni aloes ana ℥j.
Camphora ℈ß.
Sacchari anthoſati q. ſuff.

Epilepticus, poſt generalem & congruentem vacuationem hujus trageæ capiat ſemicochlear, continuando per integrum menſem: qua ſumpta, ſtatim unam atque alteram unciam noſtræ aquæ antepilepticæ, ſupra capite Decoctorum deſcriptæ, ſuperbibat: moxque ſudet, & in cæteris bona victus ratione utatur.

6. Tragea ad omnes pectoris affectus.

℞. *Spec. Diaireos*
Diatragacanthi frigidi ana ℥j.ß.
Pulv. Rad. ungula caballinæ
Summitatum hyſſopi
Sem. Vrtica ana ℈iiij.
Pulmonis vulpis præparati ʒß.
Flor. Sulphuris optimè præparatorum ʒ.j.ß.
Eſſentia margaritarum
Coralli ana ʒj.
Sacchari violati q. ſuff. miſce. fiat pulvis, vel ſi velis, elect. per tab. concinnabis.

Excellentiſſimus eſt pulvis adverſus *omnes pulmonũ affectus, & ipſum etiam aſthma, & ſpirandi difficultatem; efficax eſt praterea ad tuſſim inueteratam & ipſam etiam phtiſim ac ulcera pulmonum.*

7. Tragea antipleuritica.

℞. *Salis prunellæ (quem anodynum minerale vocant veri Chymici)* ℥ij.
Pulv. Flor. papaveris rheadis
Coralli rubri ana ℥j.
Sacchari violati ℥ß.

Reducantur in pulverem: doſis ʒij. ſuperbibendo parum *aqua papaveris rheadis, vel cardui benedicti.* Singulare remedium ad pleuriſim, cujus eximios effectus ipſis oculis multoties vidi.

8. Pulvis ad omnes ventriculi affectus mirabilis.

℞. *Rad. Aronis præparata, ut docebitur* ℥ij.

Digitized by Google

Pulv. Rad. Acori vulgi
Pimpinellæ ana ℥j.
Oculorum cancri ℥ ß.
Cinnamomi ℨiij.
Salis abſinthii
& Iuniperi ana ℨj.
Sacchari roſati q. ſuff.
Conficiatur pulvis guſtui gratus.

Idem Paulo aliter ex conſilio arthritico.

℞. *Rad. Aron. ppt.* ℥ij.
Acor. vulg. ℥j.
Fl. Betonic. ℥ß.
Ocul. cancr. ℨiij.
Cinam. ʒjß.
Omnia optimè pulveriſata. *cum Sacch. roſat. q. ſ. F.* Pulvis.

CAUTIO.

Tanta eſt ventriculi affinitas & conſpiratio cum reliquis totius corporis partibus, ut ex ejus vel minimo errore ceteræ particulę ſtatim in conſenſum trahantur, & ita infinita propemodum mala procreentur: hinc vitiorum ventriculi medela, complectitur ſimul plurium aliorum affectuum medicationem. Occaſionem horum, quæ dico, mihi præbet admiranda hujus pulveris efficacia: qui licet paratu ſit facillimus, nec ex numeroſa ingredientium, aut aromatum multitudine præparetur: *exhibetur tamen non tantum ad ventriculum corroborandum, cui propriè convenit, ſed etiam ad capitis affectus, ad hemicranias acutisſimas, vertiginem, melancholiam hypochondriacam, cachexiam & ſimiles affectus. Ad calculum quoq; & febrem quartanam porrigitur: habet enim facultatem deoppilandi hepar, lienem & totum meſenterium & diſſolvendi & liquefaciendi tartarum glutinoſum, qui plurimorum morborum cauſa exiſtit:* cui negotio peculiariter inſeruit ſal pungens & piperinũ, quem Aronis radix, quę hujus medicamenti baſis eſt & fundamentum, acredine & mordacitate ſua ſatis repræſentat. *Melanchol. Hipochond.*

Poſterioris pulveris uſum hunc edocet author: *De eo capias*, inquit, *in arthritide mane cochl. ſemis, idque alternis diebus, ut uno videlicet alternorum prædictum ſumas pulverem, altero hydromel noſtrum, ſed non deſiſtendum ab uſu.* Nam ita diſſolventur tophi tartarei & prohibebitur eorundem coagulatio & generatio. Valet certe idem pulvis *ad calculos quoque*, cujus etiam uſus eſſe poteſt ad præcautionem.

Id mihi communicatum fuit à *D. Birckmanno* medico excellentiſſimo, cujus jam honorificam alibi mentionem fecimus. Is ſingulis annis parabat hujus pulveris pluſquam ſexaginta aut octuaginta libras: tanti eum faciebat ad medicinæ uſum, ut & eidem locum daret inter ſecreta ſua medica, quorum ſumma abundantia, is tanquam unus primariorum medicorum ſui ſeculi diffluebat. *Pulv. D. Birckm.*

10. Præparatio radicis Aronis.

Colligenda eſt *radix*, dum vix inter dumeta germinare incipit, ac antequam ejus virtus in folia ſe diſpergat, mundanda optimè & lavanda:

Digitized by Google

da: poſteà in orbiculos diſſecta infundatur cum vino albo, & maceretur in loco frigido per 24. horas: vino duobus digitis tranſverſis ſupernatante: enumeratis horis elapſis, effundatur vinum & ſeparetur per inclinationem: & rurſus affundatur novum vinum album, repetita adhuc maceratione eadem per 12. horas, ut nimia acrimonia & vis pungens ejuſdem ſalis aronici mitigetur; quæ aliàs tangentis manibus bullas ſive puſtulas inducit, eaque exulcerat. Sed in eo tamen acri ſale latet vis illa diſſolvens, quæ vero artificio inde eruenda eſt, hoc eſt adeò edulcanda eſt, ut amplius linguam non pungat acrius ac ipſum piper, citra ullam exulcerationem: idque ex guſtu facilè percipitur. Radix itaque poſt macerationem reſiccetur ad ignem lentum in furno videlicet, in quo panificia modò cocta fuerint, dein reducatur in pulverem ad eundem uſum ut ſuprà.

Ut eximiæ hujus radicis virtutes clariùs pateſiant obiter tantum hîc addo ex ea mundata & in rotulas, citra cultrum tamen ferreum, diſſecta, & in umbra reſiccata, ne quid de ſale ejuſdem pereat, pulverem conſici, qui verus *domitor & expulſor eſt veneni arſenicalis. cancri, ſi præſertim ipſi parum arſenici fixi admiſceatur.* De quo fuſiùs dicetur in ſecunda ſectione hujus operis, ubi de externis remediis tractabimus.

II. Tragea ad affectus hepatis.

℞. Coralli rubri prap.
Spodii
Spec. Diatragacanthi ana ℥ij.
Pulveris hepaticæ
Sem. Acetoſæ
Portulacæ
Berberis ana ʒj.
Croci martis optimè præparati ℥ij.ß.
Croci ex oleo ſulphuris parati, ut docebitur, ℈ij.
Conſerva roſ. è ſiccis, vel ſacchari roſati q. libuerit.

Miſce, fiat pulvis: doſis ʒ. j.

Hic pulvis eſt admirabilis contra omnes obſtructiones, imbecillitates & intemperies hepatis; cui priſtinum robur reparat: ſingularis porrò adverſus omnes fluxus hepaticos & dyſentericos, nec vix ullum præterea contra cachexias, hydropiſes, icteros, præſtantius reperitur remedium: ſumpto pulvere, poſt horam bibendum eſt juſculum.

Nos alibi docebimus quoque chymicas aliquot præparationes, inter quas dabimus tum *croci martis, tum croci, olei acidi ſulphuris*; præparandi modum, nempè dictum oleum in pulverem & crocum convertendi, qui verum crocum martis repræſentabit: at illius vires multò ſuperabit intervallo.

Quemadmodum ſuprà *contra vertiginem*, faciliimam pulveris ex ſtercore pavonis præparationem tradidimus: eodem modo quoque alios pulveres ex aliorum animalium excrementis præparandos hîc in medium proferemus, qui pluribus diverſis affectibus erunt idonei & aptiſſimi. Hæc quidem remedia quantumvis

facili & ſimplici artificio, vel à quovis idiota parari queunt: multò tamen certioribus & præſtantioribus effectis ſeſe produnt, in pluribus curandis morbis, quàm varii illi pulveres aromatici, qui juxta longas & tædioſas receptarum, ut vocant, deſcriptiones, ſcrupuloſè nimis fabrefacti, in theculis deauratis ad pompam potius, quàm ad verum aliquem uſum adſervantur.

12. *Tragea ad icterum.*

Horum remediorum unum paratur *ex anſerculi*, qui veris tempore herbis paſcitur, *ſtercore ſeu excremento*: hoc collectum, & in ſole vel alio loco moderatè calido exſiccatum, pulverizandum eſt: de quo pulvere exhibeatur ʒß. vel ʒj. ſi malum inveteratum fuerit, vel per ſe, vel cum vino albo. Non eſt morbus aurigiNoſus, quin hoc medicamine perfectè eradicetur & evellatur, idque in tertia vel quarta ejuſdem exhibitione, huic pulveri addere poteris cinnamomi, & ſacchari ad libitum.

13. *Ad idem.*

Summum & certiſſimum ad eandem icteritiam medicamentum eſt *pullorum gallinaceorum*, *vel gallinarum excrementum album*, ſeorſim collectum: de cujus pulvere manè exhibe ʒß. & continuando 4. vel 5. matutinis mira percipies. Idem pulvis ſumitur ad calculi contritionem & expulſionem, & urinæ ſuppreſſionem.

CAUTIO.

Nullus hîc miretur ſummos nec incertos effectus quos ejuſmodi avium aliorumq; animalium excrementa, in prædictis morbis edomandis oſtentant. Excrementa enim horum aëreorum animalium, quorum natura eſt calidiſſima, tota ſunt nitroſulphurea, cujuſmodi quoque eſt columbarum ſtercus, è quo copioſa nitri quantitas educitur, ſicuti alibi enotavimus. Unde enarrata hæc excrementa mirificam habent incidendi, attenuandi, & diſſolvendi facultatem, vireſque ſimplicium, quibus animalia illa nutriuntur, reſervant, quæ in quintas quaſi eſſentias, per digeſtionem & concoctionem, in horum aëreorum animalium ventribus convertuntur: hinc tam efficaci operandi energia, ad plures & diverſos morbos exſcindendos excellunt. *Camillus à Camillis*, medicus Genuenſis celeberrimus, cujus antea à nobis facta fuit mentio, aſſerebat, *coturnicum helleboro veſcentium*, (quod ipſis, ut quidā ſcribunt, in alimentum cedit) *excrementa*, ſingulari proprietate quadam conferre epilepſiis, quod tamen ipſe non expertus ſum: ſed hiſce in medium allatis, tantum aliis politiori & exquiſitiori ingenio præditis, occaſionem præbere volo, ut natura & conditione ſingulorum alimentorum, quibus & Pavones, & Anſerculi, & Gallinæ paſcuntur & nutriuntur, philoſophica & acuta meditatione penitiùs examinatis & cognitis, tantorum effectuum ab his excrementis productorum

rum cauſam & rationem facilius comprehendant.

14. Trageaſplenitica.

℞ *Pulveris rad. aronis, ut ſuprà præparata*, ℥ ß.
Carpobalſami
Xylobalſami
Zedoariæ an. ʒ j.
Pulv. Florum geniſtæ
Sem. Naſturtij
Erucæ
Cardui benedicti
Fœniculi
Aniſi an. ʒ j. ß.
Garyophyllorum
Zingiberis
Cubebarum an. ʒ ß.
Cinnamomi ʒ j.
Salis fraxini
Tamariſci
Ceterach an. ℈ iiij.
Sacchari anthoſati ad pondus omnium.

Miſce fiat pulvis. Doſis duo cochlearia argentea, *conducit ad obſtructiones & ſcirrhoſas durities lienis, & cæteros affectus* inde promanantes.

15. Tragea antinephritica & ad colicam paſſionem.

℞. *Tunicæ interioris ventriculi gallinæ, & ſtercoris albi ejuſdem an* ℥ ß.
Pulveris pellicula interioris, quæ in putaminibus ovorum reperitur ʒ ij. ß.
Herniariæ
Cinnamomi an. ℈ iiij.
Nucleorum meſpillorum ʒ ij.
Sem. Aniſi
Fœniculi an ʒ j.

Reducantur in pulverem tenuiſſimum, & miſceantur: doſis ʒ ß. vel ʒ j. ad ſummum cum vino albo.

Certiores & multò efficaciores hujus pulveris effectus percipies, *in atterendo & expellendo calculo, iis quos alij plures de milio ſolis ſimpl. ſpeciebus electuarii lithontribon Iuſtini, de cicadis, de lepore combuſto & ſimiles vulgares ad calculum comminuendum uſurpati prodere ſolent.* Nos deſcripſimus quidem alibi, in conſilio noſtro de calculo, varios pulveres antinephriticos: ſed præcedenti huic præ aliis tribuimus præſtantiæ palmam. N. Alium vide in arthritide.

16. Tragea hyſterica.

℞ *Craſſia ligneæ*
Calami aromatici an. ℥ ß.
Sem. Agni caſti
Paſtinacæ
Rutæ
Pœoniæ
Aniſi
Fœniculi an. ʒ ij.
Cardamomi
Macis
Cinnamomi
Garyophyllorum an. ʒ j.
Fœculæ bryoniæ ʒ j. ß.
Sacchari anthoſati ad pondus omnium.

Miſce fiat pulvis. Doſis ʒ j. ß. Prodeſt albo mulierum fluori, & uteri ſuffocatione.

Solum *ſemen paſtinacæ domeſticæ* exſiccatum pulverizatum, & ad ʒ ß. cum pauco vino, vel quadam aqua congrua hyſterica, exhibitum, pecu-

Digitized by Google

peculiare quoq; eſt & ſpecificum medicamentum ad eandem uteri ſuffocationem.

17. *Tragea granorum actes ad dyſenteriam.*

Exprimatur *ſuccus baccarum ſambuci* maturarum, tempore videlicet autumni. Ex quo ſucco & farina ſecalina, conficiatur paſta ſive maſſa optimè elaborata, ex qua formentur exigui panes, qui in furno ad biſcocti duritiem coquantur, adeò ut in pulverem tenuiſſimum redigi queant: qui pulvis cum eodem ſucco iterum imbibatur, omniaque denuò reducantur in paſtam, quæ in biſcocti forma coquatur in furno: idq; tertio repetatur. Poſtremo omnibus probè coctis & reſiccatis, fiat pulvis ſubtiliſſimus, qui longiſſimo tempore adſervabitur: *Specificum eſt arcanum adverſus dyſenterias.* De eo accipe ʒ j. & nucis moſcharæ tantundem, mixtis ſimul omnibus cum ovo parum cocto incorporentur: & ſic omnia ſorbenda exhibeantur, vel miſceantur cum aquæ noſtræ dyſentericæ ſuprà deſcriptæ ſuff. quantitate, & propinentur.

Hoc remedium appellamus *trageam granorum actes*, quo nomine vocabat is, qui id nobis communicavit, nempe Dom. *Volffius* vir doctiſſimus, inclytæ academiæ Marpurgenſis profeſſor celeberrimus, & illuſtriſſimi principis Landgrauii Haſſiæ Medicus ordinarius, cui, ſicut & aliis duob. ejuſdem collegis, D. nimirum *Moſano*, & D. *Hartmanno* viris celeberrimis & medicis quoq; ordinariis, ejuſdem illuſtriſſimi Principis, adhuc alia plura medica ſecreta, rara & præclata accepta ferimus: quorum auctoritate huic operi noſtro majorem gratiam & ornamentum conciliare voluimus, idq; ob ſummam illorum erga me benevolentiam, & ſingularem fraternumque viciſſim meum erga eoſdem affectum.

18. *Tragea ad bronchocelem.*

℞. *Spongiarum vel excreſcentiarum ſpongioſarum, quales in cynosbatis naſci ſolent* ℥ ij.
Spongiæ marinæ tantundem.

Hæ ſpongiæ ſimul reducantur in cineres, ut artis eſt.

℞. *Cinerum harum ſpongiarum* ℥ j.
Cinerum chartæ leucophea combuſtæ ʒ ij.
Cinnamomi ℥ ß.
Coralli rubri p. l. erizati ʒ j. ß.

Miſce omnia invicem, & fiat pulvis. Certiſſimum & præſtantiſſimum eſt remedium *ad bronchocelem*, & licet hoc malum commune ſit tantum certorum locorum incolis, ut Morianis in montibus Sabaudiæ inhabitantibus: nihilominus tamen & plures alibi reperiuntur, puellæ præſertim, quas, moleſtus ille gutturis tumor planè deformes reddit: quibus hoc ſolo remedio, tanquam optimè comprobato, indubiè ſubveniri poteſt: unde illud nolui publicæ utilitatis ergo reticere.

Modus vivendi eſt, ut enarratum pulverem

pulverem ad ℥j. ß. vel ℥ ij. vel amplius, ſi velis, injicias in lagenam, vino albo repletam, & addes duos vel tres maceres, antequam eo utaris. Eligat autem æger tempus plenilunii, & quando luna decreſcere incipit, de dicto vino bibat ℥ ij. vel tres. ſingulis matutinis continuando, donec luna amplius non decreſcat, ſed creſcere incipiat. Ibi deſiſtendum, uſque ad alterum plenilunium, & luna decreſcente, vini iſtius uſus iterum per 15. dies repetendus eſt, ſi fortè prima vice non integrè curatus eſſet. Et ſicut luna decreſcit, ita tumor paulatim de die in diem imminuetur & abſumetur.

Sed priùs utendum erit aliquo purgante eidem affectui, congruo, cui inſtituto medicamenta ex Mercurio parata, omnium ſunt accommodiciſſima.

20. *Pulvis ad omnes herniæ ſpecies, & ipſam enterocelem.*

℞. *Pulv. rad. conſolidæ maioris* ℥ß.
Pulveris herniariæ ℥j
Pulv. Spongiarum, cynosbatis adnaſcentium ℥iij.
Eſſentiæ corall.
Eſſentiæ perlarum an. ℥ ij. ß.
Magiſterij lapidis hæmatitis ℈iiij.
Spodii
Terræ ſigillatæ an. ℥ ij.
Cinnamomi
Fœniculi dulcis an. ℥ j.
Sacchari roſati ad lubitum, fiat pulvis.

De quo utatur *hernioſus* manè ad pluſculos dies: non neglectis interim perpetuis & commodis ligamentis, ac præſertim *balſamo diakibric.* noſtro, ſummè igneo exſiccante, ac partes membranoſas præhumidas & relaxatas contrahente.

Cautio.

Hoc pulvere multis experimentis comprobato, graves admodum herniæ ſæpenumerò ſanatæ ſunt: Communicatus eſt mihi à D. Genandio viro celeberrimo & medico Ducis Sabaudiæ primario. Herniaria, quæ præcipuis huius pulveris ingredientib. annumerantur, non citra ratione͂ ita appellata fuit: eximios enim & ſingulares effectus in hiſce abigendis malis prodit. Idem Genandius cum cibo quoque offerebat eiuſdem herniariæ pulverem, ipſiq́ue pani admiſcebat. Eadem herba conducit etiam ad calculum.

Poſſemus quidem in pharmacopœæ noſtræ decorationem, huius generis plura hîc introducere remedia: ſed benevolus lector contentus erit hìs hactenus *enarratis trageis, ſive pulveribus roborantibus, & ad plures affectus comparatis*, quos priſcorum confectionum aromaticarum catalogo annexos, æqui boniq́; conſulet.

Ut enumerati pulveres aromatici, nec non alii, guſtui fiant gratiores, in electuaria ſolida, vel tabellas, ut vocant, effinguntur: idq́; cum ſaccharo in aqua aliqua conveniente priùs diſſoluto & perfectè cocto, cuius octo vel decem unciis, additur uncia una pulveris, omnia ſimul decoquendo & commiſcendo, ut artis eſt. Eodem modo parantur *tabellæ diatriaſantali*,

Digitized by Google

aromatici roſati, & reliquæ huius generis omnes, quę iiſdem medendi ſcopis, quibus earundem confectiones ſive pulveres inſerviunt.

Trochiſci.

Ex iiſdem pulveribus formantur quoq; varii generis *trochiſci*, uti appellantur, diverſis curationum indicationibus apti.

Ex pulveribus purgativis, de quibus ſuprà nobis ſermo fuit, finguntur trochiſci alhandal, de rhabarbaro, de agarico, & ſimiles alii.

Ex confectionibus roborantibus etiam varii trochiſci, pro variis intentionibus curativis, quibus illæ inſerviunt, componuntur.

Horum alii dicuntur ἐπιχίνκοι, id eſt, adſtringentes, ut ſunt trochiſci

De ſpodio.
De terra ſigillata.
De Karabe
Ramich.

Alii corroborant partes nobiles: ut *caput roborant trochiſci de gallia moſchata.*

Pectus, trochiſci bechici albi, nigri.

Ventriculum plus æquo calidum, trochiſci de camphora & diarrhodon.

Fiunt præterea ex iis confectionibus, quas viſceribus deoppilandis aptas diximus, trochiſci, qui iiſdem uſibus adaptantur, quiq; Græcis appellantur ἐκφρακτικοί.

Ad hepatis obſtructionem, idonei ſunt trochiſci

De Rhabarbaro.
De Abſinthio
De Eupatorio
De Lacca.

Ad lienis, trochiſci de capparibus:

Ad renum verò *oppilationem* conferunt trochiſci de halicacabo.

Vterum peculiariter ſpectant trochiſci de myrrha.

Horum alii plures occurrunt, ſed pręcipuos qui maximè in uſu ſunt, hîc enumeraſſe ſufficit: qui plures volet, videat *ſect. 8. Antidotarij Meſvæi.*

CAP. XXVI.

De conſervis & conditis.

VOCABULUM *conditi* duplici ſignificatione in medicina accipitur, anguſta videlicet, & lata. *In prima ſignificatione* denotat compoſitionem quandam, ex ſpeciebus ſive pulveribus roborantibus & conſervis, affectibus, quos edomare voles, congruis paratam: idq; in forma pulveris grumoſi, qui cochleari argenteo porrigitur: huncq; medici moderni propriè dicunt condîtum.

In altera verò lata & generali ſignificatione, ſumitur pro quovis remedio, quod ſaccharo, vel melle condîtur, ſive ſint fructus, ſive radices aut flores, ut guſtum acquirant ſuaviorem, & conſervationi diuturniori aptiores fiant. Unde & ipſæ conſeruæ hac ratione inter condîta annumerantur: De his vide *Meſvæum ſect. 1. ſui Antidotarij.*

Opiatæ eodem modo componuntur ex dictis conſeruis, & diverſis pulve- *Opiatæ.*

pulveribus, qui variis indicationum ſcopis, medico propoſitis, accommodantur: ſed illarum conſiſtentia quodammodo mollior eſt: ob quam cauſam ipſis aliquot adduntur ſyrupi. Cùm autem horum amborum remediorum baſes exiſtant pulveres & conſervæ, & jam ſuprà de omnis generis ſpeciebus ſeu confectionibus, abundè ſatis à nobis tractatum ſit: ſupereſt, ut tantùm *de conſervis* dicamus, quas, quia pauca in iis reformanda nobis deſiderari videntur breviſſimè perſtringemus.

Conſervarum differentiæ.

Inter conſervas igitur ad partes corroborandas, & tollendas morbi malas qualitates, *aliæ* ſunt cephalicæ ſeu capitales, ad cerebrum, *aliæ* thoracicæ ſive pectorales, *aliæ* ad cor, ventriculum, jecur & alias partes nobiles deſtinatæ.

Capitales ſunt, conſervæ roſmarini, lavendulæ, calendulæ, majoranæ, meliſſæ, primulæ veris, pœoniæ, lilii convall. tiliæ arboris, euphragiæ, betonicæ, ſalviæ.

Harum aliæ ſpecificæ ſunt *ad apoplexiam*, ut conſervæ lavendulæ, ſalviæ, roſmarini: aliæ ad paralyſim, ut conſerv. florum calendulæ: & aliæ ad epilepſiam, ut conſer. florum tiliæ arboris, lilii convall. pœoniæ, euphragiæ, peculiariter prodeſt oculorum affectibus.

Thoracicæ ſunt, conſer. rad. & flor. tuſſilaginis, roris ſolis, enulæ campanæ, hyſſopi, flor. violar. capillorum veneris, papaveris rheadis: quarum aliæ conveniunt calidis pectoris affectibus, aliæ frigidis.

Cordiales ſunt, conſervæ florum borraginis, bugloſſæ, acetoſæ, rad. angelicæ, & corticum citrii.

Stomachica ſunt, conſervæ rad. acori, arantiorum, menthæ, diacydonium ſive citonia condita: quarum *aliæ corroborant eundem ventriculum à cruditatibus aut cauſis frigidis debilitatum: aliæ eius tollunt intemperiem calidam*: vel minimus pharmacopœæ tyro harum novit differentias, ita ut non opus ſit diutiùs in iiſdem immorari.

Hepaticæ conſervæ florum cichorii, berberis, ribes, roſarum rubrarum *hepati* imprimis ſuccurrunt.

Splenet. conſervæ de ceterach *lieni* conferunt.

Vulnerar. conſerva ſymphiti majoris ſingulari proprietate *renum ulceribus prodeſt*: in genere verò omnis generis immoderatas fluxiones ſive ſanguinis, ſive aliorum humorum ſiſtit & cohibet.

Enarratarum conſervarum præparationes non uſque adeò magni momenti ſunt: ut de iis plura dicere neceſſe ſit.

In capitis huius decorationem, aliquot tantùm conſervarum præparandarum formulas adjicicmus, quæ non tam tritæ & vulgares ſunt: ac deſcribemus inſuper compoſitiones quaſdam, ad præcipuos & graviſſimos corporis affectus accommodandas, quibus benignus lector jucundè & utiliter perfruetur.

Paradigmatis loco proponemus

 conſer-

Digitized by Google

conſervas quorundam florum, radicum, & fructuum, ad quarũ normam alias plures licebit componere.

Modus faciendi conſervas.

Prima conſervarum præparatio, in Germaniæ quibuſdam locis tantum, nec ubique uſitata eſt. Comparandum primò eſt vitrum conſervis adſervandis aptum, capax & amplum, in quo fiat ſtratum ex ſaccharo pulverato ad digiti tranſverſi altitudinem: huic ſuperſpergantur *flores*, qualeſcunque condire volueris, ad eiuſdem menſuræ quantitatem: oportet autem flores colligere, tunc cum à Solis radiis illuminati, omni rore & ſuperflua humiditate vacant, dein huic florum ſtrato ſuperinjiciatur novum ſaccharum, & adhuc alii flores: & ita fiat S. S. S. ultimumque ſtratum ex ſaccharo conficiatur. Vitrum corio vel membrana craſſiuſcula optimè clauſum, exponatur in æſtate ferventiſſimo Solis ardori per tres ſeptimanas, vel unum menſem, quo temporis ſpatio materia duriuſcula reddetur, & optimè condietur diuque reſervabitur.

Sic quoque conſervæ parabuntur ex *omnibus floribus purgantibus:* ex *roſis pallidis, violis, floribus perſicæ arboris, floribus centaurii, & hyperici, & prunorum ſylveſtrium*: quæ purgabunt, & infantibus, aliiſque qui à potionibus medicis plerumq; abhorrent, commodè exhibebuntur.

2. Modus faciendi conſervas.

Altera conſervarum præparatio, quæ non gregaria eſt aut communis, & qua flores non ſolum integri permanent, ſed ſuos inſuper colores, odores & ſapores totos conſervant, (res ſanè perquàm eximia & elegans) fit ut ſequitur.

Accipe florum, (quoſcunque ad conſervas parandas volueris) *optimè mundatorum & exſiccatorum* ℥ iiij. miſce cum *ſacchari calidi, & ad perfectionem decocti* (ſicut decoqui ſolet ſaccharum roſatum) ℔ j. idem ſaccharum, cum admixtis floribus denuò bulliat ad ignem, donec perfectè coctum apparuerit: cuius perfectionis ſignum eſt, dum eiectum cum ſpatula, bracteas quaſdam & veluti folia facit: tunc vas æneum, quo materia continetur, ab igne removeatur, rotula continuò commovendo, donec in pulverem reducatur ſaccharum, & additi flores ab eo ſeparabiles & nihilominus in conſervam conditi exiſtant, integros adhuc conſervantes ſuos colores, odores & ſapores. Hæc eſt *altera conſervarum omnium florum præparatio*, quæ prout ex ſaporis qua fruuntur bonitate facilè colligitur, cæteris vulgaribus, longè præſtantior eſt, ex ſimplici contuſione & mixtione præparatis, fit autem hoc modo:

℞. *Florum ſelectorum, mundatorum & contuſorum* ℔ j.
Sacchari triti ℔ ij.

Omnibus ſimul contuſis & mixtis, fiat conſerva.

1. Mo-

2. Modus condiendi fructus.

Vſurpamus ad condiendos fructus & radices aliam viam & methodum: Sed ex elegantioribus & ad medicum uſum præſtantioribus, unam atq; alteram tantùm in medium proferemus formulam: ne gulæ potiùs gratificandæ, quàm medicinæ amplificandæ gratiâ, hujuſcemodi cupediarum delicias, hîc introduxiſſe videamur: quæ magis mulierculis quàm pharmacopœis tractandæ conveniũt, nec quicquam niſi vulgatius & commune ſuſcipiunt.

Proponemus exempli gratia ex fructibus, citria, limonia, & arantia: & ex radicibus, radicem angelicæ: idque ob ſingularem horum omnium virtutem & præſtantiam, qua ad varios uſus excellunt: ad medicinam quippe ſummoperè laudantur, cùm ex iis pharmaca ad cordis aliarumque partium corroborationem, & peſtis præſervationem componantur.

Accipiatur igitur unum atque alterum malum citrium ſummè flavum, de cujus cortice, qui omninm maximè ſulphureus, odoratus, & cordialis exiſtit, ſcalpro apto deradatur omne flavum in eius ſuperficie: quantitas raſuræ ex quolibet malo citrio (etiam ſatis magno) collecta, erit adſummum ℥ ß.

Hæc raſura ut ſubtilior & delicatior evadat, optimè contundenda eſt in mortario marmoreo, adeò ut planè fiat impalpabilis: imò ſi ita videbitur, inſtar ipſius caſſiæ per cribrum transmittatur.

Sacchari ℔ una paucâ aquâ roſarum diſſoluti inſtar ſacchari roſati, hoc eſt, ad perfectionem coquatur, in quo ſic benè cocto miſce raſuræ prædictæ citri ℥ j. ſaccharum adhuc parũ bulliat, raſuram cum eodem optimè permiſcendo; dein effundâtur omnia, ut in conſerva roſar. è ſiccis fieri ſolet, & ſic erit conſerva citri, ſuaviſſimi & jucundiſſimi ſaporis.

Hæc eſt prima illa methodus conficiendi conſervas ex citriis, limoniis & arantiis, hoc eſt, ex eorumdem corticum raſuris. Raſura arantiorum amarior quodammodo eſt cæteris, unde per diem unum atque alterum maceranda eſt in vino albo: dein linteolis optimè extergenda: ad cujus unciam unam adiiciatur ſacchari perfectè decocti, ut ſuprà, libra una. *Conſer. ex citriis, limoniis &c.*

Reliqua corticum pars carnoſior, ſuccis ſive medullis interioribus ſeparatis, (ſeparantur autem facili momẽto) bulliat in aqua vel ſola, vel pauco vino albo permixta, per horam unam atque alteram, donec ex tactu, molliſſima & probè cocta judicetur: dein ſeparatâ aquâ, cortices hi, quorum ſuperflua humiditas linteolis exquiſitè exterſa fuerit, in mortario marmoreo contundantur, & per ſetaceum traiiciantur. Ad libram unam ſacchari ad perfectionem decocti, adiice quatuor uncias paſtæ horum corticũ: omnibus ſimul optimè mixtis & contuſis, coquantur ad ignem lentum, donec paſta vaſculo æneo non ampliùs adhæreſcat: dein ſupra chartam madidam effundatur, ad formandas inde, ſi velis tabellas, aut rotulas in formã biſcocti. *Hoc conditum eſt ſingulare cordiale,*

cordiale, nec tanto calore præditum eſt, ac illud alterum de raſura eorumdem fructuum.

Vt ejuſmodi conſervæ guſtui gratiores, magis cordiales & medicamentoſæ fiant, ad enumeratæ utriuſque paſtæ unciam unam addatur cinnamomi optimè pulverizati ℨ j. moſchi gr. xij. ambræ gr. viij. paſtæ inſuper ab igne remotæ, & iam effundendæ adiiciantur adhuc olei aniſi guttulæ decem vel duodecim, olei garyophyllorum guttulæ quatuor. *Et ſic habebis conſervam, & palato gratiſſimam, & ad cor, aliaſque nobiles partes corroborandas utiliſſimam. Eadem quoque contra peſtem eſt optimum præſervativum; ſi ſingulis matutinis, antequam domo exeas, parùm de ea ſumas.*

Modus condiendi radices.

Rad. cõdit. Ad radicum condituram, eadem ferè methodo progrediendum eſt. Verbi gratia:

Accipe rad. angelicæ, quantum voles: coquatur in aqua, donec optimè contundi & in paſtam redigi poſſit, hujus paſtæ per ſetaceum trajectæ unciis duabus adde:

Confectionis alkermes ℨ ij.
Confect. de hyacintho ℨ j.
Corallorum præparatorum
Margaritarum præparat. ana ℨ ß.
Pulveris lapidis bezoardici veri ℈ j.
Ambræ gr. xij.

Præſervativum contra peſtem ſingulare. Omnia ſimul miſta, & in ſacchari cum pauca aqua cinnamomi diſſoluti, & ad perfectionem cocti ℥ x. vel xij. injecta denuò coquantur, donec paſta non ampliùs adhæreat vaſculo æneo, quam ſupra chartam humectatam, aut lapidem marmoreum, effundes, redigeſque *in eam quam volueris formam.*

Ad peſtem excellens præſervativum: de quo ſingulis matutinis unius drachmæ pondere intrò aſſumendum eſt: ſed hæc medicina divitibus aſſignatur. Solam etiam, ſi velis, & ſimplicem radicem angelicam coques, & in paſtã reductam condices eadẽ ſacchari proportione, qua ſuprà in conſervis fructuum, ſervata. Ad eundẽ quoque modum Zedoaria ſola condiri poteſt. Et hujuſmodi condita ad peſtem, pauperibus inſerviens.

Ad enarratarum conſervarum normam, multas alias componere licebit, ad diverſos corporis affectus, pro vario pulverum & cordialium rerum additarum diſcrimine.

CAP. XXVIII.

De Opiatis ſeu mixturis conditis.

QVoniam conſervas baſes & fundamenta eſſe diximus remediorum, quæ vulgò dicuntur opiatæ & condita: ſingulorum 1. opiatæ ad cerebrum, & 2. conditi ad cordis roborationem 3. opiatam contra peſtem aptiſſimorum formulam annectemus.

Opiata capitalis.

℞ *Conſerv. flor. anthos*
Salviæ
Betonicæ
Calendulæ ana ℥ j.

Con-

Confect. anacardinæ.
Diacaſtorei
Diacori ana ʒ ß.
Sem. Diamoſchi dulcis
Diambra ana ℈ j.

Cum ſyrupo conſervæ citrij fiat opiata: de qua capiendum ad molem nucis avellanæ.

Ad epilepſiam, addenda ſunt, conſerva pœoniæ, viſcum quernum, ungula alces, ſal cranij humani, &. ſimilia, huic malo ſpecifica. Sic ad varias indicationes curativas, varianda ſunt ea, quæ adduntur. *Ad corroborandas enim partes nobiles, veluti ad cor*, adiicienda ſunt cordialia, *ad ſtomachum* ſtomachica, ad *hepar* hepatica, & ſic de cæteris idem eſto judicium: addendo ſimul parùm ſyrupi, ut remedium, formam electuarij liquidi, opiatæ dicti, acquirat. Eodem modo conditum parabitur, miſcẽdo nimirum & craſſo modo contundendo *conſervas cum pulveribus & confectionibus cordialibus*, ſicut ex ſeq. formula patefiet.

Conditum ad cordis roborationem.

℞ *Conſervarum corticis citrij, ut ſuprà conditi ℥ j.*
Conſer. Flor. bugloſſæ
Violarum ana ℥ ß.
Confect. Alkermes ʒ j. ß.
Confect. Liberantis.
Cordialis
Elect. De gemmis ana ʒ ß.
Spec. Aromat. roſ.
Dianthos ana ℈ j.
Corallij præparati
Margaritarum præparat. an. ʒ j.
Oßis de corde cervi
Vnicornu ℈ j.
Lapidis bezoardici ℈ ß.
Ambr. gr. x.
Aliquot auri folia.

Contundantur omnia: miſceantur, & fiat conditum. Exhibeatur ex cochleari: *Conducit ad omnes lipothymias, cordis deliquia, febres peſtilentes, & ipſam peſtem.*

Alia Opiata contra peſtem Querc.

℞ *Conſerv. Bugloßi*
Flor. Violarum
Cichorij
Roſar. rubr. an. ℥ ß.
Cortic. Citri condit. ʒ ij.
Spec. Triaſantali
Diamargar. frigid. an. ʒ ß.
Florum Sulphuris bene præparat.
Terræ ſigillatæ veræ ana ʒ j. ß.
Coralliorum præparat.
Spodij an. ʒ ij.
Oßis cornu cervi
Vnicornu, an. ℈ j.
Camphoræ, ℈ ß.
Confect. Hyacinthi. ℈ iiij.
Sulphuris gutt. xx.
Salis hyperici, ʒ j.

Adde ſyrupi limonum tantum, quantum ſufficiat ad omnia reducenda in formam opiatæ mollis. E qua ſingulis matutinis ad avellanæ magnitudinem erit aſſumendum.

Hæc opiata in primis temperamentis bilioſis, quibus jecur exæſtuat, & delicatæ ſunt naturæ, erit accommodata. Nihil idcirco quod aliquo modo

Quibus prædicta ſit uſui opiata.

modo calefacere poteſt, ei adjiciendum curavimus, neque Theriacam, neque Mithridatium, neque confectionem Alkermes, neque vel tantillum quidem pulveris Diambræ, vel veri lapidis Bezoardici.

Quod ſi aliquis mihi opponat, me tamen illi ſulphur adjicere cujus vel unicum vocabulum plures deterret, eò quod exiſtiment, vi mirum in modum pollere calefactiva, ac cætera id genus calida, exuperante, eò quod flammam facilè concipiat: huic ego unico tantum verbo ſatisfaciam, objiciamque illum parum in abdita vitalique hujus metallici anatomia eſſe verſatum, eumque corticem ſolum nucis externum, non internũ nucleũ, & ſulphuris eſſentiam conſiderare. Etenim ſi penitiores illiuſ partes introſpiciat: inveniet idipſum ſpiritu acido & vitriolico præditum, quod valdè refrigerat, & omnibus obſiſtit corruptionibus, ideoque mirum in modum prodeſſe, non ſolum contra peſtem, ſed etiam ad ſopiendas omnes inflammationes interiores: ut plenius alibi à nobis confirmatur.

Sulphur calefactiva carere qualitate comroboratur.

Cæterum ſi ea ſolum de cauſa, ſulphuri calidam ineſſe qualitatem colligeremus, quod ad ignem ardeat & flammas facilè concipiat: nõ diſpari imo verò fortiori argumento, camphora calidior concludi debet, quæ nihilominus proprietate frigida donata à peritioribus aſſeritur, eoque magis aſſertio corroboratur, quod eadem guſtui acerrima, & quaſi corroſiva ſentiatur: cum tamen ſulphur planè ſit inſipidum, & nullam palato exhibeat moleſtiam.

Adjicimus igitur, idque ingredientis præcipui inſtar, *ſulphur præparatum noſtris alexiteriis, eò quod perſonis biliosis apprimè conveniat, & iis, quibus nimirum ſanguis in jecore exæſtuat, illiusque ſulphuris flores intenſo iſti calori temperando, non parum cenſemus conſentaneos.*

Pro illis vero, qui complexione pituitoſa aut frigidiore, quæ ſtomachum debilitet, infeſtabuntur, quique jam ad ſenium urgent: opiata præparabitur cum conſervis florum ſalviæ, calendulæ, roſmarini, radicis Angelicæ, cum pulvere Electuarij de gemmis, diamoſchi, & diambræ, cum ligno aloes, lapide bezoardico, & confect. Alkermes. Imo verò, ni palato ingratum ſit, paululum Theriacæ, aut mithridatij addi poterit. In hac quoque compoſitione deſiderabuntur quædam *guttulæ oleorum aniſi, cinnamomi, oleum corticis malorum aureorũ, citrinorum, & granorum Iuniperi,* quod è ſingulis arte chymica extrahitur. *Cum his omnibus ſupradictis, una cum ſyrupo conſervationis citri, opiatam excellentiſſimam ad præſervationem peſtis conficies.* Prima, quam deſcripſimus opiata, formam & exemplar cæterarum aliarum doſibus præſtare poterit.

Opiata pro pituitoſis & frigidioribus temperamentis.

Hæ Tabellæ Prophylacticæ non minus utiles quàm gratæ *pro peſtis præſervatione omnibus perſonarum & complexionum generibus* accommodatæ, *Querc.*

Tabellæ contra peſtem deſcriptio Auctoris.

℞ *Specier. Triaſantali* ℈ ij.

Aro-

Aromat. roſat. ℈ j.
Perlarum præparat.
Coralliorum præparat. an. ʒ j.
Parvulorum fragmentorum
Smaragdorum
Hyacinthorum
Saphirorum
Rubinorum, an. ℈ ij.

Quæ ſingula bene ſuper marmor lævigatum comminuentur cum ſucco citreorum permixta, quo non ſemel intingentur, & rurſum, ut melius præparentur, deſiccabuntur.

Oſſis cornu cervi
Vnicornis, an. ℈ ß.
Diambræ, ℈ ß.
Lapidis bezoardici veri, ℈ j.
Auri fol. x.
Lactis aut balſami ſulphur. ʒ ß.
Confectionis Alkermes, ℈ iiij.

Sacchari, in æqualibus partibus aquæ cornu cervi, roſarum, & cinnamomi, diſſoluti tantum, quantum ſufficiet, ut omnia in formam Electuarij ſolidi reducantur, ut inde tabellæ fiant ad doſin ʒ j. ß.

Prædictarum Tabellarum virtus. *Prædicta tabella, non ſolum ad peſtilentia præſervationem inſervient, ſed etiam ad omnes corruptiones abigendas, ad vires naturæ dejectas inſtaurandas, ad ſtomachos debiles corroborandos, nec non ut ſenectus viridis conſervetur.*

Proditioribus verò, & iis quibus magnæ ſuppetunt facultates, ut remedium majorem ſubtilè nanciſcatur excellentiam: pro corallis, perlis, ſmaragdis, hyacinthis, ſapphiris, & rubinis, craſſo modo & materialiter præparatis, ſubſtitui poterunt illorum eſſentiæ & magiſteria, quorum præparationem luculenter ſatis docuimus.

Cap. XXIX.

De antidotis liquidis roborantibus, & ad multos morbos curandos, necnon ad peſtem conducentibus.

Al. præſervativa ſive remedia contra venenum. Antidoti vocabulum græcum eſt, & perquam generale: idemque ſignificat, quod apud Latinos *Electuaria*, quaſi dicas ſelectiora & præſtantiora remedia, quibus conſervatur valetudo proſpera, & depellitur adverſa.

Hoc remediorum genere comprehenduntur electuaria mollia purgantia, & confectiones ſive trageæ aromaticæ, ac cordiales, de quibus iam egimus: nunc ergo dicendum tantū reſtat de iis, *quæ in conſiſtentia molli, ad diverſos uſus ſunt accommodata.*

Differentia. Hujuſmodi antidotorum, in genere ſic dictarum numero continentur

Aurea Alexandrina
Confectio anacardina
Diamoſchum dulce & amarum
Diacorum
Elect. Diapœonia.

Quas generatim frigidis tantùm cereb. affectibus convenire dicimus. Nimis enim longum foret, ac nullius ferè commodi, omnium proprietates, quæ ipſis attribuuntur, ſigillatim

Digitized by Google

enumerare quandoquidem earundem uſus non ſit adeò frequens in pleriſque officinis.

Ad pectus confert *electuarium reſumptivum.*

Ad cordis corroborationem ſumme commendantur

Confectio de hyacintho.
Confectio alkermes

Quæ ubique maximè in uſu eſſe ſolent.

Ad ventriculum,

Electuarium ex citro Meſ.

quod calefacit ſtomachum. Ad eundem refrigerandum conducit

Diacitonium, itemque
Mina citoniorum

Ad hepatis oppilationem, frigidamque ejus intemperiem, & ad icterum prædicantur

Diacoctum
Diamoruſia
Confectio ravedſeni

Ad obſtructionem & duritiem lienis, aliaque ejuſdem vitia valent.

Elect. è ſcoria ferri
Diacapparis
Triophyllon Nicolai.

Ad hyſtericas affectiones, & ad calefaciendum præſertim uterum, efficacia ſunt

Elect. Ducis
& ex aſa

Ad partes genitales, & copioſi ſeminis fœcunditatem, valdè laudantur

Diaſatyrion Nicolai
Et Diaſatyrion Meſuai.

Ad omnes quarumlibet corporis partium affectiones frigidas & melancholicas, prodeſt *Tryphera* magna, ſpecifica imprimis malis mulíebribus à frigiditate natis. colorem præterea corporis floridũ, elegantem & delicatũ efficit: unde etiam nomen *Tryphera*, hoc eſt, delicatæ obtinuit. Alui quoq; & menſium fluores immodicos ſiſtit.

Tryphera major Phenonis Meſuai, ventriculum, hepar, cæteraſque partes nutritioni dicatas corroborat.

Tryphera Saracenica Meſ. coctionem ventriculi ſuo calore juvat, humores in ventriculo putres & crudos abſumit, flatuſque diſſipat.

Omnibus inflammationibus opitulatur *Tryphera Perſica. Io. Damaſceni:* valet ad omnes febres acutas, ad omnem hepatis & ventriculi intemperiem, & morbis omnibus ex humorum uſtione factis auxiliatur.

Omnes capitis catarrhos ſiſtit *Diacodion Meſuai*

Dyſentericis & lientericis fluxibus ſuccurrunt & medentur *Mychleta Nicolai, & Diacodion Actuarij.*

Ad flatus omnes diſcutiendos & colicos dolores ſedandos, prodeſt *electuarium è baccis lauri.*

Ad renum calculos comminuendos & atterendos, & ad nephriticos dolores, *confert Elect. Iuſtini, Ducis, lithontribon, elect. de cicadis Manlij, de lepore combuſto Montani, nephrocatharcticum* Nicolai.

Elect. Guidonis, quod alij electuarium contra peſtem vocant:
Elect. contra peſtem Ferdinandi Imperatoris:

Elect.

Elect. de ovo Maxim. 1. Imperatoris.
Diaſcordium Hier. Fracaſtorei

Hæc quatuor enumerata, remedia ſunt ſingularia *contra peſtem*, tam præſervativa, quàm curativa, eademque ab infantibus & prægnantibus, quæ aliàs à theriacæ uſu arcentur, tutò, extraque periculi aleam, intùs aſſumi poſſunt.

Sed ſatis erit nobis, in capitis hujus ornamentum quaſdam duntaxat antidotos adjungere, quæ principalibus & nobilibus corporis partibus roborandis aptæ, & graviſſimis earundem affectibus, quibus infeſtari ſolent ſpecificæ ſint.

Cùm autem inter cætera mala, quæ corpus humanum exagitant, nullum exiſtat gravius peſte, humano generi tanquam in ſingularem pœnâ à Deo immiſſa, cujus horrenda ſævitia hoc ipſo anno, (dum in manibus elaborandum hoc præſens opus aggrediebar,) nec pepercit & ampliſſimæ & populoſiſſimæ urbi noſtræ Pariſienſi: ad Antidota quædam huc inſerenda me accingam, ad hujus tam immaniſſimi mali, tum præcautionem utiliſſima, quæ partim noſtro labore inventa, partim nobis aliundè à doctiſſimis quibuſdam viris communicata, certiſſimis experimentis comprobavimus.

Suntque

1. *Antidotus cephalica major*
2. *Antidot. cephalica minor*
3. *Antid. thoracica major*
4. *Antid. thorac. minor*
5. *Antid. cardiaca major,*
6. *Antid. cardiaca minor*
7. *Antid ſtomachica major*
8. *Antid. ſtomach. minor*
9. *Antidot. hepatica major*
10. *Antid. hepatica minor*
11. *Antidot. ſplenetica major*
12. *Antid. ſplenetica minor*
13. *Antid. nephritica major*
14. *Antid. nephritica minor*
15. *Antid. hyſterica*
16. *Antid. contra peſtem.*
17. *Aliter*
18. *Antid. minor contra peſtem.*
19. *Theriaca Germanorum*
20. *Electuarium de ovo*
21. *Aliter*
22. *Elect. de ovo majus*
23. *Elect. de ovo minus*

1. *Antidotus cephalica major.*

℞ *Extracti cephalici majoris* ℥ ij.
Magiſterij cranij humani ℥ j. ß.
Salis cranij ℥ ij.
Eſſentiæ caſtorei ℈ iiij.
Spec. Diambræ
Diamoſchi dulcis ana ℥ j.
Ol. Garyophyllorum
Nucis moſchatæ, chymicè extractorum ana gutt. x.
Syr. Conſervæ citrij q. ſ.

Vt fiat antidotus, vel electuarium mollis conſiſtentiæ: doſis ℈ j. Formabis inde, ſi voles, exiguam pilulam: aut de ea parum diſſolves in aqua cephalica, morbo, qui expugnandus eſt, congruente. Hæc antidotus juvat imprimis *ad omnes cerebri affectiones*, *ejuſque ſubſtantiam, facultatem animalem mirificè corroborat*: *prodeſt apople-*

xiis, paralyſibus, epilepſia, vertiginibus: fumoſque vaporoſos, qui in ſublimi cerebri regione ſuſpenſi, ſomnolentiam, torporem, & ſtupiditatem plerumque inducunt, diſpellit & diſcutit: memoriam roborat: oculorum hebetudinem acuit: ad aurium tinnitum, & ſurditatem confert: & humores lentos ac craſſos, tanquam horum malorum cauſa antecedentes extenuat & diſſipat: ſed generalium tamen uſus ſemper præmitti debet.

At novam hanc formularum præſcriptionem, quæ ab extracto majori cephalico, & à magiſteriis & eſſentiis ſumit initium, fortè quis mirabitur, & in eruendo horum verborum ſenſu, Oepido opus eſſe contendet. Cui ut ſatis fiat, paulò poſt dabimus eorundem remediorum amplas & perſpicuas deſcriptiones: & deſcribemus infra *magiſterium cranij humani, & eſſentiam caſtorei: & præparationem ſalis cranij.* Ne tamen quemquam fors offendat quantulacunque laboris moleſtia, hîc compoſitionem extracti hujus majoris delineare, æquum eſſe duximus, ut poſtquam ſicut hîc præcipua capitalia, & ea, quæ cerebri affectibus graviſſimis ſunt ſpecifica & appropriata, non omiſſa eſſe conſtiterit, ſimile fiat judicium de cæteris extractis, paulò poſt deſcribendis, quæ pariter reliquis nobilibus partibus confirmandis, earum intemperiebus corrigendis, morbiſque & ſymptomatis indè contractis edomandis, accommodabimus.

Extractum igitur cephalicum maius præparatur.

Cum rad. acori.
Pœoniæ
Viſco querno
Ligno aloes
Baccis juniperi
Sem. pœoniæ.

Ex quibus omnibus contuſis & invicem mixtis, fit extractum, ut docebimus. Item extractum ex aromatibus elicitur, nempe ex

Cinnamomo
Garyophyllis
Macis
Nuce moſchata
Cardamomo, &
Fructibus anacordorum,

necnon ex floribus

Anthos
Salviæ
Primulæ veris.
Pœoniæ
Calendulæ.
Betonicæ
Lavendulæ
Stœchados Arab.
Flor. lilij convall.
Euphragiæ
Tiliæ arboris

Ex triplici horum extractorum ſeorſim præperatorum genere fit (per mixtionem) extractum unum majus, hoc eſt, ex his omnibus elicitur una vera & eſſentialis agendi operandique virtus, quæ, tãquam nucleus, cortice ſuo longè præſtantior & nobilior exiſtit: ſicut quilibet, niſi fortè ingenij ſtupi-

ſtupiditas & craſſities obſtet, facilè colligere poteſt, ex quo majore extracto, additis magiſteriis, eſſentiis, & aliis remediis commemoratis, componitur prædicta major antidotus. Antidotus cephalica minor in ſui compoſitionem recipit tantùm extracta herbarum & florum meliſſæ, betonicæ, pœoniæ, ſalviæ, roſmarini, & extracta quorundam ſeminum & aromatum cephalicorum: quæ præparatio nec tam exacti, difficilis, & laborioſi eſt artificii: nec ad tot tantoſque cerebri affectus eſt efficax, ac altera illa antidotus major: velut ſtatim ex diverſa utriuſque compoſitione eluceſcet. Hinc in illis idem æquè ſtatuimus diſcrimen obſervandum, ac in cæteris minoribus: quas, ut viderè licebit, reliquis corporis partibus nobilibus adaptabimus; ubi non tam exquiſitis artis ritibus, nec tot impenſis, nec etiam tam longo temporis ſpatio opus eſt, ac in majoribus iſtis, quas ditioribus tantùm dicatas volumus: ſunt minores, tenuioris fortunæ hominibus: quod tantum obiter monere placuit.

Præparationes extractorum, eſſentiarum, magiſteriorum, & ſalium, ex quibus antidota noſtra componimus partim, ad calcem huius *primi pharmacopœæ noſtræ libri*, partim alibi, facili methodo & ordine edocebimus. Hoc etiam obiter notandum eſt, antidotos eiuſmodi diuturnæ adſervationi præ reliquis vulgaribus, longè aptiores eſſe.

Sequitur nunc deſcriptio ſive formula antidoti noſtræ cephalicæ minoris.

2. *Antidotus cephalica minor pro gregariis.*

℞. *Extr. minoris cephalici* ℥ iij.
Diacori
Confect. anacardina an. ℥ ij.
Ol. de nuce moſchata ℈ j.
Miſce doſis ʒß. vel ʒ j. manè

Cerebrum nubilum ſerenat, omnibuſque frigidis ipſius affectibus conducit: totam maſſam ſanguinis ſpirituſque præſertim animales reddit puriores & tenuiores: inde ad reſtaurandos omnes ſenſus tam internos, quàm externos, ac memoriam præſertim mirificè confert.

3. *Antidotus thoracica maior pro ditioribus.*

℞. *Extracti maioris thoracici* ℥ iij.
Extracti pulmonum vulpis
& Leporis invicem præparati ℥ j.
Butyri ſeu lactis ſulphuris ʒß.
Rubini ſulphuris terebinthinati ʒ j.
Syrupi hederæ terreſtris q. ſuff.
Fiat antidotus: doſis ℈ j.

Præparationem extracti noſtri majoris thoracici, nec non extracti pulmonum vulpis & leporis: butyri item ſive lactis ſulphuris, eiuſdemque balſami ſive rubini, infrà deſcriptam reperies: præparantur enim diverſis operationum methodis.

Omnia tamen & ſingula maximè opportuna & ſpecifica ſunt deploratis pulmonum affectibus, ut ſunt phthiſis, empyema, aſthma, diſpnœa, & orthopnœa: in quibus deſperatis & ferè incurabilibus

Digitized by Google

morbis extirpandis, mira præſtabit antidotus noſtra major.

4. *Antidotus thoracica minor pro gregariis.*

℞. *Extracti minoris thoracici* ℥ ij.
Flor. ſulphuris optimè præparatorum ℥ ij.
Spec. Diaireos ſimpl. ʒ j.
Spec. Diatragacanthi frig. ʒ j. ß.
Pulmonis vulpis vulgari modo præparati
Elect. reſumptivi
& Diapapaveris ana ℈ iiij.
cum ſyrupo violato fiat Antidotus.
Doſis ʒ j. ß. vel ʒ ij.

Valet etiam adverſus omnem thoracis noxam: lenit, humectat & confortat pulmones, & anacatharſim conciliandam: ſemper prodeſt tuſſiculoſis, & purulenta extuſſientibus mirificè ſuccurrit: itemque extenuatis & hecticis: defluxiones etiam ſiſtit & ſomnum conciliat.

5. *Antidotus cardiaca maior pro ditioribus, ſeu Antidotus contra peſtem ex Alexicaco.*

℞. *Extracti cardiaci maioris* ℥ iij.
Magiſterii corallorum
Magiſterii hyacinthorum an. ʒ ij.
Eſſentia fructuum anacard. ℥ ß.
Eſſentia croci ℈ ij.
Eſſentia camphoræ ℈ j.
Lapidis bezoardici veri
Vnicornu an. ʒ j.
Ambræ griſeæ ʒ ß.
Ol. corticis citrii
& Cinnamomi chymicè extractorum, ana gutt. xij.
Aqua theriacalis cardiaca, vel elixiris
Vitæ q. ſuff. ut fiat antidotus: doſis ℈ j.

Admirabilis eſt hujus antidoti efficacia *adverſus omnes cordis affectus, ſyncopes, lipothymias, cardialgias. Tuetur cor ab omni veneno: eſtque præſtantiſſima medicina tam ad præſervationem, quàm ad curationem peſtis, ſive interiùs aſſumpta, ſive exteriùs in forma epithematis cordi appoſita*: diſſolvendo unam atque alteram drachmam huius antidoti, in quadam aqua theriacali aut cordiali.

6. *Antidotus cardiaca minor pro gregariis.*

℞. *Extracti minoris cardiaci* ℥ iij.
Confect. de hyacintho
Confect. alkermes an. ʒ iij.
Elect. de gemmis
& Dianthos an. ʒ ij.
Diambra
Diamoſchi dulcis an. ʒ j.
Margaritarum præparatarum
Corallorum præparatorum,
Oſsis de corde cerui an. ʒ j. ß.
Trochiſcorum diarrhodon, & de Camphora an. ʒ ß.
Syrupi conſervæ citrii q. ſ.
Et fiat antidotus: doſis ℥ j. ß. vel ʒ ij.

Vtilis eſt ad eoſdem cordis affectus, ſed virtutem tam potentem & efficacem non habet, ut prior.

7. *An-*

7. *Antidotus ſtomachica maior pro ditioribus.*

℞. *Extracti ſtomachici maioris* ℥ *ij.*
Extracti tunicarum interiorum ventriculi gallinæ
Extracti baccarum juniperi & myrobalanorum omnium ana ℥ ß.
Roſata novella ℥ *j.*
Olei è nuce moſchata chymicè extracti ʒß.
Oleorum garyophyllorum
Et corticum citrij, chymicè etiam extractarum an. ℈ *j.*
cum ſyrupo corallorum fiat antidotus: doſis ʒß.

Omnibus ſtomachi vitiis & imbecillitatibus opitulatur, eumq; corroborat adverſus vomitum & omnem intemperiem frigidam, à pituitoſis & mucilaginoſis humoribus, tunicis eius inhærentibus, ortam: inde cruditates tollit, flatus & ventos diſſipat: & una eademq; opera ciborum concoctionem mirificè juvat.

8. *Antidotus ſtomachica minor pro gregariis.*

℞. *Extracti ſtomachici minoris* ℥ *ij.*
Spec. Aromatici roſati ℥ *ij.*
Elect. Diagalangæ.
Dianiſi
Diacinnamomi ana ℥ *ij.* ß.
Ambra griſea ℈ *j.*
Cum ſyrupo conſ. citr. ij. vel de mentha fiat antidotus.

Doſis ʒ j. vel ʒ j. ß.

Praſtans quoque eſt ad omnes ventriculi affectus, à frigida cauſa productos. Si roboratione & adſtrictione ſimul opus eſt, ſicut uſus in diarrhœis poſtulat: adjicies mivæ cotoneorum, electuarij de ſorbis: & de baccis mirti, quantum voles.

9. *Antidotus hepatica maior pro ditioribus.*

℞. *Extracti hepatici maioris* ℥ *iij.*
Extracti ſantalarum omnium ʒ *vj.*
Extracti chelidoniæ ʒß.
Extracti hepatis vituli ℥ *j.*
Arcani tartari ʒ *ij.* ß.
Magiſterii corallorum ʒ *iij.*
Olei ſulphuris in crocum converſi, ut docebitur ʒ *j.*
Olei martis ʒ *j.*
Syrupi corallorum q. ſuff.

Ut fiat antidotus: doſis ℈ j. per ſe vel cum juſculo, vino, aut liquore aliquo convenienti.

Hermetici nobis veniam dabunt; quod ipſorum arcanis & magiſteriis, ad Dogmaticorum pharmacopœam expoliendam & illuſtrandam, utamur, hûc me impellit aliorum remediorum inopia: quandoquidem hoc, non præſtantius occurrat medicamentum *ad corroborandum hepar & facultatem naturalem, quam inſtaurat & confirmat adeò; ut ii, qui ex hepatis imbecillitate proclives ſunt ad hydropiſim* (ut pote dùm ſanguifica eius vis vitiata, feroſos tantùm generat humores, unde iſtius mali ſcaturigo & fons promanat) *præſentiſſimum inde auxilium & levamen percipiant ſicut & omnes cachectici & icterici.* Idem remedium ſpecifica ſua proprietate *jecur quoque liberat ab humorum infarctu: omnibuſq; prodeſt.*

prodeſt dyſenteriis, lienteriis, & fluxibus hepaticis: eius quoque efficacia ſumma, nullo ſatis encomio poteſt prædicari, uti abundè id teſtabuntur ſuſpiciendi eiuſdem effectus. De præparatione omnium enarratorum extractorum, ut magiſterij corallorum, aliorumque ſimilium remediorum ſpecificorum, in prædictam antidotum ingredientium, & neutiquam vulgarium alibi.

10. *Antidotus hepatica minor pro gregariis.*

℞. *Extracti hepatici minoris* ℥ iiij.
Trochiſc. Diarrhodon
Coralli præparati an. ℥ ß.
Trochiſcorum de eupatorio
Trochiſcorum de rhabarbaro an. ʒ ij
Spec. Dialaccæ maioris
Diacurcumæ minoris an. ℈ iiij.
Croci martis optimè præparati ʒ ij.
Tincturæ roſarum q. ſuff.

Ut fiat antidotus: doſis ʒ j. ß. vel ʒ ij.

Excellens etiam eſt *ad omnem debilitatem & obſtructionem hepatis: unde provenire ſolent hydropes, cachexia, fluxus hepaticus, & ſimilia plura mala*: ſed tamen vi & præſtantia non accedit ad priorem antidotum majorem. Communi enim plebeculæ & vulgo, tantummodo debentur communia & vulgaria remedia.

11. *Antidotus ſplenitica maior.*

℞. *Extracti ſplenitici maioris* ℥ ij.
Extracti lienis bovis ℥ j. ß.
Extracti ſeu fæculæ rad. Aronis ʒ ij.
Salis ceterach
Salis fraxini an. ʒ i. ß.
Croci martis cum ſulphure præparati, ut artis eſt ℈ iij.
Vini chalybeati q. ſuff.

Ut fiat electuarium: doſis ʒ ß vel ʒ j.

Nobilis eſt & bona ad omnes durities & oppilationes lienis, & totius meſenterii: & ad quævis vitia ac ſymptomata, quæ inde promanare queunt: veluti ſunt cachexia, febres quartanæ, icterus niger, ſuppreſſiones menſium, & ſimilia.

12. *Antidotus ſplenitica minor.*

℞. *Extracti ſplenitici minoris* ℥ iiij.
Elect. Diacapparis ℥ ß.
Elect. è ſcoria ferri ʒ vj.
Diacoſti ʒ ij.
Diatrionpipereon ℈ iiij.
Syrupi de pomis redolentibus q. ſuff.

Ut fiat antidotus.

Conducit quoque *ad ſplenis duritics & obſtructiones: & in primis ad febrem quartanam.*

13. *Antidotus nephritica maior.*

℞. *Extracti maioris nephritici* ℥ ij.
Extracti oculorum cancri
Extracti teſtarum ovorum an. ℥ ij.
Magiſterii lapidis Iudaici
Magiſterii lapidis lyncis an. ℈ j.
Olei terebinthinæ gutt. xx.

Miſce fiat antidotus: doſis ℈ ß. vel ℈ j. ad ſummum cum aqua antinephritica, vel cum vino albo.

Admirandum remedium *ad attritionem, comminutionem & expulſionem calculi renum, & ad omnem datur urinæ retentionem: provocando ſtatim urinam.* Parum tantum de ea antidoto capiendum eſt. *In fortiſſima enim urina*

urinæ ſuppreſſione ſufficiunt duo vel tria grana ad ſummum ſolius magiſterii lapidis Iudaici, vel lapidis lyncis: tanta penetrandi vi & poteſtate huiuſmodi pollent medicamina. Nulla enim iſchuria aut urinæ ſuppreſſio tam fortis erit, quin prædicta antidoto ſolui & evinci queat.

Methodus autem horum extractorum & magiſteriorum præparandorum, inferius ſuo tradetur loco.

14. *Antidotus nephritica minor.*

℞. *Extr. Nephritici minoris* ℥ iij.
Pulv. pelliculæ internæ teſtorum ovorum
Pelliculæ internæ ventriculi gallinarum an. ℥ ij.
Salis reſtæ bovis
Salis prunellæ an. ℨ j. ß.
Succi limonum q. ſ.

Ut fiat antidotus: doſis ℈ß. vel ℨ j.

Antidotus hæc excellentiſſima quoque eſt *ad eoſdem effectus* ut prior: niſi quod operandi effectus oſtentet paulò debiliores & tardiores: cuius uſus quoque eſt in extremis malis, hoc eſt, quando à calculo, arenulis, & ſimili materia tartarea utrorumque renum facta eſt obſtructio, adeò ut urinâ penitus ſuppreſſa, æger præ angore & dolore, perpetuum emittat clamorem, & in ſummo vitæ diſcrimine verſetur. Huius nihilominus antidoti nephriticæ minoris experimentum fieri poteſt, utpote quæ ad ſuprà enumeratos effectus longè profectò efficacior, exiſtit, quàm electuar. Juſtini, lithontribon, de cicadis, & ſimilia nephritica remedia vulgaria, quorum ſuprà mentio facta eſt.

15. *Antidotus hyſterica.*

℞. *Extracti hyſterici maioris & minoris an.* ℥ iij.
Extr. vulvæ ſeu matricis leporis ℥ j.
Extracti ſeu fæculæ bryoniæ ℥ ß.
Extracti caſtorei ℥ ij.
Olei gagatis cum colcothare rediſtillati & rectificati ℥ ß.
Olei ſuccini flavi ℥ j.
Nepenthes noſtri hyſterici ℥ j. ß.
Syrupi cinnamomi q. ſuff.

ut fiat antidotus: doſis ℈ j. vel ℨ ß. cum juſculo vel liquore aliquo convenienti.

Mirabilis eſt in genere *ad quævis matricis vitia*: in ſpecie verò medetur *omni uteri præfocationi, ſive epilepticæ, ſive alterius generis: albis item menſium fluoribus, cruditatibus, flatibus, & doloribus, inde excitatis, confert: ſterilibus etiam prodeſt ad conceptionem & prolis fœcunditatem: ſi nimirum extractum ſecundinæ de fœcunda quadam muliere addideris: de cuius præparatione, ſicut & de matricis leporinæ præparandæ modo, ſuo loco agetur.*

Poſteaquàm igitur de antidotis, quæ principibus corporis partibus roborandis, morbiſque & ſymptomatis, quibus eædem defatigantur, expellendis aptæ ſunt & idoneæ, hactenus diximus: ſupereſt, ut antequam huic capiti finem imponamus, promiſſi noſtri memores ſimus, & nunc *de antidotis, tam ad præcautionem, quàm ad curationem peſtis* (ſi inter nos fortè tam horrendum malum, divina permiſſio-

Digitized by Google

miſſione graſſetur, aptis & accommodis dicamus. Et quamvis ad eandem intentionem remedia alia ut aquas theriacales, ſyrupos, confectiones & electuaria ſicca, jam deſcripſerimus: viſum tamen fuit, eorundem catalogo, quædam adhuc antidota annumerare: ſiquidem antidoti vocabulum propriè ſumptum, nihil aliud ſignificat, quàm medicamen venena pellens & abigens.

16. *Antidotus maior contra peſtem.*

℞. *Rad. Angelicæ*
Zedoariæ
Scorzioneræ
Tormentillæ
Petaſitidis
Santali rubei
Ligni aloes an. ℥ iij. vel quatuor.

Ex his omnibus craſſo modo contuſis, fiat cum ſucco limonum extractum, ut artis eſt, & cap. de extractis docebitur.

17. *Item.*

℞. *Corticis citrii ℥ iiij.*
Sem. Cardui benedicti.
Rutæ
Acetoſæ
Baccarum juniperi
Fol. Dictamni
Cinnamomi
Macis an. ℥ ij.
Flor. Roſmarini
Bugloſſæ
Hyperici an. p. ij.
Spec. De gemmis
Diambræ
Diamoſchi
Dianthos an. ℥ ij.

Omnibus contuſis & invicem mixtis, in vaſe quodam apto, fiat extractum, cum aqua vitæ juniperi, aut aqua vitæ communi juxta artem, & ut inferiùs enodabitur.

Hæc duo extracta fortiter exprimantur prælo, quæ ob diſſolventium in ipſis contentorum naturam, liquidiſſima erunt: ex ambobus fiat miſtura, & abſtrahatur liquor ſive aqua per alembicum, ad ignem baln. vaporoſi, donec materia in fundo conſiſtentiam electuarii, mediam inter durum & molle formam obtinentis, acquirat: aqua exinde deſtillata ſeorſim ſervetur, cuius uſus erit in aliis extractis componendis, & per ſe jam eſt ſummum cardiacum. Ad uncias quatuor prædicti extracti adjice

Magiſterii perlarum:
Magiſt. corallorum
Eſſentiæ croci an. ℥ iij.
Eſſentiæ camphoræ ℥ j.
Sulphuris aurati diaphoretici
Balſami lactei ſulphuris
Salis prunellæ an ℥ ß.

Ex quibus omnibus fiat antidotus admirandæ virtutis, *ad præſervationem peſtis,* ſi de ea ſingulis matutinis, ex cultri cuſpide, piſi magnitudinem capias: Sed peſte jam correptus de eodem ſumat ʒ ß. vel ʒ j. diſſolvendo in ℥ ij. ſuæ propriæ aquæ diſtillatæ, & ut ſuprà, ſeorſim adſervatæ: vel cuiuſdam *aquæ theriacalis, cardui benedicti vel ulmariæ: ſudorem mirificè provocat, & cor corroborat adverſus quodvis venenum, id à centro evocans ad circumferentiam.*

Inter-

Inter antidota præſtantiora, huic peſtiferæ lui dicata, hoc facilè principem obtinet locum: cujus ſumma virtus & præſtantia, laboris & temporis jacturam, quam fortè quis in eius præparatione prætendere poſſit, uberrimo compenſat fœnore & lucro. *Sulphuris aurati* deſcriptionem ſuo loco dabimus. Sic quoq; alibi tractandum reſervamus modum parandi *magiſterium gemmarum, magiſter. corallorum, balſamum, & lac ſulphuris nec non eſſentiam croci & camphoræ*. In huiuſmodi remediorum apparatu, quæ ditioribus, ad vitæ & ſanitatis ſuæ tutelam præſcribuntur, nullis parcendum eſt ſumptibus pauperes & tenuioris fortunæ homines contenti erunt antidoto minori, cuius deſcriptio proximè ſequitur, quæ pari modo excellentiſſima eſt, tam ad preſervationem, quàm ad curationem peſtis.

18. *Antidotus minor contra peſtem pro gregariis.*

℞. *Succi ſcordii*
Rutæ vel rutæ caprariæ.
Cardui benedicti
Vlmariæ
Salviæ ana ℥ *iiij. vel plus minus.*

Omnes hi ſucci in alembicum, vel matracium vitreum & capax inditi, digerantur in Baln. & depurentur: ſeparando multoties terreum craſſamentum & fœces, quæ in fundo reſidebunt, ut alibi *cap. de ſyrupis* jam perſpicuè docuimus.

Ad uncias decem horum ſuccorum optimè depuratorum adde

Rad. Angelicæ
Zedoariæ an. ℥ *j.*
Dictamni
Sem. Cardui benedicti
Cort. citri ſ an. ℥ ß.
Cinnamomi ℨ *vj.*
Myrrhæ ℨ *ij.*
Croci ℨ *iij.*
Camphoræ ℨ *j.*

Omnibus contuſis & ſimul cum prædictis ſuccis mixtis, fiat digeſtio in Baln. per biduum vel triduum: dein omnia adhuc calentia per torcular fortiter exprimantur. In qua expreſſione denuò adde

Theriacæ optimæ ℥ *j.* ß.
Confect. hyacinthi
& alkermes an. ℥ *j.*
Perlarum præparatarum
Corallor. præparatorum
Cornu cervi præparati
Spec. Diambræ
De gemmis an. ℨ *ij.*
Vnicornu ℨ ß.
Lapidis bezoardici ℨ *j.*

Omnia adhuc ſemel digerantur in B.M. per duos vel tres dies: dein per alembicum ad ignem Baln. vaporoſi deſtilletur omnis liquor, donec in fundo remaneat conſiſtentia inter durum & molle media, ſicque antidotus erit præſtantiſſima:

De qua capiendum manè unius parvæ avellanæ magnitudine: ad curationem verò pondere unius drachmæ, vel drachmæ unius & ſemis: diſſolvendo in duabus unciis ſua propria aqua inde deſtillata & adſervata: quæ per ſe jam efficax eſt & præſtans ad idem malum; & ad

Digitized by Google

omnes putredines & venena, quæ in corpore progenerantur.

Inter communia huius generis pharmaca nullum paratu facilius, nullumque virtute præſtantius hoc ipſo datur: cuius diſpenſationem vel quivis pharmacopola facilè imitabitur.

19. Antidotus alia de granis maturis Iuniperi, dicta Theriaca Germanica pro gregariis.

Accipe granorum iuniperi maturorum magnam quantitatem, nempe ℔ vj. vij. viij. vel x. hæc infuſa & macerata *in vino albo generoſo, vel hydromelite vinoſo,* ad ignem parum bulliant, dein conquaſſentur & per ſetaceum in modum caſſiæ trajiciantur, & fiat extractum, ſicut cap. de extractis oſtendetur.

Ad libram unam commemorati extracti juniperi adde

Pulv. Rad. Angelicæ ℥ vj.
Pulv. Dictamni
Cinnamomi an. ℥ ß.
Terræ ſigillatæ
Corallorum præparatorum
Perlarum præparatarum
Cornu cervi etiam præparati an. ℥ ij.
Elect. de gemmis
Diambræ an. ℥ j. ß.
Croci ℥ j.
Camphoræ ℈ ij.

Reducendo omnia cum aqua quadam theriacali in formam electuarij mollis ſive antidoti: quod erit ſummum præſervativum & curativum *contra peſtem*: exhibetur uſq; ad ℥ ij. Solum extractum juniperi citra alterius ingredientis additionem, eidem quoq; ſcopo peroportunum eſt. Præter cætera additamenta ſuprà enarrata, quidam adjiciunt theriacæ vel mithridatii, quantum lubet.

20. Electuarium de ovo.

Quoniam hoc electuarium ſive antidotus de ovo, *contra peſtem* magnoperè celebrata, in nullis ferè pharmacopœis, præſertim in Gallia noſtra deſcripta reperitur: huc eius deſcriptionem in medium producam, qualis illa in Auguſtano habetur diſpenſatorio: in quo elaborando ſedulam ac felicem navavit operam *Adolphus Occo* percelebris admodum medicus, idque opera & conſenſu ſuorum collegarum, virorum quoque celeberrimorum: ſicut Germania hanc gloriæ prærogativâ ſive jure vendicat, quod ſit vera doctorum & celebrium virorum nutrix, & infinitorum egregiorum medicamentorum, tanquam novorum ingenii fœtuum excludendorum parens fœcundiſſima & feliciſſima. Deſcribamus itaque dictam antidotum de ovo, quæ modo qui ſequitur, paratur.

21. Electuarium de ovo Maximiliani I. Imperatoris.

℞. *Ovum gallinæ recens*, & educto per apicem albumine, id quod vacuū eſt, *croco orientali* non pulveriſato impleatur; poſteà cum alio putamine iterum occlude ne quid tranſpiret, & lento igne vel poſt fornacem tamdiu aſſa in ollula, donec tota ovi teſta

teſta nigreſcere incipiat, diligenter cavendo ne crocus comburatur: Exempta è teſta materia, exſiccetur, ut in mortario exquiſitiſſimè contundi, & in pulverem redigi queat: addendo *pulveris erucæ ſeu ſinapis*, quantum reliqua duo ponderant: poſteà

Pulv. Rad. dictamni albi
Tormentillæ ana ℥ ij.
Pulv. Myrrhæ
Cornu cervi
Nucis vomicæ ana ℥ j.
Pul. Radicis angelicæ
Pimpinellæ
Granorum juniperi
Zedoariæ
Camphoræ ana ℥ ß.

Miſce omnia ſimul in mortario: & tandem appone Theriacæ ad pondus omnium, & iterum piſtillo fortiter contunde, & commiſce per tres integras horas agitando, fiat electuarium ut artis eſt.

Eius uſus maximus eſt in peſte, & præſervatione à venenis deleteriis.

In antidotario *Weckeri* viri doctiſſimi, & de re medica, prout hoc perelegans & eruditum opus uberrimè teſtatur, optimè meriti. Aliæ occurrunt deſcriptionum formulæ, ejuſdem *electuarij de ovo Anton. Chalmetei* præclaræ eruditionis viri; tum etiam aliorum.

Sed ut liberè dicam, quod ſentiam, vix credibile eſſe puto, quod uſque adeò ſingulares inde effectus produci poſſint: ſi albuminis abjecti loco, ovum ſolo croco repleatur, & dein eodem probè obturato, omnia ſimul coquantur, uſque dum in pulverem redigi queant.

Vis totius ſecreti in eo conſiſtere videtur, ut crocus & vitellus ovi in pulverem redigantur: hac tamen conditione, ut planè nihil expiret. Neque enim adeò magnum id eſſet myſterium, rationem iſtius pulveris vitelli ovi & croci conficiendi, cognitam habere. Nam miſcellanea reliqua pulverum quorundam, & theriacæ, non niſi metum vulgare quid ſapiũt, ut & revera ſunt.

Non tamen diffiteor, poſſibile eſſe, ut medicamen ſummum & efficaciſſimum, ex ovo parari poſſit, contra ipſammet peſtem: idque eâ, quam mox trademus, methodo. Eſſentiæ namque in ovum inditæ, cum ejuſdem vitello perfectè miſcentur: qui aliàs ſuâ naturâ ſulphureus, ſummam penetrandi, necnon nutriendi vim obtinet: quâ facultate reliquorum ingredientium virtutem adeò intendit, ut multò citiùs penetrent, & in venas transferantur. Adde quod per eandem coquendi rationem ſpirituales rerum eſſentiæ, vim & virtutem ſuam longè perfectiùs conſervent. Quæ tamen verba in bonam partem accipiantur velim: nec quis exiſtimet, me plùs æquo jactabundum, fortè hîc inanem aucupari gloriolam: è qua tamen animus penitùs abhorret, nec niſi in publico commodo fideliter juvando, totus eſt.

Quercet. modus.

Digitized by Google

22. Electuarium de ovo majus pro ditioribus Quercetani.

Accipe unum, vel plura ova recentia gallinæ: de quorum uno, apicem teſtæ tam ſubtili artificio aufer, ut poſtquam educta fuerit illa teſta, rurſus in priſtinum locum commodè reponi, & glutino ſeu luto quodam tam induſtriè agglutinari poſſit, ut nihil reſpiret: Abjecto itaque albumine, vitello ovi reſiduo admiſce

Lactis ſive butyri ſulphuris ℥ j. ß.
Sulphuris auri diaphoretici
Eſſentiæ croci ana ℥ j.
Pulveris anodyni mineralis, hoc eſt, ſalis prunellæ ℥ ß.
Ambræ griſeæ ℈ j.
Lapidis bezoardici ℈ ß.

Omnia cum dicto vitello ovi ſimul miſce, ut optimè incorporentur: dein apex putaminis perquàm aptiſſimè ſuo apponatur loco, cum tenuiſſimo ligamento lineo ſuperpoſito, vel glutino ex ovi albumine & polline facto, ſuperinducto, adeò ut ovo exquiſitiſſimè clauſo, nil tranſpirare poſſit.

Ad eundem modum plura ova apparari & accommodari queunt, prout magnam hujus electuarij quantitatem ſimul componere volueris.

Aliâs vel uno vel pluribus ovis, à quibus eodem artificio apertis albumen ſeparatum eſt, *addes theriacæ, confect. alkermes, & hyacinthi ana*: vel ex omnibus ſimul fiat miſtura, de qua adde ovo vel ovis, quantùm capere poſſunt: probè clauſo foraminulo cum ſua propria teſta, ſuperinducto glutine, ut antè, ita ut nihil reſpiret.

Enarrata hæc ova ita præparata, aptè ſimul imponantur vaſi terreo capaci, quod operculo clauſum, in furnum mittatur, in quo paniſicia modò cocta & ex eodem recens exempta fuerint, & ſecunda aut tertia vice in eodem reponantur, donec omnia in unam maſſam, quæ pulverari queat, redacta ſint.

Accipiatur ovum unum juxta primam methodum præparatum, & unum juxta alteram: vel ova duo aut tria utriuſque præparationis, prout animus eſt majorem vel minorem electuarij quantitatem ſimul conficere: omnia quæ in dictis ovis continẽtur, terantur, & optimè invicem miſceantur in mortario marmoreo, eadem paulò poſt humectando pauca *aquæ theriacali contra peſtem, aut elixire quodam vitæ*, cujus plures deſcriptionum formulas ſuprà dedimus: ita ut omnia reducãtur in formam electuarij, quod multorum in annorum ſpatio reſervabitur: pro doſi ſufficit ℈ j. tum ad præſervationem, tum ad curationem peſtis.

23. Electuarium de ovo minus pro gregariis.

℞. *Rad. Angelicæ*
Zedoariæ
Cinnamomi ana ℥ j. ß.
Garyophyllorum
Macis ana ℥ ß.
Myrrhæ
Nucis vomicæ
Carlinæ ana ℥ iij.
Granorum juniperi ℥ j.
Croci camphoræ

Spec.

Spec. Diambra
De gemmis ana ℨ iij.
Theriaces Alexandrinæ ℥ iij.

Contundenda contundantur, & omnia ſimul mixta, indantur in matracium vitreum, ſuperaffundendo fortiſſimum ſpiritum vini: vaſe clauſo, ne quid evaporare poſſit, digerantur in B.M. per 4. vel 5. dies. Dein omnia adhuc calentia fortiter exprimãtur. Hæc expreſſio denuò indatur in Alembicum cum ſuo capitello & recipiente, & inde ad ignem Baln. Mar. deſtilletur, liquor, qui ſeorſim ſervetur, & cum extracto, quod in fundo remanet in mellis conſiſtentia, impleatur ovum unum, vel plura, ſi velis, & optimè miſceatur cum vitello ovi: dein occludantur ſingula ova cum ſuo proprio putamine, ut ſuprà diximus: Poſteà coquantur in furno, poſt exempta ſcilicet panificia; idque continuando & repetendo, ſine calore intenſo, donec materia ita exſiccata fuerit, ut pulverizari ferè poſſit: quæ dein irroranda eſt ſua propria aqua, ut ſuprà reſervata, & ſic perficiatur elect. molle, ſive antidotum pretioſum ad præſervationem & curationem peſtis. Exhibendum de eo eſt, peſtifero uſq; ad ℈ ij. vel ℨ j. diſſoluendo cum ℥ ij. vel tribus aquæ theriacalis, cardui benedicti, ulmariæ.

Præſtantiſſimum ſudativum eſt, quod omne venenum ab internis & profundis partibus, in exteriorem corporis ſuperficiem propellit: corroborat cor, ipſumque ab omni veneno vindicat ac tuetur.

De his igitur *electuariis de ovo*, alij nunc ſuum interponant judicium: utra harum præparandi methodorum ſit laudabilior ac præſtantior: noſtrane, an verò communis: quam tamen, ut verum fateamur, non contemnimus. Sed primam inventionis gloriam ipſi libenter aſſignamus, eamque addidiſſe nequaquam erubeſcimus.

CAP. XXX.

De Antidotis, Alexipharmacis, & alexiteriis,

SEV

De Theriacis.

RESTAT nunc, ut dicamus de antidotis ſive alexipharmacis, quæ adverſus omnis generis venena, & ipſas beſtias virus ejaculantes conferunt: utpotè quibus juxta modernos, propriè competit antidoti nomen: nec interim ſilentio aut oblivione ſuo loco prætermittemus antidota anodyna, narcotica & opiatica.

Hæc duo antidotorum genera, quæ tam apud antiquos, quàm adhuc hodie apud nos in magno fuerunt uſu & æſtimatione, ad diverſos & deploratos affectus depellendos, nos quaſi adigunt atque compellunt, ut ſingula in iſtis tractandis paulò minutiùs & exquiſitiùs perveſtigemus, quàm in nonnullis aliis hactenus à nobis factitatum eſt. Oculis enim manifeſtè contemplandum ſubiiciemus, hæc ipſa tanti hactenus ubivis gentium æſtimata, mendis ſcatere quampluri-mis, præque cæteris maxima reformatione opus habere; ita ut mirer, mul-

multos authores, licet doctrina & authoritate conſpicuos, quorum me diſcipulum non puderet profiteri illud ipſum ſegniùs obſervaſſe, ne dicã æterno ſilentio obruiſſe. Verùm id unum depoſco, ne benevolus lector, me ex temeraria quadam laudis gloriæve cupiditate, in hæc prorupiſſe verba exiſtimet: Sed depoſito affectu, recta rationis bilance rem libret, expendat & conſideret. Iampridem enim alibi proteſtati ſumus, & adhuc proteſtamur, omnia à nobis ita proponi, ut non vereamur ea doctorum virorum cenſuræ ſubmittere: quod ſi in iiſdem fortè quod occurrat ab Aſclepiadea doctrina, veraque diſciplina alienum, id quaſi non dictum, aut literis conſignatum habeatur.

Inter enumerata antidota alexiteria, meritò primus locus theriacis debetur.

Theriacarum duo genera. Theriacas ideò dico, quò tam apud veteres, quàm apud recentiores; duo earumdem genera ſtatuantur: quarum unum in compoſitione recipiat carnes viperæ: reliqua verò ſine iis componantur. Illi, quæ vulgò theriaca magna, priſcis autem glorioſa & liberatrix appellatur, tot tantæque laudes & proprietates tribuuntur, ad infinitos & deploratiſſimos affectus propulſandos, ut nihil ſuprà commendationis valeat aſciſcere.

Cæteræ autem, quæ nihilominus contra venena ſpecificæ ſunt antidoti, ſine throciſcis de vipera parantur, ſuntque hujuſmodi:

Theriaca:
1. *Democratis.*
2. *Oribaſij*
3. *Eſdra*
4. *Diateſſaron*
5. *Ex pæonia*
6. *Ex terra ſigillata*

Quarum deſcriptiones reperiuntur apud *Oribaſium, Aeginetam, Actuarium, filium Serapionis, Rhaſin, Avicennam, Celſum, pluresque alios tam Græcos, quàm Arabes, & Latinos authores.*

Inter hæc antidota alexiteria, non mediocris exiſtimationis erat *Mithridatium*, quod anteceſſit *theriacam*, quam *Andromachus* ſua ætate medicæ rei peritiſſimus, parabat ex carnibus viperæ, tanquam ſingulare adverſus *lepras, & quævis alia venena pharmacum & experimentum*, quod ſolum & per ſe omnibus venenis tanquam ſummum antidotum conferre noverat. *Mithridatium.*

Mithridatium ex infinitis ſimplicium generibus compoſitum, authoris ſui, Mithridatis nempe regis Ponti nomen obtinuit: qui ex diuturniori eius uſu, adeò laudabilem corporis habitum ſibi comparauerat, ut, ſicut hiſtoriæ narrant, & mox dicturi ſumus, nullo veneno aſſumpto ſibi vitam adimere poſſet. De qua antidoto *Avicenna* ita loquens, noſtram confirmat ſententiam: *Confectio*, inquit, *Mithridatis nobilis eſt confectio, quam fecit Mithridates & nominavit ſuo nomine.* Et Aët. *tetr. 4. ſerm. 1. cap. 69.* ita ſcribit. *De Mithridate ſanè magno illo belli duce referunt, quòd theriacen quidem*

Digitized by Google

quidem non biberit: neque enim adhuc in uſu erat: verum ex alterius antidoti, quæ poſtea mithridatica ab illo appellata eſt, uſu ita corpus apparuit, ut nulla veneni vi lædi poſſet: Et cum etiam lethale pharmacum accepiſſet, mori non poſſet: cum enim ab hoſtibus devictus ſeipſum interficere meditaretur, nullo veneni hauſtu mortem ſibi conſciſcere prævaluit: ſed vocato cuidam ex amicis ſe jugulandum præbuit. Plinius fuſiorem hujus hiſtoriæ enarrationem tradit *lib. 23. cap 9.* & militis quinetiam nomen exprimit, cujus opera ad mortem ſibi conciliandam uſus fuerat: cum omnium venenorum ſumptorum vim adverſus tam inſignem antidoti efficaciam, invalidam nimis & irritam prorſus expertus fuiſſet.

Mithridat. veneno perire non potuit.

Notandum porrò eſt, olim non tantùm compoſitis iſtis remediis, (è quorũ numero ſuprà 5. *aut* 6. recẽſuimus, paulò poſt eorundem deſcriptiones in medium allaturi) theriacæ nomen impoſitum, ſed eodem quoque nomine ſola quædam ſimplicia inſignita fuiſſe. Quod utique *Avicennæ* authoritate comprobare licet, qui ſquillam appellat theriacam contra venena, & gummi opopanax, & ariſtolochiam theriacam ad puncturas.

Theriaces nomen etiã ſolis quibusdam ſimplicibus olim competebat.

Vnde complures tam philoſophos, quam medicos, imò & eos, qui eruditiorum & celebriorum ordini annumerantur, non parum lapſos eſſe conſtat: dum theriacæ vocabulum, à ſerpente quodam (quem thirum vocari, & eiuſdem compoſitionem ingredi putarunt) derivatum & ab eodem quoque trochiſcos theriacos appellatos crediderunt.

Albertus magnus unus ex illorum numero, Ariſtotelis textum, qui habet echin vel echidnam, quæ verba nihil aliud quàm viperam ſignificant, perperam de thiro ſerpente interpretatus eſt: quem diſtinxit à vipera, & peculiare de eodem caput conſcripſit.

Li. de Animalibus.

Hanc falſam opinionem ſecutus eſt *Aggregator Patavus*, qui thirum tanquam animal à vipera diverſum conſtituit, illudque baſim trochiſcorum, quos excipit theriaca, eſſe putat.

Petrus de Apono eodem errore irretitus, ita ſcriptum reliquit. Dicitur autem theriaca à thiro ſerpente, quia eiuſdem excipit carnes, quæ ſunt veluti radix & baſis illius medicinæ: Et *differ.* 179. *Sciendum,* inquit, *quod theriaca eſt multiplex ſecundum diverſitatem componentium, cui tamen nomen illud proprius convenit, theriaca eſt magna Andromachi & Galeni,* in qua caro *ingreditur Thiri ſerpentis, unde nominationem eſt ſortita: quæ autem hanc non ſuſcipit, theriaca metaphoricè dicitur, ut Diateſſarum, ideò quod ad illius ſimilitudinem venenorum depellat nocumenta.*

Lib concil. differ. 177. de ther.

Imò & ipſe *Nicolaus* à ſiniſtra hac opinione non immunis videtur, dum ita in capite de trochiſcis ſcribit: Trochiſci, inquit, de thiro, qui in magna *Galeni* theriaca recipiuntur, ſic fiunt. Invenias, inquit, Thiros longitudinis unius palmi, &c.

Huic errori occaſionem dedit

Throchiſci theriacales nomen, ab antiquis olim, trochiſcis iſtis, tanquam præcipuæ theriacæ baſi inditum. *Galenus* enim illos appellat theriacales, & poſt illum idem nomen retinuerunt *Aetius*, *Oribaſius*, *aliique Græci. Plinius* eos vocat trochiſcos theriacos: Et *Avicenna* quibuſdam in locis eoſdem nominat trochiſcos thiri, vel thirios, hoc eſt, ferales. Sed ſi quis penitiùs veterum ſcripta perpendat, facilè perſpiciet, eos nunquam aliud ſerpentum genus, hoc vocabulo præter ipſam viperam intellexiſſe. *Gal. in lib. de Antidotis & de Theriaca ad Piſonem* & alibi diſertè viperarum facit mentionem. Vide quid poſt illum *Aetius ſcribat lib. Tetr. 4. ſerm. 1. cap. 87.*

Hoc caput primò ita inſcribit: *De Theriaca viperis Andromachi*: Poſteà idem in hunc modum incipit. *Ordiemur à Theriaca Andromachi ex viperis*, cujus admiratione ductus Galenus hæc de ea ſcribit: *Cùm multa diſcordia ſit circa Theriaces deſcriptiones, nos Andromachi deſcriptione ut longè optima utemur, quæ etiam in regum uſus apparatur. Et cap. 9. eiuſdem lib.* vbi de trochiſcorum ſive paſtillorum præparatione agit, ita exorditur: *Cæterum paſtillos theriaces hoc modo apparato: Viperas fœminas accipito, non quocunque tempore captas, ſed deſinente Vere*, &c. Et *Avicenna lib. 4. ſen. 6. tractatu 3. cap. 33.* vbi loquitur de curatione morſus viperæ, his verbis ſermonem inchoat: *Conſidera*, inquit, *radices communes in curatione: deinde fortior curatio eſt properare ad Theriacam viperarum.* Inde apparet diſcrimen inter theriacam, quæ viperas recipit, & eas, quarum mentionem facit *lib. 5. ſumma 1. tractatu 12.* videlicet *theriacæ, Eſdræ & Diateſſaron*, quas contra graviſſimos totius corporis affectus laudat. Idem *Avicenna lib. 5. ſumma 1. tractat. 1.* vbi de theriaca agit, eius deſcriptionis tale facit exordium.

℞ *Trochiſcorum ſquillæ, trochiſcorum viperæ, &c.* ex quibus manifeſtè liquet, quod etſi alibi eoſdem trochiſcos nominet thiri ſeu thirios, non tamen alios intelligit, quàm viperinos.

Hinc concludimus, *Theriacam* non à ſerpente quodam *Thiro*, qui eius compoſitionem ingrediatur, ſed à Græco vocabulo, quod eſt θήριον ſive θὴρ, id eſt fera, denominationem ſuam accepiſſe: neque id propterea, quòd eiuſdem compoſitio feram vel viperam excipiat, ut quidam falsò opinantur, ſed quòd eadem theriaca, ſive cum vipera, ſive abſque vipera parata ſit, omnibus morſibus venenatis, à quacunque fera ſive animali illatis ſuccurrat: Sic & ab antiquis & à neotericis (ut iam diximus) *trochiſci* dicuntur theriacales, non ratione ingredientis, ſed ab eorumdem effectu quem in pellendo lethalium animalium veneno manifeſtè oſtendunt: alias enim non theriacales, ſed viperini nominandi eſſent. Eadem ratione quædam remedia vocamus *nephritica & hyſterica*, non quòd eadem componantur ex renum vel uteri additione, ſed tanquam medicamẽta ſpecifica iiſdem partibus morbo exagitatis, opem & medelam afferant.

Theriaca à Græco θὴρ vel θήριον.

Præter-

Præter dictas rationes, etiam orthographia & ſcriptio hujus nominis noſtram ſententiam confirmat. Nam à *Thiro* ſcribendum eſſet *Thiriaca* cum *j.* non *Theriaca*. Sed quia ſcribitur *Theriaca* cum e longo, veriſimile eſt, quod à dictione derivetur, quæ parem dictionem longam habeat in eadem ſyllaba, qualis ſanè eſt θὴρ vel θήριον, hoc eſt, fera. H enim Græcum in Latinis dictionibus à Græcis derivatis, vertitur in è longum, quaſi diceres Theriacam antidotum, contra ferarum tam minorum, quàm majorum ictus & venena.

Hæc de Theriacæ differentiis, ejuſdemque nominis etymologia, hîc enodanda duximus.

Non diu hîc immorabimur in enarrandis diverſis horum theriacalium medicamentorum compoſitionibus, ſive invicem differant ratione ingredientium, quæ modò ab hoc, modò ab illo vel imminuuntur vel adduntur: ſive ratione pöderis, quod diverſum quoque in diverſis deſcriptionibus eſſe deprehenditur. Hæc enim non ſunt tam magni momenti, neque hîc quærendus eſt nodus ille Gordius, circa quem rei cardo verſetur: ita ut non poſſim hîc opinioni *Avicennæ* ſub ſcribere, qui *lib. & tract. de Theriacis ſuprà iam citatis*, ſelecta præ cæteris Andromachi deſcriptione tanquam longè optimâ, in hæc ferè verba ſcribit: *Et iam niſi ſunt plures medicorum, ſicut Gal. & alij addere & minuere aliquid in ea, non propter neceſſitatem neceſſarim neque propter aliquid fortè quod eos ad illud commoveret, ſed quærentes, ut remorarentur, & remaneret ab eis in ipſa veſtigium, ſicut remanſit Andromacho: Et meum quidem conſilium eſt ut non removeatur aliquid, quod experimentum juvativum invenit: fortaſſe enim illa complexio cum illo pondere exigit illud, cujus juvamentum invenit experientiam, quam quidem dum res ipſa movetur à ſuo pondere, non conſequitur illam proprietatem, &c.* Fœcunda hodie eſt artium inventrix, eaque in dies magis magiſque incrementum ſumit: hac duce & auſpice plurimorum remediorum uſum, quem veteres tanquam utilem comprobaverant abdicavimus: & in illorum locum alia noſtro artificio inventa introduximus, quæ ipſis inaudita & incognita prorſus erant. Sic hodie infinitæ præparationes, vel pleriſque etiam antiquorum tam elegantia, quàm ſaporis ſuavitate & utilitate longè præferendæ ſunt. Neque enim ulla erroris ſuſpicio hinc oriri poteſt, ſi rei, quam per ſe bonam judicabimus, aliam ſuperaddimus bonitate multò præſtantiorem: hoc enim pacto rei bonitas vires ſumit, & magis magiſque accumulatur. Eodem planè modo in diminutione eorum, quæ vel inutilia, vel ſuperflua, vel noxia ſunt, nemo erroris redarguendus unquam videbitur ſi induſtrius fuerit: fruſtrà enim fit per plura, quod fieri poteſt per pauciora. Suo itaq; loco circa eandem *de Theriacis* tractationem demonſtrabimus, ob quam cauſam Arabis hujus, aliâs doctiſſimi &

Digitized by Google

celeberrimi authoris opinionem, minus recipiendam ſtatuamus.

Redibimus nunc ad *Theriacas illas* antiquorum earumque aliquot in medium proferemus deſcriptiones, ut ex illarum comparatione facta cum iis, quas ex noſtra officina informatoria producturi ſumus, eò melius de utriuſque generis bonitate & præſtantia judicari poſſit. Si quis provocet ad experientiam; ſciat is, nos nihil magis in votis habere, quàm ut per eandem, tanquam per ignem & aquam fortem, perfectum hoc & ſplendidum operis noſtri aurum examinetur ac probetur: quamvis nemo adeò ſtupido craſſoque ſit ingenio, modò in eo vel exigua tantùm candoris, rectæque rationis ſcintillula ſuperſit, qui non ex ſolo Lydio lapide, hoc eſt ex prima ſtatim earum deſcriptionum, compoſitionum, & præparationum inſpectione, de earundem præſtantia ſumma, rectum ſanumque laturus ſit judicium.

Theriaca Diateſſaron Meſuæ i.

♃ *Gentianæ*
Baccarum lauri
Myrrhæ
Ariſtolochiæ rotundæ ana ℥ ij.
Mellis ℔ ij.

Theriaca Democratis.

♃ *Iridis Illyricæ*
Zingiberis
Opopanacis
Opij
Herb. Roſmarini
Myrrhæ
Sem. Trifolij bitumen olentis ana ℥ j.
Ariſtolochiæ ℥ xj.
Sem. Rutæ ſylveſtris ℥ j. ß.
Rad. Bryoniæ aridæ albiſſ. ℥ ij.
Serpilli
Caſtorei
Rad. Eryngij
Sem. Apij
Cumini Æthiopici recentis ana ℥ vj.
Farinæ erui rufi ℥ iij.

Omnia hæc contundito & cribrato: opopanaca verò cum vino diſſolvito, eique arida inſpergito, & in paſtillos reducito, & ex iis ℥ j. cum vino veteri meraco bibendum præbeto.

Theriaca ex bryonia Oribaſij.

♃ *Rad. bryoniæ*
Opopanacis
Iridis
Roſmarini
Opij
Myrrhæ ana ℥ ß.
Ariſtolochiæ ℥ v.
Thuris
Sem. Rutæ ſylveſtris ana ℥ vj.
Cumini ℥ iij.
Farinæ erui ℥ ij.

cum vino paſtillos informato, atque ter cum vino præbeto.

Theriaca Eſdræ.

Sat ſit nobis, harum trium tantùm Theriacarum deſcriptiones hîc propoſuiſſe. Quod ad compoſitionem *Theria-*

Digitized by Google

Theriacæ Eſdræ attinet, eius ingredientium ſeries nimis numeroſa eſt, & longa, in qua *opium, euphorbium, ſulphur vivum, ſemen hyoſciami citra ullam præparationem recipiuntur: nec prætermiſſus in eadem eſt venter mergi, & ſtercus in eo repertum, ad ſuaviorem ſcilicet guſtum confectioni inducendum.* Nihilominus interim videre licet, quàm admirandos incredibiles effectus illi adſcribit *Aetius tetr. 4. ſerm. 1. cap.* 101. 107. 111. ubi eandem deſcriptam reperies.

De duobus huius farinæ præcipuis alexiteriis, adhuc nobis dicendum reſtat: de *Mithridatio* nimirum, & de *Theriaca magna.* *Mithridatii* deſcriptio tam varia eſt, tamque variis authoribus, *Andromacho, Democrati, Antipatri,* aliiſque aſcribitur, ut, ne fortè in eam, quæ non vera & genuina ſit, incidam, nullam prorſus ex iis hîc deſcribendam aggrediar. Adde quod ut ſuprà jam dictum, non uſque adeò magnum diſcrimen ſit inter compoſitionem *Mithridatii & Theriacæ*: ſi unicos excipias trochiſcos ex viperis, ſicut jam diximus: quodque inſuper confirmat *Avicennas lib. 5. ſumma 1. tract.* 1. ubi de nobili loquitur Mithridatica confectione: & ſtatim eiuſdem deſcriptionem ex *Galeno, ex Paulo Aetio, & ex ipſo Nicolao* exprompꞇam, adjungit.

Mithridatii deſcriptio facilè eluceſcet ex ipſius *Theriacæ Andromachi* deſcriptione, cuius unicam formulam pharmacopœæ noſtræ inſerendam judicavimus: ſed præ cæteris, quæ variæ hinc inde reperiuntur, ſeligemus eam, quam *Galenus lib. de Antidotis, & de Theriaca ad Piſonem,* in hunc, qui ſequitur, modum habet deſcriptam.

Theriacæ magnæ Andromachi deſcriptio vulgaris.

℞. *Trochiſcorum ſcylliticorum* ℥ vj.
Trochiſcorum de vipera
Opii Thebaici
Magmatis hedychroi an. ℥ iij.
Piperis longi
Roſ. rubrarum exſiccatarum
Iridis Illyricæ, aut Florentinæ
Succi glycyrrhizæ
Sem. Napi agreſtis
& ſativi
Comarum ſcordii cretici
Opobalſami, ſeu olei ex nuce moſchata expreſſi
Cinnamomi
Agarici an. ℥ j. ß.
Myrrhæ
Coſti odorati ſeu zedoariæ
Croci orientalis
Caſſiæ ligneæ veræ
Nardi indicæ
Schœnantos ſeu junci odor.
Thuris maſculi pellucidi
Piperis nigri
& albi
Fol. Dictamni cretici
Comarum marrubii
Rhabarbari rhei
Stœchados Arab.
Sem. Petroſelini Macedonici
Nepetæ, ſeu calaminthæ montanæ odoratæ
Terebinthinæ
Zingiberis
Rad. Pentaphylli an. ℥ vj.

Polii cretici
Ramorum chamæpytios
Styracis calamitæ
Meu
Angelicæ
Amomi racemoſi ſeu calami aromatici
Nardi celticæ
Terræ Lemniæ veræ
Phu pontici ſeu valerianæ noſtræ
Comarum chamædryos cretici
Fol. Malobathri
Macis
Garyophyllorum ana ℥ ß.
Chalcitidis toſtæ
Rad. Gentianæ
Aniſi torrefacti vel fricti
Succi hypociſtidis
Carpobalſami
Cubebæ
Gummi Arabici ſplendidi vermiculati
Sem. Fœniculi dulcis
Seſeleos
Acaciæ
Thlaſpios
Comarum hyperici cretici
Ameos
Sagapeni an. ℥ ß.
Caſtorei
Ariſtolochiæ longæ
Sem. Dauci cretici
Bituminis Iudaici ſeu aſphalti
Opopanacis
Comarum centaurij minoris
Galbani recentis an. ℥ ij.
Mellis deſpumati triplum, id eſt ℔ quatuor, & uncias quinque, drachmas duas.

Hæc ſunt varia illa huius tam magni magiſterii ingredientia variis diverſiſque proprietatibus dotata atque ditata: quod ab omni antiquitate pro miraculo & remedio maximo & incomparabili fuit exiſtimatum: & adhuc hodie in ſummo habetur pretio & æſtimatione, quod vel ex eiuſdem diſpenſatione, quæ ſolemni quadam pompa & apparatu celebratur, facilè colligitur.

Præparatio.

Sed eius conficiendi artificium, ingenioſum ſcilicet & ſubtile, vel ſecundum ipſum Galenum tale eſt. Trochiſci, radices, folia, flores, ſemina & fructus, terra Lemnia, chalcitis, bitumen, in mortario æneo cum piſtillo ferreo in ſubtiliſſimum pulverem rediguntur, omniaque tenuiſſima redduntur, hoc eſt cribro ſubtiliſſimè trajiciuntur, ſeminibus thlaſpios, napi ſylveſtris, & croco exceptis, quæ ſeorſim teruntur, & pauco vino irrorantur, ne mortario facilè adhæreſcant.

Gummi, ſucci, & caſtoreum, ſeorſim etiam contunduntur, & pauco vino irrorantur, ut faciliùs pulveriſentur. His omnibus ita probè apparatis, paulò antequam compoſitio & mixtio fiat, terebinthina in duplici vaſe cum pauco melle liquefit, in qua gummi liqueſcunt, & omnia dein coquuntur ad juſtam conſiſtentiam, addita ſenſim pulveris in vino diſſoluti parte, donec mellitam acquirant conſiſtentiam: Dein omnia in mortarium magnum & capax, vel in ahenum magnum injiciuntur, ſenſimque

vel

vel ad ſolem, vel ad lentum calorem ſimul optimè commiſceantur, rudicula agitando, idque ad pluſculos dies, donec omnia probè unita ſint: Poſt ſeptem autem vel octo dies repetenda eadem agitatio, & continuanda ad duos menſes, ut materia meliùs fermentetur: quo tempore elapſo hoc mirabile pharmacum reſervandum includitur in vaſis elegantiſſimè perpolitis, argenteis, ſtanneis, terreis, vitreatis, & vitreis: cuius virtus integra conſervatur ad mediam uſque hominis ætatem. Theriaca enim eſt validum pharmacum uſq; ad 30. annum in his affectibus, in quibus non tanta eſt nocentis cauſa, ut vult Gal.

Avicenna adhuc ulteriùs progreditur *lib.* 5. *tract.* 1. *de Theriacis*: ipſi tribuens ſingularum ætatum, imò vitæ mortiſque conditiones. *Theriaca quidem*, inquit, *adſunt infantia & pubertas, & adoleſcentia, & ſenectus, & mors: Et fit infans poſt ſex menſes: deinde incipit in pubertate, & augmento uſque ad tempus, in quo ſtatu per decem permanet annos in regionibus calidis, & per xx. annos in regionibus frigidis: deinde ſtat decem annis aut viginti: deinde declinat aut poſt viginti aut poſt quadraginta annos: deinde ſpoliatur virtute Theriacæ: aut poſt lx. & fit una confectionum declinata à gradu Theriacæ.*

Nimis longum foret hîc virtutes, & varias alias qualitates, quas ipſi attribuunt, articulatim enarrare. Non enim bonas horas in eo perdendas, ſed utilius collocandas cenſemus.

Neoterici reformarũt theriacã. Sunt quidam præclari medici, qui legem illam duriorem, ab *Avicenna* prolatam, ut ſuprà diximus, ſuſque deque ferentes, in enumerata illa Theriacæ compoſitione, auſi fuerunt vel diminutione, additione, & correctione: Et in eiuſdem diſpenſationis methodo, alium ordinem, quàm *Galenus*, de quo paulò ante locuti ſumus, obſervarunt.

Romani & Bononienſes medici addiderunt trochiſcos camphoræ, & loco roſarum ſubſtituerunt earundem extractum: ipſimet etiam adjecerunt inſuper baccas lauri, omnia myrobalanorum genera, rad. angelicæ, zedoariæ, imperatoriæ, vincetoxici, aſari, ſerpentariæ, enulæ campanæ, pimpinellam ſcabioſam, cornu cervi uſtum, & eiuſmodi ſimplicia, quæ hodiè tanquam ſpecifica remedia præſcribuntur contra peſtem & venena, quæ nos ipſi ad aquarum noſtrarum Theriacalium & antidotorum contra eandem luem peſtiferam, juxta compoſitiones ſuprà à nobis deſcriptas, adhibuimus.

Bartholomæus Maranthâ vir doctiſſimus, eodem jure ut cæteri, in præparatione & mixtione commemoratæ Theriacæ, alium ordinem quàm Gal. ſequitur, & vult ut ſimplicia humida, ut ſucci, gummi, & lachrymæ diſſolvantur in vino generoſo, quale eſt malvaticum: cuius ad eundem uſum accipit ℥xxxx. quæ faciunt duas pintas ſive menſuras Pariſienſes, aut circiter.

Interim tamen illi mihi parum vel omnino nihil ſolliciti videntur fuiſſe de cortice externo & materiali ſeparando & abjiciendo, neque eò animum

animum appulerunt ut nucleum internum ac formalem, in qua tanquam parte efficaciori, & virtutibus longè præſtantioribus prędita, unicum correctionis fundamentum conſiſtit, eruerent. Eò tamen pervenerunt, ut contra *Avicennam* demonſtrarint, remedium hoc adeò perfectum non eſſe, quin tam in compoſitione, quàm in præparatione eius aliquid deſiderari poſſit. Potiſſimùm autem aliis, ſuo exemplo, ampliſſimam aperuerunt viam & occaſionem, non tantùm eorum veſtigiis inhærendi, ſed etiam ulteriùs progrediendi: intereà tamen id, quantulumcumque fuerit, quod Deus apud illos depoſuerat, publici emolumenti cauſa, largiter erogarunt.

Eundem ſcopum ſibi præfixum tenere debet quilibet verus medicus: hæcque unica fuit cauſa, quæ mihi, meæ conditionis minimo animum addidit, ut correctioni & reformationi huius remedii laudatiſſimi, uſitatiſſimi, & comprobatiſſimi & à tota antiquitate ad miraculum uſque commendati manus admovere haud dubitarem, interim tamen obnixè rogamus, ne benevolus lector id fortè tribuat inanis gloriæ concupiſcentiæ, aut temerariæ levitati, ſed honeſtæ huic & laudabili ambitioni, pioque inſtituto, cuius ductu omnes hactenus labores & vigilias noſtras, ſoli utilitati publicæ juvandæ conſecravimus, & in poſterum ſemper conſecrabimus.

Ut igitur palàm fiat, propoſitum noſtrum non eò ſpectare, ut pharmaceutrici ædificii ſtructuram veterem funditùs evertamus, ſed ut eandem potiùs ex eodem fundamento magis magiſque exædificemus & extruamus, in prima Theriacæ reformatione cuius compoſitionis formulam nunc deſcribendam aggrediemur, eadem ſimplicia & ingredientia, imò & eandem doſim, idem pondus & menſuram, quæ *Galeno*, aliiſque in *Theriacæ magnæ*, *Andromacho* adſcriptæ, deſcriptione fuerunt adhibita, reſervabimus: eandemq; quam nunc publicandam præſumimus correctionem, correctioni cenſuræ aliorum, modò depoſito omni affectu adhibeatur rectæ rationis judicium, libenter ſubjicimus.

Ne itaque in confuſum quoddam chaos, aut labyrinthum inextricabilem, benevolum lectorem fortè præcipitemus: noſtram Theriacæ compoſitionem & diſpenſationem, nunc ordine facili, & in certas claſſes diſtincto, proponemus.

1. In prima autem claſſe collocabimus *Paſtillos*

De ſcylla

Hedychroï

Et potiſſimum *Theriacales*, utpotè qui præcipuæ baſis & fundamenti vicem ſubminiſtrat in magna huius Alexiterii compoſitione.

2. Secundæ claſſis locum meritò obtinebunt præcipua hæc principalia duo anodyna, nempe

Opium

& Crocus:

Quæ à ſingulari ſua vi & virtute anodyna, quam dictæ compoſitioni imper-

Digitized by Google

impertiunt, nec non ab inſigni ſua, dolores & cruciatus intolerabiles ſedandi, & ſummam corporis ac ſpirituum tranquillitatem inducendi efficacia, occaſionem dederunt antiquis eam γαλήνη appellandi. Ut autem hæc enarrata duo anodyna, convenienti invicem glutine aſſocientur & colligantur, & illorum proprietas in ſiſtendis & coërcendis omnis generis impetuoſis defluxionib. & hæmorrhagiis, magis invaleſcat: iis ſub hac eadem claſſe adjungere placet

Terram ſigillatam
Acaciam
Hypociſtida
& gummi Arabicum.

In tertiam claſſem veniunt, radices, folia, flores, & fructus, quæ contra omnia venena & corruptiones conferunt, ſuntque cardiaca, & corroborandis partibus nutritioni dicatis apta, quas proprietates huic magnæ compoſitioni contribuunt: eaq; ſunt

Radices
Zedoariæ
Gentianæ
Pentaphylli
Iridis Florentinæ
Valerianæ
Iunci odorati
Ariſtolochiæ
Caſſiæ ligneæ veræ
Folia dictamni
Calamenthæ montanæ odoratæ
Malobathri
Comæ Scordii Cretici,
Hyperici
Centaurii minoris
Marrubii
Chamædrios Cretic.
Chamæpityos
Nardi Celticæ
Nardi Indicæ
Flores Roſ. rubrarum
Stœchados Arabicæ
Sem. Seſeleos
Thlaſpios
Aniſi torrefacti
Fœniculi dulcis
Dauci
Napi agreſtis
& ſativi.

In quarta claſſe ponenda erunt aromata, ſanguinem & ſpiritus calefacientia, & naturam noſtram inſtaurantia & corroborantia: quorum alia balſami perfunguntur officio, corpus noſtrum à corruptione præſervando: alia hanc antidotum elegantiſſimis aliis ditant qualitatibus: Huiuſmodi ſunt

Cinnamomum
Garyophylla
Macis
Carpobalſamum ſive cubebæ
Zingiber
Piper album
Piper nigrum
Piper longum
Opobalſamum ſive oleum nucis moſchatæ

5. Statim poſt aromata, in quinta nempe claſſe, caſtra metabuntur lachrymæ ſulphureæ pretioſiſſimæ & excellentiſſimæ, aromatum iſtorum ſorores germanæ, quæque tanquam balſamum, ad radicale corporis noſtri balſamum, ab omni putredinis & corruptionis infectione tuendum & præca-

Digitized by Google

præcavendum inſerviunt; ſunt autem

Myrrha
Thus maſculum
& ſtyrax calamita.

Huic eidem ordini ſive claſſi (ſed quaſi uno gradu inferiùs) inſeremus terebinthinam, quæ ſimiliter ſulphurea ſive balſamica, tribus iſtis lachrymis loco veri & idonei diſſoluentis erit, illarumq; proprietates multò efficiet validiores & efficaciores.

Sextæ & ultimæ claſſis ſedem occupandam ſibi reſervarunt gummi attenuantia, diſſoluentia, deoppilantia, cephalica, hyſterica, quæ ideò addita ſunt huic antidoto, ne quid in ea deſideretur, quod ad eius profectionem pertinere videatur: ita ut non tantùm fiat alexipharmacum, ſed univerſale quoddam medicamentum contra graviſſimos quoſuis totius corporis affectus & ſymptomata: hujus generis ſunt gummi

Opoponax
Sagapenum
Galbanum
Caſtoreum
Bitumen Iudaicum.

Singulorum horum enumeratorum ſimplicium doſis petenda eſt ex *Galeni* Theriacæ formula, quam ex Andernaco depromptam, ſuprà jam deſcripſimus.

Videmur itaque omnia huius tam longæ & magnæ compoſitionis ſimplicia, quæ antea tam confuſa & inordinata ſerie dislocata erant, ordine ſatis perſpicuo & diſtincto tradidiſſe.

Non ſatis nobis conſtat; cui ordini vel claſſi annumerare debeamus tria quæ reſtant ſimplicia, adeo purum compendii ac utilitatis illa conferunt, unde minus appoſitè à nobis videntur apponi, nempe rhabarbarum, agaricus, & chalcitis. Agarici namque ℥j. ß. & rhabarbari ʒ vj. quæ doſi parui, ne dicam nullius ferè momenti ſunt ad tantam huius antidoti molem & quantitatem ſi ad evacuandi ſcopum referantur, cui minus prædicta antidotus dicatur. Sin verò quis rhabarbarum pro hepate roborando, & agaricum pro cerebro additum eſſe inferat: nihil adhuc promovet, adeò ut rarum firmumque maneat, nullum digniorem & aptiorem hîc ipſis locum, quam patet præ foribus, relinqui: ut & chalcitidi, cuius pharmaci loco, nuperi vitriolum capiunt: quod mea quidem ſententia non meretur, ut in hac recipiatur compoſitione, quamvis ſint, qui id, tanquam totius antiquitatis calculò comprobatum, nullo modo expungendum propugnent: non tantũ quod fucum & colorẽ nigrum medicamento inducat, ſed etiam quod facultatem exſiccantem & adſtringentem exhibeat. Ut ut ſit, plus inde detrimenti, quàm boni proficiſci mihi ipſi perſuadeo. Eſt enim omnino crudum remedium, quamvis vel mediocriter calcinatum aſſatumque fuerit, veluti id præparandum eſſe aiunt, ſemper tamen pernicioſum eſt, vomitumq; vehementer provocat, ad 8. vel 10. tantum grana exhibitum. Sed verum quidem eſt, quod dimidia tan-

tum

tum uncia, quæ huius antidoti compoſitionem ingreditur, non poſſit adeò magnum inducere vel commodum, vel incommodum.

Interim tamen per nos licebit cuivis illa admittere, & in eo, quo voluerit, loco collocare. Nos autem ſex iſtis conſtitutis modò claſſibus contenti ſingularum paulò ſpecialius, & exquiſitius inſtituemus examen, idque clarè & adamuſſim, adeo ut efficacia tam admirandæ antidoti, tantique ab omnibus hactenus æſtimatæ, præſtantior, mirabilior, multoq; reddatur commendatior.

Exordiemur autem examen noſtrum à primo ordine ſive claſſe, quæ continet triplicia ſupra commemoratorum trochiſcorum genera: & propoſitis primum illorum formulis, prout vulgo componuntur, noſtram ſuperaddemus correctionem & reformationem: quam tamen, ut ſupra, ſub exacti judicii cenſuram revocare poterit quilibet æquus, ac eruditus lector. Faciemus autem initium à trochiſcis ſcilliticis.

Conſideratio Trochiſci ſcylliticorum. Hi deſcribuntur à *Galen. lib. de Antidotis, & de Theriaca ad Piſonem: & poſt illum ab Aetio tetra.* 4. *ſerm.* 1. *cap.* 88. *& ab Aegineta de remed. lib.* 7 *cap.* 11. & inter Arabes *ab Avicenna lib.* 5. *tract.* 1. Hæc trochiſcorum de ſcilla præparatio nihil præ ſe fert, quod politum aut induſtrioſum ſit. *Aegineta* eam duobus ferè verbis delineat, *Scillam*, inquit, *luto, aut farina maſſa oblitam, moderatè aſſato, & acceptis internæ partis ipſius partibus duabus, & farinæ erui parte una terito & ſimiliter paſtillos efformato.* Aliqui adjiciunt æquas farinæ partes. Sed priuſquam ulterius progrediamur monendus eſt lector, in phytologia paulò minutius diſcuti ſingula, quæ in ſcillæ præparatione conſideranda ſunt, ubi ſimul deprehendet ſcrupulos aliquot, quos veteres circa eandem præparationem nobis in animadverſionibus ſuis reliquerunt, illuc ergo lectorem remittimus.

Trochiſ. Hedychroi, Nunc ſequuntur *trochiſci hedychroi* dicti, qui huic magnæ Andromachi Theriacæ admiſcendi quoque ſunt: eos deſcribit *Galen. lib. de Antid. Aet. & Aegin. lib. & cap. ſupracitatis.* Eorundem quoque deſcriptio ab *Avic. lib.* 5. *tract.* 1. traditur, qui eos vocat alindaracos: horum tres differentes deſcribit formulas: ſicut & omnes authores in iis deſcribendis à ſe invicem diſcrepant. Non video tamen quænam neceſſitas horum trochiſcorum præparationem introduxerit: quandoquidem maxima pars illorum ingredientium ſive ſimplicium, in longa illa ſimplicium ſerie, quæ Theriaca recipit, continetur. Nihilominus tamen ex *Galeni lib. præcitato*, formulam huc tranſcribere non gravabimur; ſi enim multum haud proficiunt, nocere tamen non poſſunt.

Trochiſci Hedychroi.

℞. *Mari*
Aſari
Amaraci
Aſpalathi cũ ſantalo citrino an. ℥ ij
Schænanthi
Calami aromat.
Phu pontici
Xylobalſamii vel ligni aloes

Opobalſami
Cinnamomi
Coſti an. ℥ iij.
Myrrhæ
Folii
Nardi Indicæ
Croci
Maſtiches ℥ß.

Omnia optimè trita, & in pulverem tenuiſſimum redacta excipiantur vino albo odorifero, & paſtillos efforma digitis, *opobalſamo* vel *oleo garyophyllorum* tinctis, dein in umbra exſiccentur.

Trochiſci de viperis.

Reſtat tertium trochiſcorum genus, qui præcipui ſunt inter reliquos, & in hoc magno & admirando remedio, baſis & fundamenti partes ſubeunt, in quibus minutius diſcutiendis, paulò diutius ſuo loco in *zoologicis* immorabimur. Eorum deſcriptio habetur apud *Gal. in libris ſupra citatis*: ſed nos eam huc inſeremus, quam ſcripto protulit *Ægineta*: quamq; ex eodem *Gal.* depromptam fuiſſe, magna utriuſq; ſimilitudo & affinitas facilè coarguit. *Hanc vide de Vip.*

In ſecundo itaq; ordine opium examinandum venit, utpote quod in Theriacę compoſitione primum poſt viperarum Trochiſcos obtinet locum. Huic diſcuſſioni immorabimur in *Phytologia* loco proprio, ex quo lector recipiat, opii crudi & præparati hiſtoriam.

Cętera huius ſecundi ordinis ingredientia, qualia ſunt *crocus, terra ſigillata, acacia, hypociſtis, & gummi Arabicum* intacta relinquimus, quia noxia non ſunt, licet vel ſine præparatione adjecta fuerint. Sed ut obiter tantùm dicam, in croci eſſentia longè efficacior ineſt anodyna facultas, quàm in tota eius corporea mole. Ad theriacæ verò compoſitionem, eundem vel præparare, perinde erit cuivis liberum.

Tertii ordinis ingredientia author incorrecta (certis de cauſis) prætergreditur.

De tertia ingredientium claſſe, quæ ſub ſe complectitur *radices, folia, comas, flores, & ſemina diverſorum ſimplicium*, quæ omnia propemodum calida, bezoardica, & corroborantia, vulgo in pulverem ſolummodo rediguntur, & citra aliam præparationem invicem miſcentur, conſtitui (propter Avicenniſtas quoſdam) nihil in iis omnibus immutare, vel diminuere. Nam ſi eiuſmodi ſimplicia craſſo, & vulgari morbo adhibita, minoris ſunt efficaciæ, quàm eorundem extracta, minus etiam nocebunt, etſi in craſſa ſua ſubſtantia, in theriacæ compoſitionem recepta fuerint.

Nec non ea quæ quarto, quintoque continentur ordine.

Eandem ſententiam ferre licet, de ingredientibus & ſimplicibus, quæ ſub quarta continentur claſſe *de aromatis* videlicet; nec non de iis, quæ ſub quinta, nempe de lachrymis ſulphureis, quæ *in oleo terebinthina* diſſolutæ adhuc multò efficaciores redduntur, ſicuti id à quibuſdam jam animadverſum, obſervatumque ante me fuit.

De quintæ claſſis prioribus tribus gummi, *opopanace nimirum, ſagapeno, & galbano*: ſciendum eſt, ea eſſe naturæ aqueæ, & plerumque in ſe continere impuram terreſtremque ſubſtantiam. Ut autem exactè depurentur, & validio-

validiorem attenuandi, ac diſſolvendi vim acquirant, inprimis expedict, illa modo vulgari, qui penè omnibus hodie uſitatus, præparare, hoc eſt, in aceto forti diſſolvere, & per cribrum tranſmittere; & ita diſſoluta, trajecta, & præparata theriacæ admiſcere.

Obiter dicemus, præ cæteris correctivis, quorum opera, gummi calefacientia, & ipſi etiam ſucci venenati corriguntur, *acetum* (quod inter omnia vegetabilia proximè ad vitrioli naturam accedit), facilè primas tenet: quod jam monuimus, nec temperare nobis poſſimus, quin idem iterum atque iterum moneamus.

Tantum examinanda adhuc reſtat *chalcitis*. Hic autem non adeo multas perdemus horas in ſcrupuloſa illa inquiſitione, quænam antiquorum fuerit chalcitis. Qualis qualis fuerit; manifeſtè conſtat, illam numeratam fuiſſe in remediis cruſtam inducentibus, & urentibus cum magna adſtrictione. Quòd cùm ita ſit, clarè patet, magnam admodum ſimilitudinis familiaritatem eſſe inter chalcitidem, myſin, & Sorin. *Galenus* ipſemet fatetur, ſe mutuam horum tranſmutationem ſæpius obſervaſſe. Nonnulli recentiorum nihil ferè diſcriminis ſtatuunt inter chalcitidem, & chalcanthum ſeu vitriolum, & hunc impropriè appellant emplaſtrum diachalciteos; quod verius diachalcanthum nuncupandum erat. In theriacæ deſcriptione quidam hodie loco chalcitidis recipiunt *chalcanthum album igne calcinatum, & in colchotar* redactum: ex quo partem rubicundiore colore tinctam ſeligunt. *Si potius illi ſtudioſius pervestigarent ſelectiſſimum quoddam vitriolum Hungaricum, Romanum aut Cyprium, quo præſtabilius nihil eſt ad hoc opus, indeque elicerent ſulphur dulce, quod verum anodynum & narcoticum eſt, cæteris quibuſcunque, ipſique adeò opio longè præcellit*: non ex ingredientium numero, tanquam magis nocuum, excluderemus: ſed ſecundæ potius claſſi annumeratum, vel ipſi etiam opio præferre non extimeſceremus. Hujus ſulphuris extrahendi modus perſpectus eſt pleriſque Hermeticis; cum verò id baſim ſuſtineat in *meo Nepenthe*, ſecretorum meorum facilè primo, id mihi reſervo: neque verò propterea mihi ſuccenſeas velim: quandoquidem in pluribus aliis jam abundè tibi ſatisfecimus: adeò ut vel hoc nomine plurimam nobis debeas gratiam, niſi omnium ingratiſſimus haberi velis.

De chalcitide notandum.

Si compoſitioni (loco vitrioli calcinati) *ſpiritus aciduli* & excellentis ab eodem educti unc. ſem. addideris, tes multò melius procedet: & ipſam prædictæ antidoti fermentationem, tanquam maximè neceſſariam, plurimùm promovebis.

Quod ad *rhabarbarum & agaricum* attinet, parum refert, ſive addantur ſive non: non enim adeò operoſus hic eſt eorundem uſus, uti jam ſupra enodavimus.

Digitized by Google

Theriacæ Quercetani.

Vt igitur utilitas quædam emergat ex fuſiori, & exquiſitiori noſtro examine, ſuper eſt, ut nunc deſcribamus quaſdam theriacarum formulas diverſorum generum, tam pro infimæ, mediocriſque conditionis hominibus, quàm pro ſummis Principibus ac Monarchis, quorum ſalus ac vitæ conſervatio longè carior ac precioſior habenda eſt, quàm cęterorum omnium. Vt autem conſtet, nos antiquitatem, ea, qua decet, obſervantia, reverenter percolere, ejuſdem veſtigia in prima hac deſcriptione ſequemur in omnibus, niſi fortè ab eadem paulò diſcedendum nobis fuerit, ob paucula quædam, quæ, vel omnium judicio, neceſſariam ſibi expoſcant reformationem.

1. Reformatio Theriacæ, vulgari proximè reſpondens, & eadem paratu facilior.

℞. *Trochiſc. fæculæ ſcillæ*
Trochiſc. confect. viperinæ aromat.
Trochiſc. hedychroi ana ℥ iiij.
Eſſentiæ opij ℥ iij.
Croci
Terræ Lemniæ ana ℥ vj.
Hypociſtidis
Acaciæ
Gummi Arabici an. ℥ ß.
Succi liquiritiæ ℥ iij. ß.
Myrrhæ
Thuris maſculi
Styracis calamitæ
Terebinthinæ venetæ ana ℥ vj.

Hæc ſunt ingredientia trium primarum claſſium cum eadem doſi, quam *Andromachus* in communi illa deſcriptione adhibuit. Præparationes tam trochiſcorum, quos *fæculam ſcillæ* appellamus, quàm confect. viperinæ aromaticæ iam docuimus. Modum autem eſſentiæ opij præparandæ, *capite ſequenti* edocebimus.

Pulverizanda ſubtiliſſimè pulverizentur, & per cribrum traijciantur, hique pulveres omnes invicem probe mixti, inijciantur in mortarium marmoreum, addendo.

Eſſentiam opij, in mellitam conſiſtentiam redactam
Therebinthinam
Hypociſtidem,
& Acaciam:

quæ omnia cum pulveribus permixta in unum corpus redigantur, & paulatim perfundantur hydromelite vinoſo, aut vino maluatico: optimè terendo in mortario cum piſtillo ligneo, donec omnia in liquidiorem ſinapi conſiſtentiam redacta fuerint: His in matracium, ſive vas aliud capax impoſitis, inque mortario perquam exactè cum eodem hydromelite vinoſo eloto, ne quid materiæ in eo remaneat, contuſis adde ſimplicium ſexti ordinis, videlicet.

Sagapeni ℥ ß.
Opopanacis
Galbani ana ℥ ij.

quæ diſſoluta prius in aceto roſato, tranſmittenda ſunt per ſetaceum juxta communem ritum. Quia verò, ſeparata terreſtri impuritate, pon-

pondus imminuitur, paulò plus de iis addes, donec eundem ponderis gradum attigeris. *Caſtoreum & bitumen Iudaicum* diſſolvenda ſunt in vino albo, & traijcienda per ſetaceũ, de quibus ſingulis accipiendæ erunt duæ drachmæ. Hæc omnia in vas vitreum, quo cetera continentur, indantur, & loco drachmarum quatuor chalcitidis adde *olei vel ſpiritus vitrioli ſemiunciam* : quo promptius procedat omnium fermentatio : & loco opobalſami *olei muſchatæ vnc.* ſ *ſem.* Vaſe clauſo cum ſubere vel cera Hiſpanica, omnia digerantur in Balneo Mariæ calido per tres, aut quatuor dies. Interea hæc, quæ ſequuntur, ſeorſim in pulverem redigenda ſunt, nempe

Iridis Florentinæ ℥ j. ß.
Zedoariæ
Caſsiæ ligneæ veræ
Iunci odorati
Pentaphylli
Calami aromatici
Valerianæ ana ℥ vj.
Gentianæ ℥ ß.
Ariſtolochiæ rotundæ ℥ ij.

Pulverentur radices ſeorſim : & ſeorſim quoque fiat pulverizatio foliorum, comarum, & florum : veluti

Dictamni
Calamenthæ montanæ
Marrhubij
Polij Cretici ana ℥ vj.
Comarum ſcordij ℥ j. ß.
Comarum marrhubij
Chamæpityos
Chamædryos ana ℥ vj.
Comarum hyperici ℥ ß.
Comarum centaurij minoris ℥ ij.
Flor. roſ. rubrarum ℥ j. ß.
Stœchados Arab.
Nardi Indicæ ana ℥ vj.

Ex his omnibus in prædicta doſi ſimul mixtis, fiat pulvis ſubtiliſſimus. Sic etiam ſeorſim pulverizabis

Sem. Buniadis dulcis, ſeu napi agreſtis ℥ j ß.
Sem Petroſelini Macedonici
Aniſi torrefacti,
Fœniculi dulcis
Seſeleos,
Thlaſpios
Ameos ana ℥ ß.
Sem. Dauci Cretici ℥ ij.

Et, ut ſatisfiat cuidam Avicenniſtæ nimis fortè curioſo & ſcrupuloſo, nihilque prorſus omittatur, adde, ſi velis

Agarici ℥ j. ß.
Rhabarbari ℥ vj.

Omnes enumeratos pulveres, ex radicibus, foliis, comis, ſeminibuſque factos, optimè invicem miſce, & per cribrum tranſmitte. Ecce omnes tuas præparationes, quæ juxta methodum modò præſcriptam, facillimè diſpenſari poterunt. Quinimò omnia illa parata ſervari poſſunt priuſquam prima fiat mixtio, de qua iam diximus, & digeſtio in Balneo Mariæ & altera illa, de qua mox dicemus : & omnia ſimul cum melle miſcebimus : ne longius fortè ab antiquorum præparatione deflectamus.

Digitized by Google

De mellis additione, & eius delectu.

Eſt quædam opinionum diverſitas de mellis toti compoſitioni admiſcendi quantitate. Alij enim communiori viæ inſiſtentes, triplum accipiendum contendunt: & ex ponderum omnium ſpecierum materialium ſupputatione invenerunt *libr. 4. & unc.* 10. *vel circiter*: & ſic per conſequens *mellis lib.* 14. *& aliquot vncias* admiſcendas eſſe cenſent. Alij, qui & ipſi inter antiquorum celebriores numerantur, decem tantum libras adijciendas eſſe ſtatuunt. Sed, ut mea fert ſententia, levicula planè & ridicula res eſt, adeò exactè tum pulverum, tum mellis doſes ſupputare. Illi verò qui minori doſi ſubſcribunt, mihi videntur ingredientium medicamentorum efficaciam validiorem conſervare. Vnde in minori illa quantitate mel ſumendum eſſe evincitur: cum ejus uſus nullus ſit alius, quam ut pulveres eodem excepti, commodius invicem commiſceantur, & *in electuarij mellis* formam reducantur. Cum autem ex diſſolutione non adeò magna pulverum moles, ſed media tantum totius compoſitionis pars, in liquidiorem iam conſiſtentiam redacta, nobis redundet: tanta idcirco mellis quantitate opus non habemus: ſed ſufficiet tantùm ſex accipere libras *mellis Hiſpanici*, vel *Narbonenſis albi, & granulati*, quodque productum & elaboratum fuerit ab apibus, quæ ſolummodo paſcuntur *manna cœleſti, & ex floribus odoriferis*, ſuaviſſimis, ac delicatiſſimis fructibus, ſuccisque alimentum exugunt. Hoc infundendum & liquefaciendum eſt in ſuff. quantitate hydromelitis vinoſi, vel vini Cretici, ut optimè deſpumetur, & depuretur. Poſt perfectam eius decoctionem, ea omnia, quæ in diſſolutione ſtant in vaſe vitreo, ſenſim adijcies, probè invicem omnia commiſcendo cum ſpatula, vaſeque ſemper igni moderato adhibendo: qua mixtione prima peracta paulatim miſcebis omnes prædictos pulveres, (vas tuum nunquam ab igne dimovendo) donec perfectè mixta ſint omnia, & materia ſpatulæ adhæreſcere incipiat: tunc vas ab igne removendum eſt, continuò tamen agitando, uſque dum refrigerata fuerit: tum etiam facilè agnoſces, num electuarij juſtam adepta ſit conſiſtentiam, nec ne. Quibus autem veri balſami orientalis habendi datur copia, illius vnc.1.ſem. adijcient, materia iam ab igne remota, & refrigeſcere incipiente. Vel eius loco addi poſſunt aliquot drachmæ oleorum aromaticorum, cinnamomi, nucis muſcatæ chymicè extractorum. Ad materiæ, ex vaſe nondum exemptæ, fermentationem 7. vel 8. dierum ſpacium ſufficiet: opium enim rectè iam præparatum longiori tempore opus non habet Quo temporis ſpacio materia tua inſtar paſtæ elevabitur, quam benè commovere oportet bis vel ter in die, & poſteà eam adſervandā ponere in vaſis mundis argenteis, vel terreis expolitis, & vitreatis. Et ſic citra omne dubium theriacam habebis

bebis excellentiſſimam, Vulgaris illa theriaca pro doſi, ad avellanæ nucis magnitudinem præſcribitur: at verò noſtram piſi tantum magnitudine exhibere ſufficiet. Diligentem navabis operam in materiæ tuæ decoctione, ne poſtquam refrixerit, plus æquo dura aut mollis appareat, quod peritus & ſolers artifex facilè præcavebit.

Obiectio. *Excipiet fortè hic aliquis, me hanc materiam tam exactè & articulatè tractare, ac ſi ipſa manuum operatione rem ſæpius tentaſſem, & ad præſcriptum modum multoties theriacas confeciſſem.*

Reſponſio. Cui primum reſpondeo, nihil tale de me viſum unquam fuiſſe, neque in publico, neque inter privatos parietes illam confectionem aggreſſum.

Deinde liberè quidem fatebor, hanc deſcriptionis fœturam, nunc primo & recens à me editam, & in hanc lucem productam eſſe; ſed in eius formatione præfixum me habuiſſe typum infinitorum laudanorum, quæ manibus propriis, diverſis temporum ætatibus, uſque in hunc diem ſtrenuè elaboravi, & præparavi; modo cum pulveribus bezoardicis, & cum omnibus ferè theriacæ ingredientibus: modo cum extractis, quintis eſſentiis, & magiſteriis ab iiſdem eductis.

Poſito itaque tam certo fundamento in omnibus meis laudanis, opio videlicet ritè præparato, reliquū compoſitionis ædificium facilè mihi fuit ad felicem perducere finem: neque ſpes mea me unquam fefellit: medicamentum inde tantis virtutibus præditum extruerem, ut ſi non ſuperaret, tamen æquaret omnes illas theriacæ magnas & varias proprietates, quæ ipſi ad diverſorum morborum curationem, & præcipuè, ubi ſpirituum nimia commotio & ſeditio, à variis cauſis orta, cohibenda eſt, uti iam ſuprà diximus, attribuūtur, quæque à ſolo opio potiſſimum proficiſcuntur.

Neque in dubium vocandum eſt, quin laudana noſtra æquè ac ipſamet theriaca, ſpecifica & appropriata ſint remedia adverſus omnis generis venena tam interna, quam externa, additis ſaltem quibuſdam remediis è viperis extractis. Indubia itaque ſummorum & admirandorum effectuum certitudo, quos laudana noſtra, in quacunque forma exhibita, procreant & exacta illa præparationis ſimilitudo, quam eadem habent cum theriaca, modo deſcripta, mihi occaſionem præbent ut nulli non auſim perſuadere, de ſumma hujus antidoti præſtantia minimè dubitandum.

In hac theriacæ deſcriptione, viam ac methodum veterum, quantum potuimus, ſecuti ſumus, nec ab illa, niſi jubente neceſſitate, declinavimus. Non tamen opinor, ſemper communi illa, & regia via, ut vocant, incedendum eſſe: ſiquidem ea non perpetuo conjunctam habet gratam brevitatem & felicitatem, ſed trita ab omnibus vix caret corruptionis ſuſpi-

Digitized by Google

cione & vitio. Aliam igitur nobis, faciliorem, & commodiorem ſeligemus quæque cum majore voluptate & emolumento nos ad propoſiti metam deducat: & ſic omnem calumniandi, convitiandique anſam adverſariis noſtris facilè præcidemus.

2. *Theriaca*, benedicta *appellata.*

In hac ſecunda theriacæ præparatione, pro virili quoque conabimur, veteris compoſitionis veſtigiis inſiſtere, hoc eſt, eadem ſervabimus ingredientia, ex quibus tantum virtutem eliciemus magis eſſentialem, abjecta & ſeparata omni feculenta & materiali craſſitie.

Vulgaris theriacæ proprietates ſecundùm antiquos. Facultatem utique theriaca habere dicitur ſanandi, & è medio tollendi graviſſimos quoſque verè aſtrales, ſydereos, aut occultos corporis noſtri morbos, in quorum numero cenſetur epilepſia, lepra, & contagioſus quilibet affectus: domitrix item perhibetur venenorum, quæ vel intus aſſumpta, vel ictu cujuſdam venenatæ beſtiæ in nos translata ſunt: antidotus inſuper eſſe judicatur præſtantiſſima, ad ſpirituum noſtrorum roborationem, & conſervationem & primarium quaſi vitæ noſtræ fulcrum ac ſuſtentaculum. Quo igitur ſpiritualior ei acceſſerit præparatio, eo efficacior multo evadet ejuſdem vis & poteſtas, longeque mirabiliores, & laudabiliores profert effectus.

Cum itaque longa hæc compoſitio in eum ordinem iam à nobis redacta ſit, quo quidem confuſam in ordinatamque illam ingredientium congeriem, in ſex diſtinctas claſſes reduximus: quoque oculis, promptè ſubjicitur omnium illorum ſimpliciũ proprietas, atque natura: eandem nunc ordinis rationem, facilioris doctrinæ cauſa, in hac deſcriptione ſequemur, quo omnis Pharmacopœus, tam laborioſo variæ illius præparationis, diſpenſationis, & mixtionis onere, in veteri præparatione requiſito, ſublevetur.

Præparationes ſcillarum & viperarum, quæ præcipua primi ordinis ingredientia ſunt, ſuis locis traditæ ſunt.

Docuimus præterea, loco opij crudi & nullo artificio præparati, eſſentiam ejuſdem extrahendam, & venenatam eius naturam in ſalutarem commutandam eſſe. In hoc enim uno principalis rei cardo vertitur: totumque arcanum & myſterium hujus magnæ antidoti, conſiſtit in recta viperarum & opij præparatione.

Accipies itaque *eſſentiæ opij* ritè præparatæ, vnc. 3. ut mox ſpecialius docebimus, hæc eſſentia in mellitam conſiſtentiam redacta diſſolvatur in *ſucci limoniorum* optimè depurati lib. 1, omniaque poſt diſſolutionem imponantur vaſi æneo, vel pollubro argenteo capaci: opium ita diſſolutum, inſtar baſis erit ad faciliorem omnium mixtionem procurandam.

Huic diſſolutioni, in vaſe æneo inditæ, adde in locum trochiſcorum

theria-

theriacalium confectionis viperinæ præparatæ, ut ſupra edocuimus, vnc. ʒ.

Parari quoque poſſet ex trochiſcis hedychroi extractum, & ſuperioribus iſtis addi; ſed omitti facilè poſſunt. Adijce quoque

Eſſentiæ croci præparatæ, ut mox dicemus, ℥j.
Terræ ſigillatæ ʒ vj.
Acaciæ
Hypociſtidis
Gummi Arabici, ſingulorum nulla arte præparatorum ℥.ſem.
Chalcitidis loco cape liquoris aciduli vitrioli vnciam ſem.

Myrrha, thus, & ſtorax calamita in oleo terebinthinæ diſſolvantur, & omnia reliquis, quæ vaſe æneo continentur, adiiciantur.

Interea paratum habebis extractum ex omnibus radicibus, herbis, ſeminibus, & floribus ingredientium quarti ordinis factum, cum aqua vitæ vini, vel vino malvatico, aut canariæ. Quæ tota extractio ex omnibus iſtis ingredientibus juxta ſingulorum doſes ſupra præſcriptas, præparata, addatur in eodem vaſe æneo.

His quoque adde extractum, quod conficies ex omnibus aromatis quinti ordinis: hoc verò extractum paretur cum aqua cinnamomi, aut hydromelite optimo vinoſo, idque cum reliquis admiſce.

Adijce tandem gummi opopanax & galbanum in aceto diſſoluta, & per ſetaceum more communi trajecta: item eſſentiam caſtorei, & bituminis Iudaici paratam juxta eum, quem trademus, modum cap. de extractis. Et ſic omnes omnium ingredientium virtutes ſubſtantificas ſive eſſentiales, cum ſuis liquoribus & propriis diſſolventibus pariter mixtas habebis in vaſe iſto æneo. Quæ omnia ſimul uno eodemque tempore fieri poſſunt, ac tanta cum facilitate, ut planè craſſo & ſtupido ſit cerebro, qui hæc capere non poſſit.

Ex fæcibus horum enarratorum bezoardicorum ſimplicium & aromatum omnium calcinatis, & in cineres redactis, extrahatur ſal, qui in aqua communi aliquoties diſſolutus, filtratus, & coagulatus, tandem diſſolvatur aqua cardui benedicti, aut ulmariæ: hæcque poſtea aqua commemorati ſalis viribus ſufficienter impregnata, addatur compoſitioni in prædicto vaſe æneo.

Tota hæc mixtura, ex magna iſta diverſorum liquorum diſſolventium quantitate concinnata, & in unum vel plura Alembica cum ſuis recipientibus indita, ponatur in Balneum vaporoſum, ut liquor exhalet, & materia in mellis conſiſtentia aut paulo duriori in fundo ſubſideat. *Hanc aquam diligenter adſervabis: Eſt enim vera aqua theriacalis, tam precioſa, ut ſatis celebrari nequeat.* Extractum autem ſive mellita conſiſtentia, quæ in fundo remanſit, in vaſe aliquo, minus profundo, ad

igne& moderatum ponatur, ut in iſtam electuarij liquidi conſiſtentiam redigatur: neque opus eſt hic triplæ illius mellis quantitatis additione, quę fruſtranea planè,& nullius momenti eſt

Et ſic theriacam habebis quam propter mirabiles ejus effectus, benedictam appellamus, de qua pro doſi, exigui piſi magnitudine tantum exhibebis, & mira percipies.

Patebit autem cuivis ex effectis hujus theriacæ, non ſine cauſa factũ, cur benedictæ nomine eandem inſigniri voluerimus: facileque proinde videre erit, quantum hæc ipſa à vulgari differat, tum bonitatis, tum majoris efficaciæ ratione: quam tamen efficaciam & vim in ea amplificare & intendere nitemur: quemadmodum cetera quævis remedia virtutem & actionis poteſtatem validiorem & potentiorem ſortiri, & in quintam cæleſtemque eſſentiam exaltari poſſunt, quorũ effectus poſtea evadunt prorſus admirandi & divini: idque beneficio & opera ſolius artis Spagyricæ, ſive veræ, & legitimæ Chymiæ.

3. *Theriaca in cæleſtem & ſubliniorem redacta eſſentiam.*

Accipe igitur hujus theriacæ benedictę, ad perfectionem iam, juxta præſcriptam modo compoſitionis formulam, adductæ lib. 1. huic in matracium vitreum inditæ affunde aquæ vitæ juniperinæ, cujus uſus admodum frequens exiſtit in Germania: vel aquæ deſtillatæ ex cornibus cervorum mollibus adhuc & teneris; (quæ magnates ſibi in magna copia ad hunc uſum comparabunt) ex his itaque aquis alterutram affunde, vel etiam elixir noſtrum vitæ magnum, vel quamcunque aliam ex noſtris aquis theriacalibus, ſummè bezoardicis & cardiacis, ut materiam quatuor quinqueve digitos ſupereminеat: vaſe accuratiſſimè clauſo, ne quid expiret, fiat digeſtio omnium in Baln. M. vaporoſo (hic enim digeſtionis modus eſt omnium tutiſſimus, & utiliſſimus) per 6. aut 7. dies, donec enumerata aqua colore claro, diaphano, & rubicundiſſimo tincta, & cunctis prædictæ theriacæ virtutibus ac proprietatibus imprægnata fuerit.

Hanc aquam ita tinctam, & imprægnatam, effunde per inclinationem, & cave ne quid fæculenti aut turbidi, cum ipſa ſimul mixti, effluat. Hunc liquorem depuratum ſerva, & materiæ in fundo remanenti adhuc novas affunde aquas, ad virtutes & proprietates penitus inde extrahendas, procedendo, ut ſupra, idque toties reiterando, donec aqua quam affundis, non amplius tingatur: quod certum ſignum erit materiam illam omni eſſentiali, & ſubſtantifica virtute ſpoliatam eſſe.

Materiam in fundo vaſis reſiduam, craſſam, nec in eſſentiam redactam, ſeorſim ſerva, & in patinam vitream, optimè lutatam, impoſitam

rem in reverberio athanoris calcina ubi continuò exigua flamma, in gyrum ſe circumagens, tamdiu apparebit, donec dicta materia in cineres prorſus converſa fuerit: ex qua elicies *ſalem* precioſum cum *aqua cardui benedicti*, aut quadam alia cardiaca, in qua hunc ſalem ſolues, filtrabis, & coagulabis toties, donec in ſummam albedinem & diaphanitatem depuretur. Hic ſal ſeorſim ſeruetur.

Interim, dum circa hanc ſalis confectionem verſaris, omnes tuos liquores tinctos, cum ſale hoc, uno eodemque tempore in alembicum injicies, & applicatis alembici capitello & recipiente, inde per Baln. Mar. vaporoſum, omnem deſtillabis liquorem, qui aquæ theriacalis & bezoardicæ longè præſtantiſſ. vicem ſubminiſtrabit. Et in fundo reſidebit vera theriacæ eſſentia (quæ antea ſolummodo extracti gradum adepta fuerat) in conſiſtentia mellis, miræque & ſtupendæ virtutis ac energiæ, cui addere poteris ad lentum ignem, ut reducantur in bonam opiatæ conſiſtentiam.

Eſſentiæ corallorum
Et perlarum an. ℨij.
Pulveris bezoardici veri
Terræ ſigillatæ
Vnicornu
Oſſis de corde cerui an. ʒj. ß.
Ambræ ʒj.

Cautio.

Quamvis vix fieri poſſit, ut rem apertius clariuſque declarem, non tamen dubito, quin nonnulli ſint tam inter Medicos quam Pharmacopœos craſſo nimis ac obtuſo ingenio præditi; qui huius rei raritatem & inſuetudinem accuſabunt, & ſetam elegantibus & exactis præparationibus elaborandis nunquam operam dediſſe, multoque minus manum iiſdem unquam admoviſſe, prætendent. Sed Philoſophi & filii artis me ſatis intelligent, quibus ſatis feciſſe ſufficit: iis enim ſolis offerre convenit precioſas has raritatis margaritas: ne ab indignis fortè profanentur pedibuſque proculcentur. Ob quam cauſam theriacæ noſtræ cæleſtis compoſitioni, quam nunc deſcribendam aggredimur, quædam inſeremus magiſteria, quæ nonniſi ab iis, qui artem ex profeſſo colunt, & manualem operationem crebro exercuerunt, intelligi ac capi poterunt. Hi ſoli, inquam, dicta mea percipient, & theriacam cæleſtem talem, qualem jam in ſequentibus deſcribemus, ritè ex arte præparabunt.

4. Theriaca cæleſtis dicta.

Accipe itaque *quintæ eſſentiæ prædictæ theriacæ unc. 4. vel plus minus*, prout primæ quantitatis ratio exigit.

His quatuor unciis in mellitæ conſiſtentiæ forma adde:

Magiſterii corallorum
Mag. Perlarum an. ℨß.
Mag. Hyacinthorum
Mag. Rubinorum

Digitized by Google

Mag. Smaragdorum an. ℥ iij.
Mag. Bezoardici animalis
Mag. Bezoardici mineral. an. ℥ ij.

Supra dicta theriaca in quintam eſſentiam redacta, patinæque argenteæ impoſita, & cineribus calidis admota, ſtatim liqueſcet: huic ita liquefactæ, poſtea prædicta illa magiſteria, & eſſentias pedetentim adde, continuò agitando omnia cum ſpatula argentea: omnia ad continuum ignem relinquendo: donec materia eam aſſecuta ſit conſiſtentiam, ut inde pilulæ, ſi uſus requirat, formari poſſint. Hæc theriaca conſervabitur longiſſimo tempore, ita ut durationis diuturnitate excedat ternam, vel cuiuslibet vivaciſſimi hominis ætatem, hoc eſt, ſine corruptione, aut alteratione ulla, perpetuò integris valentibuſque viribus vigeat.

Tempus exhibendi & doſis.

Exhiberi poteſt ſtatim à primo præparationis die, & ſufficient pro doſi duo vel tria grana ad plurimum, & habebis theriacam admirabilem, *cuius effectus ſunt cæleſtes ac divini, contra omnia cuiuſcunque generis venena, & affectus peſtiferos, contagioſos, deploratos & incurabiles*: In ſumma hæ ſunt veræ illæ theriacæ & alexiteria pretioſa & inæſtimabilia, digna profectò, ut Regibus, & potentibus offerantur: quorum utique præparatio longa eſt, ac difficilis: nec magiſteriorum horum, quæ huic ultimæ adduntur, præparandorum ratio omnibus obvia eſt, ſed magno ingenio, & ſolida eruditione præditis viris, veriſque philoſophis, & Chymico-medicis, quibus hæc arcana potiſſimum dedicare ac conſecrare volui, reſervatur. Ceteræ verò turbæ, & plebeculę communi, abundè jam alias ſatisfactum eſt.

Porrò, ne philoſophis fortè anſam præbeamus nobiſcum expoſtulandi, quod horum magiſteriorum præparationes inexplicatas relinquamus: eas in illorum gratiam, quanta poſſumus perſpicuitate, ſub philoſophica tamen loquendi ratione & conſuetudine in medium proferemus.

Præparatio ſeptem magiſteriorũ.

Ad *ſeptem horum magiſteriorum ingredientia calcinanda, & diſſolvenda*; nulla alia re utimur, quam ſolo menſtruo Naturæ extracto ex ſpiritibus balſamicis Salis & ſulphuris naturæ. *Vide in menſtruis.*

Cum balſamico utiq; huius materiæ pretioſæ ſpiritu calcinabis, & ſolves una eademque opera, corallia, gemmas, hyacinthos, rubinos, & ſmaragdos: quibus philoſophica ſolutione ſolutis, idẽ inde ſeparabis menſtruum cæleſte, opera cuiuſdam ſalis vegetabilis, (tartari) & ſtatim videbis, magiſteria illa pretioſorum illorum lapidum, vaſis fundum petere, quę poſtea cum noſtra theriaca cæleſti, ut jam ſupradiximus, admiſcenda ſunt.

Magiſterium bezoardicum animale.

Per *magiſterium bezoardicum animale* intelligimus magiſterium ex pulvere viperarum extractum, idque opera eiuſdem menſtrui ſive ſulphuris, aut ignis naturæ: quo philoſophicè calcinantur & ſoluuntur enarratæ viperæ, quæ jam in terræ latibulis à ſola balſamica illa virtute, eiuſ-

dem

Digitized by Google

dem ſalis & ignis naturę, ſummam alexiterii vim acquiſiverunt, ut jam ſupra fuſè & clarè ſatis expoſuimus. Ope enim horum ſpirituum balſamicorum prædicti ignis naturæ, viperinæ carnis virtus alexiterica & bezoardica in infinitam virium poteſtatem excreſcit: Unde ei baſis principalis locum deſignavimus in noſtra theriaca cæleſti: non ſecus ac craſſa, & materialis earundem caro, baſis locum tenet in communi illa & materiali theriaca.

Bezoardici mineralis proprietates, & eiuſdem metaphorica deſcriptio.

Septimum magiſterium, quod addimus, & *bezoardicum minerale*, quod per ſe ſolum, magnum eſt alexiterium, cui vix aliud æquiparari poteſt: *per ſudores, quos in doſi quatuor tantum granorum potente evocat; omnis generis venena & peſtilentes corruptiones è corpore noſtro abigit. & expellit.* Cuius utique compoſitio mirabilis, mirabilis item eius mixtio, & ſtupendi planè, imò divini eiuſdem ſunt effectus.

Compoſitio fit per ſpumam venenoſam, quam evomunt duo dracones, ſimul coniuncti, agitati, & tandem calefacti manu Artiſtæ. Hæc ſpuma venenata ad temperiem adducitur & bezoardica redditur ſola admixtione illius ignis, balſamici naturæ: quæ mixtio non fit ſine magnarum turbarum, ebullitionum, & ſeditionum excitatione: tandem imbecilliori, & fortiori ſuperato, belloque confecto, amica & ſalutaris inducitur pax, adeo ut venenum tantum, quodque vel ipſo viperino longè deterius & nocentius eſt, convertatur in ſummam theriacam, in ſummum alexiterium, ſummumque ſaluberrimum remedium bezoardicum; quod tantum ſudores provocando, effectus demonſtrat ſuſpiciendos in omnibus peſtilentibus & venenatis affectionibus, ut ſupra. *Vide etiam in Mercurio.*

Ut autem nihil, quod ad reformationem, reſtaurationem, & decorationem theriacarum facere videtur, omittimus, ſupereſt adhuc, antequam finem huic tractationi imponamus, ut ad antiquorum imitationem theriacam aliquam diateſſaron, ſaleſque theriacales deſcribamus. Quod utiq; fieri vix poteſt, niſi utrorumq; horum remediorum quandam inſtituamus reformationem, quandoquidem eorundem præparatio aliàs adeo craſſa eſt, ut nihil ſupra.

Theriaca diateſſaron antiquorum.

Theriaca diateſſaron antiquorum, ex quinque ingredientibus conficiebatur, cuius compoſitionis formulam memoriæ cauſa paulò repetemus: quæ fit *ex radicis gentianæ, baccarum lauri, myrrha, ariſtolochiæ rotundæ ana unc. 2. cum mellis lib. 2.* Totum verò præparationis artificium conſiſtit in eo, ut pulverentur omnia, & cum melle invicem permiſceantur. Hanc, quæſo, compoſitionem unuſquiſque paulo altius mecum expendat & judicet, num ei tam ſplendidum & auguſtum theriacæ nomen competat. Nos huiuſmodi diateſſaron idcirco relinquemus communi & imperitæ plebeculæ: aliam

aliamque eius loco deſcribendam aggrediemur, quæ ſolos deceat Magnates, & Principes, eamque à ſingulari ſua præſtantia diateſſaron Regiam vocabimus.

5. *Theriaca diateſſaron Regia Quercetani.*

℞. *Tinctura auri*
Tinctura coralliorum
Tinctura omnium lapidum precioſorum
Tinctura viperarum an. ℥ j.
Nepenthes noſtri maioris ℥ ij.

Enumeratum modò nepenthes adhuc manens in molli conſiſtentia imponatur in patina argentea, ut igne lento liqueſcat; huic ita ſoluto admiſce primum tincturam auri: dein tincturam coralliorum: tum tincturam lapidum pretioſorum, & tandem tincturam viperarum, modicè agitando, & incorporando continuo materiam ad ignem lentiſſimum, donec in juſtã conſiſtentiam redigatur, ex qua formare poſſis pilulam grani piperis magnitudine, aut paulò majori: *cuius admirandi effectus ſe prodent in omni peſte, & venenis, aliiſq; morbis deploratis: potiſſimũ autem in proliciendis ſudoribus: præterea reparat ac reficit collapſas & proſtratas vires, & duplo robuſtius efficit balſamum radicale, cui ſoli vis medicatrix morborum debetur.* Unde ſæpenumerò contingit, ut idem remedium tot, tamq; admirabiles effectus etiam per inſenſibilem tranſpirationem exercere conſpiciatur.

Doſis. *Proprietates.*

Hæ quatuor tincturæ, una eademq; via ac methodo extrahuntur, cum unico videlicet, & ſolo ſulphure bezoardico ex re vegetabili elicito. Tincturam ſolis vide *in auro, Tincturam Quercetani.*

Tinctura coralliorum. *Tinctura coralliorum* fit ex eorum magiſterio, parato, ut ſupra: ex hoc enim corallio antea in magiſterium exquiſitiſſimè redacto, ut docuimus, extrahes tincturam, cum eodem menſtruo aut ſulphure bezoardico, eodemq; ignis gradu adhibito; in ceteris auri operationem ſequeris, & ita conficies veram tincturam corallorum.

Tinctura lapidum precioſorũ. Similis eſt proceſſus in fabricanda *tinctura lapidum pretioſorum*, cum eorundem videlicet magiſterio, eo, ut paulo ſuprà, modo parato.

Tinctura è magiſterio viperarũ. Sic ad eundem modum *ex magiſterio viperarum*, de quo etiam antea dictum eſt, cum eodem ſulphure bezoardico vegetabili, ut ſupernatet 3. vel 4. digitos, tincturam inſtar rubini rubicundiſſimam elicies, idq; eadem methodo, qua uſus es in auri præparatione.

Minima harum tincturarum potentiſſimos & admirandos eliciet effectus contra omnia venena, peſtem, morbos contagioſos, & deploratos. Ex mixtione enim illa peracta, & *Nepenthes* mei additione vis illarum in infinitum multiplicabitur. Nullum enim eſt cordiale corroborans, & bezoardicum alexiterium, quod non ſub his comprehendatur, & ſimul includatur: ſiquidem *Nepenthes* meum in ſe continet eſſentias omnium ſimplicium verè bezoardicorum, omnium aromatum, lachrymarum, gummi, & lapidum precioſorum,

itemq;

Digitized by Google

itemque eſſentias ambræ & moſchi, eſſentias croci & camphoræ: eſſentias lunæ: extractum ſulphuris dulcis vitrioli, & (ne fortè unum ex ingredientibus magnæ hujus theriacæ vulgaris negligamus) ipſius etiam opii eſſentiæ non obliviſcemur in hac Diateſſaron regalis compoſitione: remediū certè verè regium, dignumque Regibus ac ſummis potentiſſimiſque Principibus, ob ſingularem ejus efficaciam, & admirabiles effectus, tum ad deploratiſſimorum morborum curationem, tum ad ſanitatis conſervationem. Horum elegantiſſimorum effectuum, vel ex ſolo meo Nepenthe promanantium, teſtes erunt tres totius Franciæ, facilè primi, & celeberrimi Medici, nec non doctus & expertus quidam Chirurgus Regius, qui una interfuimus curationi matronæ cujuſdam ampliſſimæ, nec infimo loco natæ, quæ gravi quodam affectu hyſterico correpta, intolerabilibus continenter affligebatur doloribus convulſivis, qui neque Philonio neque pilullis Cynogloſſæ, neque aliis remediis, ſive internis ſive externis, mitigari poterant. Tandem nobis confugiendum fuit ad *Nepenthes* noſtrum: ex cujus uſu continuo prædicta matrona per quinque, ſex ve menſes, ſingulis noctibus ſemel & interdum bis nullum unquam in capite ſtuporem perſentiebat, neque etiam ſpe ſua fruſtrabatur unquam in doloribus ſubito ſedandis, & quiete corpori concilianda. Interdum quidem ipſi fallendi cauſa, pilulam aliam utcunque animi cauſa formatam, & magnitudine ac colore veris *Nepenthes* pilulis reſpondentem exhibebamus: ſed ſequentem totam noctem inde lamentando & ejulando miſerè tranſigebat. Unde altero die poſt, certa gravique objurgatione, verbiſque ſatis aſperis, ac duris nos excipiebat, ſeque immeritò à nobis deluſam, & noſtra culpa & permiſſione, per totam noctem tantis doloribus & cruciatibus exagitatam conquerebatur. Quæ omnia à nobis in eum finem dicuntur, ut oculis omnium objiciamus tam præclaros & infallibiles Nepenthes noſtri effectus, quod unus tantum piperis grani magnitudine exhibetur, contra omnes dolores à quacunque cauſa ortos. Non minori etiam pollet facultate idem Nepenthes in ſubitò cohibendis omnis generis defluxionibus.

Hiſtoria.

Singulares effectus Nepenthes Quercetani.

Tranſeamus nunc *ad ſales theriacales*, quorum mendoſam præparationem plus ſatis ſuprà excuſſimus, ita, ut non opus ſit, plura de ea dicere. Nam quilibet adhuc recenſi tenebit memoria immenſam illam ſalis quantitatem, quadraginta videlicet librarum, quatuor tantum viperis additā: nec non reliqua ingredientia, tam ante, quam poſt calcinationem adjecta, omniaq; tam craſſe parata, ut mirum ſit, tot admirandas & ſingulares virtutes ab antiquis hiſce ſalibus adeò ruſticè confectis adſcriptas fuiſſe.

Salium theriacalium reformatio.

Horum igitur reformatio & recta præparandi ratio eſt, ut ſequitur,

℞. *Rad. Angelica*
Gentiana

Digitized by Google

Imperatoriæ
Zedcariæ
Tormentillæ rec. ana ℥ ij.
Herb. Dictamni
Scordii
Scorzoneræ
Scabioſæ
Rutæ
Meliſſæ recent. ana p. 2.
Gran. juniperi recent. ℥ iiij.
Sem. Rutæ
Cardui benedicti
Coriandri
Fœniculi dulcis ana ℥ j. ß.
Flor. Centaurii minoris
Hyperici ana p. 2.
Cardamomi
Piperis longi
& albi ana ℥ j.

Contuſis & ſimul mixtis omnibus adde
Succi Limonum ℔ j.
Succi Scordii
Vlmariæ ana ℔ j. ß.
Vini Canariæ ℥ viij.

Macerentur omnia per 24. horas in magno Alembico cupreo, cum ſuo refrigerio, quo deſtillari ſolent olea: dein inde deſtilletur aqua, ſive totus liquor ad ſiccitatem uſque, cave tamen, ne ex nimia ignis violentia materia aduratur. Quod periculum facilè præcavetur deſtillatione in balneo vaporoſo facta. Nam, ſicut & alibi diximus, ea tutiſſima eſt, & optima deſtillandi ratio: liquor inde deſtillatus, accuratè ſervetur ſeorſim: fæces ſiccæ redigantur in pulverem, & ſeorſim etiam ad uſum ſerventur, ut infra dicemus.

Interim, dum hæc deſtillatio fit, accipe *ſalis marini, puri & pellucidi* ℔ iiij. ad ſummum: Si fortè impurus ſit, aqua lavandus & repurgandus eſt, dein ad ignem probè exſiccandus: cui poſteà pulverizato adjice.
Coralliorũ rubr. pulverizatorũ ℥ iiij.
Perlarum tantundem.

Omnia cum ſale permixta injiciantur in crucibulum capax (quod eſt artis vocabulum) urgendo ignem fuſionis, ita ut prædictus ſal ignis violẽtia fundatur, qui inſtar metalli fluet. Ubi hic obiter monebimus, nõ prorſus veritati conſentaneum videri *Axioma iſtud Ariſtotelis*, quod quicquid „ coagulatur in calido, diſſolvatur in „ frigido & humido, cùm contra ſal, qui „ Solis calore coagulatur, igne violen- „ to diſſolvatur, fundaturq; inſtar me- „ talli, vel ipſa experientia teſte. „

Sed redeamus ad ſalium noſtrorum theriacalium præparationem. His quatuor libris ſalis fuſi, ſimul cum corallis, & gemmis, in dicta proportione calcinatis & pulverizatis, adjice libras duas fæcum ſiccarum ſimplicium bezoardicorum & aromatum, ex quibus extraxiſti aquam, ut ſupra, reſervatam: ex media parte horum omnium invicem mixtorum fac ſtratum in olla terrea apta: in qua appoſitè collocabis carnes quatuor viperarum, in fruſta inciſarum: his ſuperinjice reſiduam omnium materialium partem: manu omnia benè premendo, & claudendo dictam ollam cum ſuo operculo tamque exquiſitè lutando, ut nihil tranſpirare poſſit. Dicta olla ponatur ad i-

Digitized by Google

ad ignem calcinationis ſive reverberii per viginti quatuor horas, donec materia reducatur in cinerem album quo jam uti poteris multo cum majori emolumento, quam cineribus, ſive ſalibus iſtis theriacalibus vulgari modo paratis.

Sed huic operi hucuſque elaborato, nondum acquieſcendum erit, adhuc enim materiale nimis eſt craſſum & imperfectum. Vlterius igitur pergendum, totuſque ille cinis in manicam *Hippocratis* injiciendus, & cum aqua ſimplicium deſtillata, & ut ſuprà, reſervata, & ad ignem rurſus calefacta, inde eliciendus eſt ſal ſecundum artem: reiteratis toties diſſolutionibus & coagulationibus: donec ſalem allicias exactiſſime repurgatum & verè theriacalem: qui imprægnatus erit virtutibus ſalium viperarum, & rerum bezoardicarum & aromaticarum, ut & ſalium gemmarum & coralliorum, quorum copiam etiam augebit additio librarum quatuor ſalis marini, qui jam per ſe ſpiritu ſuo balſamico, contra morſus tum ſerpentum, tum aliarum beſtiarum venenatarum conditas ſalitaſq; omnes carnes aptiſſimas reddit.

Ταρίχιον id eſt, ſalſamentorum caro (*inquit Ægineta lib. 7. de remed. cap. 3. initio litera* τ.) acrem & ſiccantem vim habet. A præſtere itaque „ vipera morſis datur, ut quam plurimum edant, & vinum bibant copioſè & revomant: convenit etiam ad acrium eſum: utiliter quoque in canis morſu imponitur, itemque in aliorum reptilium morſibus. Fieri igitur non poteſt, quin enumerati ſales theriacales noſtræ deſcriptionis ſint magnæ efficaciæ & virtutis, longeque alterius conditionis, quam communes iſti, idque ob varias cauſas, quas unuſquiſque ipſemet ſecum paulò diligentius ruminabit & expendet. Loco trium cochlearium, quæ pro doſi de vulgaribus dantur, nos de noſtris exhibemus tantum 10. vel 12. grana, ſive ſcrupulum unum ad ſummum, & mirabiles exerunt affectus. D ſis.

Ut centuplo adhuc efficaciores reddantur, verus Philoſophus loco ſalis communis, accipiet ſalem ſulphureum & balſamicum naturę, cum quo fundet & calcinabit philoſophicè non tantùm corallia & gemmas, ſed etiam fragmenta hyacinthorum, rubinorum, ſmaragdorum, & aliorum lapidum precioſorum, in quanta copia libuerit: quæ virtutes ſuas ſpirituales, quæ potentiſſimæ & efficaciſſimæ ſunt, impertient dictis ſalibus, ope ſulphuris naturæ, quod eſt illorum proprium, & verum diſſolvens.

Et ſic tandem fluctibus omnibus in hoc magno Theriacarum mari ſuperatis, tempus nunc eſt, ut ad tranquillum portum nos conferamus: & deinceps naviculæ noſtræ curſum convertamus ad remedia, ſive antidota opiatica, quæ lima & reformatione noſtra ſummoperè indigere dignoſcentur.

Cap. XXXI.

De Antidotis Narcoticis, quæ & opiatæ appellantur.

INter remedia narcotica, in majori æſtimatione & frequentiori uſu, *ad ſedandos dolores & cohibendas hæmorrhagias*, ac defluxiones, ſunt

Diacodion
Pilulæ cynogloſſæ
Requies Nicolai
Philonium

Hujus ultimi quatuor ſunt genera, ſive deſcriptiones, veluti

Philonium Tharſenſe Galeni
Philonium Romanum Nicolai
Philonium Perſicum
Philonium Meſuæi

Inter hæc enumerata remedia minus noxium eſt Diacodion, & benignius tutiuſque exhibetur. Componitur autem ex capitibus papaveris albi, mediocris magnitudinis, quæ neq; immatura, neque matura nimis ſunt, neque nimis humida, aut ſicca.

Quidam pro doſi accipiunt viginti ejuſmodi capita, quæ macerant per 24. horas in duabus vel tribus libris aquæ, & poſtea coquunt, donec contabuerint: expreſſis & colatis omnibus, cum ſufficienti quantitate *ſacchari, mellis vel ſapæ, aut vini dulcis*, fit electuarium ſolidum ſive molle. *Galenus* hoc modo parat Diacodion ſuum ſimplex.

Actuarius componit Diacodion ſuum ſolidæ conſiſtentiæ, coquendo capita papaveris, ut ſupra, ſed iis adjicit

Roſarum rubrarum ℥ij.
Croci orientalis
Acaciæ
Liquiritiæ ana ℨj.
Bol. armeni ℨß.
Cinnamomi electi
Rad. conſolid. maioris
Hypociſtidis
Balauſtiorum ana ℨj.
Myrti
Dauci ana ℥j.
Coralli utriuſque
Sumac
Sangvinis draconis
Flor. Altheæ ana ℨij.
Sem. Portulacæ ℨß.

Ex his omnibus redactis in pulverem, conficit *electuarium ſolidum*, ad unc. 1. *pulveris* accipiendo lib. 1. *ſacchari diſſoluti*, & ad perfectionem decocti, idque cum decoctione prædicta papaveris.

Montagnana præparat Diacodion, accipiendo

Capitum papaveris N. 20.
Siliquarum dulcium à granis ſuis ſpoliat. ℥iij.
Rad. Altheæ
Liquiritiæ ana ℨß.

Omnia coquit in decem vel duodecim libris aquæ fontanæ vel pluviæ uſque ad duas tertias. Expreſſioni & colaturæ addit

Sacchari roſati
Etpenidiorum ana ℔.j.

Coquendo omnia in conſiſtentiam mollem.

Huiuſmodi Diacodion propriè confert ad cohibendas defluxiones acres, ſeroſas, tenues, & bilioſas, à cerebro in pectus

pectus irruentes : conducit quoque ad omnem tuſſim, ſomnum & quietem interrumpentem. Hoc ipſum *Montagnanæ diacodion* primas tenet inter arteriacas compoſitiones, eſtque remedium inter vulgaria ejus generis præſtantiſſimum.

Diacodion Actuarii, ex pluribus adſtringentibus compoſitum præcipuè prodeſt *cœliacis, dyſentericis, & omnibus ventris fluoribus immoderatis, hæmorrhagiis, & ſputioni ſive vomitioni ſangvinis.*

Pilulæ cynogloſſæ *Pilulæ cynoglòſſæ à Nicolao* Præpoſito deſcriptæ, in frequenti admodum uſu quoque ſunt: unum quoq; ſunt ex remediis opiaticis, quæ ſecurius *præbentur ad ſuadendum ſomnum, & mitigandos maximos quoſque dolores, à quacunque cauſa genitos*; *Conferunt etiam ad ſiſtendas tenues deſtillationes*: illarum deſcriptio eſt talis:

℞. *Rad cynogloſſæ aridæ*
Sem. Hyoſciami albi
Opii, ana ℥ß.
Myrrhæ ʒvj.
Thuris ʒv.
Garyophyllorum
Cinnamomi
Styracis calamitæ ana ʒij.

Cum aqua roſarum formetur maſſa.

Requies Nicolai. *Requies Nicolai*, quod nomen habet à ſingulari ſua vi & proprietate, qua quietem & tranquillitatem inducit iis, qui infeſtantur quodam dolore, inquietudine aut ardore febrili: unum quoque eſt ex moderatioribus narcoticis, & quod inter reliqua tutius offerri poteſt: Eius compoſitio hæc eſt.

℞. *Roſarum rubrarum*
Violarum ana drach. 2.
Opii
Sem. hyoſciami
Papaveris albi
Scariolæ
Lactucæ
Portulacæ
Pſyllii
Corticis rad. mandragoræ
Nucis muſcatæ
Cinnamomi
Zingiberis ana ʒj. ß.
Sacchari candi ʒj.
Santali albi, rubri
Spodii
Tragacanthæ ana ſcrup. 2.
Sacchar. in aqua roſ. diſſoluti triplum omnium.

Philonium. *Philonium* eſt omnium validiſſimum narcoticum: majorem enim præ ceteris opii partem recipit: Ob quam cauſam, ad corrigendam ſcilicet nimiam ejus frigiditatem, ei adduntur ſummè calefacientia, nempe pyrethrum piper album, neque ibidem omittuntur ea, quæ vehementer urunt, & incendium extremum excitant, & in venenorum claſſe numerantur, velut euphorbium, &c.

Deſcriptio philonii Tharſenſis Gal. eſt, ut ſequitur:

℞. *Croci*
Pyrethri
Euphorbii
Nardi Indicæ ana ʒj.
Piperis albi
Sem. hyoſciami an. ʒxx.

Opii ℥.x.
Mellis q. ſuff.

Cum hac convenit ferè deſcriptio Meſuæi: Eadem quoque eſt utrobique opii doſis: hoc tantum intereſt, quòd in alterutra loco euphorbii caſtoreum ſubſtituatur.

Philonium Romanum, & Philonium Perſicum. Deſcriptiones à *Myrepſo* traditæ Philonii Romani, & Philonii Perſici, differunt à præcedentibus duabus, tum in opii doſi, tum in ceteris ingredientibus. Interim tamen euphorbium, pyrethrum, piper album, & alia calidiſſima ſimplicia, correctionis cauſa, omiſſa non ſunt, quæ tamen tam exceſſivè calida ſunt ut vix ori admota (*ſicut illorum uſus frequens, eſſe ſolet in colicis paſſionibus, & aliis extremis cruciatibus*) faucium & vicinarum partium calamitoſum excitent incendium. Has autem hactenus enumeratorum remediorum narcoticorum deſcriptiones, de induſtria in hunc librum introducere placuit: ut ex illorum collatione cum noſtris, quæ laudana appellant, facta, cui licet de utrorumque diſcrimine in præparatione & præſtantia liquido conſtet.

Huc pertinent

LAUDANA.

Laudana unde dicta. *Laudani* nomine inſigniuntur remedia noſtra anodyna opiatica: quaſi dicas laudatum remediū. *Theodorus Zuinguerus*, vir ſummus, & inſignis Medicus, primus eadem appel-*Nepenthes*lari cenſuit Nepenthes nomine, quod remedium Helenæ fuiſſe dicitur, quo omnes è corde languores, & ægritudines ſuſtulit, & hilaritatem lætitiamque induxit: ut legitur apud *Homerum*. Quod utique nomen, ob ſummos & admirabiles effectus, quos exerit laudanum, ei aptiſſimè, & ſummo jure competit. Supereſt, ut ejus aliquot formulas atque deſcriptiones in medium proferamus, ſimulque oſtendamus, quanto errore veteres opium, citra omne præparationis artificium, additis inſuper correctionis loco aliis ingredientibus adeò calefacientibus, narcoticis ſuis adhibuerint.

Laudanum præſtantiſſimum, & præ cunctis ceteris opiaticis (puta quæ opium excipiunt) paratu facillimum.

Recip. Eſſentiæ opii, à ſuo diſſolvente per B. vaporoſum, ut ſuprà, ſeparatæ ℥ij.
Eſſentiæ croci, cum aqua limonum extractæ ℥j.

Hæ duæ eſſentiæ confundantur invicem in parvo quodam vaſculo argenteo: his adde

Gemmarum
Magiſt. Hyacinthorum
Et corallorum ana ℨj. ß.
Terræ ſigillatæ veræ ℨj.
Pulveris beZoardici veri
Vnicornu
Ambræ griſeæ ana ℈ij.

Hi pulveres ſufficient ad bonam conſiſtentiam laudano inducendam; miſcendo & agitando omnia continuò ad ignem lentum, donec ex materia frigefacta pilulæ formari poſſint: ſufficit exhibere de hoc laudano

dano magnitudine piperis grani: Et inſignes ac ſuſpiciendos percipies hujus anodyni effectus, quod te ſpe tua nunquam fruſtrabitur: *Nam confert, citra moleſtiam & cerebri ullam perturbationem, adverſus omnis generis dolores, à quacunque cauſa ſubortos: contra omnes hæmorrhagias, ſive fluxus ſanguinis in quacunq; corporis parte fuerint: contra omnes defluxiones & fluores ventris, dyſentericos, hepaticos, lientericos, & ſimiles: & ad inducendam gratam tranquillitatem in febribus ardentiſſimis, in quibus ipſis rationis ſenſus læditur, & in phreneſim æger plerumq; delabitur.*

Proprietates laudani opiatici.

Alius modus laudani, noſtræ deſcriptionis.

℞. Menſe Martio, vel Septembri, quando radices ſunt in vigore, *copiam rad. hyoſciami*; in Veris principio, ſimul cum germinibus ſuis, tenellis adhuc, & vix è terra protuberantibus, accipiendæ ſunt: Omnibus ritè contuſis, ſuccus prælo perquàm exquiſitiſſimè exprimatur, ita ut ad minimum libram unam & dimidiam, vel duas libras ſucci habeas qui depuretur in Bal. Mar. mediocriter calido, ſeparando inde fæces, ut jam ſupra docuimus modum depurandi omnes ſuccos tam radicum quàm herbarum & florum.

„ *Nota*; Succus hic, qui antea colore albus exiſtebat, per digeſtionem hanc vertitur in ſummam rubedinem, inſtar vini rubicundiſſimi: Et hæc eſt ejus perfecta depuratio, quam accuratè ſeorſim ſerues. Dum interim præparas *extractum hyoſciami*, juxta modum præſcriptum, circa idem tempus, ſi voles præparabis opium vulgare, illud nempe in exigua incides fruſtula, quæ ad ignem lentum collocabis, ut vi caloris ſulphur ejus narcoticum exhalet, & pulveriſari facile queat, ut ſupra docuimus.

Primus modus mixtionis duorum inter ſe narcoticorum.

℞. *Itaq; commemorati ſucci hyoſciami depurati, & perfectè rubicundi, ut ſupra* ℥ x.
Opij præparati, & in pulverem redacti, ut ſupra, ℥ v. *vel* ℥ vj.

Omnibus ſimul conjunctis, & in patinam parvam terream vitreatam inditis, videbis horum duorum narcoticorum tam firmam, & indiſſolubilem fieri copulationem, ut in unum corpus & conſiſtentiam unam duriuſculam coiuiſſe videantur. Quibus omnibus Soli aut lento calori cinerum per 3. aut 4. dies expoſitis, opium attrahet tantum ſucci hyoſciami, quantum ſufficiet; quod reſiduum erit, ſeorſim ſeparabitur per inclinationem, ut vocant, vel exhalabitur, quicquid coagulatum fuerit, fruſtulatim in matracium vitreum capax injiciendum eſt, ſuperaffundendo *ſuccum limonum* perſpectè depuratum, ut quatuor vel quinque digitos ſupernatet, iſque tingetur in Baln. Mar. in rubini colorem, quem ſeparabis per inclinationem

Appetitus Naturæ in opio non excedit attrahendi menſuram.

nem, quam potes ſtudioſiſſimè, ne quid craſſi aut impuri ſimul immiſceatur, affundendo iterum novum ſuccum limonum, & digerendo in Balneo Mar. donec denuo tingatur *colore rubini*, & ita progredieris donec advertas ſuccum non amplius colorati rubini colore, ſed ſub pallidum manere, qui tum inutilis erit ad hanc operationem. Omnis tuus liquor in rubini colorem tinctus reponatur in digeſtione Baln. Mar. ut denuo digeratur, omniſque ſubſtantia craſſa fundum petens inde ſecernatur. Et ita ſummam, & perfectam depurationem ei conciliabis veramque eſſentiam opij & hyoſciami conjunctim præparabis, quàm curioſe adſervabis, hujus eſſentiæ habebis circiter ℥ vj.

Interim dum circa hanc depurandi operationem verſaris, extractum hoc, ſive eſſentiam, ut ſequitur, parabis.

Præparatio extracti bezoardici.

℞. *Rad. Angelicæ*
Zedoariæ
Galangæ
Tormentillæ
Corticum Citrij
Ligni aloes
Santali rubri, & citrini an. ℥ j.
Granorum alkermes.
Dictamni
Cinnamomi
Spicæ nardi
Garyophyllorum
Nucis muſcatæ
Macis
Cardamomi
Been albi, & rubri an. ℥ ß.
Camphoræ ʒ j.

Omnibus conquaſſatis in matracio vitreo cum aqua vitæ Juniperi fiat extractum juxta modum, quem cap. de extractis docemus.

Item.

℞. *Myrrhæ* — *Extractum myrrhæ, & mumiæ.*
Mumiæ

Diſſolve in patina ad ignem cum hydromelite vinoſo, aut cum quodam alio vino, & quoniam ipſa ſunt viſcoſa, calentia adhuc per linteum trajicienda, & cum ſupradicto extracto bezoardico conjungenda ſunt.

Item *Recipe Croci* ℥ iij. ex quo extrahe eſſentiam cum aqua deſtillata *ex ſucco limoniorum, vel cum aqua pomorum redolentium*, (quam prius acidulam reddideris cum ſpiritu vitrioli, vel liquore ſulphuris) omnia colabis iterum atque iterum per chartam leucophæam: Et ex tribus croci unciis reſtabit ℥ j. *eſſentiæ*, quam ipſam quoque miſcebis cum extracto illo bezoardico. — *Croci eſſentia.*

Item *Recip. Ambræ flavæ ſelectiſſimæ* ℥ ß. hanc impone patinæ argenteæ, affundendo ſpiritũ vini optimum, & prædicto ambræ pulvere ritè miſcendo: Poſtea charta accenſa admove ignem, agitando ſemper omnia cum ſpatula: Spiritu vini conſumpto alium novum affunde, admoto igne, ut prius, idque continuando quater. — *Ambræ præparatio.*

Tan-

Digitized by Google

Tandem omnem humiditatem igne ſepara, & *enarratam ambram, ſive ſuccinum* contere in pulverem ſiccum benè præparatum, quem ſervabis ad uſum, ut mox dicetur.

Sales corallíorum & gemmarum. Item: *Extrahe ſalem corallíorum, & gemmarum cum ſucco limonum ſive berberorum optimè depurato* ut docebimus cap. de extr.

Et hæ ſunt omnes illæ præparationes, quas ad hoc inſtitutum in promptu habere convenit.

Proceſſus ſecundæ ac univerſalis mixtionis eſt, ut ſequitur:

Extractum totum bezoardicum, unà cum extractis myrrhæ, mumiæ conjungatur & miſceatur cum *tota eſſentia opii, & hyoſciami* reſervata, ut ſuprà: & omnibus in Alembicum poſitis, fiat exhalatio ſive deſtillatio ad ignem lentum, donec materia in ſyrupi conſiſtentiam redigetur, quam adhuc calentem eximes ex Alembico & effundes in patinam argenteam, ut eo melius & perfectius fieri poſſit omnium mixtio & coctio.

Quando materia redacta fuerit in bonam mellis, vel ſapæ conſiſtentiam, ei admiſcebis, & incorporabis hunc ſequentem pulverem.

℞. *Succini præparati, ut ſupra* ℈ iiij.
Salis perlarum
Salis corallorum ana ℥ ij.
Terræ ſigillatæ optimæ ʒ j. ſem.
Pulveris bezoardici veri
Oſſis de corde cervi
Vnicornu an. ʒ j.
Ambragriſeæ ʒ ſem.

Omnia pulverata ſubtiliſſimè invicem miſceantur: hæcque mixtura ſenſim admiſceatur materiæ in formam mellitam redactæ, quam ſemper igni lento admotam tenebis, agitando, & probè miſcendo omnia diu cum ſpatula eburnea vel argentea: donec percipies, omnia in bonam conſiſtentiam redacta eſſe & ex materia refrigerata pilulas formare poſſis: adde rurſus (ad materiam videlicet ab igne dimotam) *oleorum aniſi, & fœniculi dulcis chymicè extractorum an. gutt.* 12, *vel* 15. omnia optimè commiſcendo, & ſerva hanc compoſitionem in vaſculis eburneis, vel argenteis. Doſis eſt magnitudo grani piperis, & eoſdem, quos primum laudanum, effectus demonſtrabit: quorum virtus non minuitur temporis longitudine, ſed potius augetur, tanquam res in præſtantiorem commutata ſubſtantiam.

Ad normam, & exemplar horum duorum laudanorum, quæ modò deſcripſimus, poterit verus Philoſophus & Medicus tot alia, quot voluerit, parare: & præclara inde alexiteria, & veras theriacas componere, aliaque remedia adverſus omnis generis venena: ubi tantum opus erit additione pulveris ſalium theriacalium, ſive extractorum viperarum præparatorum eo, quo ſupra edocuimus, modo.

Ut ſpecifica fiant ad certum quendam morbum, gravem & deploratũ, qualis eſt *epilepſia*, adde parum extracti cujuſdam epileptici, & eſſentiæ caſtorei.

Digitized by Google

In uteri ſuffocatione adjice parti uni dimidiam extracti cujuſdam hyſterici, cujus deſcriptio *ſequenti capite dabitur.* Laudana enim ſunt generalia remedia, & pluribus graviſſimis affectibus quibuſcunque corporis noſtri partibus inhærentibus, accommodata.

NEPENTHES
ſeu
Laudanum Quercetani.

Nepenthes ſeu *Laudanum* noſtrum inquit, quod à laudabili effectu vere laudanum dico: Nepenthes verò à ſimilitudine, quam habet cum Nepenthe Helenæ qua omnes languores tollebat (ut eſt apud *Homerum*) medicinarum quotquot hactenus novimus ſumma & incomparabilis eſt. Ideoque non pœnitebit ut ſpero ejus deſcriptionem hoc loco ſubjeciſſe. Etſi verò jam ante de eo aliquid dixerimus, volo tamen, ut ſpecialius id nunc extet, ne fruſtra mirentur (quòd faciunt multi) à tam exigua & tam nullæ quantitatis unius grani piperis doſi, tam admirandos effectus, cujuſmodi ſunt: omnes dolores atque languores mirificè ac velut incantamento ſedare *citò, tutò, jucundè,* compeſcere hæmorrhagias atque fluxiones nimias cujuſcunque generis, vegetare atque roborare ſpiritus, inordinatè vagantes compeſcere, idque ſicut dictum, pari promptitudine atque felicitate. Et boni iſti opii viribus tribuunt, quod laudani noſtri præcipuum ingrediens eſſe ſibi imaginantur. Sed imaginentur quantum volent, modò ſciant nunc aut diſcant nullum in eo eſſe nec opium, nec opii vim, quamvis opium debitè præparatum (ut ſoli noſtri fideles norunt diſcipuli) non omninò repudiemus: ut ideò temerè à multis habeatur ſuſpectum, tantoq; inconſiderantius quod conſtet vel medico ſemeſtri, illud haud infimum eſſe ingrediens theriacæ, ſummam Philonii baſim, & aliorum plurimorum, nunc paſſim in officinis primas tenentium. Quin has potius naſutuli reprehendunt compoſitiones, quod eas opium nulla arte, nulla præparatione caſtigatum ingrediatur. Sed ſapiunt quantum poſſunt, non quantum volunt. Nos verò & his modò dictis, ſed aliter & magis ad propoſitum præparatis uti novimus.

Præcipua vis Nepenthes in quo conſiſtat.

Pro certo tamen affirmamus, præcipuam vim narcoticam, quam Nepenthes noſtra poſſidet, depromptam eſſe *ex vitrioli ſulphure dulci, ex ſulphure argenti, tinctura coralli, eſſentia croci & camphora.* Nec deſunt, ſcio qui rideant, quod ſulphur quoddam dicam narcoticum, cum hanc vim ſtupefactivam immenſæ frigiditati tribuant omnes. Sulphur ècontra, quod rem putant oleaginoſam, nihil minùs, quàm talem virtutem obtinere poſſe. At non vident tales, cùm ſint luſci, præter odorem ingratum, etiam maximam partem oleaginoſam eſſe ſeminũ papaveris, hioſciami & cicutæ imò nihil ferè eſſe aliud, quàm oleum. Hic illorum certè odor,

odor, vel abſque ſubſtantiæ inſpectione repræſentat nobis ſubſtantiam quandam oleaginoſam, atque ſulphuream. Hanc feſtiviſſimè, & manifeſtiſſimè invenire docet ars deſtillatoria. Hæc & alia multa certis & infallibilibus demonſtrationibus publico ſcripto patefaciemus: ubi conſtabit vim narcoticam, ſeu ſtupefactivam, longè alteri & contrariæ quoque qualitati, quam udæ & ſoli frigiditati exceſſivæ eſſe tribuendam: cum nihil ſit aqua ſimplici & elementali frigidius quæ tamen non ſtupefacit: cum ſulphurea & vaporoſa illa qualitate careat, cerebrum haud facilè occupet, & narcoſi ſepeliat. Ecquid hoc manifeſtius docet vino? quid promptius vapore croci? quid efficacius fumo carbonum, aliorumque plurimorũ ſulphurea & vaporoſa qualitate ſcatentium? utique ergo vim narcoticam calidam æquè ſtatuendam, ac impenſè frigidam (ut illi ajunt) putarim. Hæc quippe ſola, atque potiſſimum tales effectus producere poſſunt, & ſolent, quos narcoticis omnis ſchola medicorum tribuit. Sed ut redeamus tandem ad id, unde digreſſi ſumus, Nepenthes noſtra, cujus ſpem fecimus, ex ſequentibus paratur. Nempe:

Nepenthes Quercetani deſcriptio.

Ex extracto radicum angelicæ.
Tormentillæ
Zedoariæ
Caryophyl.
Pæoniæ
Viſci quercini, parato cum aqua cinnamomi.
Ex ſalib. cranii hominis
Et cornu cervi
Extractis cum aqua deſtillationis tenellorum cornuum cervorum:
Item:
Ex extractis omnium aromatum, vulgari modo confectis.
Ex eſſentiis confectionis de hyacintho,
Alchermes factis cum aqua theriacali:
Ex extractis myrrhæ &
Mumiæ cum aqua vitæ communi.
Ex ſulphure dulci vitrioli
Oleo auri
Argenti
Croci
Camphoræ:
Ex tinctura coral. omnibus cum proprio menſtruo expromptis, quæ vera & genuina ſunt narcotica magni hujus magiſterii. *Ex oleis ambræ flavæ* aut *Succini*: *nucis muſc. caryophyl. cinnamomi, aniſi, corticum citri, communi ratione extractis.*

His omnibus ritè & artificiosè, ſicut decet, mixtis, addimus *eſſentias perlarum, corallorum.*

Cum verò bezoardico in pulverem redacto, ea doſi ac proportione, ut juſtam pilularum conſiſtentiam acquirat: cui ab igne ſemotæ affundo eſſentiam ambræ gryſeæ atque muſci. Ac parte quadam ſeorſim ſervata, eam moſchi eſſentia non inficio, ut Nepenthes noſtræ uſus mulierculis à matrice ſuffocatis, poſſit eſſe tutus ac laudabilis. Doſis tantę noſtræ medicinæ quàm exigua eſt, nec granum piperis magnitudine excedit,

cedit, interim effectus reddens admirandos, ut notum eſt tum huic noſtræ nobiliſſimæ virgini multoties, tum infinitis aliis, qui viderunt vel ipſimet experti ſunt, quorum tot ſunt in hodiernam uſque diem ſaluбriter adhuc viventes, ut in re nota gloriam aliquam quærere aut pompam aucupari pigeat.

Nepenthes Quercetani, ſecundum Iſnardum.

℞ *Sulphur. narcot. vitrioli* ℥j.
Tinctur. corallor. vitriolat. (quæ ſolutis inibi auri foliis pro libitu ſit imprægnata) ℥jß.

Miſc. ſubinde humectando & exiccando, huic adde

Magiſt. perlar. ℥ß.
Ol. ſolis
Lunæ ana ℥j.ß.

Miſc. & nigreſcet materia inſtar picis, tunc adde

Eſſ. Mumia.
Theriac.
Mithridat.
Conf. Alkerm.
De Hyacinth.
Diatr. Santali ana ℥ß.
Eſſ. ſuccin. (vide Pharm. c. 3. 1. in deſcr. Laudani.)
Camphor. ana ℈j.
Lap. Bez. or.
Terr. bezoardic.
C.C. ppt.
Vnicorn.
Terr. Turcic. ſigill. ana ℈j.
Eſſ. croc. ℨij.
Ol. cinamom.
Nuc. moſchat.
Macis.
Garyophyllor.
Piper. ana gut. xij.
Aniſi
Fœnic.
Citr. ana gut. xx.
Sp. Sulphur. p. c. impragnati ſale Salviæ ℈ij.
Eſſ. Ambr.
Moſch. ana ℈ß.
Aq. alicuius Cephalic. v. g. cornicul. ℥j.

Circulentur in vitro ✠ ✠ cl. ut eo melius invicem uniantur. Sic paratum *Laudanum* ſive *Nepenthes* præſtantiſſimum.

Narcoticum eſt efficaciſſimum in morbis quam plurimis utiliſſimum veluti ſunt Epilepſia, febres continuæ, defluxionibus, &c.

N. Pro fœminis omitti poteſt ambra & moſchus.

Sulphur narcoticum vitrioli & Lunæ paratur hoc modo.

℞ *Vitrioli bene rubificati i. e. Colchotaris* ℥iiij. ☾ *calcinatæ* ℥j. Affundatur *acetum deſtillatum*, digerantur & deſtillantur ex retorta vitrea in receptaculum amplum juncturis bene clauſis, in cinere (vel arena) calore ſat forti, aliquoties (3.) iteratis cohobationibus. Tandem vice ultima da paulo fortiorem ignem: Deſtillatum ex cucurbita calore leni abſtrahe ad viſcoſitatem uſque. Sic habes ſulphur narcoticum vitrioli.

Oleum Solis paratur ut ſequitur.

Solvatur ☉is ℥j. *in aqua philoſophic.* (ex nitro & ſale armoniaco deſtilla-

ſtillatæ) *unc.* vj. abſtrahatur, & reaffundatur *calci* ☉*is nova aqua* illius unc. iij. reiteretur idipſum aliquot (3.) vicibus ut fiat totalis ſolutio.

NB. ☉*is* ℥j. *requirit* ▽ *illius* ℔ j. *circiter*.

Solutiones deſtillentur ex cucurbita ad latus inclinante ad conſiſtentiam NB. mellis: materiæ reſiduæ affundatur denuo aqua illa philoſoph. itereturque deſtillatio, donec in fundo materia remaneat albida vel gryſea.

Deſtillato liquori affundatur triplum *aquæ font.* dein injiciatur ☿*ii puriſſimi* (v. g. ex cinnabari extracti) unc. iiij. (ad ☉is unc. 1.) ſic nigreſcet aliquantulum liquor: reponatur aliquandiu (hor. 24.) ad reſidendum & habebitur ſãã, quod optime aqua font. ablutum trajiciatur per linteum: dein exhalet *Mercurius* & remanet *Calx Solis* tenuiſſima, *in oleo Juniperi* ſolubilis. Et hoc eſt oleum illud Solis ad Nepenthis compoſitionem requiſitum. *Vid. & Tinctur. Solis ſuo loco.*

Oleum Lunæ.

Fit eodem modo, ſi loco aquæ illius regiæ ſumatur ▽ f. ex nitro & alum. calc. prolecta; loco olei Juniperi adhibeatur oleum ſalviæ. Vid. & hiſtoriam ☾æ.

Magiſter. perlarum.

Habetur in panacæa ♁ii.

N. Hoc eſt Laudanum illud Quercetani, quod una cum plurimis aliis ejus ſecretis reip. medicæ communicavit doctiſſimus D. *Iſnardus*, idque ex manuſcriptis Quercetani poſthumis. In quo ſane non poſſum non laudare candorem, quod bonum publicum privato ſuo uſui præpoſuit. Diſcrepare hoc non nihil quidem videtur ab illo Quercetaniano: verum cum in baſi utrumque conveniat, non incommode, dilucidum ac integrum obſcuro ac mutilato ſubſtitui poterit. Nihilominus tamen ut dubia aperiam, quæ ſuper hoc recolo; 1. Narcoticum illud in phlegmate vitrioli ſpiritu volatili gravido cuipiam videretur fundari. Nimirum hoc concludi poſſet partim ex ipſiusmet *Quercetani* ſcriptis, ac inter alia ex cura ejus podagrica, ubi phlegma ſuo proprio ſale & ſulphure narcotico, impregnatum eſſe ait: partim ex *Paracelſi cura* Epilepſiæ, quæ potiſſimum in narcoſi conſiſtit ferveſcentium ſc. ſpirituum, cujus rei gratia ſpiritum vitrioli volatilem ſumme commendat. Non video igitur cur vitriolum ad rubedinem antea calcinetur, adeoque ſpiritus volatilis cum phlegmate magna ex parte abigatur.

2. Quod me torquet, liquor eſt ſalinus acetum ſc. cujus beneficio ſulphur illud elicitur: Sulphureum enim menſtruum, ſalino præferendum eſſe, naturæ argueret affinitas. Simile quippe ſimili facilius aſſociatur quam alieno.

3. Eſt locus expreſſus ipſiusmet *Quercetani ex defenſ. c.* 16. qui habetur in pharmacop. ſpec. c. 2. *obſervatur*, inquit, ſulphur in vitriolo per ruſſam quandam ochram dulcem,

quæ ab eo facile ſeparatur. Quod rerum lenitivum ac vere narcoticum eſt: omniumque dolorum levamen ac ſedativum. Quod in Nepenthe noſtro tanquam baſin conſtituimus.

Laudanum ſive Anodynum polychreſtum Montani.

Ex Iſnardo.

Fit. 1. ex ſulphure vitrioli ſolvendo & præcipitando cum ol. Tartari, donec totum vitriolum in Ochrã converſum ſit, quæ poſtea digeritur cum Sp. V. usque ad perfectam dulcedinem.

2. Ex Tinctura ſolis calcinati, ut dictum eſt in deſcriptione Nepenthis, ſed loco Eſſentiæ Juniperi Tinctura extrahenda eſt cum Sp. Vitrioli Hung. de phlegmat.

Circuletur ſulphur vitrioli & Tinctura Solis p. æq. cum Sp. V. deinde adde ad ℥ij hujus mixturæ rubicundiſſimæ Eſſentiæ croci ℥ß. Magiſt. Perlar. & corallor. ut ſupra in Nepenth. præparat. ana ʒij.

M. F. Medicina polychreſta, quæ eſt verum Anodynum ſine opio.

De variis Chymicis operationibus, Extractis, & Eſſentiis, Magiſteriis, Salibus, & Oleis.

Cap. XXXII.

De Extractis.

Ut noſtro ordini conſueto inſiſtamus: operationes chymicas, quibus jam Pharmacopœam noſtram ditare, & exornare conſuluimus, qua licebit facilitate & perſpicuitate declarata elucidabimus.

Dividemus igitur hujuſmodi chymicas operationes (ſive ſint extracta, ſive eſſentiæ, ſive magiſteria, &c.) *in ſimplices & compoſitas*: qualicunque tandem opera, ſcopo medico inſerviant, ſive prima, ſive ſecunda qualitate, ſive alteratione, evacuatione, roboratione, derivatione, ſive aliis diverſis curationis intentionibus particularibus, tam ad morborum curationem, quam ſymptomatum, quæ morbos individua ſocietate comitantur, correctionem aptentur. Quilibet poterit facilè ex ſequenti horum extractorum, eſſentiarum, aliarumque chymicarum operationum ſerie, atque tractatu perſpicere, quam facilem docendi viam, atque methodum ſtudioſis ſequendam exponamus. *Diviſio operationum chymicarum*

De Menſtruis.

Loco menſtruorum, ſive diſſolventium, ad has operationes neceſſariorum, non tantum utemur aquis vitæ *vini*, & *iuniperi*, quamvis hæc in præcipuis, & maximè neceſſariis diſſolventibus numerantur, de quibus multi quidem ineptè ſatis garriunt: ſed etiam ad hoc inſtitutum nobis inſervient *hydromel vinoſum*, *vinum Canariæ, ſerum lactis, aqua lactis, aqua pomorum redolentium, ulmariæ, cardui benedicti, fumiterræ, agrimoniæ, filicis, & ſimilium*: vel aquæ ex ſimplicibus iiſdem, ex quibus extracta, ſive eſſentias præparare animus eſt, deſtillatæ: vel aliæ qualitatibus, & proprietatibus extracti conficiendi congruæ, & appropriatæ; quæ omnia judicio periti, & experti Medici conſignantur. *Menſtrua ſive diſſolventia.*

Quia

Quia hic de *menſtruis* agitur, utpote quæ præcipuum Extractorum ſunt inſtrumentum; libet brevibus attingere. Menſtrua Authori noſtro in Metallorum inprimis diſſolutionibus ac Extractionibus uſitata.

Hæc ſunt.

1. Menſtruum ex nitro Philoſophorum.

De hoc agitur *in mineralog. c. 3. N. 3.* Item *cap.* 19. ubi magiſterium gemmarum docetur, &c.

2. E rore Cæleſti: Menſtruum Cæleſte dictum.

Menſtruum cæleſte, nihil aliud eſſe dicimus, *ait author in defenſ. ſua.* quam rorem menſis martii, ejusque ſaccharum, mannam: ex quibus duobus ſimul mixtis, digeſtis ac deſtillatis generale diſſolvens erumpit tincturis lapidum omnium educendis aptiſſimum.

N. Forſan pluvia ad idem inſervire poſſet, quæ itidem ſale aereo gravida eſt.

3. Menſtr. ex Saturno.

De hoc videatur in *mineralog. c. 2. N. 9. Pharmac. c. 35. N. 4.* & alibi paſſim.

N. Hoc ſpiritum glaciati corneoli vocat.

4. Ex Mercurio.

De hoc agitur in *mineralog. c. 10. n. 9.*

5. Ex ſale marino.

Videatur *mineralog. c. 12.*

6. Ex Vitriolo.

Vide ſis *mineralog. c. 13. n. 12.*

7. Ex Corallis, Aqua vitæ ſ. Spiritus menſtrualis.

Vid. *mineralog. c. 19.*

N. *Eodem modo & ex margaritis ac gemmis aqua vitæ elici poteſt, vid. d. l.*

8. Ex ſilicibus vel cryſtallis.

Hujus author peculiarem mentionem nullibi facit; creditur tamen exinde menſtruum Authori fuiſſe familiare ac ſecretiſſimum, de quo qui velit, legere poterit doctiſſ. Dn. Iſnardum, in faſciculo ſecretorum Quercetaniorum, gallice edito.

N. *Alii calcinant ſilices cum ſale Tartari, hinc in liquorem redigunt, ſolvendis metallis, iisq. vivificandis aptum.*

9. Ex calce viva.

Nec hujus author expreſſe meminit. Fieri tamen poteſt inde menſtruum metallis ſolvendis idoneum cum Sp. Vini. Videatur *Keſlerus in ſuis Centur. & ex hoc Pharmacop. mea medico-chymica.*

10. Ex vino.

1. Spiritus Vini ſimplex.
2. Spiritus Vini tartariſatus.

N. *Præſtat ex hydromelite Pharm. 15.*

3. Spiritus alcaliſatus *vid. miner. c. 3. n. 66.*

11. Ex aceto.

1. Acetum deſtillatum.
2. Acetum philoſophorum, *mineral. c. 11.* Antid. ζωφια *vid. & Pharm. c. 82.*

12. *Ex ſaccharo & melle.*

Quin ex Saccharo ſolo & ex melle privatim, *ait Author in defenſione*, diſſolvens quoddam extrahi poterit, quod ſolvendis metallis h. e. tincturis eorum extrahendis opportuniſſimum habetur.

Extracta è lignis, &c.

Et hæc de menſtruis obiter adduxiſſe placuit; Jam ad *Extracta*: Exordimur itaque *à lignis, corticibus & radicibus*, & ex his eligemus præſtabiliora, & pluribus, ac diverſis morbis accommodatiora: initium facientes à ligno guajaco.

Extractum, ſive gummi guajaci, ut appellant.

℞. *Ligni guajaci*, & ejusdem corticis, quæ partes balſamina, & oleaginoſa ſua ſubſtantia ceteras vincunt: *ligni*, inquam, *partes duas, & corticis partem unam*, quorum quantitas non minor ſit 7. vel 8. librarum pondere. Omnia in raſuram redacta, indantur in plura alembica, ſive vaſa vitrea magna, capacia, & oblongi colli: affundendo *aquam optimam vitæ, vel vini, vel hydromelitis vinoſi*: Clauſis vaſis, ne quid expiret, fiat digeſtio in baln. vaporoſo calidiori per 12. vel 15. dies, quo tanto temporis ſpacio aqua vitæ melius rubeſcat, & impregnetur ligni tincturis; omnem liquorem, calentem adhuc cola: fæces autem prælo fortiſſimè exprime: tum egredietur liquor ſpiſſus, rubicundus, & oleaginoſus, quem cum priore conjunge. Omnibus ſimul in alembicum, vel cornutam cum ſuo recipiente inditis, fiat deſtillatio, donec materia in fundo maneat in conſiſtentia mellis, & bulliendo bullas emittat, non ſecus ac mel ipſum. Tunc calentem materiam effunde in patinam terream vitreatam, aquam frigidam continentem, & ſtatim coagulabitur inſtar aloes, aut gummi rubei: quam manu exemptam abſterges, & ſervabis tanquam remedium precioſiſſimum, utpote quod præcipuis guajaci viribus, tam ſulphureis, quàm ſalinis abunde dotatum eſt.

Ex eo finges duas pilulas exiguas, & habebis præſtantiſſimum ſudativum & remedium bezoardicum; quod nullas corruptiones relinquit in corpore, ſudores, & urinam mirificè provocat, ipſamq; ſimul alvum dejicit. *Vires extracti, ſive gummi guajaci.*

Nota. Præſtat in conficiendis hujuſmodi extractis, loco aquæ vitæ, accipere hydromel quoddam vinoſum, aut aquas ulmariæ, cardui benedicti, & fumiterræ, acidulas factas cum ſucco limonum, aut aceto montano. De hac aqua, quam poſt extractionem deſtillando ſeparabis, & ſtudioſe tanquam res ingentis precii ſervabis, exhibe duo, vel tria cochlearia ſtatim poſt aſſumptam pilulam, et *ſingulare remedium adverſus luem veneream, quantumvis inveteratam, comperies*: eius uſum, præmiſſis tamen remediis univerſalibus, & imperata ægro victus ratione ſive diæta, qualem hujuſmodi affectus ſibi expoſcit, ad pluſculos dies continuabis.

Ere

Pro varia ægri natura & temperamento, variari quoque poteſt diſſoluens in extracto guaiacino parando. Nam qui corpore ſunt macilento, & hepate fervidiore, eligant aquas fumiterræ & agrimoniæ acidulas redditas, ut ſuprà: quæ aquæ deſtillatæ poſt extractionem jam per ſe, ut ſuprà, exhibitæ ad unciam unam, aut duas plurimum conferunt ad ſudores potenter provocando, ceteriſque vulgaribus decoctionibus longè antecellunt.

Gummi è ligno ſaſſafras.

Gummi è ligno ſaſſafras ad eundem modum extractum, conducit quoque eidem malo: Elici poteſt vel ſeorſim per ſe, vel cum guaiaco ſimul iunctum.

Extr. ligni buxi.

Sic educes gummi ex ligno buxi: unde inſigne parabis *ſudorificũ contra omnes epilepſias, vermes, & putredines*; de quo tantum exiguam pilulam, ut de guaiacino pro doſi præbebis.

Gummi ex ligno & cortice juniperi.

Gummi tam ex ligno, quàm cortice juniperi, conſimili methodo ac via eductum, *excellens quoque eſt ſudorificum, & bezoardicum adverſus eaſdem epilepſias, peſtes & affectus contagioſos, & venenatos.*

Gummi ex ligno aloes, ligno Rhodio, & Santalo.

Eadem via elicies gummi ex ligno aloes, ligno Rhodio, & ſantalo: quæ ſummè ſunt *cardiaca & bezoardica.* Illis menſtrua, ſive diſſolventia adhibebis adeò commoda & convenientia, ut ſimplicia ea, quibus uti voles, ſcopo tuo accommodentur; verbi cauſa, *gummi è ligno aloes peculiariter prodeſt vermibus, & putredinibus arcendis:* illius extractioni congruæ erunt aquæ ſtillatitiæ, hyperici & centaurii. Sic gummi è ſantalo, quod hepaticum eſt, extrahi poteſt ex aqua agrimoniæ.

Extracta è corticibus.

Gummi è cortice fraxini.

Eodem modo gummi è cortice fraxini, quod eſt diureticum, diſſolvens, & contra ipſius lienis durities ſpecificum ſingulare, extrahes, vel cũ ſua propria aqua deſtillata ex tenerioribus eiuſdem arboris foliis, aut ſimili quadam aqua ſplenetica, & idonea ad aperiendum, & ad tenaciſſimum corporis noſtri tartarum gummique diſſolvendum.

Gummi è cortice tamariſci & capparorum.

Ita etiam parabis gummi è cortice tamariſci, & capparorum *contra eoſdem affectus*, cum aqua florum geniſtæ, ſcolopendriæ, &c.

Extracta è radicibus arborum.

Gummi ex radicibus arboris pomi.

Gummi ex radicibus arboris pomi, fructus acidos guſtui, & vehementer adſtringentes proferentis ex-

Digitized by Google

tractum cum aqua ex iiſdem pomis acidis deſtillata, *ſummum eſt medicamen contra omnia ventris profluvia, dyſenteriam, lienteriam, diarrhœam, fluxum hepaticum, & ſimiles.*

Quæ hactenus dicta ſunt, exemplaris loco in poſterum erunt, ad varia & infinita gummi extrahenda ex omnis generis arboribus, quas vel ex librorum lectione, vel propria experientia diverſorum morborum curationi convenire noveris: Si huiuſmodi extractorum argumentum fuſius tractandum nobis proponeretur, nunquam daretur finis.

Notandum eſt, extracta, quæ magis gummoſa, & ſulphurea exiſtunt, quæque ex ligno plus oleaginoſo, veluti è guaiacino, laurino, juniperino, & ſimilibus educuntur, poſt menſtruorum ſuorum ſeparationem (ſeparantur autem vel deſtillatione, vel evaporatione) in aquam injicienda eſſe: ubi ſtatim coagulabuntur, ut jam diximus de guaiacino: Sed plura alia extracta, quæ non adeo oleaginoſa ſunt, non coagulabuntur: unde hæc tantum coquenda ſunt ad ſapæ conſiſtentiam, aut paulò amplius, ut inde, ſi velis, pilulas formare poſſis. Et quo perfectius & diutius coques extractum, humiditatem ſuam inde magis magiſque ſeparando (ab ipſis etiam, quæ ſine aqua vitæ præparaſti) eo aptius diuturnæ conſervationi conficies.

Extracta è radicibus.

In radicum extractionibus, multa conſideranda ſunt: num videlicet eædem recenter collectæ ſint nec ne; num virides, an ſiccæ & marcidæ, num abundè ſucculentæ, nec ne. Videndum præterea, num ſuccus ſit liquidior, faciliorisque expreſſionis an verò viſcoſior, tenacior, & difficilioris expreſſionis. Quibus probè conſideratis omnibus, extracta componenda ſunt, vel cum diſſolventibus, vel ſine eiſdem: in his ultimis parandis ſufficiet radices tantum coquere, & digerere cum ſuo proprio & ſimplici ſucco, ſi liquidior ſit, & ſic deinceps poſt perfectam huius depurationem, inde extractum efficere.

Hæc igitur omnia in primis obſervanda ſunt. Dabimus autem horum quædam exempla, quibus artificem operarium ad practicum opus quaſi manu deducemus, idque tam facili via, ut vel minimus tyro in eo errare non poſſit. Exordium autem ſumemus à radice angelicæ, quæ præ ceteris commendatior, & magis *bezoardica* eſt; cuius recentis copiam, non quovis tempore & loco habere licet. Fingamus igitur eam exſiccatam ad extracti compoſitionem ſumendam, ubi juxta ſequentem methodum ſic progredietur.

Extractum rad. Angelicæ.

Recip. Radicis angelicæ craſſo modo conquaſſatæ lib. 1. affunde aquam vitæ juniperinam, vel aquam vitæ vini, vel hydromel vinoſum, aut vinum ipſum, ut tres quatuorve digitos ſuperemineat; colloca vas tuum probe clauſum in Balneo Mar. calido per 4. aut 5. dies: dein materiam cola,

cola, & fæces prælo quam fortiſſimè exprime, & expreſſionem coniunge cum colatura: fæceſque iterum injiece in vas vitreum, affundendo novam aquam vitæ, ut tres vel quatuor digitos ſupernatet, digere, ut antea, cola & exprime, & ſuccum hunc expreſſum prioribus adde. Omnibus ſimul in alembicum inditis liquor inde deſtilletur, quem ſervabis ſeorſim, quod autem in fundo inſtar ſapæ remanſerit, tuum erit extractum; cui ad virtutes ſuas augendas adjicias ſuum ſalem: calcinando videlicet fæces poſt ſecundam expreſſionem in furno reverberii, ut artis eſt, indeque eliciendo ſalem cum aqua ulmariæ & petaſitidis: quæ aqua addatur extracto, omniaque invicem probe miſceantur, & digerantur in Balneo Mar. per unum atque alterum diem. Poſtea liquor inde deſtilletur per alembicum in baln. vaporoſo ad ſiccitatem uſque. Servabis hanc aquam, quæ bezoardica, & ſudorifica eſt, ſeorſim, & in fundo reſtabit extractum talis conſiſtentiæ, ut facilè in pilulas efformari poſſit: ex quo una formata in piſi magnitudine, aut xv. vel xx. granorum pondere, *ſingulare & potentiſſimum erit ſudativum bezoardicum*: ſuperbibendo ſtatim propriæ aquæ ultimò reſervatæ unc. 1. vel duas: illud *remedium eſt adverſus peſtem potiſſimum, & contra omnis generis affectus contagioſos, cum maligna, & venenata qualitate coniunctos*. Si huic pilulæ addideris 7. vel 8. grana ſulphuris noſtri aurati diaphoretici, quod infra deſcribemus, ſudativum parabis prorſus admirabile, eiuſque virtutes longè efficaciores validioreſque ad prædicta mala contagioſa & venenata facilius ſubigenda & extirpanda præſtabis.

Extracta Imperialis, Zedoariæ, Tormentillæ, &c.

Eodem modo conficies extracta ex radicibus imperialis, zedoariæ, tormentillæ, gentianæ, ariſtolochiæ, enulæ campanæ, quæ iiſdem ferè intentionibus medendi inſerviunt. *Efficaciter autem omnes corporis corruptiones, & putredines auferunt & corrigunt: vermeſque ſive lumbricos in corpore naſcentes, varioſq; morbos excitantes enecant, & è medio tollunt.*

Extractum Zingiberis ſudativum.

Similiter quoque admirandum erit *ſudativum ad febres quartanas*, & omnes morbos ex craſſo, & fæculento humorum tartaro progreſſos, extractum zingiberis, quod ſpiritu vini elicies; cuius doſis eſt pilula piſi magnitudine, & *mirabiles animadvertes effectus.*

Extr. rad. pæoniæ, viſci querni, & viſci Coryli.

Sic etiam extracta fient ex radicibus pæoniæ, viſco querno, & viſco coryli *ad epilepſiam*: Sed loco aquæ vitæ ſubſtituantur aquæ pæoniæ, florum tiliæ aut lilii convall. ad extracta conficienda. Et ſic parabis varia extracta ex omnis generis radicibus,

Digitized by Google

pro diverſâ nempe ac varia earundẽ natura & proprietate, qua variis morbis expugnandis accommodantur. Si enim omnia ſigillatim deſcribere animus eſſet, opus excreſceret in infinitum, nullusque daretur finis. Ut igitur ſuprà, ita & hic exemplaris vicem ſuſtinebunt hæc, quæ modò expoſuimus, juxta quæ omnis generis extracta alia fabricare & componere concedetur.

Cautio de radic. ſucculentis.

Si radices, ex quibus extracta concinnare voles fuerint ſucculentæ, plurimoque liquore abundaverint: ſolummodo ex iis optimè mundatis & contuſis, prælo ſuccus exprimendus erit: qui ſuccus citra additionem alterius liquoris, immittatur in vas vitreum cum collo oblongo, & quantitatis conficiendæ capax: omnia digerantur in Balneo Mariæ calido per aliquot dies, donec ſuccus tuus, quantumvis albus in rubeum convertatur colorem, inſtar vini rubicundiſſimi aut ſanguinis: quod citra dubium per ſolam digeſtionem accidit: non ſecus, ac vinum album, & panis albus aliaq; poculenta & eſculenta coloris albi: nec non lac amygdalarum, hordearum mundum, & ſimilia, è quibus alimenta haurimus, opera digeſtionis in Baln. Mar. coloris animalis factæ convertuntur in ſuccum rubicundum, nempè in ſanguinem: qui ſicut optimè temperatus, dulciſque guſtu eſt; *ita omnia extracta artificio noſtro edocta, cum rubedine ſua, quæ illorum perfectionis ſignum eſt, coniunctam ſimul habent inſignem dulcedinem, cuius ope, ipſa diutiſſimè ſine ſaccharo & melle conſervantur; cum videlicet perfectè depurata fuerint*, ſicut fuſius & dilucidius capite de Syrupis declaravimus. Materia igitur in rubedinem converſa, omnique hypoſtaſi ſive craſſamento ſeparato, liquor ſeparandus eſt, qui colore albo inde deſtillabitur: extractum autem in fundo remanebit in forma ſapæ rubicundæ. Ut longiſſimo conſervetur tempore, evaporatio fiat in Baln. vaporoſo, ad omnem ſiccitatem donec materia in pilulas reduci poſſit.

Extr. rad. hyoſciami.

Sic extractum compones ex radice hyoſciami, cuius uſus erit ad anodyni cuiuſdam & laudani compoſitionem.

Extr. rad. eſulæ.

Sic etiam extractum purgans è radicibus eſulæ, ut mox dicemus, & ex infinitis aliis radicibus ſucculentis, diverſis ſcopis curativis accommodatis elicies.

Notandum eſt autem, præter enarrata radicum extracta, quædã eſſe in quibus præparandi ratio à priori longè differt, hæcque ipſa ſunt, quæ vires naturales inſtaurant, & corroborant, aut inſigniter conſolidant: ubi vini paniſque additione opus eſt: quæ duo naturam maximè nutriunt ac ſuſtentant, & reliquis ſimplicibus, cum quibus miſcentur, vehiculi inſtar ſunt, ut eorum virtutes promptius in venas & profundiſſima

quæque

quæque loca transferantur. Exempli cauſa *ad herniam*, quantumvis completam compendioſius citiuſque curandam, extractum educes ex ſymphyto, ſigillo Salomonis, quale mox deſcribendum aggrediemur, & *ad naturam debilem & enervatam calefaciendam, ſuoque vigori reſtituendam, vterique fœcunditatem excitandam*, parabis extractum Satyrionis.

Extractum ſive ſanguis ſymphyti.

Sanguis ſymphyti ad herniam

Recip. Rad. ſymphyti majoris & minoris ſimul optime mundatam, hanc in mortario marmoreo probè contunde cum piſtillo ligneo, donec formam pulpæ ſortiatur. Ad 4. libras hujus pulpæ adjice medullæ panis ſecalini, & panis ſiliginei ſive triticeiana lib. 1. Omnia invicem probè mixta, & tantillo vini albi irrigata iniiciantur in matracium vitreum cū collo longo, ſubere vel cera hiſpanica optime obturatum, ut nihil tranſpiret. Hoc matracium collocetur in fimo calido, quem chymici vētrem equinum vocant: ſive in balneo vaporoſo, donec materia in chyli ſanguinei ac rubicundi colorem convertatur. Tunc illam fortiter prælo exprime, & expreſſionem hanc chyloſam & ſanguineam pone in balneo vaporoſo, illud in hac ſecunda digeſtione majorem acquiret rubedinem; & fæces aliquot in fundo relinquet quas ſeparabis: continuando hanc digeſtionem & depurationem, donec materia clariſſima & rubicundiſſima apparuerit. Separa ab illa tunc liquorem clariorem per alembicum ad ignem Balnei vaporoſi, & remanebit in fundo extractum rubicundiſſimum, quod nominant ſanguineum ſymphyti, *ad hernias & omnia ulcera interna præſtantiſſimum.* Doſis eſt *ſcrup. 1. manè: diſſolvendum eſt in ſua propria aqua deſtillata, vel in vino albo, vel alio liquore congruo: continuando ad pluſculos dies, & egregios miroſque effectus inde produci comperies.*

Extr. ſive ſanguis ſatyrionis.

Eodem modo extractum ſive ſanguinem ex ſatyrione extrahes: quod *ſingulare matricis corroborans*, & *ſpecificum eſt remedium ad conceptionem prolisque generationem iuvandam, ſteriliſſimiſque quantumlibet mulieribus fœcunditatis donum impertit, viriquè impotentiam ad priſtinum vigorem reducit* cujus imitatione alia plura effingere licebit.

Nota. Verus philoſophus ulterius adhuc progredietur, & per eandem viam tum ex frumento, tum ex vino educet ſubſtantiam quandam ſanguineam, alendi ac vivificandi facultate potentem; quâ cauſam generationis carnis, in corpore noſtro indagabit.

Ad huius imitationē poſſunt confici extracta & tinctura ex tritico ad tabidos, & hecticos.

Extract a baccarum, granorum & ſeminum.

Sequuntur hinc extracta baccarum, granorum & ſeminum.

Extractum baccarum juniperi.

De baccis ſive granis juniperi nigris & probè maturis fit extractum, quod vocant Theriacam Germanicam, de qua ſupra iam locuti ſumus, eiuſque præparationem tradidimus, ita ut de eadem plura verba facere ſit ſupervacaneum.

Idem extr. aliter preparatum.

Ex iiſdem baccis, alia quadam methodo præparatur extractum cum ſua propria ſcilicet aqua vitæ, de qua antea diximus, modumque eam præparandi declaravimus, vel in magna etiam quantitate, ſicut nihil ea communius eſt in Germania. Accipiendæ igitur ſunt 4. vel 5. libræ baccarum juniperi ſelectiſſimarũ, & modicè conquaſſatarum: his imple ad medium uſque matracium vitreum capax, ſuperaffundendo ſuam propriam aquam vitæ, vel aquam earundem deſtillatam, (cum ſcilicet oleum ex iiſdem deſtillaveris per Alembicum magnum cupreum, in modum aliorum oleorum) ut una ex alterutra harum aquarum 4. aut 5. digitos ſupernatet, licet aqua vitæ alteri præſtet, vaſe ritè clauſo ſtent in digeſtione Balnei Mariæ per 5. aut 6. dies, donec dicta aqua intensè coloretur & virtutibus baccarum illarum imprægnetur. Effunde aquam hanc tinctam per inclinationem, & fæces adhuc calentes fortiter exprime per torcular: hanc expreſſionem adde eidem aquæ coloratæ: omnibus in Alembicum vitreum inditis, liquor inde ad ſiccitatem uſque deſtilletur in B. vaporoſo, in quo materia tua ab omni aduſtione immunis erit: aquam inde deſtillatam ſerva ſeorſim, & extractum etiam ſeorſim, quod inſtar ſapæ erit, longoque conſervabitur tempore. De hoc extracto exhibe ſcru. 1. vel duos, vel aquæ propriæ deſtillatæ cochlearia tria, & *habebis ſummum ſudorificum bezoardicum contra omnes peſtes & venena.*

Extractum bac. lauri.

Eadem via procedes in extractione baccarum lauri cum ſua propria aqua vitæ, aut aqua ab iiſdem deſtillata, ubi ſemel illarum oleum paraveris per magnum Alembicum: quod fit injiciendo lib. 1. baccarum conquaſſatarum in quinque aut ſex libris aquæ communis, cujus ope oleum iſtud aſcendit, facileque ab aqua ſeparatur: Nam ipſi aquæ innatat. Aqua verò interim attrahit, & conſervat adeo exactè & perfectè odorem, ſaporem, aliaſque virtutes prædictarum baccarum, ut longè ſit præſtantior & melior ad compoſitionem ſui proprij extracti, quàm quivis alius liquor extraneus & peregrinus.

Extr. purgans hederæ.

Eodem artificio conficies extracta ex omnibus alijs baccis granis, & ſeminibus; velut extractum purgans ex he-

ex hedera, extractum antepilepticum ex ſeminibus pæoniæ; extractum carminativum, & flatibus diſſipandis aptum, ex ſeminibus fœniculi, aniſi, cumini, dauci, & ſimilibus. In eundem modum fieri poterunt infinita alia extracta diverſis ijſdemque morbis appropriata, quibus ſimplicia, è quibus educuntur, conferunt.

Sapa ſive extractum uvarum.

Sunt ex granis quædam ſucculentiora & magis vinoſa, quorum extracta aliter componuntur: veluti eſt ſuccus vuarum, qui expreſſus, reducitur in ſapam: quæ una ratio eſt extracta concinnandi: eſtque ſapa hæc apta ad varia intinctuum genera componenda.

Extr. granorum matur. ſambuci & ebuli.

Sic quoque ex granis maturis ſambuci & ebuli fit extracti genus, ſive ſapa quædam *hydropiſi* congrua & ſalutaris.

Extr. granorum actes.

Ex ijſdem granis ſambuci probè maturis; & ad umbram per aliquod temporis ſpacium exſiccatis, aliud extracti genus efformabis, quod *eſt ſpecificum hyſtericum*; idque chymici vocant extractum granorum actes, cujus præparatio ſequentibus verbis continetur.

Collige magnam copiam granorum ſambuci optime ad umbram exſiccatorum, ut diximus: cæteriſque omnibus abjectis, ſola grana accipe, quibus ad mediam partem imple matracium magnum cum longo collo, ſuperaffundendo fortiſſimum ſpiritum vini, acidulum redditum cum liquore acido, vel vitrioli vel ſulphuris, ut materiam tres quatuorve digitos ſupernatet. Vaſe clauſo, ut nihil expiret, fiat digeſtio in Balneo Mariæ, per quinque, aut ſex dies, donec ſpiritus vini in colorem rubini tinctus apparuerit; quem ſeparabis per inclinationem, cavendo, ne quid ex fæcibus aut turbulenta materia ſimul tranſeat. De qua tinctura iam, non etiam ſeparato prius menſtruo, hoc eſt, aqua vitæ, quæ ſine corruptione aut alteratione ulla diutiſſime adſervabitur (& cui, ſi voles, addes parum ſacchari, gratioris guſtus cauſa) exhibebis ſemicochlear argenteum, aut cochlear plenum *mulieribus, quæ ex uteri præfocatione miſeris modis excruciantur: & ſubitò effectus ſequetur exoptatiſſimus. Ex improviſo enim, & quaſi miraculosè expergefient, priſtinæque valetudinis integritati reſtituentur.*

Rurſus ſi velis, ſepara indè aquam vitæ per Alembicum in balneo vaporoſo, donec in fundo remaneat extractum rubicundiſſimum: de quo exhibebis ſcrup. 1. pro doſi: idque diſſolves in ſua propria aqua deſtillata, aut in quibuſdam aliis convenientibus, aut vino albo, quod inde rubeſcere incipiet.

Digitized by Google

Extr. granorum ebuli.

Ad eundem modum parabis electuarium ex granis ebuli maturis, & ad umbram exſiccatis: *hocque extractum ſpecificum eſt remedium contra hydropem & cathexiam.*

Extr. ceraſorum nigrorum.

Sic quoque extracta conficientur ex pluribus aliis fructibus, veluti ex ceraſis nigris agreſtibus, & exſiccatis *contra epilepſiam*: in cujus extracti cōpoſitione, poteſt loco aquæ vitæ ſubſtitui quædam aqua antepileptica, de pæonia, &c.

Extr. florum papaveris rubeorum.

Sic & ex floribus papaveris rubei exſiccatis, cum ſua propria aqua eodem modo acidula reddita, cum liquore acido ſulphuris educes extractum præſtantiſſimum & *ſpecificum ad omnes pleuriſes*: quod unius ſcrupuli pondere diſſolutum exhibebis in uncia una ſuæ propriæ aquæ, deſtillatæ poſt tincturæ imprægnationem. Aut ſi voles, omiſſa ſeparatione eaſdem aquas tinctas ſervabis, & de iis præbebis vnc. ſem. vel vnc. 1. veſperi circa horam ſomni, & miros producet effectus.

Extr. flor. pæoniæ.

Ex floribus pæoniç rubeis & exſiccatis eodem modo elicies tincturā cum ſua propria aqua, quæ aciditate vitrioli acidula reddetur.

Extr. fruct. alkekengi.

Cum aqua alkekengi acidula quoque facta, ut ſuprà, extractum è fructibus eius rubicundis, & modicè exſiccatis *contra calculum comparabis.*

Extr. ſenelorum.

Cum aqua ſenelorum quoque acidula, elicis ex ſenelorum eorūdem fructibus exſiccatis extractum accōmodatiſſimum ad *præſervationem & curationem calculi.*

Extractum Croci.

Croci eſſentia *ad omnes roborandos ſpiritus conducit.*

Fit cum Vini ſpiritu, qui ſuper ipſum inijci debet toties, donec tincturam totam attraxerit & remaneat terra ſubalba, cui calcinatæ prius ut decet, indas eſſentiam extractam cum ſuo menſtruo, omniaque circulato in Mariç Baln. tum demum pelle per cineres. Quo facto ſepara vini ſpiritum in matratio & in fundo remanebit croci eſſentia. Doſis guttula. 1. ac 2. cum liquore aliquo vel juſculo aut vino.

Loco Sp. Vini commodius adhiberi poteſt, aqua aliqua cordialis.

Sic elicitur eſſentia camphoræ.

Ad hanc normam extractorum, diverſorum lignorum, corticum, radicum, baccarum, granorum, ſeminum, fructuum, & florum, verus & peritus Medicus *infinita alia ad diverſos & plurimos affectus affinget remedia.*

Extra-

Extracta herbarum.

Reſtat, ut breviter exponamus extracta herbarum: quæ fiunt tribus modis, ut ſequitur.

1. Modus parandi extracta ex herbis, radicibus, & caeteris omnibus ſuis partibus.

Primus modus eſt, ut contundatur herba, & prælo eius exprimatur ſuccus, dum adhuc viridis eſt & ſucculenta: poſtea ſuccus hic depuretur in Balneo Mariæ calido, tamdiu ſeparando purum ab impuro, donec nullæ amplius fæces in fundo reſideant: ab hoc ſucco perfectè ita depurato abſtrahe aqueum liquorem per balneum vaporoſum, donec in conſiſtentiam ſapę, aut paulò ſicciorem, ſi diu conſervari debeat, redigatur.

2. Modus

Secundus eſt, ut incidatur herba, cum floreſcit, qua impleatur Alembicum magnum terreum vel cupreum, ſtanno interius obductum, quale eſt illud, quo plerumque olea deſtillari ſolent: depreſſa optimè materia hydromelite vinoſo imbuatur: clauſo poſtea vaſe cum quodam operculo, omnia macerentur in calore Solis, ſi æſtas ſit, aut in quodam hypocauſto per quatuor, aut quinque dies: poſt exprimantur omnia prælo, & fæcibus affunde novum hydromel, vel aquam vitę, digerendo & exprimendo omnia: ac denuò idem repetendo, donec fæces omni virtute ſpoliatę videantur. Omnes hæ expreſſiones ſimul collectę, indantur in Alembicum, ut liquor inde deſtilletur, & in fundo remaneat extractum in forma mellis, vel ſapæ.

3. Modus.

Tertius & ultimus modus educendi & extracta ex prædictis herbis eſt, ut earum magna copia ſimul colligatur, quæ minutim incidantur aut contundantur: his impleatur magnum aliquod, aut plura minora Alembica terrea, aut vitrea, per quæ aqua illarum ad ſiccitatem deſtilletur, idque in balneo vaporoſo, fæcibus omnino ſiccis, nihil tamen aduſtionis redolentibus, & in pulverem craſſo modo redactis, affunde aquam ſuam propriam deſtillatam: & dum fit omnium in balneo digeſtio, aqua alliciet omnem herbarum tincturam, illarumque qualitatibus eſſentialibus ſubſtantificis impręgnabitur; continenter affundendo novam aquam, & omnia digerendo, ſeparandoque aquam tinctam per inclinationem, ac ſingula denuo repetendo, donec aqua amplius non tingatur, dein omnes hæ aquę tinctę, ſimul mixtæ, ac in unum aut plura Alembica apta inditę, deſtillentur uſque ad conſiſtentiam ſapę, ſive extracti. Aquas deſtillatas ſeorſim ſervabis, ut in illarum unc. 1. vel 2. diſſolvatur extracti drach. ſem. vel drach. 1. *Et ſic hoc extractum prabebitur in iiſdem affectibus, quibus ipſa ſimplicia, unde compoſitum eſt, conveniunt.*

Si ex fæcibus illarum calcinatis extraxeris ſalem; cum earundem proprio liquore, & hunc liquorem dum ſuo ſale addideris tuis extractis, & adhuc omnia ſimul & ſemel deſtillaveris, ut ſal enumeratus cum extractionibus iſtis exquiſitius miſceatur mul-

mulko efficaciorem reddes facultatem extractorum multiplicem, quam habent, nempe purgatoriam, ſudorificam, diureticam, aperitivam, & deoppilativam.

Extra. chelidoniæ.

Ex præſcriptis itaque his tribus modis, elige quemcunque volueris, & fac ex herba, radice, & tota reliqua ſubſtantia chelidoniæ extractũ, quod *præſtantiſſimum & ſpecificum eſt medicamen contra febres tertianas, icterum, cachexias, colores pallidos, & obſtructiones viſcerum: eſtque præterea remedium univerſale, pluribuſque expugnandis affectibus prodeſt: item diureticum & ſudorificum ſimul exiſtit,* ſi eius ſcrupulum unum in aquæ propriæ cochleari uno, aut duobus infuſum exhibueris.

Extr. meliſſæ.

Sic extractum è meliſſa paratum eſt *ſummum cardiacum.*

Extr. card. benedicti, & ulmariæ.

Extractum cardui benedicti, & extractum ulmariæ ſunt *ſudorifica, & ſingularia remedia adverſus peſtem.*

Ex omnibus præterea herbis juxta hanc methodum ſimplicia efformabis extracta, ita, ut mihi ſatis ſit, in quinque aut ſex ſimplicibus ſelectioribus & præſtantioribus dotibus, tantum preparationis normam & rationem oſtendiſſe.

Extracta compoſita.

Ad eandem normam compones etiam extracta compoſita, *Cephalica, Thoracica, Cordialia,* & alia, tam majora, quã minora; de quibus ſuprà capite de Antidotis mentionem fecimus: & quamvis jam utrumque cephalicũ exempli cauſa à nobis deſcriptum ſit, non tamen abſurdum videri debet, ſi illud huc, tanquam ſuo proprio loco, rurſus inferamus.

Extractum Cephalicum maius.

Recip. rad. Acori.
- *Pæoniæ.*
- *Viſci querni.*
- *Ligni aloes.*
- *Baccarum juniperi.*

Sem. Pæoniæ.
- *Cinnamomi.*
- *Garyophyllorum.*
- *Macis.*
- *Nucis muſcatæ.*
- *Cardamomi.*
- *Fructuum anacardorum.*

Flor. Anthos.
- *Salviæ.*
- *Primulæ veris.*
- *Pæoniæ.*
- *Calendulæ.*
- *Betonicæ.*
- *Lavendulæ.*
- *Stœchados Arabicæ.*
- *Lil. convall.*
- *Euphragiæ.*
- *Tiliæ arboris.*

Incidenda incidantur, & contundenda contundantur, & indantur in matracium vitreum, ſuperaffundendo aquarum vitæ, ſalviæ, & granorum juniperi quantum ſufficit, ut aqua

Digitized by Google

aqua quatuor digitos ſupernatet materiam. Digerantur omnia ad ignem Balnei Mariæ per ſex, octove dies: fiat colatura, & expreſſio per torcular: indeque ſeparetur liquor aqueus per evaporationem, donec materia in ſapæ, ſive extracti forma reſtet in fundo. *Doſis eſt drach. ſem. in omnibus frigidis affectibus cerebri.*

Extractum cephalicum minus.

℞. *Herb. & flor. meliſſæ*
Betonicæ
Pæoniæ
Salviæ
Roſmarini.

Omnibus recenter collectis, (quod facilè ſuo tempore fieri poteſt) & ritè contuſis, invicemque mixtis, liquor inde ſeparetur per balneum vaporoſum: rurſuſque idem liquor fæcibus affundatur, ut tinctura inde eliciatur, fiatque omnium multoties reiteratio, procedaturque ulterius, ut in cæteris extractis.

Extractum thoracicum maius.

℞. *Rad. Enulæ campanæ*
Iridis
Tuſſilaginis
Polypodij
Liquiritiæ in talleolas ſectarum ana ℥ *iij.*
Iniubarum
Sebeſten
Vuarum Corinthiac. ana ℥ *iiij.*
Herb. Scabioſæ
Praſij
Hyſſopi
Capill. veneris, ſiccarum & craſſo modo contuſarum
Sem. Cardui benedicti
Bombacis
Vrticæ
Aniſi
Fœniculi
Papaveris albi ana ℥ *iij.*
Cinnamomi ℥ *j.*
Flor. ſicc. Borraginis
Bugloſſæ
Tuſſilaginis
Papaveris rubei ana p. iiij.

Omnia contuſa & probè invicem mixta, in vas aptum indantur, affundendo aceti ſcillitici lib. j. ſem.

Aquar. Scabioſæ
Cardui benedicti
Hyſſopi
Tuſſilaginis ana lib. j.

Digerantur omnia ad lentum ignem per dies aliquot, poſtea fiat expreſſio & evaporatio ſubſtantiæ aqueæ: donec materia in ſapæ conſiſtentiam reducatur: ſicut de ceteris docuimus: & habebis extractum thoracicum majus: quod ad duas drachmas exhibitum, vel ſolum in forma pilulæ, vel diſſolutum in aqua propria, *conducit omni aſthmati, orthopnœæ, difficili reſpirationi, & ſimilibus thoracis affectibus.*

Extractum thoracicum minus.

℞. *Herb. Tuſſilaginis*
Scabioſæ cum toto

Praßij
Calamenti
Hyſſopi recenter collectarum 4.
Sem. frigidorum.
Sem. Vrticæ
Et Cardui benedicti.

Omnia ſubtiliſſime contuſa deſtillentur in balneo vaporoſo uſque ad ſiccitatem: cum propria aqua deſtillata, ſiccis fæcibus iterum affuſa, extrahe tincturam, in ceteris eandem obſerva methodum, ut hactenus abunde declaravimus, & habebis extractum pectorale minus.

Extractum maius Cardiacum ſive Cordiale ex Alexicac.

℞. *Raſuræ ligni aloes*
Ligni Rhodij ana ℥ *ij. ſem.*
Angelicæ
Scorzoneræ
Zedoariæ ana ℥ *iij.*
Cort. Citrij ſicci ℥ *ij.*
Dictami
Been utriuſque
Doronici.
Sem. Ocymi.
Citrij.
Meliſſæ
Acetoſæ.
Granorum alkermes ana ℥ *j. ſem.*
Garyophyllorum
Cinnamomi ana ℥ *j.*
Croci ℥ *ſem.*
Roſ. rubrarum p. iij.

Omnibus conquaſſatis ſuperaffundantur

Succi limonum lib. j. ſem.
Aquar. Scordij
Meliſſæ
Flor. roſmarini ana lib. j.

Vel quantum ſufficit ad materiam benè irrigandam. Omnia digerantur ad ignem lentum, exprimantur, fiantque reliquæ operationes, ut in ſupradictis extractis capitalibus & pectoralibus jam explicatum fuit.

Extractum aliud Cardiacum.

℞. *Rad. Pimpinell.*
Angelic.
contrayerv.
Tormentill. ana ℥ *iii ß.*
Lign. Aloes
Colubrini ana ℥ *i.*
Herb. Cardui benedicti.
Sem. Card. Mar.
Citrii ana ℥ *i*
Croci, ℥ *ij*
Galang. ℥ *ß*
Roſ. rubr.
Flor. Borrag. ana M i.
Aquar. Abetoſell.
Scordij
Tormentill.
Succi Limonum, ana libram i. vel quantum ſuff.

Vaſs

Vas bene occluſum in balneo calido Mariæ, per quatuor aut quinque dies reponatur. Quo peracto, omnia ſedulò exprimantur ſub preſſuris, & hæc prima expreſſio ſeparatim reſervetur, & ſuper feces materiamque reliquam liquores prædicti rurſus fundantur, ut omnia, modo quo ſupra in balneo digerantur: & iterum fiat expreſſio, ut ſic integra virtus ſubſtantifica prædictarum materierum & ſimplicium eliciatur.

Ubi verò ſemel hæ duæ expreſſiones, prima & ſecunda, in unum commixtæ, & in vas vitreum oblongum debitæq; quantitatis injectæ fuerint: de novo digerantur, & craſſa eorum ſubſtantia, quæ in fundo reſidebit, eò uſque ſeparetur, donec omnis materia perfectè ſecundum artem ſit purificata: & ea prorſus, quam *in noſtra Pharmacopœa capite de ſyrupis* docuimus ratione.

Hæc porrò materia ſic exactè purificata, in patina argentea, vel vaſe vitreo, ad lentum ignem apponi debet, ut exinde ſic omnis humiditas ſecernatur, quò reſiduum in conſiſtentiam mellis reducatur ſpiſſioris, in quo tota extracti tui prædicti ratio & eſſentia verſabitur.

Duplex extractionis ſupradictæ deſcriptio.

Notandum autem obiter occurrit: quod pro gregariis prima & ſecunda extractio ſufficiet, ita ut ab illa aquæ per lentum cinerum ignem, ad mellaginem ſeparentur. Qui ſanè modus, ut admodum erit compendioſus, & brevi tempore perficietur: ſic anteriori, qui principibus ſolis atque proceribus aſſervatur, plurimùm cedet, ſeque utilitate inferiorem longe agnoſcet.

Qua ratione hoc extractum vires maiores nanciſcatur.

Si demum omnes quæ ſuperſunt feces ad ignem reverberii in cineres redigantur, ſalemque ex cineribus cum propriis extractionibus addideris: remedium multò præſtantius evadet. Eo quod de omnibus, ſimplicium ſupra dictorum, & ingredientium, virtualibus ſubſtantiis, atq; proprietatibus participabit.

Quin imo hoc in loco præterea juverit obſervare, quod omnes quæ ex præfatis extractionibus aquæ educuntur, & ſeparatim ſegregantur: jam re ipſa ſint bezoardicæ, & *contra omnes morbos peſtilentiales præſentiſſimæ.*

Ex eodem porrò extracto ſcrupulum ad libitum poteris exhibere, vel ſeorſim, vel cum ſua propria aqua, aut alia quavis cordiali permixtum: illudq; *præſtantiſſimum eſt, tum ad præſervationem, tum ad curationem peſtilentiarum remedium.*

Extractum minus cordiale ex Alexic.

℞. *Herb. Scordii*
Tormentillæ
Meliſſæ cum toto
Scorzoneræ, recenter collectarum an. M. iiij.
Citriorum in orbiculos diſſectorum cum cortice N. v. aut vj.

Omnibus, tam herbis, quàm ci-

triis, ritè contuſis in mortario marmoreo, & probè ſimul mixtis adjice

Cinnamomi ℥ *j.*
Croci ℥ *ß.*
Galliæ moſchatæ
Elect. de gemmis an. ℥ *ij.*
Camphoræ ℨ *j.*

Ex his omnibus liquor abſtrahatur ad ſiccitatem per balneum vaporoſum: cumque fœcibus reſiduis rurſus affundas ad tincturam eliciendam, pergendo in ceteris, ut in extracto minori pectorali methodus jam præſcripta commonſtrat. Et ſic habebis extractum minus Cordiale, *adverſus cardialgias & peſtilentes affectus plurimum conferens.*

Extractum maius ſtomachicum.

℞. *Rad. Calami aromatici, ſive galangæ*
Cyperi
Ligni aloes an. ℥ *iij.*
Cort. Arantiorum
Et Cytoniorum exſiccat. an. ℥ *j.*
Cinnamomi
Macis
Nucis moſchatæ an. ℥ *ij.*
Menthæ ſiccæ
Ambroſianæ ſiccæ an. M. ij.
Sem. Aniſi
Fœniculi
Liguſtici
Granorum myrti an. ℥ *j.*
Omnium myrobalanorum an. ℥ *ß.*
Roſ. rubr. p. iij.

Contundenda contundantur, & incidenda incidantur, miſceantur, & indantur in magnum Matracium capax, ſuperaffundendo

Succi Granatorũ acidorum ℔ *j. ß.*
Aquæ Cinnamomi ℔ *ß.*
Aquæ Menthæ &
Abſinthii an. ℔ *j.*

Vel quantum ſufficit ad materiam irrigandam: cum his enumeratis liquoribus fiat tandem digeſtio in B. Et in reliquis imitare progreſſum ſuperiorum extractorum majorum.

Extractum ſtomachicum minus.

℞. *Menthæ*
Ambroſianæ an. M. iiij. vel v.
Cytoniorum decorticatorum, & in orbiculos tenues diſſectorum N. 4.

Herbæ & Cytonia ſimul contundantur, & in pulpæ formam redigantur: huic pulpæ adde

Macis
Nucis moſchatæ an. ℥ *j. ß.*
Spec. Aromatici roſati ℥ *j.*

Mixtis invicem omnibus, & in Alembicum injectis, fiat deſtillatio per balneum vaporoſum ad ſiccitatem: Aquam inde elicitam iterum affunde fæcibus, & in ceteris ad proliciendum extractum, ſequere rationem reliquorum extractorum minorum, jam ſuprà à nobis traditorum.

Extractum hepaticum maius.

℞. *Ligni caſsiæ,*

& omnium

Digitized by Google

& omnium ſantalorum an. ℥ ij.
Rad. Rubiæ tinctorum
Filicis utriuſque
Acetoſæ
Oxylapathi
Rhabarbari an. ℥ j.
Eupatorii Meſ.
Comarum abſynthii pontici
Hepaticæ an. M. ij.
Sem. Apii
Petroſelini
Schœnanthos an. ℥ ß.
Spicæ nardi
Flor. Cichorii
Centaurii minoris
Chelidoniæ
Roſ. rubr. an. p. 3.

Contundantur, & indantur in vas vitreum: his adde
Aceti paſſulati ℔ j. ß.
Aquar. Agrimoniæ
Acetoſæ
Cichorii an. ℔ j.

Macerentur, deſtillentur, & aqua rurſum affundatur materiæ, & ſic educatur extractum juxta methodum aliorum extractorum maiorum.

Extractum hepaticum minus.

℞. Rad. oxylapathi
Vincetoxici
Acetoſæ
Filicis
Cichoreæ ſylveſtris cum toto an. ℥ iij.
Herb. Agrimoniæ
Hepaticæ
Centaurii minoris
Chelidoniæ an. M. 4. vel amplius.
Fructuum berberorum maturorum ℔ ß.

Omnia contundantur optimè ſeorſim, & probè ſimul miſceantur: quibus dein adjiciantur
Spec. Diarrhodon
Diatriaſantali an. ℥ ß.

Omnibus ritè invicem mixtis, & in Alembicum inditis liquor inde ad ſiccitatem deſtilletur, qui iterum affundatur fæcibus ad extractum eliciendum, veluti in aliis hactenus factitatum eſt.

Extractum ſpleneticum maius.

℞. Rad. Serpentariæ maioris
Filicis
Valerianæ ℥ ij.
Cort. Fraxini
Tamariscis ana ℥ iij.
Ceterach M. iiij.
Sem. Cardui benedicti
Cumini
Coſti an. ℥ j.
Piperis
Cubebarum an. ℥ vj.
Flor. Geniſtæ
Hyperici
Bugloſſæ an. p. ij.
Raſuræ eboris
Cinnamomi an. ℥ ß.
Limaturæ chalybis cum ſulphure calcinatæ ℥ x.

Indantur in Matracium vitreum superaffundendo
Aceti ſcillitici ℔ j.
Aceti bugloſſati
& Sambucini an. ℔ ß.

Aquar.

Ameos
Rutæ
Carui
Anethi ana ℥ ß.
Nucis muſcatæ
Cardamomi ana ℥ *ſem.*
Karabes ℥ j.
Caſtorei ʒ vj.

Contundantur & miſceantur, addendo

Hydromelitis vinoſi ℔ j.
Aquar. Rutæ
Matricariæ, an. q. ſuff.

Ut macerari poſſint: dein fiat expreſſio & extractum, ut artis eſt. Singulare eſt mundificativum matricis, *ejuſque omnibus affectionibus à cauſa præſertim frigida ſubortis opitulatur.*

Extractum hyſtericum minus.

℞. *Matricariæ*
Arthemiſiæ
Meliſſæ
Rutæ an. M. 4. vel amplius
Sabinæ M. 1.

His herbis adhuc recentibus ritè contuſis adde

Caſtorei
Myrrhæ
Croci ana ℥ j.
Cardamomi ℥ j. *ſem.*

His porrò omnibus affunde

Aquæ Cinamomi ℔ *ſem.*

Et inde deſtilla omnem liquorem ad ſiccitatem per Alembicum in B. vaporoſo: quæ deſtillandi ratio ceteris omnibus præſtantia & ſecuritatè præcellit, quod ſæpius inculcare non deſiſtimus. Dein cũ hoc eodem liquore fæcibus ſiccis iterum affuſo, omnes tincturas elicies: quo effuſo per inclinationem, fæces exprimes hancque expreſſionem junges cum liquore ſive aqua tincta. Omnibus denuò injectis in Alembicum, inde deſtillabis omnem liquorem, quem ſtudioſè ſervabis ſeorſim, & extractum reſidebit in fundo in forma ſapæ, aut paulò ſicciori.

Ad ℈ j. *offeret, vel in forma pilulæ, vel diſſolutum in ſua propria aqua. Admirabile erit in provocandis menſibus, & roborando utero.*

N. Hujus deſcriptioem paulò fuſiùs declaravimus, quàm reliquorum, ut ſit tanquam exemplar & norma, ad quam reliqua efformentur: quorum doſis non excedet ſcrupulum unum: quæque præbebis vel in forma pilularum, vel diſſoluta in ſuis propriis aquis, quas ad hos uſus ſemper adſervabis. Hac itaque methodo confici poterunt infinita alia extracta, quæ pharmacopœus in tempore parabit ad varios effectus ſemperque parata habebit hujuſmodi remedia, eaque ex medici præſcripto in uſum transferet, cum neceſſitas exiget: ſicque non opus habebit, ut toties recentia colligat ſimplicia, aut ad decoctiones, expreſſioneſque toties cum tanto tædio reiterandas confugiat: Nam in promptu ſibi erit extractum, quod ſtatim in congruenti quodam liquore diſſolvat, indeque effingat vel bolum, vel pilulas vel potiunculam, vel clyſterem. Nos hic adjicimus extractum carminativum, cujus imitatione facillimum erit præparare etiam dyſentericum, diureti-

Digitized by Google

cum, vulnerarium, & hujus generis alia.

Extractum Carminativum.

℞. *Baccarum lauri* ℔ j.
Baccarum juniperi ℔ *ſem.*
Sem. Dauci
Cumini
Fœniculi
Aniſi an ℥ iiij.
Herb. ſic. Calamenti
Origani
Pulegij
Summitatum Anethi ana M. 2.
Flor. Camomillæ veræ
Flor. Nucum
Et Sambuci an. p. iiij.
Cinnamomi
Nucis moſchatæ
Piperis
Cardamomi an. ℥ j.

Omnia craſſo modo contuſa, & ſimul mixta, indantur in Alembicum ſive vitreum, ſive terreum, aut cupreum capax, ſuperaffundendo hydromel vinoſum, aut vinum album generoſum, donec materia bene irrigetur. Vaſe obturato ſuo operculo fiat digeſtio in Balneo mediocriter calido per quatuor, aut quinque dies: quibus elapſis exprimes materiam vel per torcular tandem, omnemque liquorem inde expreſſum reſervabis, fęcibus affunde novum vinum album generoſum, vel aquam vitæ, ut denuò fiat digeſtio, & expreſſio, ut hoc modo omnis virtus ſubſtantifica prædictæ materiæ exquiſitius extrahatur. Omnibus expreſſionibus invicem mixtis, & in Alembicum inditis, inde totus ſeparetur liquor, quem accuratè ſervabis ſeorſim: ſicut & extractum Carminativum, quod in fundo remanebit in conſiſtentia inter durum & molle media.

Ad viginti uſque grana exhibebis iis, qui colicis torquentur cruciatibus, vel vitium habent in ventriculo, aut inteſtinis, vel in forma Pilularum, vel diſſolutum cum ſua propria aqua.

Vt clyſterem componas, de eo accipere oportet drach. 1. ſem. vel duas, idq; promptè diſſolvere vel in quodam iuſculo, vel in lacte, vel in vino, & ſic dicto citius paratum habebis enema carminativum, cum quo extracto, ſi voles, addere poteris extracta laxativa ad deturbandam, & evacuandam ſentinam.

Extracta ſimplicia purgantia benigniora.

Hactenus tractatum à nobis eſt de extractis ſimplicibus & compoſitis, quæ alterationi, corroborationi, aliiſque pluribus medendi indicationibus inſerviunt: nunc nobis dicendum reſtat de extractionibus ſimplicibus, & compoſitis purgantibus.

Quamvis autem *in tractatu noſtro de Spagyrica præparatione*, de hujus generis extractis egerimus, ita ut *Vreckerus* maximam illorum partem in Antidotarium ſuum ſpeciale tranſtulerit, mihique hic occaſio eſſet in noſtram hanc Pharmacopœam eadem introducere: nos tamen in iiſdem deſcribendis nunc alia planè utemur methodo ac via facili nimirum & perſpicua: publicoque perfruen-

fruendos alios elargiemur fructus, quos, favente Minerva ex Vulcani interim officina exhauſimus: prætermiſſis iis, quæ vel in noſtris, vel aliorum voluminibus deſcripta jam reperiuntur.

Jam ſupra fusè, & dilucidè ſatis docuimus rationem eliciendi *eſſentiam Aloes*: eſſentiam dicimus, quia ab extracto, quale aloes jam eſt, præparata fuit. Quo pacto elicere quoq; liceat *eſſentiam elaterii* aliorumq; ſuccorum expreſſorum, concretorum, & craſſo modo in extracta reductorum.

Extractum ſive Eſſentia Rhabarbari.

Extractum, ſive eſſentia rhabarbari fit hoc modo.

Recip. *Rhabarbari electi lib. ſem.* vel quantum voles: huic, craſſo modo conquaſſato, affunde *aquam endiviæ, ſucco limoniorum, vel citriorum* acidulam redditam, ut rhabarbaro ſupernatet ad lib. ſem. His correctivi loco adjice

Cinnamomi ℥ß.
Santali rubi ʒj.

Omnia ſtent in digeſtione Bal. Mar. donec *aqua cichoreæ* in rubini tingatur colorem. Hanc aquam tinctam ſepara per inclinationem: ſæpius affundendo novam aquam continuandoque hanc operationem, donec aqua amplius non coloretur: tandem expreſſis fortiter omnibus, & cum priori aqua tincta permixtis, inde ſeparabis aqueum liquorem per Baln. vaporoſum; & extractum ſubſidebit in fundo in forma gummi vel ſapæ perfectè coctæ & rubicundiſſimæ.

N. 1. Extractum Rhabarb. cum Sp. Vini. Vide in Phytolog.

N. 2. Eodem modo extractum parabis ex omnibus radicibus modicè purgandi facultate præditis, quales ſunt *gentiana, mechoacam, ſanicula Dodonei, &c.*

Extractus fol. Senæ.

Sic quoque extractum ſenæ fiet: ſed loco aquæ cichoreæ accipienda erit aqua pomorum redolentium, quæ acidula ſit facta (loco ſucci limoniorum) liquoribus acidulis, vel ſalis petræ, vel ſulphuris, vel vitrioli, qui tincturis foliorum & florum, quantumvis jam emarcidorum, exſiccatorum diuque in arculis reſervatorum extrahendis aptiſſimè conveniunt: Correctivi vicem ſubibit aniſum aut garyophylla, in pauca quantitate addita.

Extracta florum purgantium.

Sic eadem methodo extracta conficies ex omnibus floribus purgantibus, ex *roſis pallidis, violis, floribus perſicæ arboris, floribus prunorum tam ſylveſtrium, quàm hortenſium floribus centaurii, fumiterræ, & hyperici.*

Sic ex *agarico, ex ſeminibus ebuli, ſileris montani, & ſimilibus*, præclara quoque extracta educes purgantia.

Extracta purgantia violentiora.

Proponamus modum extracta

Digitized by Google

parandi ex ſimplicibus violentioribus, initium ſumentes ab illorum radicibus ex quibus alio modo, quàm in præcedentibus, extracta concinnantur. Exordiemur autem ab extracto *eſulæ omni hydropiſi, aliiſq; morbis, in quibus ſeroſorum humorum expurgatione opus eſt, apto & congruo.*

Extractum Eſulæ.

Recip. Radices & folia, hoc eſt, totam ſubſtantiam eſulæ minoris, ex his exquiſitiſſimè contuſis exprimatur ſuccus per torcular: hoc ſucco in matracium vitream cum collo longo indito, fiat digeſtio in B. M. Fæcibus, in quibus adhuc plurimum virtutis purgantis ineſt, affunde ſerum lactis clarum, aut aquam lactis deſtillatam, ad fæces ritè & exquiſitè irrigandas, quæ in aliud vas injectæ digerantur per idem B. M. tribus quatuorve diebus: deinde omnia prælo fortiter exprime; hæcque ultima expreſſio addatur alteri priori; omnia digerendo in eodem B. M. ſemperque ſeparando fæces à claro, ſive purum ab impuro, donec materia tua nihil amplius craſſamenti deponat, ſed clariſſima, colore rubicundiſſima, guſtuque dulciſſima in fundo ſubſideat, quæ veræ perfectæque digeſtionis ſigna ſunt, ſicut jam alibi diximus.

Hæc materia transfundatur in aliud Alembicum, ut liquor omnis indè deſtilletur ad ſiccitatem per Bal. Mar. vaporoſum, & in fundo remanebit extractum eſulæ in forma ſapæ rubicundiſſimæ, & guſtu dulciſſimæ: de quo extracto exhibe ſcrupul. ſem. uſque ad *drach. ſem. idque* vel in forma pilularum, vel diſſolutum in ſua propria aqua, quam reſervaſti.

Summum & excellens purgans eſt, & omnibus hydropiſibus, cachexiis & vermibus aptiſſimum remedium.

Aliter.

Idem extractum parabis etiam alia methodo, contundendo ut ſupra eſulam, & deſtillando aquam ſuam uſque ad ſiccitatem, rurſumque affundendo aquam ſuam propriis ſuis fæcibus ſiccis, ſed nequaquam tamen exuſtis. Nam balneum vaporoſum impedit omnem uſtionem. Hæc aqua afficiet & extrahet tincturam eſulæ, & impenſè colorabitur: quam deſtillabis, & extractum, ſive ſapa remanebit in fundo Alembici: Et eandem aquam deſtillatam affundes denuò fæcibus prioribus, ex quibus paraſti extractum, idque toties reiterando, donec aqua non amplius tingatur, & ultimò poſt macerationem exprimendo dictas fæces per torcular, & addendo enarratam expreſſionem tincturis reliquis, ut ex omnibus fiat unum extractum. Si ex fæcibus utriuſque præparationis combuſtis, ſalem cum ſua propria aqua, eamque extracto proprio addideris, ejus purgandi vim & efficaciam validiorem reddes. Sunt multi, qui in præparandis hujuſmodi extractis, tum eſulæ, tum aliorum quorumvis purgantium ſola aqua vitæ utuntur, quod nobis non adeo diſplicet: eſt enim ignis naturæ ille qui digerit & concoquit horum ſimpli-

cium

cium cruditates, in quo plurimum ſitum eſt. Præterea eadem jam tenuiũ, & acrearum exiſtit partium, ut hoc nomine promptius, quàm cetera quævis diſſolventia alliciat rerum eſſentias, quibus extractis facilè inde ſeparatur. Sed plus mihi arridet ratio illa, quam modò declaravimus: de quibus tamen omnibus liberum cuivis relinquo judicium.

Ad hunc igitur ſuprà commemoratum modum extracta præparabis *ex thymelea, chamalea, mezereo, & reliquis omnibus tithymali ſpeciebus, & ex ipſo quoque helleboro nigro*, ſi in loco eo habitaveris, ubi recens colligi poteſt.

Sed cum non omnes montibus ſimus vicini, quibus hæc herba copioſè creſcere ſolet, neque ejus copia, niſi cum jam exſiccata ſit, facilè detur: ejuſdem extractum in hunc ſequentem modum præparandum docebimus.

Extract. hellebori nigri.

Recip. Radicum & fibrarum hellebori nigri veri (cave ne adulterinum accipias) lib 1. omnem ſorditiem prius aqua ablue: dein ea macera per integrum diem in aceto roſato: hoc enim tollet nimiam illorum acrimoniam & venenatam qualitatem: Effunde acetum: radices a mediocriter ad ignem lentum exſiccatæ & craſſo modo contuſæ, indantur in matracium capax, ſuperaffundendo ſucci limoniorum partem unam, & ſucci pomorum redolentium partes duas (ſuccis his prius optimè depuratis & clarificatis) ut materiam duos tresve digitos ſupernatent; omnia ſtent in digeſtione Baln. Mar. donec ſucci in colorem rubicundum tingantur, & exactè imprægnentur tota hellebori ſubſtantia. Cola poſtea omnia, & fæces prælo exprime: ultimam hanc expreſſionem commiſce cum prima colatura; Et iterum affunde fæcibus novum ſuccum roſarum pallidarum optimè clarificatum, indeque denuo extrahe omnem ſubſtantificam virtutem in Bal. Mar. colando & exprimendo iterum omnia, & miſce hanc colaturam, & expreſſionem cum prioribus illis: omnibus in matracium capax injectis, fiat digeſtio in Balneo, putumque ab impuro ſeparetur. Tandem ſepara ad calorem lentum humiditatem, donec in fundo maneat extractum in ſpiſſiori paulo forma, quam ſapa eſt.

De hoc miſcebis ſcrup. 1. cum ſcrup. ſem. extracti confection. Hamech: ex qua mixtione formabis duas pilulas, & habebis excellentiſſimum remedium purgans contra omnes manias, epilepſias, melancholias, febres quartanas, & alios morbos, qui altiores radices agunt, & occulta habent ſeminaria; effectus præterea demonſtrabit eximios, citra ullam tamen moleſtiam aut perturbationem.

NOTA.

Poſtquam enumerato helleboro addideris extractum confect. Hamech purgans, iis inſuper adde extractum trochiſcorum alhandal, vel diagridii ritè præparatum, aut ſimile aliquod purgans, quod purgationem

Digitized by Google

per inferna promoveat, & vomitivam hellebori vim cohibeat, quod in primis notandum eſt in ceteris omnibus violentis purgantibus, & vomitoria facultate ſimul pollentibus: hæc enim vomitoria vis, per additionem remedii purgantis, quod facultatem habet per inferiora trahendi ac educendi, omnino retunditur & inhibetur.

Hactenus haud dubiè animadvertiſti in variis ejuſmodi purgantibus extractis, varia quoque menſtrua & diſſolventia, apta tamen & congrua à nobis uſurpari, & quorum magni & egregii effect' abunde ſatis patebunt. Sed verus & penitus chymicus, qui ingenioſa quadam arte & induſtria ſciverit præparare *aquam vitæ tartariſatam*, hujuſque perfectam cognitionem adeptus fuerit, is poterit inde eruere diſſolvens quoddam ſive menſtruum generale, quo extrahet eſſentias omnium rerum purgantium, radicum, foliorum, herbarum, ſeminum, fructuum, & florum: is, inquam, verè gloriari poterit de ſummo & elegantiſſimo Naturæ myſterio: de quo non licet plura addere, ne juſtam Doctorum iram & reprehenſionem incurram: hi enim vitio mihi verterent, ſi tam precioſas margaritas nimis aperta & clara verborum oratione proſtituerem, eaſque porcis proiicerem, hoc eſt, in commune & rude vulgus tam rara & præclara arcana ſpargerem, ac diſſeminarem: quod tantis arcanis indignũ, ceteris tamen, quæ in ſcriptis noſtris liberali impertivimus manu, meritò acquieſcet.

Juxta has deſcriptas ſimplicium extractorum formulas conficiet expertus, & induſtrius Medicus tot, quot voluerit, extracta: quibus ea addet correctiva, quæ ſcopo ſuo ſatisfacient.

Extracta purgantia compoſita.

Supereſt, ut in Pharmacopœę noſtræ decorationem adjungamus extracta quædam compoſita, tam Catholica, ſive univerſalia, quàm chologoga, phlegmagoga, & melanagoga: juxta eam videlicet methodum, quam in purgantium vulgarium tractatione ſupra ſecuti ſumus.

Extractum Catholicum.

℞. *Fibrarum hellebori nigri, cum aceto præparatarum (hæc enim eſt prima hellebori præparatio, ut iam ſupra diximus)* ℥j.ß.
Turbith albi, & gummoſi
Hermodactylorum ana ℥ij.
Aſari
Gratiolæ ana ℥j.
Trochiſcorum Alhandal. ℥vj.

Omnia conquaſſata indantur in matracium, addendo
Spec. Diarrhodon
Lætificantis Gal. ana ℥ij.
Superaffundendo
Aquar. Fumiterræ
Pomorum redolentium ana ℔j.
Succi Limoniorum optimè depurati
Succi Granatorum acidorum, ſive berberorum ana ℔.ſ.

Ut

Ut liquores materiam duos digitos ſupernatent: ſtent omnia in digeſtione Balnei calidi per 6. aut 7. dies: Poſtea colentur & exprimantur omnia per torcular fortiſſimè, & ſervetur hæc expreſſio.

Seorſim autem fac hoc ſequens extractum.

℞. *Rhabarbari* ℥ ij.
Agarici trochiſcati ʒ x.
Folicul ſenæ ℥ iij.
His correctivi loco adde
Cinnamomi ʒ ij.
Garyophyllorum
Aniſi an. ʒ j.
Superaffundendo
Aquar. Agrimoniæ
Cichorij

Acidularum redditarum ſucco limoniorum, quantum ſufficit, vel potius liquoribus acidulis ſulphuris aut vitrioli imbuantur, qui promptiſſimè allicient tincturas & virtutes purgativas: fiat extractum digerendo, colando, & exprimendo omnia, ut ſuprà. Hæc expreſſio addatur priori, ut liquor omnis inde eliciatur ad ſiccitatem per Baln. vaporoſum, & in fundo reſidebit extractum Catholicum.

De hoc exhibebis ʒ ß. *illumq; in ſuo proprio liquore diſſolves, quem ad hos uſus ſervabis, vel in forma pilularum exhibitum purgans univerſale habebis præſtantiſſimum.*

2. Extractum cholagogum ſolutivum.

℞. *Rhabarbari* ℥ vj.
Folicul. Senæ ℥ iiij.
Scammoneæ præparatæ ℥ j.
Spicæ nardi
Santali citrini
Cinnamomi an. ℥ ß.
Trochiſcorum berberis ʒ ij.

His affunde ſucci roſ. pallidarum optimè depurati q. ſuff. digere, cola, & exprime omnia calidè per torcular & fac extractum in conſiſtentia ſapæ: cui addes æquali pondere extractum ſive eſſentiam aloes ſeorſim paratam, ut jam docuimus, ſuprà capite de pilulis: miſce & decoque omnia ad ignem lentum uſq; ad eam conſiſtentiam, ut pilulam unam magnam, vel duas minores inde formare poſſis.

Purgat benignè, & ſufficienter omnes humores ſeroſos, calidos, & bilioſos. Doſis eſt ℈ j. ß. *Vel, ſi voles, addes huic extracto (loco aloes) extracti caſſiæ, tamarindorum, & prunorum dulcium ana æquale pondus extracti ponderi reſpondens, coquantur omnia in formam opiata. Sufficiet de eo exhibere pro doſi drach. duas vel tres ad ſummum, in forma boli, quam præbebis cum ſyrupo violato ſolutivo. Et excellens & benignum parabis remedium ad febres tertianas ſimplices & duplicatas: ad febres item continuas ardentes & bilioſas, & ad quævis mala, à cauſa calida in capite, ſive in aliis partibus, ſuborta.*

Extractum ex Caſſia docuimus alibi.

3. Phlegmagogon.

℞. *Agarici trochiſcati* ℥ iiij.
Hermodactylorum
Turbith

Digitized by Google

Senæ
Medullæ carthami an. ℥ iij.
Rad. Eſulæ præparatæ ℥ j.
Trochiſcorum albandal ℥ ß.
Salis gemmæ
Macis an. ℥ j. ß.
Spec. Aromatici roſati ℥ ij.

Cum aqua cinnamomi fiat extractum. Sufficit de eo offerre ℈ j. ß. in forma pilulæ.

Morbis omnibus pituitoſis, & ex cauſa frigida ſubortis mirificè confert: morbo præſertim articulari. Humores enim pituitoſos & ſeroſos in articulos decumbentes mirum in modum educit.

N. Radicis eſulæ præparatio una eademq; eſt cum hellebori præparatione: macerando nempe eam per 24. horas in aceto roſato optimo, & dein exſiccando.

4. *Melanagogon.*

℞. *Folicul. ſenæ* ℥ vj.
Rad. Seu fibrarum hellebori præparatarum ℥ ij.
Turbith
Myrobalanorum omnium ana ℥ j. ß.
Trochiſcorum albandal ℥ vj.
Flor. Violarum
Roſarum rubrarum
Epithymi ana P. 2.
Spec. Lætificantis Gal. ℥ ij.
Succorum optimè depuratorum fumi terræ
Pomorum redolentium
Et ſeri lactis ana q ſuff.

Fiat enumeratorum ſimplicium omnium, craſſo modo conquaſſatorum, maceratio & digeſtio in balneo per 8. dies: Poſtea colentur, exprimantur, & depurentur, & reducantur in extractum, ſicut cetera.

Extract. Spec. hieræ picræ Gal. & hieræ colocynthidos, & reliquarum vulgarium purgantium.

Eodem modo *extractum* conficies *ex ſpeciebus hieræ picræ Galeni*, hieræ colocynthidos, diaturbith, diacarthami, diaphœnici: ac fere ex omnibus pilulis aliiſque purgantibus cum menſtruis congruis: nimirum cum aquis *fumi terræ, filicis, agrimoniæ, pomorum redolentium, ſero lactis, & ſimilibus, acidulis redditis cum ſucco limoniorum, aut cum quodam aceto ſcilliticō, vel alio, in ceteris procedendo ut ſupra.*

Exempli gratia inter alia ſeligemus confectionem, ſive magnum illud electuarium Hamech, à Meſuæo deſcriptum: & hieram Pachii, quam & hieram Diacolocynthidos vocant: quæ duo purgantia, licet omnium frequentiſſimè à medicis quotidie præſcribantur: correctione tamen inprimis indigent, ob nimiam illorum caliditatem, amaritudinem, & agendi violentiam: quas qualitates à colocynthide, primario ingrediente obtinent.

Confectio hamech.

Videmus quædam ſpagyricæ artis lineamenta, vel in ipſa *confectione Hamech*, non obſcurè adumbrata: in qua major artis induſtria conſpicitur, quàm in cæteris purgantibus omni- *Quid obſervandum in vulgari præparatione conf.*

ſectionis Hamech. omnibus univerſæ medicinæ. Inprimis autem in ea operatio illa chymica, quam extractionem appellant, manifeſtò eluceſcit.

Compoſitio ejus in partes duas dividitur: in prima ingrediuntur omnes myrobalanorum ſpecies, rhabarbarum, agaricus, colocynthis, ſena, polypodium, ſuccus fumiterræ: quæ omnia purgandi vim habent. Corrigentium autem officium abſolvunt ſequentia: abſynthium, thymus, epithymus violæ, ſemina aniſi & fœniculi, roſæ rubræ, pruna, & uvæ paſſæ.

His omnibus ſecundum artem in vas cum collo anguſto, quod chymici vocant matracium impoſitis, ſuperinfunditur ſerum lactis caprini, cujus quãtitas materiam, quatuor vel quinq; transverſos digitos ſupereminẽat: vas optimè clauſum in digeſtione, per quinq; dies ponitur, in loco tepido: poſtea omnia coquuntur & colátur, vel ut uno verbo dicam, omnia ſpagyricè peraguntur, non ſecus, ac in extractis parãdis operari ſolẽt chymici. Hæc itaq; per extractionẽ operãdi ratio, veterib. olim uſitata nõ tãquã nova, ita temerè repudianda erat.

Altera hujus cõpoſitionis operatio planè craſſa eſt, & materialis: in qua manna, pulpæ caſſiæ & tamarindi, ſcamonium, quinq; myrobalanorũ genera, rhabarbarũ, ſemina fumiterræ, aniſi, & ſpicæ nardi: omnia in craſſa ſua ſubſtantia, & tantùm in pulverem redacta, adjiciuntur.

Proprietates confect. Ha- *Hæc eſt illius confectionis deſcriptio, quæ præcipuum & ſummum remedium eſſe creditur, ad utramq; bilem & pituitam ſalſam purgandam: & hinc etiam ad morbos* *mech.* *qui ex humoribus iſtis generantur, quales* *juxta* *ſunt lepra, cancer, omneſque ſcabiei ſpecies,* *vulgarẽ* *ut porrigo, malum mortuum, & ſimiles: nec* *præparationem.* *non in febri quartana eadem uſurpatur: in lue etiam venerea ejus ſemiuncia:* cum convenienti decocto exhibetur: alii addunt radicis veri hellebori nigri uſque ad drachmas duas. Quæ tamen confectio tam amara eſt & faſtidioſa, ne dicam, pernicioſa & noxia imbecillo ventriculo, ut ſi quis ea uſus ſit ſemel, vix altera vice eandẽ admittat.

Reſtat igitur, hîc modum juxta artem ſpagyricam doceamus, quo pravæ illius qualitates corrigi, eaque ſalubrior reddi poſſit. Modus eſt, ut ſequitur:

Extractum confectionis Hamech.

℞. *Confect. Hamech* 3. vel 4. uncias (aut plus minus, prout fert inſtitutum) pone in matracium vitreum, ſuperinfunde aquæ deſtillatæ ex ſucco pomorum curtipendulorum aut fumiterræ tantum, aut quatuor transverſos digitos ſupereminear. Aqua hæc efficacior erit, ſi illam cum ſufficienti quantitate ſucci limonum vel granorum acidorum, depurati, acidulam reddideris. Hujuſmodi enim vitriolati, eſſentiis & proprietatibus citiùs extrahendis, valdè conducunt, & veri correctivi vicem gerunt, in tollenda ſcammonii, aliorumq; purgantium nimia caliditate & violentia. Summus ille vir, *Theodorus Zvingerus* ſolebat ſimiliter malignam illorum vim corrigere aceto ſuo montano, ſolis Philoſophis cognito. *Sed hæc obiter.*

Digitized by Google

Vas igitur probè clauſum ponatur in B.M. mediocriter calido: ubi intra triduum aut quatriduum aqua rubicundiſſima inſtar ſanguinis, & limpidiſſima apparebit: quam ſenſim per inclinationem transfundas in Alembicum vitreum: & caveas ne turbidi quid ſimul tranſeat: aliam aquam novam affunde fæcibus, & pone in digeſtione B.M. per duos treſve dies: ſeparando aquam puram, totiesque id reiterando, quouſq; aqua amplius non tingatur aut coloretur: ex hoc enim ſigno, perfectam omnium virtutum & tincturarum extractionem cognoſces. Aquæ tota humiditas inde per exhalationem ſeparetur, in cineribus aut B. M. vaporoſo: in fundo Alembici duriuſcula quædam ſubſidet ſubſtantia.

Per digeſtionem & coctionem in B. M. omnis amaritudo tollitur.

Ex hac poſtquam refrixerit, formari poſſunt pilulæ: quarum duæ ad drachmam vel amplius, purgando corpori ſufficiunt, citra aliquam noxam aut offenſam. Deauratæ, nullam omninò amaritudinē, antea per digeſtionē ferè ſublatā, repræſentant, nec ullā ventriculo moleſtiam faceſſunt.

N. Loco aquæ pomorum, ſumi poteſt aqua deſtillata ex lacte, vel ejus ſero, aut aqua fragariæ.

Hiera Pachii.

Juxta eundem modum extractū paratur *ex hiera Pachii*: cujus compoſitionis ingredientia ſunt, ſtœchas, marrubium, chamędrys, agaricus, colocynthis, opopanax, ſagapenū, radices ariſtolochiæ rotundæ, petroſelini, piper album, cinnamomum, ſpicanardi, myrrha, ſerpillum, crocus: omnia hæc contrita, quorū pondus facit nonaginta quinq; drachm. invicē miſceātur cum mellis crudi, ſolūmodo deſpumati, triplo, h. e. libris tribus, minùs duabus unciis, aut circiter.

Extractum Hieræ Pachii.

Extractum autem citra mellis additionem, ex ſolis ſpeciebus fiat, quibus in vitrum poſitis affundatur aqua deſtillata, vel ex ſero lactis, vel ex fumo terræ, aut pomis redolentibus: quibus aquis permiſcentur ſucci aciduli limonum & granatorum, ut diximus: ſicque deinceps tincturæ, ſecundùm artem, vel eandem in confectione Hamech methodum, extrahentur.

Aliter.

Ejuſdem extracti præparatio fit adhuc alio modo, craſſiori quidem, ſed breviori via. Poſt primam enim digeſtionem, 4. aut 5. dierum, materia per ſetaceum trajiciatur, & denuò in vitro novo, in digeſtione ponatur: addendo ſuccorum pomorum & cydoniorum optimè depuratorum, ana ſeſqui libram: poſt ſufficientem digeſtionem, per duos aut tres dies: omnis humiditas per Alembicum evaporetur quoad materia in fūdo, in electuarii aut opiatæ conſiſtentia, ſubſidat: cui non opus eſt mel admiſcere: ſufficientem enim dulcedinem & ſuavitatem ſuppetunt additi illi ſucci, per ſe dulces & melliflui. Sin verò eandem in eximiam dulcedinem convertere velis: adde mannæ electæ uncias ſex, & fac, ut ſimul cum ſuccis illis digeratur. Doſis

Facilior & craſſior ejuſdem extracti præparatio.

Digitized by Google

Doſis hieræ, hoc modo præparatæ, ſeſquidrachma, aut drachmæ duæ ad ſummum, in forma boli: & ſemiuncia in clyſtere. Quæ licet craſſiori modo ſit præparata: non tamen ita noxia eſt ventriculo, ut vulgaris illa. *Eius uſus erit in magnis & gravibus morbis: ubi eccoprotica, tanquam nimis languida, altius quàm ad primam corporis regionem penetrare nequeunt.*

Quanta virtutes hieræ Pachii attribuantur à Scribonio lib. de compoſ. medic. cap. 29.

Quantis, quæſo, laudibus eandem hieram extollit *Scribonius Largus*, quam affirmat *ſummum & præcipuum medicamen eſſe, epilepſiæ, vertiginis, maniæ, hemicraniæ: aſthmatis & catarrhi ſubitanei: incubi præterea, convulſionis caninæ, & omnium melancholiæ affectuum, nec non podagræ, ac imbecillitatis ventriculi?*

Si igitur ea tantis proprietatibus prædita credatur, nondum præparata aliter, quàm cum crudi mellis admixtione: multo certè nobiliores ac præſtantiores demonſtrabit effectus, poſt debitam præparationem, quam modò deſcripſimus: quod vel experientia teſte manifeſtum eſt.

Aqua vitæ tartariſata eſt verum diſſolvens omnium purgantium.

Sed proprium diſſolvens omnium purgantium in genere radicum nempe, herbarum, ſeminum & florum eſt aqua vitæ tartariſata, omnibus veris philoſophis ad ungvem cognita & perſpecta; Sed præſtat tantum arcanum ſilentio involvere, quàm promiſcuè omnibus patefacere, & temerè effutire.

De Extractis ex animalium familia depromptis.

Præter omnia enarrata extracta ſimplicia & compoſita, alterantia, corroborantia, & purgantia, quæq; omnia è vegetabilium ordine deſumpta ſunt: quædam adhuc ſuperſunt tractanda, quæ ex animalium partibus educuntur. Huiuſmodi igitur, quorum etiam ſuprà mentionem fecimus, nunc deſcribenda aggrediemur.

Exordiemur autem ab iis, quæ ab homine ſumuntur. Sed eſt inſtituti noſtri, cuncta illa magiſteria & arcana, quæ ab eodem erui poſſunt, hic enumerare aut introducere: veluti ſunt admirandæ illæ præparationes mumiæ, tam recentis corporeæ, quàm liquidæ ſpiritualis; variæ item & elegantiſſimæ illæ præparationes cranii tam recentis, quàm è ſepulchro extracti: hæc omnia, inquam, ſi hic inſerenda eſſent, finis nunquam daretur: peti igitur poſſunt aliundè ex ſcriptis noſtris. Sufficiet mihi nunc unicam tantum deſcriptionem extracti cranii humani in medium proferre.

Mumiæ præparationes.

Cranii extractum.

Recip. igitur duo vel tria crania recentia, hæc in mortario marmoreo craſſo modo terantur: materia hoc modo trita indatur in mattracium capax cum collo longo, ſuperaffundendo aquam vitæ iuniperi ſive ſaluiæ, ut 4. vel 5. digitos ſupernatet, vaſe accuratiſſimè clauſo, ne quid tranſpiret, fiat digeſtio in Baln. vaporoſo per 12. dies ad minimum: poſt coletur & exprimatur materia per torcular perquam fortiſſimè: ex qua liquor exibit rubicundus inſtar ſan-

Digitized by Google

gvinis, qui oleoſus & reſinoſus erit: iterum affundatur fæcibus, novum menſtruum digerendo per 4. vel 5. dies, colando & exprimendo adhuc omnia per torcular, ita ut omnis eſſentia ſubſtantifica exactiſſimè extrahatur. Omnes hæ expreſſiones & liquores invicem commixti & in Alembicum inditi, deſtillentur per Baln. vaporoſum, donec remaneat extractum in forma ſapæ, imprægnatum tum ſulphure; tum ſale, quo potiſſimum cranium abundat, imò totum ferè ſalinum exiſtit.

Hoc extractum digeſtum & perfectè depuratum, tanquam theſaurum precioſiſſimum adverſus epilepſiam diligenter adſerva: doſis eſt ſcrup. ſem. vel ſcrup. 1. cum ſua propria aqua deſtillata, quæ per ſe iam præſtans epileptico eſt.

Extractum hepatis vituli.

Deſcripſimus ſuprà, ſub finem capitis de Decoctis, extractum ſplenis bovis, efficax & utile ad provocandos menſes: Ad cujus imitationem queq; parabitur extractum hepatis vituli: *quod omnibus hepatis affectibus, ipſiusq; imbecillitatibus conducet, in fluxu præſertim hepatico, & hydropiſi.* Sed hepati iſti vitulino addenda erunt:

Santali rubri
Cinnamomi ana ℥ß.
Spicanardi
Roſarum rubrarum ana p. 1.
Conſerv. flor. cichorii ℥j.
Trochiſcorum rhabarbari
Et Eupatorii ana ℥vj.

Tandemque omnia coquenda in magna phiala capaci, & benè occluſa, in Baln. ferventi per 7. vel 8. horas, donec hepar ferè totum in liquorem redactum fuerit: quem ad perfectionem decoques, addendo, ſi velis, ſaccharum.

Ægro ex hepatis imbecillitate laboranti, exhibebis huiusmodi extractum veſperi & manè, & eximios percipies effectus.

Extractum pulmonis vulpis.

Extractum pulmonum non ſolum vulpis, ſed & vituli, & agni, fit conſimili planè methodo, addendo pectoralia, affectibus pulmonum congrua.

Extractum è cornibus cervorum teneris.

Eodem modo ex teneris cervorum cornibus: vel ex eorundem etjam cornibus induratis, ſed adhuc recentibus.

Admirabile eſt extractum, contra peſtem, venena, vermes, corruptiones & diverſa alia mala & ſymptomata, quæ inde ſuboriri ſolent.

N. Loco aquæ vitæ juniperinæ diſſolventis perfungetur officio ſuo propria aqua, ſi fieri poſſit, vel quædam aqua bezoardica aut theriacalis, cuius varias deſcriptiones ſuprà dedimus, quæ aquæ prius acidulæ reddātur cum liquore ſulphuris acidulo.

Extractum caſtorei.

Extractum caſtorei fit eadem ratione: in cuius præparatione diſſolventis vicem ſubminiſtrabunt aquæ meliſſæ, calendulæ, pæoniæ aut ſimilium antepilepticarum, aut cephalicarum. Et ſufficiet hæc omnia macerare

Digitized by Google

tare in B. per 4. aut 5. dies, & poſtea colare, exprimere, & liquorem evaporatione inde ſeparare, ut omnia reducantur in extractum.

Conferet omn. us epilepſiis, paralyſibus, apoplexiis, & ſimilibus cerebri affectibus.

Extr. occulorum cancrorum, teſtarum ovorum, limacum, &c.

Extracta, ſive magiſteria oculorum cancrorum, ut appellant, teſtarum ovorum, limacum, & ſimilium, quæ omnia ſalis naturam participant, fiant cum menſtruo acido, cum aceto nempè, vel vini, vel hydromelitis vinoſi, vel cum ſucco limonum, berberorum, & ſimilibus. Si igitur eiuſmodi teſtis, & membranulis, ſive pelliculis ovorum gallinaceorum, & ſimilium rerum diſſolutis, ſtatim eorundem diſſolvens inde ſeparare velis, (quod elegans & magnum utique myſterium, haud contemnendum eſt) aliquot guttulæ liquoris ſive ſalis tartari diſſoluti, ſuperiniiciendæ ſunt: & ſic magiſterium parabis excellentiſſimum, *ad calculos diſſolvendos, ſtrangurias, dyſſurias, iſchurias, difficultates & suppresſiones urinæ: pro doſi offerantur paucula tantum grana: tanta enim efficacia, & energia pellent eiusmodi remedia in his affectibus medendis.*

Extr. matricis leporinæ & ſecundine mulieris fœcundæ.

Ut extractum fiat è matrice leporina, & ſecundina mulieris fœcundæ, oportet has partes probe prius lavare & abluere vino albo, poſtea deſiccare, & in pulverem reducere: & diſſolvente uti aqua quadam vitæ alkaliſata: quæ ipſas ſubito diſſolvet & in eſſentiam reducet.

Hæc eſſentia, ſeparato ſuo diſſolvente, efficaciſſima & præſtantiſſima eſt ad matrices, ſteriles fœcundandas, & conceptioni idoneas reddendas.

CAP. XXXIII.

De Feculis.

ALia quoque ratio eſt extractum conficiendi, ex radicibus multo ſucco abundantibus. Hoc extracti genus feculæ nomine inſignitum eſt ac ſi exiguam ſive minima fæcem, ſeparandam, & uſui adaptandam pronunciares.

Fecula bryoniæ.

Ut igitur fit fecula bryoniæ, quę, ut ante diximus, *ſingulare eſt mundativum matricis, & verum hyſtericum medicamentum contra quaſcunq; uteri ſuffocationes.*

Proceſſus operationis in eum, qui ſequitur, modum inſtituatur.

Recip. raſuram radicis bryonię, quam minutim conciſam & contuſam, indas in ſaccum linteum, è quo ſub prelo extrahas ac exprimas quam fortiſſimè ſuccum, qui ſuccus in vitro conſervis adſervandis deſtinato decineatur in loco frigido, non calido: & pauco dierum ſpatio videbis in fundo colligi fæces albiſſimas inſtar amyli, quibus ſupernatat aqua turbida, & alba inſtar ſeri lactis, quam ſeparabis per inclinationem: amylum autem in fundo reſidens, in pluribus vaſis parvis vitreis aut terreis vitreatis

Digitized by Google

pones, ut optimè deſiccetur in umbra, non in loco calido, & paucis horis materia exſiccabitur in forma amyli, quod fæculam bryoniæ appellant, ex qua fingitur pilula 10. vel 12. granorum pondere, admiſcendo paucum caſtoreum, vel aſam fœtidam: ſummum & præcipuum remedium eſt contra omnes matricis ſuffocationes.

Fæcula ad rad. Iridis.

Sic fæcula ex radice Iridis præparatur, quæ ſingulare remedium eſt adverſus hydropiſim.

Fæcula rad. Aronis.

Ita etiam fit fæcula ex radice Aronis, quæ efficax eſt ad humores corporis noſtri tartareos gummoſos ac tenaciſſimos diſſolvendos, qui alias durities & obſtructiones viſcerum progignunt, & ſeminaria, radices & fontes exiſtunt plurimorum diuturnorum & deploratorum morborum, quales ſunt febres quartanæ, cachexiæ, & ſimiles: ſed huic fæculæ jam exſiccatæ affunde aquæ filicis vel ſcolopendriæ q. ſuff. digerantur ad ignem Balnei Mar. per unum aut alterum diem; aqua dein per inclinationem ſeparetur, & materia tandem denuo in umbra exſiccetur, ut fiat fæcula.

Cap. XXXIV.

De Extractis ex metallicis ſeu Magiſteriis.

Reliquum eſt, ut nunc dicamus de extractis, eſſentiis, magiſteriis, & tincturis rerum metallicarum, quibus complectimur *gemmas, margaritas, ſeu perlas, videlicet, corallia, hyacinthos, & alios lapides precioſos & non precioſos.*

N. Exhibentur hoc loco vulgares magiſteriorum ſeu eſſentiarum præparationes, minus vulgares.

Eſſentiæ ſeu ſales coralliorum & perlarum.

Eſſentiæ & magiſterii coralliorum & perlarum uno eodemque artificio præparantur.

Corallia craſſo modo conterantur: perlæ verò integræ manentes & ignitæ extinguantur in aqua vitæ fortiſſima, idque ſæpius, & hæc eſt ipſarum calcinatio: Poſtea ritè diſſolvantur in ſucco limoniorum, vel berberorum; qui ſuccus poſt illarum diſſolutionem rurſus ſeparetur, & quod in fundo remanet, (quodque poſtea pluries cum aquis cordialibus diſſolui, & coagulari poteſt, ad aciditatem diſſolventis acidi tollendā) dicitur *ſal*, ſive *eſſentia* perlarum.

Magiſterium perlarum & corallorum.

Ut magiſterium ex iiſdem fiat, diſſolvendæ ſunt in fortiſſimo diſſolvente, quale eſt acetum alkaliſatum, aut acetum mellitum, & ut perlæ poſt perfectam ſuam diſſolutionem, rurſus ſeparetur, citra diſſolventis tamen exhalationem, (quod alias ſalem armoniacum acidum, & vitriolatū hoc modo cōjunctū relinqueret cum re diſſoluta, & à qua difficulter ſepararetur) diſſolutioni huic ſuperiniiciendæ ſunt aliquot gut. olei tartari, cujus opera perlæ diſſolutæ in

ictu

ictu oculi fundum petent, ſummè albicantes inſtar nivis: à quibus poſtea prædictum diſſolvens facillimè ſeparabitur per inclinationem, & materia aliquoties abluetur aqua, & perfectè edulcabitur, quod ſanè opus, citra magiſterii opem non perficitur; Unde etiam res, in hunc modum præparatæ, nomen ſuum obtinuerunt.

Hoc perlarum magiſterium, in quolibet liquore tum diſſolutum, admirandum eſt naturæ noſtræ corroborativum, non ſecus ac magiſterium coralliorum, cujus præparatio conſimili penitus fit ratione.

Magiſt. hyacinthi, ſmaragdi & rubini.

Magiſteria hyacinthi, ſmaragdi, & rubini eadem quoq; methodo & artificio præparantur, ſed calcinatio illorum fit cum floribus ſulphuris.

Magiſterium hyacynthi eſt ſingulare & *ſpecificum* remedium *contra ſpaſmum, & contracturas.*

Magiſterium rubini *venenis, peſti, & omnibus corporis corruptionibus adverſatur.*

Magiſterium ſmaragdi ſuccurrit peculiariter *epilepſiis.*

Magiſt. lapidis Iudaici & lap. lyncis.

Eodem modo parantur lapides, Judaicus nempe, & lyncis, qui reducuntur in magiſterium, de quibus pro doſi tantum duo vel tria grana ad ſummum offerantur cum quodam liquore congruente.

Summum præſtant remedium adverſus iſchuriam, ſive ſuppreſſionem urinæ, & attritionem, & expulſionem calculi.

Magiſt. lap. lazuli.

Sic quoque conficies magiſterium lapidis lazuli, *ſingulare purgativum humoris atrabilarij, & præſtans medicamen contra omnes manias & melancholias.*

Cap. XXXV.

DE SALIBUS.

NOTA I.

Vſum ſalium eſſe tum culinarem, tum medicinalem.

EX iis, quæ tomo priori *de Sale* attulimus, manifeſtum eſt in eo reſidere vitale rerum principium ac radicem fœcunditatis ac conſervationis, Idque fundamentaliter in Sale fixo: Etenim ut liquor acidus ac mercurialis rerum, aciditatem ſuam mutuatur ex ſale quodam armoniaco & volatili, quæ à fixo promanat: ſic liquor ſulphureus ac oleaginoſus aliunde virtutem ſuam non ſumit, quam à ſale dulci nitroſulphureo, qui ipſam ex ſale fixo mutuatur: ita ut in fixo ſale & ex eo mercurialis illa aciditas & ſulphurea virtus promaneant, ab eoque tanquam à radice & prima origine fructus ſuos recipiant. Ut hinc notare liceat, ac admirari, in una eademque eſſentia triplicem ſubſtantiam diſtinctè educi: ex qua res omnes creatæ facultates, virtutes ac proprietates ſuas depromunt ac hauriunt, ſicque eas in uno eodemque ſubjecto ſubſiſtere

ſiſtere ut duæ aliæ ab una alia producantur.

Eæ autem tres eſſentiæ, ubi ſeparatæ fuerint, & rurſum copulatæ aut unitæ, admirandis creſcunt virtutib. ac facultatib. & ingentem perfectionem aſſequuntur. Quæ quò ſæpius & disjunguntur & uniuntur, eò perfectiores ac ſublimiores poteſtatum gradus obtinent, ut inde etiam univerſalis ac præſtantiſſima omnium Medicina comparetur.

Mirum igitur, quod nonnulli virtutem ſalium in uſu medicinæ deprimant: *Sales Chymici ſunt cauſtici*; inquiunt, *In adustis enim omnibus manet empyreuma. Ergo non poſſunt vivens conſervare. Quin imo non poſſunt illis niſi contra naturam ineſſe.* Item: *Generandis & conſervandis animalibus ſola dulcia conferunt: ſalſa illis ſunt infenſiſſima: his enim animalcula omnia, ut vermes, interficiuntur, eaq; ut capitalem hoſtem reſpuunt.* Hinc inferunt: *Concludamus igitur: Poteſtne ſal eſſe principium rerum naturalium? Medici jubent abſtineamus à ſalſis: ſalem duntaxat pro condimento, hoc eſt, pauciſſimum concedunt, &c.*

R. Non vident ſe pugnantia loqui: volunt enim ſales abiici, quòd noxii ſint potiùs nobis, quam utiles: attamen dulcibus nos nutriri & conſervari, quaſi verò dulcia ex dulcibus ſalibus non proficiſcantur: quæ diximus tamen ſaporem obtinere, quod temperata & perfecta maturatione coctionis eum gradum adepta ſunt: cum alii ſales alio modo, hoc eſt, plus vel minus perfectè cocti alium ſaporem referant. Ergo ſi dulcia nutriunt & conſervant, ſales quoq; nutrient & conſervabunt, cum ſuis saporibus & gratis ſpiritibus ſales foveant & nutriant, cum ingratis verò & naturæ nequaquam familiaribus noceant.

Addo porrò contra iſtud axioma, *abſtinendum eſſe à ſalſis*, & inſulſum panem ſalito eſſe ſalubriorem, diſtinctione opus eſſe. Si enim ad ſanitatis conſervationem præcipiatur ſalis abſtinentia, inter populares errores hunc quoq; recenſemus, quemadmodum & poſt purgationem juſculum inſulſum non minore errore præſcribi aſſerimus, quòd ſi ſaliatur temperatè, non modò non eluat ventriculum, & inteſtina, ſed ſalis vi etiam ad ipſas medicaméti reliquias abſtergendas convenientiſſimum reddatur. Salis enim proprium eſt, inter cæteras facultates, quas poſſidet, detergere, obſtructiones expedire, putrefactionem ac corruptionem arcere, unde moderatꝰ illius uſus non tantum non noxius, ſed maximè neceſſarius ac in conſervationem vitæ noſtræ ſemper utiliſſimus futurus ſit, de cujus fructu qui velit legat plura quid de eo ſcribat *Marſilius Ficinus in libro de vita cœlitus comparanda.*

Quod porro garriunt à vermibus ſales, tanquam capitalem hoſtem abhorreri, ibi rurſus ſe prorſus inſulſos eſſe fatentur, qui potiùs ſalis virtuti ac utilitati adſtipulantur, quam refragantur, cujus vim ac effectum vermes potiùs quàm ipſi odorantur. Nec enim ſales omnes omnibus naturis congruunt, ſiquidem natura natura gaudet, & ſimile ſimili. Qui

igitur

Digitized by Google

igitur delectantur dulcibus, amaris offenduntur, & contra. In *omni enim rerum genere*, imò etiam *in omni individuo, contraria delitescunt, alioqui ex elementis contrariis non conſtarent.* Quorum diſſidium, ut jam diximus, tùm præſertim apparet, cùm alia ab aliis ſeparantur, & ſeorſim acuuntur. Sed quid dicant de ipſis hominibus, quorum alii libenter veſcuntur carnibus, & piſces abhorrent, aut non citra offenſionem aſſumunt, alii contrà piſcibus delectantur, & magno faſtidio carnes reſpuunt? Quid dicam de ipſo pane, qui cùm omnium hominum ut familiariſſimum deſtinatum ſit alimentum, à nonnullis tamen faſtidiatur ac rejiciatur? An hoc ex ſalis vitio oritur? Quis hoc dicat præter inſulſum? Congrua congruis igitur copulanda & aptanda ſunt, familiaria familiaribus, & ſimilia ſimilibus, tunc ſales optimè nutriunt & conſervant. Cùm autem origo Vermium generationis ex dulcibus radicibus aut fructibus promanet, quid mirum ſi amara defugiunt, tam naturæ illorum contraria, & dulcibus ſemper delectantur? Sic quibus convenit ſal vulgaris, ſi vel mortua quædam corpora à putrefactione vendicat, quidni viventia quoque conſervet, quorum balſamo congruunt. Ergo ſic quoq; in medicina erit ſalium uſus, debitè & congruè adminiſtratus.

Opponunt nobis in contemptum ſalium vermes, qui eos abhorrent. Quid verò dicant de tanto animalium multiplicium numero, quæ ſummè iis delectantur, cùm & volatilia & terreſtria iis ſemper exugendis tota intenta ſint, ſive in ſtabulis, ſive in latrinis, ubi ſæpenumerò ſale nitri volatili ex urinis & ſtercoribus exudante parietes induuntur? Hoc ipſum indies cernitur fieri ab avibus columbinis, roſtris parietes, lapides & quidvis aliud vellicantibus. Sic oves, capræ, vaccæ, ſi ad halipolia acceſſerint, ſtatim ad ſalem occurrunt, unde vix multis flagellorum ictibus abigi queant. Nec aliunde arua impinguantur, ut alibi diximus, quam ex ſtabulorum, columbariorum & ſterquiliniorum fimis ac ſtercoribus inſperſis. In quo genere præſtant ovillus & columbinus fimus, quem ſi ex ſuis locis extrahamus, tartarea quadam materia ſcatentem conſpiciamus: ex quo etiam halinitrarius artifex poſſit nitroſi ſalis potiùs, quàm ex quovis alio ſtercore, aut terra, arte educere.

Atque hi ſunt naturæ ſales, quibus tantoperè omnia delectantur, nec iis carere poſſunt. Quid enim in ipſo homine cibi proſint & poſſint inconditi, & ſale carentes, quàm putrefactionem & corruptionem ingerere, leproſos affectus & cutis defœdationes invehere? Sed appoſitè utique Poetæ citant autoritatem, ſalſa etenim tellus, & quæ perhibetur amara, frugibus infelix, ignarus, ſi totum aruum ſale puro conſperſum aut etiam obrutum eſſet, magno illius incendio tellurem aduſtum iri. Aliud enim eſt cibos ſale conditos edere, aliud ſalem vorare: hoc deſtruit, illud conſervat. Mixtionis itaque

aliarum ſubſtantiarum vi, cauſtica ſalium virtus uſque adeò infringitur, aut potius demulcetur ac temperatur, ut optimum fiat & terræ alimentum, & animalium medicamentum. Cùm enim, ut volunt Dogmatici, terra per ſe ſit frigida & ſicca, ac proinde mortis imago, unde vitam tot vegetabilib. infundat, niſi calore ſolis humidum ſuum primigenium fortiter retinentis temperetur.

Si licet huc autoritatem ſacrarum literarum proferre, quantis quæſo laudibus ab illis ſal etiam vulgaris, quaſi myſticum quid ſignificans, extollitur? Quin & ipſe Plato divinum quid ſalem appellat (nedum ut reſpuat) quod balſamo ſuo reb. immortalitatem videatur promittere. At unde Poetæ finxerunt, ἀφροδίτην, aut ἀφρογένειαν, matrem ſcilicet generationum ex ſpuma maris natam, ut jam diximus, niſi perſpexerint, & appetitum generandæ prolis alendæ & conſervandæ, in ſale marino fructu poſitam eſſe virtutem. Quid aliud etiam cornu Amaltheæ, omnib. frugib. ac fructibus refertæ deſignatum eſt, quàm omnem copiam & affluentiam rerum ex ſale, quo pinguiſſimo cornu præ ceteris abundat, proficiſci? Nulla re enim magis luxuriant arua, aut campi rident quàm cornuum in ipſis putrefactorum ac digeſtorum adiposo ſale. Fruſtrà etiam obgannitur Chymicos ſales eſſe cauſticos, uſque adeò enim puerilibus id nititur ratiunculis, ut illis refellendis immorari ridiculum ſit.

Præterea abundè ſatis de quibuſdam vegetabilium ſalibus variis ac admirandis facultatibus dotatis, aliàs verba fecimus, ut hic plura repetere non ſit opus.

Ceterùm ut tandem doceam, non tantùm ad condimenta uſum ſalium uſurpari, ſed in auxilia etiam & ſingularia remedia, utpote magnarum virium, exhiberi, quæ ab antiquis ſummoperè laudata ſunt, & quæ in uſu apud illos erant frequentiſſimo: utque ſimul oſtendam, Priſcis illis non ignotas fuiſſe calcinationes, ut neque alias chymicas operationes, multas ab illis editas medicamentorum compoſitiones in exemplum huc conferam.

N. 2. Vſum ſalium medicinalem uſitatum fuiſſe veteribus.

Conſtat ex *Galeni*, aliorumque *Græcorum* Medicorum ſcriptis, nec non *Arabum ac Latinorum*, uno eodemque conſenſu; ſalem, ut aliquid inutile, aut etiam noxium quid ab illis non fuiſſe exiſtimatum: nec tantùm condimenti gratia præſcriptum, etſi in victus ægrorum ſuorum ratione à ſalſis abſtinendum imperabant: ſed eum tanquam maximè neceſſarium ac utilem in Medicina agnoverunt, & defenderunt, eiuſque uſum ad variorum morborum curationem uſurparunt; quo diverſos ſcopos attingunt feliciter. Detergendo enim, reſerando, incidendo, attenuando, nec non etiam ſudores ac ſedes movendo, urinas ciendo, vomitum provocando, ſalis uſus idoneus eſt, ut hac multiplici facultate alia propè omnia remedia utilitate ſuperet. In cuius rei probationem

nem aliquot veterum Medicorum, eorumque celebriorum, aliquot exempla huc afferemus Primùm *Ægineta* hæc de ſalis facultate refert *lib. de re Medica 7. cap. 3.* Sal omnis multùm ſiccantem ac adſtringentem facultatem habet. Unde quicquid humidi in corporib. eſt, id totum depaſcitur. Quod verò reliquum eſt adſtringendo compingit. Quapropter etiam condita aſſeruat, & à putrefactione tuetur. At uſtus ſal maiorem diſcutiendi vim habet.

Idem ſentit *Oribaſius Medic. Collectionum lib. 15. Sales*, inquit, *ſive foſſilos ſint, ſive ex mari oriantur, ſimilem facultatem obtinent : eaque ex duabus qualitatibus abſtergente, & adſtringente mista eſt : utramque verò ſiccare ſuprà fuit perſpicuè declaratum. Differunt tamen, quòd ſales, qui ex terra fodiuntur, diſcuſſoriæ ſunt eſſentiæ, ex quo fit ut craßiorum ſint partium, magisq; adſtringant. Sales verò iſti magis digerunt, quàm ignem non experti, quatenus eorum corpus tenuiorum partium eſt redditum*, (*quæ verba notabit Anonymus*) *non tamen æquè* (addit Oribaſius) *ac iſti contrahere, denſareq; etiam firmam ſubſtantiam poſſunt.*

Idem *Oribaſius lib. 2. de Virtute ſimplici medicamentorum* ad Eutrapium hæc ſcribit: *Hales. 1. ſales ſimilem vim habent* (De aloe prius ſermonem fecerat) *foßiles & marini, & ex duabus mixti ſunt qualitatibus abſtergente, atque adſtringente. Vtrumque autem genus ſiccare planum eſt. Quamobrem omnem humorem in corpore depaſcit, & partes ſolidas ad ſtringendo condenſat: quod in cauſa eſt, ut eas ſale condiant, ſalque corpora à corruptela conſervet. Sal uſtus maiorem detergendi vim habet: non æquè tamen contrahit & condenſat. Hales* ã.1. *flos ſalis tenuiorum eſt partium, quàm ſal uſtus, eſtq; acris qualitatis & abundè digerentis.* Tantundem propemodum loquitur *Aetius*, paucis additis aut immutatis verbis *Tetr. 1. ſerm. 2. cap. 43. & cap. 46.* Hæc addit de ſpuma ſalis: *Salis ſpuma ſpumoſus quidem eſt ſalis floſculus, vicinis petris adhærens: multò autem tenuiorum partium naturam habet, quàm ipſe ſal: quare & attenuare & diſcutere multò magis poteſt, verum quod reliquum eſt ſubſtantiæ, denſare velut ſal non poteſt.*

Paulus Ægineta, eodem libro & capite, quæ ſuprà citata ſunt, eandem ſalis ſpumam eſſe ſalis efflorеſcentiam ſcribit, ac magis tenuium partium, magiſque diſcuſſoriam eſſe, quàm ſit ſal, ſed minùs compingere. Et de flore ſalis hæc ſcribit: *Liquidum eſt medicamentum, magis tenuium partium quàm ſal uſtus.* Unde apertè liquet, non ignotam fuiſſe antiquis calcinationum, attenuationum ac eſſentiarum ſcientiã, quam maiores longè virtutes ac energias penetrantiores poſſidere, quam corpora eorum, incraſſando opportuniora, valere compertiſſimum habuerunt, ut ſuprà de ſale & eius ſpuma, nec non flore, ex fluctuum marinórum agitatione, & ad ſaxa alliſione ac attritu naſcente diximus. Quæ quidem agitatio ſpeciem quandam diſtillationis præ ſe fert, qua ſpirituoſiora à craſſioribus

 ſecer-

ſecernuntur, quemadmodum ex ſimplici lactis agitatione huiuſce rei ſe prodit veritas & experientia. Tres enim ſic diverſæ ſubſtantiæ ſeorſim abſtrahuntur, butyrum nempè, ſerum lactis & caſeoſa pars, ut jam à nobis toties inculcatum eſt.

Si huc varias, ab Antiquis tùm Græcis tùm Arabibus præſcriptas, remediorum formulas conferri neceſſe eſſet, ubi ſales veluti baſim totius compoſitionis ſuſtinent, nunquam huius argumenti ullus fuerit finis. Aliquot tantùm exempla hic proferam, ut diſcat Anonymus maiore in pretio ac commendatione ſalium virtutes, ac potentias habere, quæ in uſum ſagaci induſtria revocet. Ex his etiam docebitur, qua arte & doſi exhibeantur, quantæque fuerint apud celebriores Medicos exiſtimationis.

Aetius Tetr. 3. ſerm. 1. cap. 24. ubi de cruditate & de iis, quæ ad concoctionem juvandam faciunt, ex *Galeni* aliorumque Medicorum ſententia, ſales nobis proponit. In quorum deſcriptione libra una ſalis Cappadocis ingreditur, quæ omnium aliorum doſim piperatorum ac calidiſſimorum quantitate ſuperat, ex quibus pulverem concinnat, de quo ſemicochleare ex ovo ſorbili, aut ex ptiſana jejuno ventriculo & matutinis horis ſumendum præcipit. De cuius viribus hæc verba facit, quæ ſequuntur: *Huius medicamenti* (inquit) *auxiliares facultates nemo pro dignitate laudare poteſt. Quare ut breviter dicam ad frigidiores temperaturas non reperias aliud pharmacum, quod convenientiùs crudos humores concoquat, unde & colicis prodeſt, ventrem citra moleſtiam mediocriter movet.* Deſcribit porrò ſales Poletis aluum emollientes, pituitam à capite diſſolventes, & per palatum tranſmittentes, reliquaſque diſtenſiones attenuantes. Eam ipſam compoſitionem ingrediuntur ſales torrefacti ſplendidiſſimi ad drachmas centum & quadraginta quatuor. In qua compoſitione ſolummodo addit florum chamæmeli, conizæ tenuis, calamenthi montani, radicis eryngii montani, origani, ſylphii, piperis ana trientem. Quæ quidem reliqua ingredientia ſimul juncta non accedunt, vel longiſſimè, ad ſalis illius quantitatem.

Aliam præterea ſalis compoſitionem tradit dodecatæos dictam, qua excipiuntur unciæ triginta ſalis torrefacti, hyſſopi, pulegii, cumini: ſed longè minore doſi quàm ſalis, cuius aſſiduum uſum, in ſalis vulgaris locum, præſcribit, non in condimentum tantùm, ſed quòd præſtantiſſimi medicamenti vices adverſus multos humani corporis affectus expleat.

Qui enim eo aſſiduè (inquit) *utitur, nullo morbo per omne tempus infeſtatur:* Præcipuè tamen caput allevat, viſum acuit, pituitamque in thorace congregari non ſinit, concoctionem bonam operatur, & meſaraicas maximè venas ab obturatione liberat, & renes repurgat. Addit, *Quidam & origani ſextantem adjiciunt. Ego vero,* inquit *Aetius, ſemper ſpicæ nardi unciam unam annecto, in Hyeme amplius ℥ j. piperis addo.*

Hinc

Hinc liquet veteres non ſimpliciter ſalibus eſſe uſos, ſed in deligendis ſplendidioribus ac defæcatioribus ſedulam navaſſe operam, quorum etiā ut vires intenderent ad attenuandum, concremarunt ac torrefecerunt. Vide quàm diligenter Anonyme veterum ſcripta excuſſeris, cùm hujuſmodi aſſationes ac calcinationes ab iis improbari & reſpui vis, aut ex illa aduſtione cauſticum empyreuma nō innoxium contrahi malè aſſeris. Hi, ſi vitæ humanæ obeſſent, & eius conſervationi inepti prorſus eſſent, quorſum à veteribus tantis laudibus efferrentur, ut inter potiſſima ſanitatis tuendæ auxilia ab illis collocarentur? Qui ſiquidem ventriculum & quaſcunque corporis partes attingunt, ut ſplenem, hepar, ac imprimis meſaraicas venas mucilaginoſis impuritatibus expediunt ac repurgant, ut nihil ſupervacaneum reſtet, quod corruptione ſua morbum inferat. Ejuſmodi enim partes ſuis excrementis liberæ validiùs cōcoctioni incumbūt, quam eandem etiam hujuſmodi remedia juvant, ut hinc omnis cachexiæ, hydropiſis & aliorum id genus ex mucilaginoſis obſtructionibus naſcentium affectuum ſeminaria omnia tollantur. Denique ea pollent poteſtate, ut omnem putrefactionem ac corruptionem, vermium ac vitiorum aliorum originem prorſus arceant aut emendent. Quæ omnia cùm præſtent ſales, quid in vitæ, aut ſanitatis conſervatione, aut omnium morborum expulſione utilius excogitari poteſt? Faceſſat igitur Anonymi noſtri inanis illa ſententia, qua ſuperciliosè nimis fidum antiquorum Medicorum ſectatorem ſe eſſe jactitat, quos minimè habet familiares.

Qui poſſit ille cum quibuſdam ejuſdem calculi maledicis ac invidis tantorum virorum eſſe imitator, cùm omnes iſtiuſmodi homines ita ſales abhorrent, ut propemodum plebi perſuaſerint, à condendo ſalibus pane, tanquam ab exitiali re eſſe abſtinendum? Nec minus piperatorum uſum prohibent, quæ tantæ ſunt utilitatis, ut in incidendo, aperiendo, attenuando, congruè aſſumpta, non poſtremum locum occupent, ut hinc multa à natura fruſtrà procreata, impudentiſſimè inferant. Sed deſinant iſti tantoperè ſuam erga antiquos veteres fidem ementiri, qui eorum formulas medendi prorſus damnent, (ne dum æmulentur) cum plura ingredientia, quibus concinnantur, planè cum convitiis reſpuant.

Sed redeamus ad ſales noſtros, aliaque id genus infinita remedia expendamus, quæ partim ad προφυλακτικὴν, partim ad θεράπειαν ipſam pertinent, ab omni antiquitate uſurpata ſub ſalium baſi & nomine.

Actuarius lib. Meth. medendi cap. 9. deſcribit quoſdam ſales purgativos. *Sal, qui alvum ſubducit, ventri inteſtiniſque inhærentem pituitam, reliquoſque humores evacuat: purgat quoque modicè bilem. Commodiſſimum eſt articularibus morbis ſtomachicis: & ſi quis ob ſtomachi vitium comitialis aſſiduè concidit, eoque utitur, mihi, inquit,*

gratiam habebit. Qui eo familiariter utuntur, à morbis ipſos vendicat. Horum aliquot deſcriptiones aut compoſitiones tradit, ubi nihil præter ingredientia admodum calefacientia videas, inter quæ drachmas quindecim armoniaci ſalis præſcribat & inſerat. At Armoniacus ſal quantam vim calefaciendi cum violentia habeat, ſatis compertum eſt.

Ibidem aliam ſalis compoſiti ſpeciem tradit ex ſeptem vnciis ſalis armoniaci torrefacti, additus aliquot ſimplicibus calefacientibus, ac aromaticis: quem quidem compoſitum ſalem ſcribit citra noxam *aluum ſolvere, nec ſtomachum ſubvertere*, quod omni tempore & cuivis ætati exhiberi poteſt. *Excernit enim*, inquit, *faces duriores, omnemque putrem materiam à capite uſque ad ungues, à furfuribus & reliquis exanthematis, quæ in capite efflorescunt, liberat: medetur tenebricoſæ vertigini, lippitudini, omnibuſque exanthematis, in capite efflorescentibus. Vindicat à tertiana, quotidiana & quartana, ſi intermiſſionibus bona nimirum coctione, antea in urinis apparente, præbeatur. Sed præ reliquis ſuccis bilem evacuat.*

Apud *Nicolaum Myrepſum* inveniat Anonymus, qui prorſus eſt novus, in ſalium ab autoribus deſcriptorum lectione, *primo eius libro de Antidotis ſectione prima*, varias Antidotos ab eo conſcriptas: in quarum præcipuis inſerta videat multorum ſalium genera, qualia ſunt Armoniacum, ſal gemmæ, nitrum, alumen & vitriolum: ut qui etiam *Myrepſus* privatim de ſalibus tractatulum edidit, in quo viginti & plures ſalium deſcriptiones tradit, quarum aliæ ad purgandum ſpectant, aliæ ad præcautionem inſtitutæ ſunt, & iam natorum morborum profligationem.

Inter alias compoſitiones unam deſcribit, quam titulo *ſalis ſanctorum Apoſtolorum* inſignit, *cap.* 15. quam dicit *viſum ad ſenectam uſque conſervare, ejuſque acumen efficere, quaque tuſſire non ſinat, ac ſpiritus difficultatem prohibeat, capilloſque defluere aut erigi, fœtoremque fieri non permittat.*

Aliam quoque tradit compoſitionem, quam Lucæ tribuit Evangeliſtæ ac Apoſtolo, ejuſdem ferè virtutis, qua ſacerdotes Ægyptios ad ſatietatem uti ſcribit, ut ſemper lectionibus vacare queant, aſſerens ejus uſu *pituitæ in pectore generationem impediri, omnemque lippitudinem ac dentium dolorem arceri, vellicationes ſedari, ac pedum dolores cohiberi.*

Aliam item *Gregorio Theologo* ejuſdem poteſtatis, ut quæ etiam ſcirrhoſis lienis tumoribus opportuna ſit, ut hinc ſatis ſuperque liqueat, tantum ſalium apud antiquos ac tam ſalutarem fuiſſe uſum, ut ob inſignes illorum virtutes aliunde, quàm ab Apoſtolis aut divis hominibus proficiſci ſibi perſuadere non potuerint. Neque hic negari poteſt Antiquorum eam fuiſſe opinionem, ut ſub ſalibus magna laterent ac comprehenderentur myſteria.

Mar-

Marcellus Empiricus duo ſalium purgantium genera deſcripſit, *in ſuo de medicam. libro cap.* 30.

Ægineta lib. de remed. 7. *cap.* 5. vinum purgatorium deſcribit, ſalem continens. Deſcribit porrò ſolutivum ſalem.

Aetius Tetr. 1. *ſer.* 3. *cap.* 108. integrum hoc caput de ſalibus purgantibus inſtituit, quorum varias explicat formulas, admirandaque de iis prædicat, tùm ad præcautionem à morbis, tùm in graviſſimorum etiam affectuum, nec non febrium quotidianarum, tertianarum, ac quartanarum curationem.

Oribaſius εὐπορίστων, lib. 1. *cap.* 9. ubi de evacuationibus tractat, quæ ſanis conveniunt, hæc ſcribit: *Iam verò iis, quibus malitia humorum ineſt, & quibus propter ſuperfluorum acrimoniã exanthemata in cute oriuntur, quique morſum in lotio ſtercoreque ſentiunt, cõfert lac melli mixtum bibere.* Itemque ſerum lactis, ſed primùm potui dandum eſt ſale injecto, facit enim ſal, ut ſerum partes corporis celeriùs permeet.

Si ad ſalium theriacalium deſcriptionem ab *Ægineta traditam lib. de remediis* 7. *cap.* 11. animum advertamus, ibi videre licebit viperas (virulẽtiſſima reptilia) ſale armoniaco, gentiana, ariſtolochia, centaurio, cardamomo, atque id genus aliis variis ſimplicibus conditas, ac undequaque circumvolutas. Dein omnibus melle Attico in paſtam exceptis ac copulatis; in ollam terream luto fortiſſimo munitam, cum ſuo operculo, tamen foraminibus pertuſo, ut quicquid virulenti eſt exhalet, jubet ad ignem reverberij (ut vocant) exponi, ut in calcemque, cineresque prorſus redigantur: ex quibus cùm aliarum rerum additamentis ac mixtionibus ſales theriacales fiant ac concinnentur. Quæ quidem operatio tota utique chymica eſt, fidemque facit, veteres ad exquiſitiſſima remedia calcinationes medicamentorum, tanquam virtutes rerum abundè ingeminantes ac adaugentes, uſurpaſſe: quod citra tamen humidi primigenij deperditionem, contra inſulſam Anonymi noſtri opinionem fieri poſſe non ignorarunt. Vnde quàm pernicioſa ſit audacis hominis in vulgus ſparſa ſententia, videre eſt, quã cum catholica quadam, & citra exceptionem, lege ſancire vult, idque ex Medicorum decretis: *A rebus ſalſis abſtinendum.* Inde inferens tantæ utilitatis ac neceſſitatis ſalis uſum omnem eſſe damnandum. At quid porrò docet *Ægineta*, *libr.* 7. *de re Medica?* A præſtere aut vipera demorſis ſalſam carnem non tantùm exhiberi vult, ſed in rarum ac exquiſitum remedium de ea abundè comedi præcipit. O quàm alienum Anonymus noſter ab hujus antiqui Medici ſententia, conſilio & decretis oſtentat animum, qui quæ pro ſingulari præſidio habebant veteres in ſerpentum morſus, uſum videlicet ſalſarum carnium, ea prorſus citra rationem reſpuat. At nec ſolus *Ægineta* hoc ſenſit & ſcripſit, ſed Græcorum omnium celeberrimorum unſi-

eun-

veluti morti proximus: curationis etiam extrema depoſceret; ego pudoris & reverentiæ modum ſervans, quem cunctis ſemper exhibui, proſpexi ad tempus, ne veluti turpis cura forti viro applicaretur. Quùm ergò vidiſſem, febrem eius, quam de colore collegi, & ſiccitate viſcerum fatigari eum penitus advertiſſem, illicò infuſo ſale aquam frigidiſſimam obtuli eius ardori: qui cùm deſiderio recenti quo cruciabatur, totum; quod ei oblatum fuerat, ebibiſſet, autores Medicinæ magni, qui id ſpectabant, exclamaverunt, occidiſti hominem. Nec dum rex eorum de ore emanaverat cum è veſtigio eum ſomnus occupavit, ſudorque perfudit. Quibus ego præſentibus (Clementiſſimus Imperator) tantis ſudoris eius abſterſionibus laboravi, ut (ſi dici faſſit) Nilus ex eius corpore videretur effluere. Verùm quùm æger expergefactus recreatum ſe extinctu febribus, & ab infirmitate leviorem eſſe ſenſiſſet, ventris etiam cœpit deſiderio vehementer urgeri. Allato itaque vaſculo, omne alui onus, quo gravabatur, expoſuit cum ingenti fœtore, &c.

Vnde ſatis liquet, quantus ſit aquæ ſalſæ effectus in affectuum curatione congruè adminiſtratæ.

Galenus 4. *de ſanitate tuenda cap.* 5. Trallian. *lib.* 8. *cap.* 13. Paulus *de re Medica lib.* 7. *cap.* 24. Actuar. *lib. meth med.* 5. *cap.* 6. Myrepſus *de antidotis ſect.* 1. *cap.* 185. deſcribunt Antidotum, quam diaſpoliticum vocant, vel diaſpolitem. Cujus duas tradunt formulas, in quarum una plus nitri quàm altera inſerunt. Quæ copioſius nitrum continet, cum cumino, pipere, ruta ac nitro ana, partibus æqualibus concinnatur, quæ hac ratione, ut ſcribit Aetius *tetr.* 3. *ſer.* 1. *cap.* 22. magis aluum ſubducit Aliquando reliqua ſingula pari pondere miſcentur, nitri vero dimidia aut quarta pars additur.

Vnde apparet ipſum Aetium vim purgatricem ſali nitro tribuiſſe. Dicit autem cuminum, quod immiſcetur, debere Æthiopicum eſſe, piper verò longum & album, cuminum in acerrimo aceto macerandum, deinde moderatè torrendum, folia autem rutæ præarefacta ſumi debere: recentia enim humore abundare ſuperfluo, ut ſic manifeſtum fiat, admiſſas eſſe & probatas ab antiquis medicamentorũ aſſationes ac calcinationes, ut maximè utiles ac neceſſarias. His enim modis paſſivum phlegma, aut aquoſus rerum humor urinutilis, ſervato medicamẽti humido primigenio ſeparatur. Cui tamen ſententiæ & veterum artificio quã inſulsè noſter Anonymus refragetur, experiẽtia ipſa pater, qua ruta, ſalvia, calamentho, origano, roſmarino aliiſque odoriferis ſimplicibus, nõ poſſint commodè olea erui, niſi nimio phlegmate perfuſa, ſi recentia, non ſicca aſſumantur. Priùs enim quàm oleum diſtillatione extrahatur, exiccanda ſunt ea, ut ſupervacanea aquoſitas abſumatur, deinde aqua communi perfuſa in vaſculo opportuno digerenda, quæ ex ea digeſtione diſtillata humidum primigenium oleoſum & rei odorem referens ad ſe rapit.

Quum extrahuntur olea ex ſeminibus aniſi, fœniculi & aliorum id genus, aromatumque omnium, quùm ea temporis proceſſu exaruerint, aſſari aut

Digitized by Google

aut torreri ampliùs non eſt neceſſe. At per ebullitionem aquæ olea in ea ſupernatantia facile fuerit extraherent, quæ alioqui per vulgares decoctiones, ſpirituum vires, quos in ſuo primigenio humido continent, opportuno & congruo vaſe non concluſa, amittunt, & in auras ac fumos diſpergunt. Vaſis enim apti beneficio retinetur humidum primigenium citra ullam jacturam, in quo ſpiritus efficaces deliteſcunt.

Hinc igitur diſcant omnes, hanc eſſe unicam cauſam qua in noſtra Pharmacopœa, apozematum aut decoctionum, julepis ac ſyrupis concinnandis inſervientium, formam & artificium reſtituimus: ne quid ex ſimplicibus medicamentis virium depereat, ut vulgò aſſolet fieri, ſed integra virtus, ſola utilis, conſervetur. Quorſum igitur pluribus oſtrepat Anonymus, & damnatis diſtillationibus, in vacuis ſuis decoctionibus animam rerum quærat? Cujus errorem, ut experientia agnoſcat, decoquat *ipſe lib. 1. ſeminis aniſi in lib. 6. aquæ vulgaris* ſuo modo: Ego verò idem pondus etiam aſſumam: Ille autem ſuam trajiciat, tranſcolet, & prout libuerit præparet decoctionem, videbit ne guttulam quidem olei concipi, in quo tamen oleo tota aniſi virtus poſita eſt: certe nihil olei in eo decocto deprehendet, quòd omnis facultas cum eo in auras aperto vaſe evolarit: nec quicquam in decoctione ſua ſervatum percipiat, quàm odorem quendam aniſi leviſſimum. Cum contra ego artificio noſtro poſſim uncias olei duas prolicere, quod ad guſtum ſapore aniſi planè dulcedinem referat, eamque gratiſſimam, ſi dulce fuerit aniſum: cujus guttula multis aquæ unciis admixta, aut alij liquori, cum prorſus ſapore ſuo imbuat, vireſque magnas impertiat. Quin & ipſa aqua, quæ jam elicito ac ſeparato oleo ſubſidet & reſtat, etiamſi ſex librarum loco duodecim libras infuderis, plus odoris, ſaporis & virtutis retineat, aptiorque concinnandis apozematis, aut ſyrupis, gratiorque palato vulgaribus iſtis decoctionibus, ac validior fuerit. Nec tantum de aniſo hoc fieri certum habeo. At ex omnibus aliis ſeminibus calidis ſua virtus, odor & ſapor ſic elici poſſunt; nec non ex herbis ac floribus odoratis, ex quibus etiam ſyrupi longè acceptiores ac majorum virium parari poſſunt.

Libenter paululùm ab inſtituto digreſſi ſumus, ut aliquod ſemper in Iuniorum gratiam φιλομαθῶν, artificij documentum ac experientiam imitãdam proponamus, utque ſimul maturè diſcant ab erroribus Anonymi noſtri recedere, qui Graculi inſtar ex capſula ſua nihil, quam de rebus ſibi garrit incognitis.

Fæces, quæ poſt liquorum primigeniorum ac oleorum extractionẽ remanent, quas ſedulo verus Chymicus ſibi aſſeruat, ab eo in calces ac cineres vi ignis rediguntur, ex quibus tertium illud principium admodum vitale, ſalem nempe, prolicit, admirandas adhuc in ſe continentem eſſentias: liquorem nimirum mercurialem & ſulphur quoddam oleoſum, aut oleũ ſulphu-

ſulphureum: nec non alium ſalem igneum longè efficaciorem, ac promptioris ut ita loquar activitatis, majoriſque potentiæ, quàm qui jam fuerit extractus. Quem ſatis conſtat, quum tantæ ſit virtutis, nec vitali ſuo principio carere, nec humido primigenio ulla calcinatione ſpoliatum fuiſſe, ut ſentit Anonymus: quo ſi eſſet exutus, unde tantæ attenuandi, incidendi, reſerandi, extergendi, laxandi ſudores, urinas provocandi vires prodirent, quæ in eo tanquam in univerſali lixivio deliteſcunt? ut hac ratione corpus humanum omnibus propè morbis liberet, tanquam catholicum remedium, ſi aptè, congruè & ex arte is ab experto & perito Medico adminiſtretur.

NOTA. III.

Salium præparationes & veteribus fuiſſe cognitas.

Similibus noſtris calcinationibus veteres uſos eſſe, Oribaſius *med. collect. lib.* 13. apertè ſatis probat, cùm de calcinatione tartari, fæcumque aceti in olla, argilla incruſtata, verba facit. Dicit enim rem calcinandam in olla luto munita eſſe collocandam, tamdiuque ibi eſſe aſſandam, dum colorem album acquirat. Quod idem Alchimicè docet eſſe faciendum, initio ipſius & ejuſdem libri.

Vidimus ſuprà quid ſcripſerit Plinius ſecundus de avibus & animalibus in cineres redactis, utque ejuſmodi remedia inter ſingularia ac familiaria auxilia ſui uſus aſſervarit.

Antiqui omnes de avicula, quæ *regulus troglodites* dicitur, verba fecerunt, ac docuerunt, eam in cineres redactam ſingulare eſſe calculi remedium, nec non de vitro ac ſpongia calcinatis & in cineres aduſtis in eundem effectum loquuti ſunt. Plerique etiam recentiores Medici eiſdem ſpõgiæ cineribus utuntur ex vino albo propinatis in curam brõcoceles, toto unius lunæ curriculo, quæ certiſſima experientia eſt.

Aetius *Tetr.* 1. *ſer.* 2. multa ac varia proponit auxilia, ab antiquis deſumpta, quibus illi calcinatis ac in cineres ſolutis uti vulgò ſolebant, quæ quidem arcanorum inſtar magni pretij commendatiſſima habebat, atque eius ſunt verba, quæ habentur *ca.* 156. eiuſdem libri. *Ajunt*, inquit, *cornu cervi, ſi poſt uſturam lavetur, dyſenteriam ac ſanguinis ſputum & cœliacas affectiones ſanare: Ictericis quoque utiliter præbetur. Datur omnibus duorum cochlearium menſura.* Et cap. 157. *Alij Suum ungues urunt, & cinerem colicis in potu præbent. Aliqui Aſinorum ungulas uſtas comitialem morbum ſanare ajunt, ſi aßiduè bibantur.*

Capite etiam 161. *Oſſa uſta*, inquit, *omnia diſcuſſoriam & ſiccatoriam vim habent. Quidam tamen de hominum oſſib. id maximè prædicant. Talum utique ſuillum uſtum, deinde potum, inflationes ac tormina ſanare prodiderũt. Et novi ſanè ego quendam noſtrorum hominum, qui oſſa uſta potanda dabat, ignorantibus potantibus quid potarent, ne abominarentur. Atque ſic in multis & morbum comitialẽ & articularẽ curabat.*

Digitized by Google

Et cap. 163. *Mergi ventrem torreſactum & ſali modico admixtum, crudis bonam coctionem facere credunt.*

Necnon cap. 175. *Cæterum cinis cremati Cancri ſimiliter ut alia uſta ſiccat: verum quadam totius ſubſtantiæ proprietate ad rabioſi canis morſum efficax eſt.* Quin & formam calcinationis illorum quandam explicat, quam à præceptore ſuo didiciſſe ſe ſcribit. *Patinam, inquit, habebat is ex ære rubro, in quam vivos cancros miſſos urebat, lignis vitis maximè ſubjectis, donec ad cinerem, ut commodè teri poſſent. Atque ſic habebat ſemper paratum Pharmacum.* Agnoſcat nunc Anonymus, num Chymici illi tunc fuerint, & quã ſedulò manum operi admoverint, ut ſibi ipſi ſua auxilia præpararent, ac deſinat credere, illos aliquid ſua majeſtate indignum exercuiſſe, quærat que alibi ſuæ deſidię, quam in illis operi perpetuò affixis, patrocinium. Non accerſebant illi Pharmacopæos, qui ultrò citroque operi incumberent.

Redeamus ad noſtros cancrorum cineres, ac videamus, in quem uſum Præceptor ille Aetij revocarit. *Ex eo verò, inquit ille, quotidiè à rabido cane commerſis dabat uſque ad quadrageſimum diem cochlearium ſatis amplum, in aquam inſpergens. Si autem non in principio, ſed poſt aliquot dies à morſu commorſi curam ſuſcipiebat, bina cochlearia quotidiè dabat, ut quadraginta dierum exhibitio expleretur.*

Tandem cap. 176. hæc ſcribit: *Locuſtæ teſtam uſtam ac tritam cum meraco bibendum dato, & alui inferum fluxum compeſcet. Expurgat eadem & calculoſos renes, multam arenoſam urinam deducens.*

Quis iam aſſeret, calcinatorum & cinerum uſum antiquis fuiſſe inauditum, aut nequaquam in varios effectus familiarem eis fuiſſe? Etſi autem cinis omnis in genere, quatenus proprium ſuum ſalem in ſe continet, exſiccantis ac detergentis ſit poteſtatis: aliquam tamen apud ſe retinet ejus rei, à qua extractus eſt, proprietatem.

Atque id ipſum eſt, quod *libro 7. de re Medica* docet Ægineta, τίφρα, inquit, *id eſt cinis, non omnis idem exactè temperamentum habet, ſed juxta uſtæ materiæ differentiam evariat: Et acerborum quidem cinis, velut quercuum & ilicum, non modicam adſtrictionem habet, ut etiam ſanguinis eruptionem cohibeat, nullo alio præſente. At acrium cinis, velut fici & tithymali acrior eſt, & magis exterſorius.*

Orbaſius *coll. lib.* 15. idem ſcribit: attamen ulterius progreditur. Apertè enim docet ſalis ex ejuſmodi cineribus extractionem chymicam, ſic loquens: *Cinis (inquit) habet in ſe partim terreum partim velut fuliginoſum, hæque partes tenues ſunt, & maceratis aqua cineribus & colo trajectis, ſimul abeunt. Quod verò reſtat terreum & infirmum & morſu vacans, efficitur calida vi in lixivio depoſita.*

Atque ſic *Oribaſius*, activi à paſſivo & terreo, quod infirmum vocat, Chymici verò mortuam & damnatam terram ſeparationem hanc vocant.

Quic-

Digitized by Google

Quicquid peritiores noſtri huius ſeculi Chymici veterum calcinationibus ac incinerationibus rerum huiuſmodi, ex quibus antiqui lixivia excolabant, ut verba ipſa Oribaſii teſtantur, adjicere potuerunt, hoc unũ eſt, quod ex huiuſmodi lixiviis aquam totam educunt & exiccant: ac quod in imo ſubſidet ſal impurus, nova illius ſolutione per communem aquã, aut propriam ipſius aquam (quod utique melius) ante rei incinerationem extillatam, ut totum defœcent ac puriſſimum reddant inſtar cryſtalli. Multoties enim ipſum ſolum ſoluunt, filtrant, ac coagulant, non quidem ad extremam ſiccitatem, at eductis tantum illius aquæ duabus tertiis & ampliùs per alembici tubum, quem poſtea ab igne removent, ut ſal in eo contentus & frigido loco expoſitus in cryſtallinos grumos, aut glaciales cõcreſcat: quod puriſſimus rei ſal verè eſt, quodque cochleari ligneo colligi & ſeparari debet. Si quæ reſtat aquea pars, denuò exhalet, & vaſculum rurſus frigido aeri objiciatur, novi inde grumi cryſtallini congelaſcent, qui rurſum ſeparandi erunt, ac toties operationes iſtas repetunt, dum nihil amplius in gelu aut glaciem poſſit concreſcere. Atque huiuſmodi glaciales grumi verum ſunt ſalinum principium, vitale ac admirandis virtutibus præditum. Quod quidem ſecum alia duo hypoſtatica principia in ſe concluſa non deſinit poſſidere. Etenim (ut de ſale marino diximus, & rem oculis ſubjecimus) ab ipſo mercuriale & ſulphureum principium, hoc dulce & unctuoſum, illud acidum & æthereum, ab artifice educi adhuc poſſunt, fixiore rei parte, nempè ſalina in fundo reſidente.

Coronidis loco non inutile erit & ex recentioribus ſalium approbationem atteſtari.

Celebratus inter Dogmaticos Medicus, *Crato* de virtute eximia ſalium ex omnibus rebus vegetabilibus eductorum non ſecus, ac de illorum oleis & extractionibus, *in præfatione operum Fallopii* huncin modum loquitur. *Sal ex herbis atque aliis vegetabilibus confectum, ſicut & olea extracta, plurimùm in periculoſiſſimis morbis adjumenti afferre poſſe ingenuè profiteor. At qui extractos, aquaſque verè deſtillatas, non in aneis vaſis alembicatas, (ut vocant) ſal etiam herbarum atque fructuum exterminanda è Medicina putant: eos corporibus humanis, & univerſæ Medicinæ malè conſulere, & nimis in veram chymiam ingratos eſſe deploro.*

Chymicorum autem (addit) *ineptias & impoſturas deteſtor, eas ut hoc loco neque referendas, vel refutandas omnes puto, ita verè affirmo, me* (tantum virium reſidere in cinere, de quo ſalia conficiuntur, ut in graviſſimis etiam morbis, naturæ plus auxilii tribuerint, quàm alia præſtantiſſima medicamenta afferre potuerint) *magnopere ſæpe admiratum.*

Illud ergo dicere ſuper magnam ſalium efficaciam inſtitueramus, ea præſertim de cauſa, ut oſtenderemus non incaſſum illos à nobis in remediorum noſtrorum, præſertim pur-

gativorum, ſerie multiplici, adhiberi: cum ſalium beneficio, iſtorum virtus mirum in modum accreſcat & intendatur.

Quanta ſit prædictorū ſalium in purgando virtus, experientia comprobatur.

Quod ſi à verbis ad res ipſas progredi lubeat, cuidam infuſioni ſenæ, rhabarbari, & aliorum purgantium, pro doſi ſi ℈j. vel ℥ ß. ſalis tartari lucidi, & bene præparati adjiciatur: prædictam infuſionem videbis, non modò iſtius ſalis adjectione acquirere colorem ſanguine rubicundiorem verùm etiam maiorem multò vim purgatricem: ita ut ℥ ij. ſenæ plus operabuntur, quàm ℥ ß. in infuſione vulgari, ſine iſtius ſalis adjectione exhibita.

Nota 4.

Calcinatione humidum primigenium in ſalibus non abſumi, at ipſas etiam formas in conſtanti vitalique illo principio delitеſcere.

Ex prædictis conſtat ignis vi & calcinatione non abſorberi humidum primigenium, quo eiuſmodi ſales abundè referti ſunt, & fuſiùs adhuc demonſtraturi ſumus ac probaturi validiores omnes tincturas ac impreſſiones, proprietateſque rerum, nec non potentiſſimas illarum qualitates ac poteſtates, qualesſunt ſapores, odores, colores, imò etiam formas ipſas, atque id genus alia, in illo firmo, conſtanti ac vitali principio concludi ac deliteſcere.

Cuius rei ut fidem faciam, aliquot demonſtrationes experientia à me ſæpè confirmatas exhibebo. Unam quidem, quam crebrò poſt primum iſtius autorem ac inventorem agitavi. Is enim hoſtitio meo exceptus tale quid, quod mox enarraturus ſum, præſtitit. Alteram, quam à doctiſſimo & magni nominis viro Polono, apud Cracovienſes Medico, cuius nomen non citra deſiderium excidit, ante viginti ſex annos mutuatus ſum.

Is igitur uſque adeò eleganter & Philoſophice apparare norat cinerem, ex omnibus plantæ cuiuſvis partibus, idque cum omnibus tincturis ac impreſſionibus omnium plantæ partium, earumque uſque adeò ſcitè ſpiritus conſervare, omnium facultatum autores, ut plures quàm triginta ejuſmodi artificioſè ex cineribus paratas plantas, eaſque diverſas haberet vaſculis ſuis vitreis contentas, Hermetico ſigillo obſignatis, quæ titulum plantæ ac proprietatis eius inſcriptum haberent, ita ut ſi quis rogaret, ſibi roſam ac calendulam demonſtrari, aut aliquid aliud, utpote, papaver rubrum, album, aut variegatum, tunc cinerem illius plantæ arriperet, cuius ſpecimen eſſet editurus: ut ſi nempè roſam tibi monſtrari cuperes, vaſculum roſæ titulo inſignitum exhiberet, ex cuius vaſis fundo, lucernæ igni admoto, aliquantum incaleſcens, tenuiſſimus ac impalbabilis ille cinis ex ſe apertam roſæ ſpeciem emitteret, quam ſenſim creſcere, vegetari, ac formam penitus, caulis, foliorum, tan-

tandemque geminæ floridæ roſæ, umbram ac figuram exprimere, & tandem explicatiſſimam roſam producere, apertis oculis intueri liceret, ut nihil certiùs nec elegantiùs, quàm ex umbratili illa roſa, apertiſſima roſa, enucleari, ac conſpici poſſet, omnibus uſquequaque ſuis partibus abſoluta, ut planè corpoream diceres, quæ ſpirituali tantùm idea, revera tamen ſpirituali eſſentia dotata ſeſe intuendam præberet, cui nihil aliud reſtaret, quàm congruæ terræ mandari, ut ſolidius corpus aſſumeret. Hæc autem umbratilis figura, vaſe ab igne remoto, rurſum in ſuos cineres relabebatur, ſuumque chaos evaneſcendo ſenſim repetebat. Quod quidem arcanum cùm ſummo ſtudio perſequerer, omnes intendi nervos, ut aliquo viciſſim reciproco arcano ipſum mihi comparando retaliarem, quod nunquam aſſequi potui. Idcircò cùm apud me ſæpiùs meditarer, qua via ad ipſum perveniri poſſet, ne manus operi ſeriò admoverem, ut artificium tentarem, varia obſtiterunt impedimenta, partim ex aſſiduo principum Dominorum meorum comitatu, quibus inter bellorum procellas adeſſe volui, nec ab illis diſcedere licuit, partim quod & publicis negotiis diſtractus, & privatis meis peregrinationibus ab hoc ſtudii munere interpellatus ſim, ut nullum adhuc opportunum tempus nactus fuerim, quò tàm eleganti rei inſudare potuerim.

Quæ verò ſequitur demonſtratio, bona fide auſim affirmare eam eſſe certiſſimam, atque à me ſæpius tentatam & expertam, quæque tanquam quid facilimum ab omnibus fieri poſſit.

Dominus de Luynes dictus de Formentieres, Conſiliarii munere in Principe Senatus Regii Prætorio olim defunctus, magnæ vir eruditionis ac nominis nobilitatis genere clariſſimus, & de omnibus tùm publicè, tùm privatim benè meritus, magno mihi animi ſtudio ac familiaritate coniunctus, qui indefeſſa diligentia, præſtantiſſimis naturæ arcanis, ac iis potiſſimùm, quæ ſanitati vel tuendæ, vel reſtituendæ conducunt, invigilarat. Eiuſmodi enim remediis inquirendis ſedulò incubuit, quòd olim ex infirma, qua languebat, valetudine, quùm nullis remediis malum evincere potuiſſet, ac deploratæ ſalutis à Medicis judicaretur, una tantùm tabella cuiuſdam electuarii Chymici magnæ virtutis, à Domina de ſa Nove nobiliſſima & prudentiſſima matrona ac heroiſſa adiutus, mirificè & brevi convaluit, leni vomitu ab hoc medicamento omnem impuritatem tenacem ac viſcoſam inſtar ovorum albuminis, rotundam ac craſſitie magnitudineque hylo æqualem, variis infectam coloribus, quam quaſi motu præditam dixiſſes, ex ſtomacho & ventriculo eduxerit, unde ingenti gaudio ſe planè integræ valetudini reſtitutum eſſe tunc exclamarit. Hinc deinceps magno flagravit, non tantùm huius ſecreti addiſcendi ardore, cuius cognitio-

gnitionem facilè ab eadem nobili domina impetravit, quam habebat affinem, ſuaque opera & conſilio in variis eius negotiis forenſibus regebat, ſed aliorum etiam non minùs egregiorum inveſtigationi incumbendi, quibus non tantùm apud ſe, & neceſſitate ita urgente, uteretur, ſed ex charitate Chriſtiana, qua in proximum adducebatur, omnibus liberali ſubſidio eſſet.

Is igitur aliquando cùm apud me familiariter divertiſſet, bellorum tempeſtatibus cum multis aliis Gallis exulans, animum ad ſalem ex urticis extrahendum appellebat, ut inde diſſolvens cryſtalli remedium adverſus calculum pararet. Hic quidem ſal lixivio (quod concinnaverat ex cineribus urticarum uſtarum, affundendo crebrò aquam calidam, & ſubinde multis vicibus trajiciendo, ut ſolent lixivia à mulieribus fieri) commixtus, edidit ſuæ eſſentiæ lixivio incluſæ ſpecimen hoc modo. Transfuſio lixivio per filtrationem etiam crebram optimè defæcato, in vas terreum anguſtioris fundi & latioris aut capacioris oris, quam terrenam vocant: cumque aeri gelido trans feneſtras cubiculi prædictum vas expoſitum fuiſſet, ibique ſubſtitiſſet per noctem, concrevit in glaciem, per hyemale frigus. Aperta manè feneſtra, & luſtrato lixivio, mera firmaque glacies illi apparuit, in qua mille urticarum formæ, radicibus, caudice, foliis, ac locuſtis conſtantes, ſeſe conſpiciendas mira elegantia præbuerunt, ut nihil elegantius, nec perfectius, utpote planta, omnibus ſuis numeris abſoluta, ac diſtincta membris & partibus, ſuſpici potuiſſet: omnibus eam intuentibus, urticas eſſe certiſſimè agnoſcentibus. Cum igitur hoc animadvertiſſet vir nobilis, tanquam miraculum ſuſpiciens, ad me ociùs advolat, hiſque compellat verbis, ad imitationem Archimedis. Inveni, exclamat, veni, vide. Ubi acceſſi ad eius ergaſterium, arripui, glaciem, eius fragmentum ſeparavi ſatis grande, quod ita aptè a me diſpoſitum, ne liqueſceret calore manus, ad varios magni nominis viros & fide digniſſimos, qui tunc eandem urbem nobiſcum habitabant, & adhuc ſuperſtites ibi ſedem & domicilium fixerunt, comportavi. Qui ſinguli, ut glaciem conſpexerunt, urticas eſſe conclamarunt, nec minùs quàm egorem uſque adeò incredibilem, ac eleganter portentoſam admirati ſunt, unuſquiſque cogitabundus meditabatur, quid rei iſtud eſſet, & unde ac quomodo tàm elegans res in natura naſci poſſet, memoria repetentes omnes, quod in ſacris literis habetur: *Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reverteris*, cogitanteſquè ſub cineribus eiuſmodi rerum formas deliteſcere ac immorari, unde reſurrectio noſtri corporis certiſſimè ſit expectanda. Illud ipſum jam notavi, quaſi ſupra fidem omnem miraculum *libro ſecundo magni mei ſpeculi Mundi*, his verſibus:

I'ay beaucoup de teſmoins encore pleins de vie
Qui les formes ont veu de mainte & mainte ortie
Dans le ſalé lexif de leur cendre eſcoulé
Lexif, qui par le froid s'eſtant un jour gelé
Sur ceſte glace d'eau tellement repreſente
Racines feuilles, tige & fleurs de ceſte plante
Que l'œil diſcerne tout la recognoiſt ſoudain
La bouche auſſi la nomme, il n'y a que la main
Deceuë en ne ſentant quand elle la vient prendre
Des cuiſantes fourmis luy poindre la peau tendre:
Ie n'en ſuis point l'antheur, mon Déluynes c'eſt toy
Qui trouuas ce ſecret eſtant logé chez moy,
Secret dont on comprend que quoy que le corps meure
Les formes ſont pourtant aux cendres leur demeure.

Hoc utique elegans experimentum ſæpiùs à me poſtea arte repetitum revocat mihi in memoriam eam quoque hiſtoriam, quam de Polono illo Medico commemoravi, quam à me viſam omnibus ingenii viribus, rimari, meditari, ac imitari contendi, ac primùm rationes omnes, quibus tàm elegans operatio abſolvi poſſet, ac quid eſſet, quod ita roſam, aut aliam plantam tàm perfectè ad vivum cum omnibus ſuis coloribus uno momento per levem calorem effigiaret, variis modis apud me agitare ac expendere cœpi.

Sed inter cogitandum, ac in operationibus aliis laborandum, animadverti, formam quidem aut figuram rei in ſale ſuo citra ullum colorem incluſam eſſe, nec alios colores in aqua, quam aqueos, hoc eſt albos, poſſe ac debere exhiberi. Præterea quod urticæ in illa glacie omni deſtitutæ eſſent colore, præterquam aqueo aut albo, cogitabam eam eſſe cauſam, quòd nempè ex aſſatione ac calcinatione earum in aprico ſpiritus ætherei ac mercuriales, halituoſique & ſulphurei, exhalent & enaneſcant, à quibus colores promanant, ut ſuprà oſtendimus exemplo à ſale nitri petito, qui etſi albus ſit aſpectu, alembico tamen operto exceptus, & igne arenæ compulſus, ut figatur, non deſinit volatiles ſuos ſpiritus trans corpus, etiam compactiſſimum alembici trajicere, ſexcentis coloribus variè diſtinctos, & externæ vaſis ſuperficiei farinę volatilis inſtar adhærentes. Cùm igitur ejuſmodi varii colores in ſale petræ (qui terræ eſt ſal pinguis) deliteſcant & incluſi ſint, non dubium eſt in aliis quoque rebus omnibus ejuſmodi nitroſos ſales contineri, qui ſuos quoque colores proprios ex terræ potentia hauſtos in ſe contineant, quos opportunè & ex artis ſolertia explicent.

Sic igitur animo ſæpè volvi ac revolui, & apud me attenta meditatione ejuſmodi rationes agitavi, ac philoſophatus ſum, cujus rei periculum facere in animo habebam. Decreveram enim integrum ſimplex, in

in ſummo ſuo vigore exiſtens, quod mihi tentandum, & experientia examinandum ſumpturus eram, verno tempore colligere omnium ſuo virore, floribus ac poteſtatibus haurians, hauſtiſque tùm ex terra per radices, & abundè ex ſuccis, ac tincturarum vitalium impreſſionibus, proprietatibuſque, quæ in ſpiritibus ſalium naturæ concluduntur: Integrum inquam ejuſmodi ſimplex ſuis radicibus, caule, foliis, flore ſtatueram contundere in marmoreo mortario, atque ſic in chaos, confuſamque molem redigere, quam vitreo vaſe, Hermeticè clauſo, includerem, eamque materiam digerendam, macerandam, ac fermentandam ad idoneum tempus exponerem, ex qua poſtea tria illa principia educerem, ac ſepararem, eo quem diximus modo, omni diligentia ſpiritus conſervans, & ex ſuis mercurialibus ac ſulphureis liquoribus activis elementarem aquam paſſivam ſecernens, qua ad extrahendum ex fæcibus aridis ac philoſophicè aſſatis ac calcinatis ſalem, ad cryſtalli puritatem adductum, qui candidiſſimus eſt cinis ac vivaciſſimus; huic ſali deinceps paulàtim ac guttatim liquorem ſuum mercurialem redderem, quam ab eo extillarem, ut cum ſale fixo armoniacum volatilem, qui in eo liquore eſt incluſus, & à quo vim omnem ſuam liquor mutuatur, conjungerem, quem ſolum obſervandum ſuſciperem, à ſale ſuo fixo detentum & abſorptum: ſic enim natura naturam amplectitur, & ſimile gaudet ſimili, ut ſal ſale. His abſolutis, hoc eſt, ſalibus iſtis ſimul rurſum unitis, denuò paulàtim ac ſenſim ſulphuream eſſentiam adderem, quam in terram foliatam reducerem, ſimpliciſſimam nempè eſſentiam, & omnibus ſuis tincturis, ac proprietatibus inſtructam. Sed cùm hactenus, ut ſuprà dixi, defuerit mihi operandi otium, nondum attigi certam iſtiuſmodi nobilis arcani experientiam, cujus cùm dabitur occaſio, juvante Deo, periculum faciam. Cum enim in rerum natura ſit, & re ipſa confectum fuerit, non dubium eſt, quin iterum abſolvi poſſit ab aliis ſolertibus artificibus, qualis ille fuit, qui mihi conſpectus eſt. Nec puto commodiorem aliam eò perveniendi viam ſterni poſſe ea, quam propoſuimus, & quæ omnibus trita eſt ac familiaris verè philoſophantibus. Hac enim ratione qualibet res elaborata virtutes ſummè efficaces & activas, vitaleſque ac firmiſſimas qualitates conſequitur.

Ex his igitur quæ hactenus allata ſunt liquet quàm graviter ex Dogmaticis nonnulli hallucinentur & peccent, qui ſaliũ ex variis reb. extractorum, ad emundandũ, expurgandũ, ac omnis generis impuritates corporis noſtri, (quæ omniũ morborũ, quib. oppugnamur, ſeminaria figunt,) eluendũ, uſum reſpuunt ac explodunt: ex quib. (ſi natura eas ſordes, bilis nitroſulphureæ beneficio, in jejuno inteſtino excretricem facultatem vellicantis, *Salium proprietas.*

ac

rac ad expulſionem irritantis, non deturbaverit) varia morborum genera oriuntur. Eſt autem fel ex ſalium naturalium genere detergentium, quemadmodum & urinæ alii excretionum generi inſervientes, ut alibi docuimus.

Calcinatione ſalium humidum eorum primigenium non abſumi.

In hoc porrò magis hallucinantur, quod ſales ab incinerationibus & extractionibus, humido ſuo primigenio ac vitali principio prorſus ſpoliari autument. Quo ſatis indicant, quàm exiguam, aut nullam etiam prorſus anatomiæ vitalis & internæ rerum naturalium cognitionem habeant, etſi ubique vitales rerum ſpiritus, & admirandas eorum virtutes ac effectus, citra tamen judicium, animadvertant: ſatis enim quotidiana, ad erudiendos illos, eſſet ex odoribus, ſaporibus & coloribus rerum petita experientia, ni prorſus aut ſtupore nativo, aut ſpōtaneâ malignitate cæcutire vellent. In illis enim potentibus qualitatibus, quæ aliunde, quàm ex ſalibus, ac præcipuè metallicis, non emergunt, ſatis ſuperq; interna elucēſcit ac viva anatomia. Quod exempli gratia, patet in ſale zuccharino, quod ex plumbo vi aciditatis vitrioli, vegetabilium omnium principis, i. e. aceti deſtillati è vino aut etiam (quod ſatius eſt dicere) veri illius nectaris eſſentiâ cœleſti acidulâ, i. e. aceti ex hydromelite vinoſo elicitur: ſiquidem viribus menſtruorum illorum totum propemodum plumbũ in ſalem redigitur, qui vel communi etiam aqua, inſtar vulgarium ſalium, dilui ac ſolvi poteſt, tractarique filtris ac coagulationibus, aliorum inſtar. Ex quo ad ſiccitatem redacto, ſpiritus educi arte poſſunt, qui in aquam vitę fragrantiſſimam, & ſummè admirandam reſolvuntur, quæ flammam non ſegnius, quàm vera & ſubtiliſſima vini eſſentia concipiat, ſulphure proprio ac tincturâ, ſangvinis inſtar rubicundiſſimâ, ei ſupernatante, unde verus Philoſophus ex triade per unionem copulata unitatem colligit: quod verum eſt auri diſſolvens, ut deſcripſimus prolixius in plumbi hiſtoria.

Vitales rerum qualitates unde proficiſcantur.

Anatomia interna Saturni.

Ex corallis itidem, margaritis, gemmiſque quæ ſalinæ naturæ ſunt, ſimili modo mercurius ſulphurq; æthereum elici poſſunt, ut patet ſuis locis.

Modus præparandi Sales.

Sales omnes uno eodemq; artificio præparantur: per calcinationem enim omnia, in cineres rediguntur: ex quibus poſtea ſal iuxta communem ritum, cum liquoribus vel aquis congruis extrahitur.

Poſtquam ſales præparati fuerint h. e. variis diſſolutionibus, & filtrationibus & coagulationibus ad perfectam usq; puritatem adducti, ad hunc ultima hæc ipſi accedit operatio, ut in crucibulum injecti calcinentur & dealbentur.

N. *Hi Sales è fixis redduntur volatiles, per ſolam propria aqua mercurialis additionem.*

Jam methodus nos ad ſalium differentias deducit: Quemadmodum autem inter ſulphura & mercu-

rios variæ ſtatuuntur differentiæ: ſic magna eſt ſalium varietas, & inter eos virtutum ac operationum diſcrimina, v. g.

Sunt:

Sales Cephalici.

Sal cranii humani ferè *epilepticæ curæ* peculiariter dicatur. Educitur cum aquis Pæon. Fl, Tiliæ. lil. conval.

Sal diuretici.

Sal corticum fabarum inter alios mirum in modum cauſticus eſt ac urens, qui tamen ex juſculo juſta doſi exhibitus admodum diureticus eſt, ut nihilo minus citra noxam ac viſcerum offenſionem efficaciſſime operetur.

N. *Elicitur cum ſua propria aqua: ab ipſis adhuc viridibus deſtillata.*

Sales reſtæ bovis ſaxifragiæ, lithoſpermiani milii ſolis, raphani, *diſſolvendo calculo & arenulis exturbandis à renibus ac veſicis magna proprietate conducunt.*

S. Aperitivi.

Fraxini ſal potentiſſimè obſtructiones reſerat, lienis affectibus præcipuè congruentiſſimus. Sal Geniſtæ ceterach. cichorii.

S. Menſes provocantes.

Sales Arthenuſiæ & Sabinæ provocandis menſtruis ſunt accommodatiſſimi.

S. Diaphoretici.

Singularis proprietatis ac facultatis habentur ſales bardanæ, petaſitis & cardui benedicti, qui diaphoretici ſunt.

S. Stomachici.

Sales menthæ & abſynthii *ventriculi tunicis expurgandis aut detergendis* propriè ac privatim incumbunt, ſtomachum ſimul corroborando.

Sal refringerans.

Sal Prunellæ, Anodynum minerale dictum, cuius præparatio docetur in nitro.

Sal purgans.

Cremor ſeu cryſtalli Tartari. *Vide in Tartaro.*

Sal mundificativum ſeu deterſivum.

Sal fulginis, quod fit.

Fulgo in tenuem pollinem redacta diſſolvatur in aceto deſtillato, in M.B. ſeparato toto méſtruo, q in fundo ſubſidebit, dénuo diſſolves, deinde coagulabis: idque tamdiu donec in ſalem candidiſſimum abeat: qui in humido ſolvetur in oleum ad gangrænam & quævis maligna ulcera curanda opportuniſſimum.

N. Hi ſales è fixis volatiles, per ſolam propriæ aquæ mercurialis additionem, redduntur.

Cap. XXXVI.

De oleis & Balſamis pretioſis.

Quod ad olea attinet, de quibus ſuprà locuti ſumus, illa omnia communia admodum ſunt, eorumque præparatio omnibus fere, imò ipſis tyronibus nota & perſpecta eſt, ſive ſint olea aromatum, veluti *cinnamomi, garyophyllorum, macis, nucis moſchata,*

Olea aromatum, ſem. bacc. gran. cort. fruct. herb. &c.

moſchata, piperis, & ſimilium; ſive ſeminum, baccarum, & granorum; *ut lauri, iuniperi, fœniculi, aniſi, pœoniæ, &c.* ſive cortucum, *& fructuum, ut arantiorum, & citriorum,* ſive omnium etiam herbarum calidarum, *ut ſalviæ, roſmarini, menthæ, betonicæ, maioranæ, thymi, hyſſopi, & infinitarum aliarum,* quæ omnia una eademque via ac methodo conficiuntur, nempe ea conquaſſando & macerando in quinque, aut ſex aquæ tepidæ partibus per viginti quatuor horas, & poſtea deſtillando per magnum Alembicum cupreum cum ſuo refrigerio: jam ſuprà modum edocuimus, cum de aquis cinnamomi aliorumque aromatum ageremus, ſimulque oſtendimus, ex huiuſmodi aquis deſtillatis poſt oleorum ſuorum ipſis innatantium ſeparationem, multos ac varios ſyrupos præſtantiſſimos concinnari poſſe.

Omnium horum oleorum vires ac proprietates patebunt ſatis ex ſupradictis.

Sic ſunt

Olea aromatum,

videlicet:

Ol. caryophyll. Nuciſtæ, Cinamomi & aliorum.

Corroborando ac calfaciendo cerebro ventriculo ac matrici idonea: imo & proſtratas vires reficiunt intus & extus adhibita.

Ol. Piperis.

Attenuans, diſſolvens ac incidens tartareas in corpore materias & nitro ſulphureas, aut bilioſas etſi utcunque calidius à multis exiſtimetur; bilioſis tamen febribus, ut tertianis ac aliis fugandis, longe quovis alterante aut refrigerante ſyrupo accommodatius eſt.

Oleum buxi.

Summum lenitivum eſt omnium dolorum, atq; morbo Epileptico ſpecificè conferens.

Ol. Camphora.

In ſedandis itidem doloribus inſigne eſt, præcipuè dentium, eroſorum, calci renum ac veſicæ, qui eo diſſolvitur ac ejicitur.

De Balſamis.

Olea ſtillatia licet ſummis & elegantiſſimis virtutibus prædita ſint, non tamen carent ſuis incommodis, cum enim tenuium ſint partium, facilè in auras diſſipantur, quantumvis in phialis obturatiſſimis conſerventur. Accedit, quod non uſurpari poſſint, niſi mixta cum aliis, conſervis nimirum, tabellis, aut liquoribus; ſi alias inconſideratè exhibeantur, plùs obeſſe, quam prodeſſe ſolent. *Oleorum incommoda.*

Eximia ſemper quædam ſingulis regioni[illegible]ua laus eſt, & præſtantia: ut Germanorum fortitudinem nullis unquam ſæculis intermorituram prætermittam, illis hæc modo potiſſimũ gloria aſſervatur, ut tanto politiorũ quorumvis ſecretorum indagandorum ſtudio flagrent, & cupiditate, ut non immeritò id elogium quadamtenus aptari poſſit Virgiliani inſtar.

Excudent alii ſpirantia mollius æra;

Credo equidem vivos ducent de marmore vultus,
Orabunt cauſas melius, cœlique meatus
Deſcribent radio, & ſurgentia ſydera dicent,
Naturam penetrare magis Germane memento.

Inventum novum olea in eſſentias reducendi.

In illa enim regione artificium nuper inventum eſt olea illa reducendi in eſſentias gratiſſimas, acutiſſimas, quæ propriis ſuis coloribus, odoribus, ſaporibuſq; nobilitantur; nulla accedente alia mixtione, quam Maña cæleſti optimè depurato, quod harum rerum vires, atq; virtutes allicit, eaſq; ſua admixtione exquiſitiſſimè corrigit. Secreti hujus me participem reddit Germanus quidam doctus Medicus, ejuſq; præparandi modum mihi reipſa revelavit, is forſitan ægrè ferret, ſi clarius arcanum illud manifeſtarem: Nihil tamen eorum, quæ dicere conveniunt, reticui: nec dubito, quin experti chymici paucis mea dicta comprehendant.

Ejuſmodi eſſentiæ conſervantur in parvis thecaulis rotundis, quarum ſingulæ capiunt 15 vel 20 diverſa eſſentiarum genera, quæ, cum uſus poſtulat, cum dentiſcalpio, hoc eſt, in minima quantitate, exhibebuntur, & effectus nihilominus ferent optatiſſimos.

Hactenus de extractis, eſſentiis, magiſteriis, ſalibus, & ſimilibus præparationibus chymicis, quæ hinc inde in Pharmacopœa noſtra exornanda occurrunt, ſatis abundè tractavimus.

APPENDIX.

De Medicamentis topicis.

Siquidem Autor noſter Quercetanus Medicamentis topicis, id eſt *Oleis, Balſamis, Epithematis, cataplaſmatis, unguentis, linimentis & Emplaſtris* peculiaria loca conſecrare omiſit, non abs re erit ex aliis ejus ſcriptis formulas eorum hic annectere aut lectorem de locis commovere, unde defectum tum reſarcire, tum allatas formulas pro rei exigentia ipſemet medicamenta ſimilia concinnare queat.

Sic ſunt
Olea

1. *Oleum Butyri.*

Butyrum prius in vino albo liquefactum injiciatur in veſicam, ſubjiciaturq; ignis mediocris, deſtillabit oleum valde anodynum, Ex ℔ j. habebis ℥ x.

Sic facies oleum lardi & axungiarum: ad leniendum & reſolvendum.

2. *Ol. Ceræ.*

Eſt præſtantiſſimum ad tophos & ſcirrhos reſolvendos, omneſq; nervorum affectus frigidos calefaciendos.

Fit ita: liquefiat ad ignem cera, & decoquatur cum vino ad conſumptionem ejus: idque tandiu, donec nullos crepitus amplius edat. Hujus ſic præparatæ ceræ cape ℔ j. aluminis calcinati ℔ ß. injiciantur omnia in veſicam & deſtilla igne mediocri. Prodibit primo craſſiuſculum oleum, quod rurſus deſtillandum eſt ſeu rectificandum.

Digitized by Google

3. *Oleum maſticis ſtillatitium.*

Reducatur ℔ j. maſticis in pulverem, quem indas vaſi vitreo, ſuperfundendo aquæ communis diſtillatæ & aquæ vitæ ana, ut ſupernatent 4. digitis, occluſo vaſe putreſiant in fimo per aliquot dies, poſt deſtillentur ſepeliendo *alembicum* intra arenam, aut bacituram ferri, dando ignem per gradus: primò diſtillabit cum menſtruo oleum flaveſcens: illud ſeorſim reſerva, & augendo ignem prodibit oleum rubicundum, demum fortiori igne, craſſum, & aduſtum ſapiens: quod ſi cum vini ſpiritu à priori ſeparato circuletur, & rurſus deſtilletur, tum habebis verum oleum affectibus externis utiliſſimum, præſertim ad corroborandum ventriculum & inteſtina imbecilliora: oleum autem flaveſcens, quod primò deſtillatum eſt, exhibetur cum vino aut proprio decocto ad eoſdem affectus, & ad defluxiones prohibendas. Separatur facillimè tota aqua vitæ, & poteſt ablui oleum ſi velis. Et ſi timeas ἐμπύρευμα illius cum aqua roſarum aut ſimplici, præſtantiſſimum parabis medicamentum. Ex ℔. j. elicies hac via olei puri ℥x.

Sic ex Thure oleum facies vulnerarium.

4. *Oleum Therebinthinæ.*

Item ex Therebinthina: ſed illud elicitur leviſſimo etiam calore, præſertim per Bal. vaporoſum, quem ego diſtillandi modum magnopere probo. Hoc oleum eſt calidum ac tenue alteque penetrans, plus quàm ipſa Terebinthina: *frigidiſque nervorum & articulorum affectibus medetur.*

5. *Oleum Coloph. & picis.*

Olea quæ ex *Colophonia & Pice* parantur, valent *ad eoſdem affectus*: fiunt autem ut oleum ceræ.

6. *Oleum hederæ.*

Sic etiam ex hederæ lachrymis oleum elicies, *ad urinas potenter movendas.*

7. *Oleum myr. Sarcocollæ & caucami.*

Ex *Myrrha*, *Sarcocolla* & Caucamo ſive *Lacca*, quæ *vulneribus conſolidandis & carne replendis conducunt*, parantur etiam præſtantiſſima, variaq; Balſama vulneraria, cum *oleo Terebint. & Hypericonis.*

8. *Oleum ſtyr. & benioini.*

Item facies olea ex Styrace cal. & Benioino, quod *prodeſt iſchiadicis.*

9. *Oleum Euphorbij.*

Eodem modo oleum Euphorbii, quod *cerebri & nervorum affectibus multum conducit*, *ſurditati*, *aurium tinnitui*, *paralyſi*, *tremori*, *ſpaſmo*: cujus præterea ſi guttula cum convenientibus, immittatur naribus, pituitam elicit.

Oleum

Digitized by Google

10. *Oleum Bdellij & reliquorum gummi.*

℞ Ex Bdellio autem ſic oleum parabis. Bdellium temperetur in aceto diſtillato per 12. horas, ut totum diſſolvatur: quo facto per ſetaceum tranſcoletur, & ſeponantur ipſius fæces: Quod purum eſt, indas retortæ vitreæ addendo pulveris ſilicum calcinatorum mediam partem, & appoſito recipiente, dabis ignem per gradus 12. horarum ſpatio: atque inde prodibit oleum efficaciſſimum.

Sic de *Laudano*, *Galbano*, *Opoponace*, *Sagapeno*, *& Ammoniaco*, olea conficies quæ *podagricos tophos emolliunt, & duritiem omnes hepatis, lienis, & cæterorum membrorum potenter diſſolvunt*, ſi ſimul omnia vel diſtillentur, vel per ſe ſingula, præſcripta methodo parentur.

11. *Olea deſtillata per deſcenſum.*

Ex corticibus & lignis omnibus, præſertim calidis, ut ex Guajaco, Junipero, Sambuco & ſim. per deſcenſum, oleum extrahitur, fætidum tamen, quo utimur in externis affectibus.

Sic fit oleum Gagatis ad matricis affectus valde utile.

Sic ſunt

2. *Olea cocta.*

Oleorum officinariorum Pro externis, ex Roſis, *Violis*, Nymphæa, Mandragora (quæ omnia inflammationes & *ardores* extingunt, phlegmonas ſedant, membra roborant, denſant, fluxiones ſiſtunt, deliria compeſcunt, & ſomnum accerſunt) virtutem totam meliùs elicies mediante oleo olivarum, quàm fit in uſu officinariis, ſi ſequenti utaris methodo. *vera præparandi methodus pro topicis.*

℞. *Oleum omphacinum*, quod ablue aqua communi diſtillata, *ipſumque* purifica in Bal. donec nullas amplius fæces ſeponat: deinde *huius olei ſic præparati* cape ℔ j. *roſarum rubrarum recentium* unguibus expurgatarum & *tritarum* in marmore ℔ j.ß. indantur omnia in matratio vitreo bene obturato, ut putreſiant in fimo præparato & calenti per 12. dies: Poſt expreſſis omnibus, & abjecto magmate, recentia & trita in marmore folia oleo reſervato, denuo immittantur, ac in matratio obturato putrefiant, ut prius in putri utero calido per 12. dies, idque reiterabis tertio, ut perfectum & optimum oleum aſſequaris. Sic cætera olea refrigerantia pro topicis medicamentis optimè conficies.

Sic olea *cydoniorum & myrtillorum*, quæ refrigerant & aſtringunt, anoque, ventriculo, jecori, cerebro, & inteſtinis imbecillioribus accommoda ſunt.

Eadem via olea *Chamameli & Liliorum*, quæ nervos corroborant, modicè reſolvunt, & dolores apprimè ſedant, niſi quòd cum oleo dulci maturo, præparato ut dixi, fiunt.

Ex *mentha* autem, *abſynthio*, *nardo*, *lentiſco*, *& reliquis* quæ modicè calefaciunt, ventriculum, & alias partes illita corroborant, concoctionemque

que juvant, cum omphacino extrahitur eodem modo oleum: ſed priùs præparatur cum propria ipſorum aqua & vino aſtringente, & ab omnibus fæcibus depurari debet in Bal. per aliquot dies, ut dictum eſt.

Quòd ſi quis potentiùs per ipſa olea calefacere, attenuare & digerere velit, ſumat æquas partes olei in Bal. depurati, & ſpiritus vini.

Sic ſunt 3.

Olea expreſſa.

Videlicet *ex baccis lauri & ſimilibus*, præſtantia elicies olea, ſi per menſem in fimo calido omnia digerantur, deinde *exprimantur*, & ad uſus reſerventur: conferunt autem frigidis cerebri & nervorum affectibus, flatuſq; diſcutiunt.

Præſtantiora autem multò *omnia* hæc calidæ qualitatis olea fient, ſi per ſe cum *ſolo vini ſpiritu* per Bal. *vaporoſum* extrahantur, ſine olei additione. " Oleum enim (ut *inquit Gal. 1. ſimpl. cap. 15.*) tam [illegible] ſi facilè inflammetur, non " tamen admodum celeriter nos excalefacit, nimirum lenta craſſaque ſub- " ſtantia ſua tenaciter iis inhærens, quæ " primùm contingit: proindeque lon- " giſſimè omnibus perdurat, quib. fue- " rit illitum, ſcilicet nec ab ambiente " facilè aut extenuari aut digeri po- " tens, nec intrò in corpus promptè transſumi.

Sic exprimuntur quoq; olea ex ſeminib. frigidis, papavere, Hyoſcyamo, item ex nucleis, ſeminibus temperatis, & id genus aliis. Horum operationes ſunt potius refrigerari, ac quietem inducere.

Huc pertinent & olea purgativa. *vide in cap. de clyſteribus.*

Olea Suppurantia & anodyna
Detergentia
Sarcotica
Cicatricem inducentia
Venenum attrahentia
Ad ambuſta
Repellentia &
Aſtringentia
} quæ vide in Chir.

4. Sic ſunt olea balſamica *Balſami dicta.*

Olcum ſeu Balſamus nervinus.

℞. *Oleorum reſinæ & therebinthinæ arte ſpagirica extractorum, ana* ℔ j. ß.
Galb.
Bdel.
Serapini an. ℥ iiij.
Caſtor. ℥ ij.
Benjoini
Styracis, calam. ana ℥ j. ß.
Pinguedinum taxi
Cuniculi
Anſeris
Anguillæ, an. ℥ iiij.
Medullæ cruris bubuli ℥ ij.
Aqua vitæ optimæ ℔ ij.
Baccarum juniperi
Lauri
Seminis paon. conquaſſatorum an. ℥ ij.
Caryophyl.
Nucis muſc. contuſorum ana ℥ j.
Piperis longi ℥ ß.
Florum ſalviæ
Roriſmarini
Beton.
Lavend.

Digitized by Google

Calend. ana pug. ij.
Succi corticis ebuli & ſambuci, an. ℥ iiij.

Omnia in amplum matratium vitreum conjciantur longi colli, & in digeſtionem in fimo equino calido, vel in Bal. M. ad quatuor aut quinque dies collocentur, ut pinguedines in caliquefiant, & olei therebinth. ac aquæ vitæ opera gummi ſolvantur, & aromatum ingredientiumq; aliorum ſpiritus ac eſſentię ſeparentur ac eliciantur. Hinc calentibus adhuc omnibus fiat colatura & fortis ex torculari expreſſio, expreſſumque, ut ſubtilius & in tenuiorem ac magis ſpirituoſam, quintã eſſentiam redigatur, in alembicum aut cupream cornutam, quæ deſtillandarum pinguedinũ & gummi, vel ſeorſim etiam, inſtrumẽta ſunt aptiſſima, immittantur, gradatim ignẽ circumcirca admovens, qualem ejuſmodi pinguedinum deſtillatio exigit.

Hac ratione prolicietur balſamus aut oleũ copioſum & magnæ virtutis, omnium ingredientiũ vires ſortitũ. A quo ſi lubet, aquoſam ſtillatitii vini ſubſtantiam, aliorumq; ſuccorũ ſeparabis ad lentiſſimũ ignẽ, aut nõ ſeparabis, ſi voles. *Iſto oleo tota dorſi ſpina ab occipitio ad imã uſq; vertebram parteſq; paralyticas aut reſolutas illines: quas unctas lanâ pingui ſuccidâ, granorum juniperi & aliorum cephalicorum pulvere conſperſâ, involves: unde mirandos effectus in omni paralyſis & contractura genere, nec non omnibus, in ſumma, nervorum affectibus ſis probaturus.*

2. *Aliud.*

℞. *Oleorum de cera.*
De laterib. compoſitorũ, & ut in Pharmacopœa noſtra deſcripta occurrunt, ana ℔ j. ß.
Benjoin
Styracis calamit. an. ℥ iiij.
Caſtorei
Myrrhæ, an. ℥ ij.
Euphorb. ℥ ß.

Iniĳciantur omnia in vas vitreum optimè clauſum, & in cella vinaria, aut frigido aliquo loco repoſitum, ut brevi ſolvantur gummi, & in balſami naturam oleorum beneficio convertantur. Cui, etſi jam per ſe inſignis ac magnæ virtutis, ſi

Olei laurini, arte ſpagyrica extracti ℥ iiij.
Pingued. urſi.
Taxi.
Arte chymica etiam parata an. ℥ ij.

addideris & probè miſcueris præſtantiſſimum & penetrantiſſimum, balſamum conſequeris: nec non ad omnes nervorum affectus efficaciſſimum, ac ad robur partibus unctis maximè conciliandum. Siquidem in olea iſta de cera & lateribus compoſita, quæcunque ſimplicia nervis amica ac familiaria ſunt, ingrediuntur, & ſuam virtutem depoſuerunt.

3. *Balſamus Hypericonis ſimplex.*

℞. *Florum Hyperici minutatim conciſorum ℔. ij.*
Olei terebinth. ℔. j.
Vitell. ovorum xx.
Aquæ vitæ ℔. ß.

Mixtis omnibus putreſiant in fimo calenti per menſem integrum: poſt exprimantur. & ponantur ad ſolem per duos menſes.

4. Balſamus viſci pomorum.

Balſamus viſci pomorum eadem methodo fiet : vel cum oleo olivarum prius depurato in Balneo.

5. Balſamus Hyperici compoſitus.

℞. *Florum hyperici* ℔.j.
Viſci rad. ſymph. maior. ℥iiij.
Florum chamæmeli
Verbaſci ana pug. ij.
Olei ovorum & terebinthinæ ana ℔.ß.
Aquæ vitæ ℔.j.
Thuris
Myrrhæ
Maſtiches
Mumiæ ana ℥ij.
Sacchari rubri ℥vj.

Putrefiant ſimul in vaſe accuratè occluſo in fimo per menſem : deinde exprimantur & circulentur in Bal. per triduum : tum demum lentiſſimo calore decoquantur ad Balſami conſiſtentiam.

6. Balſamus viſci pomorum compoſitus.

℞. *Foliorum viſci pomorum minutatim conciſorum* ℔ ij.

Injice in matratium vitreum, addendo

Acinorum populi arboris ℔.ß.
Olei axungiæ taxi & butyri ana ℥.iiij.
Olei terebinthinæ ℥vj.
Olei lumbricorum ℔.ij.ß.
Spir. vini generoſi ℔ ij.

Digerantur omnia rectè occluſa in fimo calidiſſimo per 2. menſes : poſt prelo exprimantur tum cirulentur & ad ignem lentiſſimum decoquantur, ad liquorum conſumptionem. *Ad dolores ſedandos nullum præſtantius inveniri medicamentum poteſt.*

De Epithemate.

Epithema cordiale in peſte.

♃. *Santalorum omnium, ana* ℥ß.
Flor. ſiccarum *Violarum*
Buglosſi
Cichorii
Roſar. rubr.
Calendulæ
Nenupharis, ana p. ij.
Cornu cervi præparat.
Coralliorum
Perlarum præparat. ana ʒij.
Terræ ſigillatæ
Boli Armeni, ana ʒj.ß.
Sem. *Oxaldydis*
Citri, corticis eiusdem,
Granorum kermes, ana ʒj.
Camphoræ, ℈j.

Omnia in pulverem tenuem, quem nos pulverem pro Epithemate cordis appellamus, redigantur, aliusque ſufficiens quantitas præparetur, qui ad uſum ſeparatim diu conſervabitur.

♃. *Pulveris prædicti pro Epithemate cordis,* ʒj.
Aquæ *Roſar.*
Oxalidis
Scabioſæ, ana ℥iiij.
Succi *Limonum,* ℥ij.
Aceti *Roſati,* ℥j.ß.

Omnia miſceantur, duabus dragmis confectionis hyacinthi ſuperadditis, & ex illis conficiatur Epithema, quod regioni cordis applicetur.

Epithema, eius prædicti virtus. *Illud Epithema illis in primis conducit qui ſunt bilioſi, & ingenti febri peſtilentiali corripiuntur: tunc enim cor potiſſimum eſt refrigerandum, & fortificandum. Illud etiam valet contra alias febres ardentes & continuas.*

Pro illis verò qui temperamento ſunt frigidiore & pituitoſo & in quibus febris non ita exardeſcet: Epithema, quo ſequitur modo, præparabitur.

Epithema cordis in peſte corroborans.

℞. *Pulveris pro Epithemate cordis prædicti,* ℥ß.
Specierum *Diambræ:*
De Gemmis, ana ℈j.ß.
Succi *Scordii,* ℥ij.
Camphoræ, ℈j.
Croci, ʒß.
Conf. *Alkermes,* ʒj.ß.
Vini generoſi, ℥ij.ß.
Aceti anthoſati, ℥j.
Aquæ meliſſæ, ℥viij.
Aquæ Theriacalis communis, ℥j.ß.

Fiat Epithema, quo cor ipſum languidum fomentetur. Illud etiam non parum juvat ad perſonas debiles, ſenio confectas, & quę ſæpius ſyncopis & lipothymiis obnoxię ſunt corroborandas.

Epithema cordis ſiccum.

Ut verò Epithema ſiccum componatur: ea, quæ ſubſequitur, ratione procedatur.

℞. Conſerv. Flor. *Bugloſſi.*
Roſar. rubr.
Violarum
Calendulæ, ana ℥ß.
Cort. *Citri condit.* ʒij.
Pulv. *pro Epithem. cordis,* ʒj.ß.
Confectionis *de Hyacintho & Alkermes, ana* ℈iiij.

Omnia vino albo optimo irrorentur, & inde ceratum in formam ſcuti efformetur, quod applicatum diuturno tempore ad regionem cordis adſervabitur.

Sacculus.

Sin autem ſacculum in formam ſcutuli malueris efformare, qui plenus pulveribus aromatis, ſuper cordis regionem nunquam non apponatur: in modum ſequentem ille apparabitur.

℞. Radic. *Tormentillæ,* ʒj. *Sacculi in formam ſcutuli deſcriptio.*
Angelicæ.
Santalorum omnium, ana ʒß.
Dictamni,
Been utriusq;, ana ʒj.ß.
Sem. *Citri &*
Corticis ejusdem, ana ʒiij.
Macis
Cinnamomi ana ʒj.ß.
Benioin: ʒj.
Coralli rubri
Terræ ſigillatæ
Cornu cervi præparati, an. ʒij.
Flor. *Bugloſſi*
Violarum
Calendulæ
Roſar. rubr. ana p. ij.
Camphoræ, ℈j.
Croci, ʒj.

Omnia cum additione ʒß. aliptæ moſchatę in pulverem reducantur, è quo ſacculus in formam ſcutuli efformetur, regioni cordis, tempore præſer-

Digitized by Google

præſertim peſtilentiæ obnoxio, de more applicandus.

Præterea ad prædicti pulveris ℥ij, adjiciantur.

Succorum *Scordii*,
Citrorum, ana ℥j.ß.
Adipis *Serpentis* ℥ij.
Olei *Nucis moſchatæ per expreſſionem educti*, ℥j.
Veri balſami, ℥ij.

Linimenti & emplaſtri deſcriptio. Et ſic linimentum excellens, ad inungendam ſingulis horis matutinis regionem cordis efficies. Quod ſi ſpermatis balenæ, & ceræ albæ, tantum quantum ſufficiat addideris, Emplaſtrum, quod ordinarie ſupra cordis regionem feras, efformabis.

Cataplaſmata.

Cataplaſma:

Emolliens doloreſq; ſedans. *Vide Chirurg.*

Anodynum arthritic. 1. & 2. *Vid. Arthrit.*

Reſolutivum ſeu maturativum bubonum. & *Vid. in Peſt.*

Diſcutiens in Apoplex. ſ. ſynapiſm. *Vid. Apoplex.*

Unguenta & linimenta.

Unguenta. *Suppurantia*
Detergentia
Sarcotica
Cicatricem inducentia
Venenum extrahentia
ad. Ambuſta
Repellentia
Aſtringentia.
} Vide in Chirur.

Liniment.

Anodyn. in nephritid. contra puſtulam peſtilent. *in peſt.*

Emplaſtra.

Emplaſtra, *Suppurantia*
Detergentia
Sarcotica
Cicatricem inducentia
Venenum extrahentia
Ad ambuſta
Repellentia &
Aſtringentia.
} Vide in Chirurgia.

Veſicator. Vid. in peſte.

Et *tantum de Pharmacopæa generali, ſeu Dogmatica; quæ ut cedat in honorem Dei ac hominis ſanitatem, faxit Iehova ſummus ille Medicus ac Medicamentorum Creator.*

F I N I S.

NB. *Hæc quæ ſequuntur omiſſa ſunt, pag. 251. col. à poſt lin. 5. ideoq; ibidem ob ſenſus inconcinnitatem inſerenda.*

Cur hoc modo præparemus Elixir & Quercetani præcepta non obſervemus, hæc eſt ratio, inquit, quia experientia nos docuit, Quercetanum aute obſcurè hunc ipſum præparandi modum tradidiſſe & quædam ſtudio invertiſſe, & neglexiſſe aut ipſum et nunquam ita elaboraſſe, id quod & ipſe fateture

de Theriaca: Propterea ipſum reliquimus in quibuſdam, idque quadruplicem ob cauſam.

1. Quia in ſuum Elixir aſſumit Saccharum & mel, ſine dubio eum in finem, ut iiſdem ſuum Elixir dulce & guſtui gratum reddat, quod tamen eò modo, quem ipſe tradit, haud quaquam fieri poteſt: nam jubet hæc duo commiſcere ſpeciebus extrahendis, ubi non ſolum extractionem reliquarum ſpecierum impedit, ob lentorum & viſciditatem, ſed etiam nil dulcedinis ſpiritui vini communicare poteſt, quod per alembicum elevetur: è contra ſi ſpiritus ſeu Elixiri jam deſtillato & confecto ad miſceantur hæc duo, vel ad minimum unum, nimirnm Saccharum quod magis gratum eſt & dulcedinem & ſimul ſuavem ſaporem Elixiri conciliant.

2. Deinde ad Extractiones ſuas requirit ſpiritum vini optime rectificatum, hoc eſt, ab omni phlegmate ſeu aquoſitate liberatum: Talis ſpiritus autem homogeneus eſt, nec in deſtillatione, ullam aquoſitatem amplius relinquit, vel ſubſequentem habet. Quercetanus verò in abſtractione hujus ſpiritus ab eo quod extraxit, jubet colligere primo aquam clariſſimam ſeu ſpiritum ſubtiliſſimum, deinde ſeorſim etiam aquam alienam diverſam à priori quam aquam balſami vocat, unde verò iſta aqua proveniat, non conſtat, cum ſpecies, fuerint ſiccę & ſpiritus vini ab omni aquoſitate liberatus. Si dicatur ab extracto illud provenire, id certè ſine vehementiori ignitione, & inde cauſata aduſtione fieri non poterit, ſicque non balſamica ſuavis aqua, ſed fœtidus liquor deſtillabit; faciat periculum quicunque voluerit, idem mecum experiatur.

Tertio, duplex oleum quod Quercetanus promittit, flavum ſcil. & rubrum, æquè ac aqua illa citra aduſtionem extracti in fundo vaſis relicti acquiri non poteſt, imo nec hac ratione ſeu forti ignitione citra aliud artificium acquiritur, ſed materia ſaltem comburitur.

Quarto jubet Quercetanus, Sal propriis fœcibus incineratis extrahere cum aqua clariſſima ſeu ſpiritu ſubtiliſſimo, cum tamen Sal jam extractum & ſeparatum ægrè & difficulter cum ejuſmodi ſpiritu commiſcere poſſit.

Hæ erant cauſæ, cur in præparatione hujus Elixiris majoris modum Quercetani non obſervaverimus, ſed potius ejuſdem modum, quam in confectione Elixiris minoris præcipit imitati ſimus.

QUER-

QVERCETANI REDIVIVI PHARMACOPOEA SPECIALIS SEV SPAGYRICA.

Pharmacopœæ Mineralogicæ.

Cap. I.

De Mineralibus in genere.

M*ineralogia* eſt, quæ de mineralibus agit.

Mineralia voco, quæ ex ſuccis macrocoſmi, ſub certa ſpecie foſſilium vel ſimili à Natura producuntur. Dicuntur Quercetano metallica.

Principia Mineralium non minus ac res naturales aliæ conſtant è principiis 1. Eſſentialibus: Spiritu, anima ac corpore. 2. Exiſtentialibus hypoſtaticis: Sale, ſulphure & mercurio. 3. Elementaribus: Terra, aqua & aere.

Spiritus, *eſt proximus radius, ſive radius ſpiritus illius univerſi pro occaſione matricis in hanc vel illam ſpeciem propagatus.*

Anima *itidem eſt vita ſeu calor univerſi, ſpiritum illum actuans.*

Corpus *eſt chaotica moles, unde mineralia proxime ſunt.*

Principia exiſtentialia quibus loco & tempori exponuntur, ſunt principia illa hypoſtatica atque elementaria.

Horum principiorum ratione ſunt Mineralia, quæ magis referunt indolem principiorum hypoſtaticorum, alia Elementalium.

Prioris generis ſunt *Salina*, *Mercurialia & ſulphurea*. Poſterioris ſortis ſunt, *Terrea ſc.* Lapides ac Terræ. *Aquea* (Thermæ & acidulæ) adde ſi libet *aerea*, qualia ſunt Manna, Ros, Pluvia, &c.

Ex his Principiis omnia illa conſtant, ſed diverſimode, ut patet ex ſequentibus.

Q. An mineralia in uſum medicum admittenda.

Reperiuntur qui nulla prorſus ratione metallicorum, h. e. mineralium remediorum, ſive intrinſecus aſſumptorum, ſive extrinſecus ſolummodo adhibitorum, uſum in Medicina probare poſſunt, eò quod illa nimis à natura noſtra aliena eſſe ſentiant: hinc operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi ipſorum meo

reme-

remediorum approbationem atque commendationem, à primis Medicinæ Ducibus atque Coryphæis mutuarer, oſtenderemque, nullo non tempore eadem à Græcis, ab Arabibus, & Latinis authoribus, qui illos ſubſecuti ſunt; imo vero à quibusvis celebrioribus & præſtantioribus noſtrorum temporum Medicis Dogmaticis, non ſolùm uſurpata, ſed etiam mirum in modum præ cæteris omnibus celebrata, & majoribus encomiis exornata fuiſſe.

Si hanc igitur primam encomiorum partem generatim abſolverimus: eorundem poſtea metallicorum (mineralium) remediorum eximias atq; ſingulares virtutes, ſigillatim exponemus. Ut ſic nullus non animadvertat, nec doctrinam quandam prioribus ſæculis inauditam, neque à majoribus noſtris non uſurpatam, & approbatam, in medium proferri.

A ratione.

Si naturam ars imitari debeat: alibi ſatis abunde docuimus, quomodo thermæ, balnea, fontes, & aliàs aquæ metallicæ, hinc & inde diſperſæ, magnis ſint atque ſtupendis, in curatione morborum deploratorum, virtutibus præditæ. Nullus autem dubitare poteſt quin eæ proprietates ſuboriantur à virtutibus, quibus ſubſtantiæ ſunt, benefica naturæ manu, imprægnatæ. Cujus ſi nos veſtigiis inhærentes, eadem, aut pene ſimilia, in affectuum graviorem medelam uſurpemus: & ab eadem naturæ ſcaturigine profecta: haudquaquam proculdubio à veritatis tramite aberrabimus. Verùm cum ſatis ſuperque eadem alibi ſint declarata, dicendis hac in parte ſuperſedemus, variasque ſolummodo Doctorum antiquorum, qui remedia metallica comprobarunt, & comprobatis uſi fuerunt, authoritates ob oculos proponemus.

Secundo ab authoritate.

Judicium *Dioſcoridis*, alibi à nobis relatum eſt, qui *ſulphur & ſandaracam* in numero remediorum intrinſecus aſſumendorum collocavit.

Hippocratis circa ſulphur.

Sed ulterius modo progrediamur, & ſententiam magni Medicinæ totius patris atque principis, *Hippocratis* aſſeramus, quæ vel ipſa ſola, ſine ullius cujuſlibet adminiculo, os poterit obſtruere, & æternum ſilentium indicere, iis, qui tantopere egregiis iſtis pharmacis adverſantur.

Sandaracam. *lib. 1. de morb. muliebr.*

Hippocrates, non ſecus ac *Dioſcorides*, ad curandas pulmonum affectiones, *ſulphur & ſandaracam* adhibuit: imo vero nitrum ad abortuum expulſionem, ori exhibendum eſſe, diſſerit.

Florem æris.

Pleuriticis verò, quibus dolor hypochondria infeſtat, florem æris ipſemet exhibuit. Quinimo hoc remedium contra pleureſes ſanguineas, & ad illos juvandos qui ſpuendo plurimum laborant, aut certè ſine magno labore ſcreare non poſſunt, non parum probat, cum illis ad quantitatem & magnitudinem olivæ, una cum dimidia parte ſucci ſilphii, & tan-

tantillo ſeminis trifolii propinet. Ut videre licet *ſub finem lib. 3. de morbis*, ubi de pleuritide ſermo inſtituitur.

Myſi. Myſeos quoque, idem *Hippocrates* ad purgandum, & conceptionem impediendam uſus fuiſſe perhibetur ex illis verbis: *Myſeos magnitudinem faba aqua diluito, ac bibendam dato, & poſt annum non concipiet.* *Lib. 1. de morb. mulieribus.*

Spumam æris. lib. de victus ratione morbis acutis ſub fine. Humores præterea craſſos, ſpuma æris, quam ad quatuor obolorum pondus exhibet, attenuat. Ex eadem rurſus ſquama cum Peplio, pilulas ad purgandum, & emittendam hydropicorum aquam conficit.

Ut autem fœminis parturientibus opituletur, æruginem cum melle, atq; potione, quam vocat Smyrnæam adſciſcit. *Æruginem*, inquit, *tritam cum melle, & Smyrnæa potione bibendam dato.* *Æruginē. libr. 1. de morb. mulibr.* Sæpius autem eiuſdem Smyrnææ potionis mentionem facit, quam è rebus quibuſdam craſſis moliebatur: prout quodam in loco à Mercuriali deſcribitur.

Verùm enim verò, quid ego tam diu in diverſis *Hippocratis*, hanc in rem, locis recenſendis moror? dies certè mihi potius, quàm materia deficeret, ſi vellem omnes authores antiquos, ſive Græcos, ſive Arabes, aut Latinos, ad calculum revocare, qui unà cum ſuis præſtantioribus remediis admiſcuerunt, atque uſi ſunt, prædictis ſubſtantiis metallicis (mineralibus) *ut ſale Armoniaco, ſale gemmæ, nitro, alumine, myſi, chalcitide, vitriolo, ſulphure, plumbo adusto, ſquama ferri, auri, argenti, & omnibus lapidum pretioſorum & marchaſitarum generibus, quæ inter mineralia recenſentur.*

Ac primo loco *Nicolai Myrepſi* autoritatem citabimus, qui inter Græcos ex recentiſſimis eſt ſcriptoribus *Actuario* ætate poſterior, quem cum aliis ſuperioribus Græcis ſolet in ſuis ſcriptis, ut probatiſſimos autores ac teſtes, adferre, ex quibus quam plurimis, ut & ex antiquioribus Græcis, Arabibus ac Latinis, compoſitiones ac antidotos mutuatus ſit, unde etiam inter vulgares Pharmacopæos, celeberrimus pharmaciæ excultor ac diſpenſator habitus eſt, ab omnibus ſequentis ævi Pharmacopolis præ ceteris in exemplar ſuarum compoſitionum idcircò repræſentatus, & in imitationem adductus, præſertim ubi ex Græco Latinus factus eſt, & infinitis mendis, quibus ſcatebat, à *Leonardo Fuchſio*, doctiſſimo ac celeberrimo inter Germanos Medico, repurgatus.

Primùm igitur in ea antidoto, quæ *Aurea* dicta eſt *Alexandrina*, ab ipſo *Nicolao* deſcripta *lib. de Antid. ſect. 1. cap. 1.* recenſentur metallica hæc, Sulphur, Aurum, Argentum, Sapphyrus, Smaragdus, Jaſpis.

In antidoto è Roſis, quam valere dicit adverſus ſtomachi calorem, potiſſimum verò jecoris, lienis, pulmonis, omnem denique calidam totius corporis intemperiem: Quam item cardiacis & quibus nimium diſcutitur aut diſſolvitur corpus conducere ait, necnon ad omnem animi defe-

defectum ex calore ortum, inter cetera metallica recipiuntur hæc, Aurum, Jaſpis, Sulphur, & Cryſtallus. Quam quidem antidotum conſulere liceat deſcriptam *cap. 96. eiuſdem libri de Antidotis Myrepſi.*

Capite 111. idem *Myrepſus* deſcribit Antidotum, quam inſcribit *de lapide radiante*, qui lapis eſt Lazuli: quæ quidem antea ſub eodem titulo ab ipſo *Meſue* & tradita, & gemina ac germana ab ipſo tanquam legitimum fœtus agnita erat, in quam ingreditur etiam aurum. Quæ quidem antidotus adverſus omnes melancholicos affectus ac cardiacos celebratiſſima eſt, nec non lapis Lazuli immiſcetur: qui etiam aliis noſtræ confectionis Alkermes ingredientibus, cum auro accenſebatur: niſi noſtris temporibus ab ea reliqua propemodum omnia alia ingredientia retinente aut ſaltem paucis immutatis, abſciſſus eſſet, & in locum eius kermes ſuffectus, unde confectio Alkermes, non antidotus de Lapide Lazuli, dici cœperit.

Ea verò *antidotus Chryſippo* vindicata, quæ capite 157. deſcribitur, dyſentericis ac cœliacis ſummè utilis, lapidem hæmatitem, ſulphur vivum, alumen ſciſſile & uſtam calchytidem excipit.

Quin & *antidotus*, quæ *Tryphera* dicitur è ferro, frigiditati & humiditati ventriculi, atque inflammationi, nec non frigidis ac putridis humoribus è ventriculo, univerſoque corpore repurgandis conferens: ſtomomatis ferri *lib.* 1. admittat, quæ fere reliquorum ingredientium pondus ex aromatibus adſtringentibus ac roborantibus conſtantium, quantitate ſuperat: cuius deſcriptio habetur *capite* 221. *eiuſdem libri.*

In *antidoto* porrò *Perſica* vocata, multis ægritudinibus utili, ſulphuris & arſenici, vel ſingulorum etiam drachmæ quinq; immiſcentur, quod vix ego crediderim ab ullo Pharmacopola in exemplum trahi, ut audeat arſenicum, ſepticum ac virulentum pernicioſumque medicamentum, citra ullam præparationem, compoſitioni adjicere, etſi *Dioſcorides* eo nec non auripigmento etiam in quibuſdam morbis pectoris utitur, & aliis etiam antidotis, ut ei quæ Muſæ Apollonio adjudicatur, ab ipſo *Myrepſo cap.* 303. in uſum hepaticorum, hydropicorum, nephriticorum, ac ægræ mingentium deſcriptæ, arſenicum adjungatur.

Antidotum quoque *argyrophoram* ob præſtantiam medicamenti ſic dictam, quòd non paruis ſumptibus, aut mediocri pecuniæ collatione comparetur, cap. 320. deſcriptam, & ab ipſo *Myrepſo* ad infinitos morbos ſummè laudatam, bitumen, aurum, Jaſpis & Sapphyrus ingrediuntur.

Præterea in *antidoto cap.* 330. explicata, quæ *ecloga* nuncupatur, *hoc eſt*, ſelecta, cenſentur alumen calchytis, pumex, miſy, bitumen Judaicum, nec non etiam conchyliorum uſtorum ſquamæ: ut ſic perſpicuum ſit calcinata antiquis etiam fuiſſe in uſu probata & aſſumpta.

Quidam etiam ex optimis Mithridaticarum Antidotorum compoſitioni-

ſitionibus, quæ *cap.* 412. habentur imponuntur, ſulphur, nitrum, & aduſtum plumbum.

Quin inſuper ea antidotus, quæ epilepſiis, apoplexiis, maniacis affectibus & febribus quartanis propria eſt, quæq; è Zinzibere inſcribitur, intromittit lapidem Lazuli, lapidem Armenum, antimonium, & aurum: Antimonium inquam tam Anonymo noſtro illaudatum, ac exitiale, vel citra ullam etiam præparationem. Quæ tamen antidotus non deſinit eſſe in deliquiis animi aut cordis defectibus, maximè utilis.

Liceat porrò videre apud ipſum *Nicolaum Myrepſum, in Antidoto purgante de Cynamomo cap.* 506. *deſcripta*, ut Antiqui in ſuis ſolventibus medicamentis tartaro etiam crudo, & ſimpliciter in pulverem redacto, aliis vi purgandi præditis admixto, locum dederint. Idem quoque conſpicitur *in Antidoto ex myrobalano cap.* 510. tradita.

Si veteres illi Medici crudis eiuſmodi medicamentis, noxiis potiùs quàm utilibus, utentes commendantur ac laudantur, cur nos tanto artificio tamque ſalubri præparatione eorum virtus infringentes, ac innoxia prorſus, imo ſummæ efficaciæ ac utilitatis ea reddentes, ut qui (exempli gratia) loco crudi tartari cryſtallos, aut cremorem eius, ſolius aquæ ebullitione extractum, diaſennæ noſtro, & ſolventibus aliis medicamentis ad veterum illorum imitationem, nec non etiam recentiorum celebriorum, qualis eſt Montagnana, admiſcemus, tanto deſpicatui ac odio iniuſtè habeamur, & novitatis inſimulemur.

Cap. II.

De Tribus principiis in mineralibus.

1. In Sale marino.

IN ſale marino, etſi natura ſalis aliorum principiorum naturam ſuperat: Sulphurea tamen & mercuriali eſſentia non deſtituitur, ut experientia à ſeparationis arte petita, quivis vel mediocris chymicus demonſtrare poteſt. Etenim ex eo novit ſpiritum mercurialem, acidum vi ignis prolicere, qui æthereus ac idcirco potentiſſimus ſolvit in liquorem, vel duriſſimum omnium metallum ac firmiſſimum, quale aurum eſt, quod nullo vel ardentiſſimo igne alioqui vinci aut quavis temporis diuturnitati conſumi poteſt, ut ipſe teſtatur *Augurellus* his verſiculis:

Vni nil deperit auro
Igne velut ſolum conſumit nulla vetuſtas.

Quin etiam artifex ex eodem ſale novit conglaciatos lapillos prorſus dulces ac ſulphureæ naturæ educere, qui tamen potentem ac admirandam ſolvendi, quicquid etiam fixiſſimum eſt, vim trahent. Quod vero reliquum eſt, ſal eſt. Ita ut aperte eluceſcat vel in ipſo ſale marino tria principia, hoc eſt, Mercurium, Salem & Sulphur contineri.

2. *In Vitriolo.*

Tria illa principia etiam animadvertere licet in vitriolo, quod inter reliquos ſales ſummè corporeum eſt. In eo enim ferè ſemper & Veneris & Martis ſpecies deprehendere liceat in ipſo & inter ſe coniunctas. Quod induxit in animum Poetarum, qui Philoſophiam Cabaliſticam delibaverant, ut inde Martis & Veneris amores confinxerint. In eo, inquam, vitriolo, tria principia illa, ſal, ſulphur & mercurius apertè eluceſcunt. Cuius Mercurius prorſus æthereus, ſpiritum viridem, acidulum tantarumque agendi ac penetrandi virium poſſidet, cùm ex arte puriſſimus ſeparatur à Phlegmate elementari paſſivo: ut brevi momento corpora metallica, ac ſubſtantias vel duriſſimas, ſive metallicæ, ſive lapideæ eæ ſint, cuiuſcunque generis diſſolvat. Atque is Leo viridis eſt, de quo *Ryplaus* tanta prædicat. Obſervatur ſulphur in vitriolo per ruffam quandam ochram dulcem, quæ ab eo facilè ſeparatur. Quod rerum lenitivum, ac verum narcoticum eſt: omniumq; dolorum levamen ac ſedativum. Quod in nepenthe noſtro alibi deſcripto tanquam baſim conſtituimus. Colchotar autem aut faxilla rubra in fundo ſubſidens poſtætherei mercurii & ſulphuris dulcis ſeparationem, ſalem in ſe continet albiſſimum, cuius extractio maximum (attamen leniſſimum) exhibet vomitivum, multis morbis congruentiſſimum & utiliſſimum, ut hæc in vitriolo, comperiuntur tria principia, haud ſecus in alumine aliiſque ſalibus eadem deprehenduntur, prout in ſale communi jam oſtendimus.

3. *In ſulphure.*

In ipſomet ſulphure vulgari id ipſum animadvertere etiam licet, in quo præter ſubſtantiam ſulphuream & inflammabilem, mercurialis etiam acidulus liquor uſque adeò penetrabilis, ut validiſſimas ac duriſſimas ſolis & lunæ portas reſeret, continetur. Sal verò aliis partibus detractis in fundo ſubſidet, ut cuivis chymiæ tyroni notiſſimum eſt. Ac (ut obiter etiam hoc dicam) talis eſt ſpiritus iſte ſulphuris acidulus, ut quamvis ex ſulphure toto aduſtibili educatur, tantùm abſit eum flammæ concipiendæ eſſe obnoxium, ut etiam quò minùs incendatur, pulvis pyrius impediat, ſi vel tantillum eius huic inſpergatur, ut jam alibi diximus.

4. *In Mercurio.*

Haud ſecus accidit vulgi mercurio, qui totus æthereus ac ſpiritualis eſt (unde tertium principiorum rerum omnium, quod ſpiritualiſſimum eſt, nomen mutuatum eſt, etſi ſimile non ſit vulgari mercurio, aut argento vivo in forma.) Ex eo enim & liquor & dulce ſulphur, ac ſal, extrahi poteſt.

Hinc judicare facile eſt, tria iſta Chymicorum principia non eſſe ſalem, mercurium ac ſulphur, vulgaria: at aliquid naturâ purius ac ſimplicius, quod tamen analogiâ quadam

ſali,

ſali, mercurio, ſulphuri vulgaribus reſpondet, unde etiam principia noſtra ejuſmodi nomen ſuum ſortita ſunt. Nec immeritò, quòd vulgaria iſta ſint inter omnia mixta, ſimpliciſſima ac maximè ſpiritualia. Alia enim mixta craſſioribus corporum ſubſtantijs impediuntur, quòminùs æquè volatilia ac ſpiritualia ſint aut dici poſſint, ſiquidem multis heterogeneis etiam partibus conſtat, quibus vulgares iſti ſpiritus non adeò irretiuntur.

5: In metallis vid. ferro.

Ex *tribus illis principiis etiam metalla omnia compoſita ſunt*, quamvis diverſimodè: atque hæc eſt cauſa, cur alia ab aliis longè differant.

In ferro ſulphur, quod cremabile eſt, & penè totum abit in favillas per ignem, ſuperat quantitate alià duo principia, eiſque prędominatur. Hinc fit, ut totum igneſcat: cui idcircò à priſcis Philoſophis Cabaliſtis nomen Martis planetæ ardentiſſimi impoſitum eſt.

6: In Cupro.

Sic *cuprum* multum habet ſulphuris, ſed minus aduſtibilis, quàm ferri eſt, multum quoque ſalis vitriolati: at parum obtinet mercurij, Sal autem ille vitriolatus fermentum eſt illud acidum naturæ, quo generationes rerum omnium naturalium propagantur: unde cupro Veneris nomen tributum eſt, in qua ſecundus eſt inter planetas quaternarius, ubi acceruantur foventur ac coagulantur ſpiritualiter cœleſtes omnes eſſentiæ, unde Planeta hic Venus dictus ab antiquis Philoſophis (altæ ac profundæ huius ſcientiæ gnariſſimis) mater generationum vocata eſt, & à ſpuma maris generata.

7: In ſtanno.

Stannum in ſe multum habet mercurij aerei ac ætherei, ſulphuris verò combuſtibilis mediocrem quantitatem: at minimam ſalis portionem obtinet. Atque hinc factum, ut ab iiſdem Philoſophis dictus ſit Iupiter, qui planeta eſt prorſus aereus ac æthereus, ut etiam à Poeta hac ratione cõſtituatur rex aeris, & regio fulminis.

8. In Auro & Argento.

Aurum porrò & *argentum*, quæ omnium metallorum exquiſitiſſima ſunt, ac nobiliſſima, ex tribus iiſdem conſtant principiis, ſed in æqualitate permixtis, atque ita perfectè, ſummaque cum puritate unitis, ut non tria in illis exiſtere, ſed una tantùm videatur in illis eſſe eſſentia prima ex qua conſtent. Nam ſal eorum, ſulphur ac mercurius, uſque adeò arctè & per minima inter ſe juncta ſunt, ut una ſubſtantia non tres aut ex tribus conſtans eſſe videatur. In *Luna* tamen puriſſimus mercurius videtur excellere ac dominari, unde humidior ſolet redditur, qui temperatiſſimus omnium eſt. At in *auro* ſulphur fixum & incombuſtibile, naturæ igneæ, efficit ut invictum idcircò contra vim omnem ignis reddatur, ac ne tantillum

quidem eius abſumatur, quod ſimile ſimili nullum vim inferat, ſed contrà ſeſe mutuò foveant & conſervent, unde fit etiam ut in igne jubilet, ac nobilius puriusque ex eo ſemper emergat. Idcirco *auro*, cùm veriſſimè ignis & ſplendor ſit æthereus, *Solis* nomen inditum eſt: Qui maximè igneus ac lucidiſſimus planeta eſt, nec non omnibus rebus vitam calore ac ſpiritibus ſuis impertiens. *Argentum* verò ob humiditatis mercurialis vim & proprietatem, quibus pollet, *Lunæ*, planetæ utique humore radicali refertæ, ac prægnantis nomen ſortitum eſt.

9. *In plumbo.*

Plumbum ſalis multum copioſumque mercurium indigeſtum, incoctum ac crudum continet: at minus ſulphuris volatilis. Hinc fit ut omniũ aliorum metallorum, quæ fumum diſpergit, (ut ex cupella promptum eſt videre) examinator eſſe dicatur. Excipiuntur tamen perfecta illa metalla duo fixaque, quæ nequit abſumere, aurum videlicet atque argentum. Hanc autem fugandi, & in auras imperfectorum metallorum corpora diſpergendi, virtutem obtinet, ab illa mercurij volatilis crudiq; quantitate, qua abundat: cùm alioquin ex natura ſulphuris ſui poſſit cõtra eoſdem ſpiritus metallicos coagulare, ac in corpora reducere: quemadmodum & argentum vivum natura prorſus volatile, æthereum ac verè homogeneum & ſpirituale, congelat quodammodo ac figit. Ita ut hinc conſtet ſpiritum caloris & frigoris, atque idcircò vitæ ac mortis metallicæ, ei inſitum eſſe à natura. Vnde etiam agnoſci poteſt veriſſimum eſſe illud Hermetis, ut quod eſt ſuperius idem ſit ac quod eſt inferius. Qui enim Saturnus Planeta eſt in ſuperioribus elementis, idem & plumbum eſt in inferioribus. Atque ſic de reliquis. Luna enim cœleſtis terreſtri Lunæ reſpondet, hoc eſt, argento, Iupiter æthereus, Iovi terreno aut aquatico, ut dictum eſt. Saturno autem primus quaternarius tribuitur, (ſi decem cœli ex maximorum Aſtronomorum opinione conceduntur) in quo omnes rerum ſpirituales ac cœleſtes eſſentiæ primò, tanquam ex nihilo ſpiritualitatem quandam, aut ſimpliciſſimum ac ſpiritualiſſimum corpus ſibi inchoant, prout in Venere diximus ſecundum quaternariũ eſſe poſitum, in quo magis fixæ redduntur eſſentiæ prædictæ. Siquidem unus & alter planetarum, poſt triangelum ſuperiorem & præcedentem, qui infiniti inſtar eſt, & terminis veluti omnibus carens, quadraturam conſtituunt, qua cubum refert, in quo terminus conſtanter ſiſtitur. Plumbum autem natura ſua metallica eandem cum Saturno frigoris & condenſionis aut coagulationis proprietatem poſſidet: unde idcircò & Saturni nomen obtinuit, nec non etiam, quòd ſicuti Saturnus omnium excelſiſſimus eſt ac primus, inſtar patris, ex Poetarum ſententia: ſic plumbum aliorum omnium metallorum, velut prima radix, ac primus parens

parens habeatur. Nec utrique carebit res magna admiratione, ſi interiora plumbi viſcera diſſecemus. Etenim (præter ea, quæ de ejus coagulationibus ac diſſolutionibus externis diximus, quæ vel tyrones ipſos in arte non fugiunt) quàm ſtupendæ glacies, ac ſuſpiciendi ætherei ignes intus in ipſo lateant: nec non vehementes ſpirituum coagulationes, ſolutionesque corporum etiam fixiſſimorum, quas operatur; cernere ac mirari ſubibit.

Hæc autem tàm præclara, tàmque ſublimia myſteria, quàm æquiùs ſupprimere foret quàm invidis, conviciatoribus ac calumniatoribus proſtituere: Operæ tamen pretium eſſe dixi, eorum imperitiam, quam in loquendo & ſcribendo de ſibi ignotis oſtendunt, coercendo: melioris notæ viros, ac arcanorum rerumque pulcrarum, ſtudioſos candidè hac in parte juvare. Ac primùm vt oſtendam quàm craſſa ſit illorum hallucinatio, dum metalla humore omni primogenio orbata opinantur, quòd extrinſecis tantùm oculis externam illorum duritiem ac ſoliditatem intueantur, nihil in occultis & interioribus eorum partibus mentis acie pervidentes: en, interiorem plumbi anatomiam hic exhibebo, ut tandem videre incipiant, oculiſque ipſis hauriant, quæ nunquam animo, aut olfecerunt, aut concipere potuerunt: Ac primo loco principia illa tua, eorumque admirandas ἐνεργείας ac effectus, patefaciemus: nec non vitales eorum proprietates, virtutes, ac facultates, quæ quidem latent compedibus corporis craſſi ac terreſtris obrutæ, quo plumbum ita ponderoſum, craſſum ac impurum redditur, cum tamen aliam naturam, potentiorem ac rem nobiliorem, obtineat.

Anatomia ſaturni.

Primò plumbum calcinetur, quod variis modis fit, (præter eam calcinationem, quæ vi ignis fieri ſolet,) Plumbum enim in ceruſam reducitur, aceti odore, ſicut cuprum in viride æris vim pediculorum vinaccorumque qui convertitur. In calcem quinetiam reducitur plumbum, cùm ſolo ſale. In hunc modum figuli ſua vaſa plumbeo vitro incruſtant.

Quocunque modo in calcem fuerit redactum, ipſam calcem accipe: vel, ſi mavis, Minium, quod nihil aliud quàm plumbum calcinatum eſt, in rubrum colorem virginis perductum: ex quo cum menſtruo aceti radicati vegetabilis vel animalis, hoc eſt, ex melle extracti, ſalem educito. Hinc fiet ut tota plumbi calx in gummi mellitum, aut conſiſtentiam, naturam & proprietatem ſalis habentem, reſolvatur. Salis enim inſtar diſſolui in aqua dulcedinoſi cujuſdam filtrari & coagulari poteſt, variiſque aquarum ſolutionibus ac filtrationibus ita dealbari, ac in ſaccari dulcedinem gratiſſimam reduci, ut tùm fiat præſtantiſſimum omnium febrium ac inflammationum, tàm internarum, quàm externarum, ut ophthalmiarum, refrigerium ac remedium.

Qui quidem ſal, etſi uſque adeò

dulciſs

dulcis ac refrigerantis virtutis, in internis tamen ſui partibus mercurium æthereum ac ſulphur oleaginoſum concluſa habet, aut ardentiſſimam aquam, quæ acumine ſuo linguam violentiùs feriat aqua ipſa vini ſtillatitia, vitæ aqua dicta. Quæ ex ſaccarino illo ſale, vel dulcedine plumbi, vi ignis, ex retorto vaſe, in capax recipiens eruitur. Cujus operatio cernitur ex ſpiritibus candidis, recipiens prædictum opplentibus ac offundentibus, donec tandem liquor rubeus ſanguinis inſtar extillet, quod eſt oleum eius fixum.

Oleum vitrioli.

Ex hoc autem liquore ardente, flammam promptiùs quàm ipſa aqua vitæ vini concipiente, ſeparari poteſt mercurius, aut ſpiritus magis æthereus per matratium oblongi colli, lento igne. Quo ſecreto reliqua materia mediocris ſubſtantiæ, hoc eſt, ſulphurea, oleoſa & conflagrationi apta, in imo vaſis, cum ſpiritu ſalis nitroſo ac ſulphureo, ſubſidebit.

Ex fæcibus nigris, quæ in fundo retortæ remanent. Philoſophico more in calcem redactis extrahitur ſal fixus, qui ſolutionibus & coagulationibus crebris cum proprio Phlegmate factis ac repetitis, cryſtallinus tandem evadit. Cui ſi poſtea affundatur ſenſim & ex arte ſpiritus ejus æthereus, ut inde pondus duplum aut triplum ſalis volatilis & verè mercurialis contrahat, ita ut laminæ ignitæ injectus in fumum diſpereat: Sic tandem mediante ſublimatione conſequeris terram foliatam Philoſophorum, quæ ſplendorem ac perſpicuitatem longè majorem adipiſcetur, quàm quævis vel pellucidiſſima perla Orientalis cerni queat.: quam terram Philoſophi ſuum mercurium vocant. qui vel ſolus admirandas iam obtinet proprietates ac facultates.

Huic porrò ſi ea quantitate, quæ juſta & ſatis ſit., proprij etiam ſulphuris ſeorſim ſervati ac exaltati oleoſus liquor adijciatur., variiſque cohobationibus ac extillationibus identidem repetitis educatur, reaffundatur ac diſtilletur, donec ex triade unitas conſurgat: tunc ex terreſtri plumbo craſſo ac materiato emerget quoddam cœleſte, verumque naturæ diſſolvens, ac quinta eſſentia admirandæ virtutis ac energiæ: verus ac vivus limpidiſſimusque fons, in quo (ut aſſerunt Poetæ arcana ſua velantes) Vulcanus Phæbum abluit, ac omnibus impuritatibus defæcat, ut puriſſimum & perfectiſſimum reddat, vitalibus auris & ſpiritibus refertum vegetationiſque plenum: ſicque cum ſuis adamantinis vinculis, quibus cóſtringebatur, & à victoria in Pythonem ſerpentem arcebatur, expedit, omnibuſque impedimentis ita exuit, ut ab omnibus cataractis ac denſa caligine, quibus offundebatur liber., nunc ſplendidiſſimum nobis lumen irradiet, quo toti refocillamur, juveniles vires recipimus, omnem imbecillitatem deponimus, ac denique inſtar illius Cretenſis Regis Æſonis, ope Medeæ, in juventutem redintegrati renovamur. Qui cùm anteà totus frigidus

gidus exanguis, ac inanimis & prorſus extinctus videretur, hoc fonte ablutus totus ſplendens magnanimus omnibuſque virtutibus ſtipatus reſurgit & exultat, ut immenſa ſpirituum copia redivivus liberè ſplendorem ſuũ nobis communicet, & balſami noſtri radicalis vires ſuo obtutu & contactu potentiſſimè foveat ac corroboret, omnium etiam affectuum latentes in nobis cauſas & ſeminaria prorſus erũcans, ac ità abſumens, ut nullo negotio perpetua ſanitate ad præſcriptum uſque vitæ terminum nos tueatur ac conſervet.

Hic qui aures habet, attentè audiat: alioqui recedat ab opere, à quo etſi viam ad perfectam operationem præ alijs, qui me præceſſerunt, meo quidem judicio, apertiorem paraverim, poſſit aberrare, niſi rei addictus totus fuerit.

Hinc via veris Philoſophis ſternitur, ad magnum illud & præſtantiſſimum opus minerale conſtituendum, ſive ad præparandam univerſalem Medicinam ex mineralibus, (vegetabilem alibi deſcripſi) cujus cenſura, tanquam rei incognitæ, quantos riſus ac cachinnos moveat, quivis vel idiota percipiet. Nec operam hic luſiſſem in illa caſtiganda, niſi publicæ utilitati conſulerem: in cujus gratiam lubenter adhuc patior, hunc proceſſum me extorqueri.

Atque hæc quidem demonſtratio eſt, qua in omnibus metallis vel ſolidiſſimis tria illa principia inveſtigari poſſunt, & ſeorſim etiam arte ſeparari, ac oculis ſubijci. Quod ut faciliùs intelligeretur, exemplo plumbi docere voluimus, quod ab omnibus tanquam viliſſimum abijciatur, cùm tamen à Philoſophis in ſummo precio habeatur, quòd norint ſatis, quid intrinſecus arcanorum foveat: ſuumque ſolem vocent, aut leproſum aurum.

10. In Antimonio.

Ex Saturni ſtirpe Antimonium oriundum, tanquam primus ex trunco ramus, quod ſuam Philoſophi magneſiam vocant: præ alijs omnibus metallicis ſubſtantiis, tria illa principia apertæ activitatis & efficaciæ plena, continet. *Paracelſus* inter omnes alios Chymicos Philoſophos mirum in modum omnes ipſius partes ac principia excuſſit, ac ſedulò examinavit: cujus ſubſtantiam ſupra alias omnes metallicas ſubſtantias extulit ac celebravit: ac imprimis mercurium ejus, ex quo tanquam ex præcipuo ſubjecto, ac nobiliore materia, pulcherrima & elegantiſſima ſuorum operum elaboravit. De cuius laudibus hæc ſunt Paracelſi verba, lib. de Aurora: *Verum, inquit, auri balneum eſt Antimonium, quod Philoſophi vocant examinatorem & ſtylangem. Poetæ verò fabulantur Vulcanum in eo lavacro laviſſe Phœbum, & ab omnibus ſordibus imperfectionibuſque ipſum repurgaſſe: natum ex puriſſimo perfectiſſimoque mercurio, & ſulphure, ſub vitrioli genere in metallicam formam atque ſplendorem.* Idem ipſum Paracelſus Archidoxorum & de vita longa libris, primo enti auri adæquat, de cujus etiam virtutibus ac effectis admiranda prædicat: utque ſupremum acper-

Digitized by Google

ac perfectiſſimum auri expurgatorem eſſe teſtatur: ſic & hominum.

Mercurius ejus in regulo ipſius conſpicitur.

Rubeum etiam eius ſulphur dilucidè apparet, cujus ea eſt proprietas, ut ſulphuris vulgaris inſtar ardeat & flammam concipiat, id quod noctu præſertim & obſcuro loco videri poteſt, citra ullum fumum, quem vulgare ſulphur ſolet emittere. Hoc antimonij ſulphur ſolare eſt, ut quod argenti extrinſecam faciem inaurare queat.

Quod ad ejus ſalem ſpectat, ſeparatur etiam is ab illo, cujus proprietas in vomitu proliciendo poſita eſt. In ejus enim floribus ſalinis vis admodum vomitiva deliteſcit: ex quibus ſi ſal detrahatur ac ſeparetur virtute cujuſdam ſalis, ut fieri poteſt, tunc ex floribus illis præſtantiſſimum fit citra vomitum purgativum.

At non paruam adfert admirationem proprietas mercurij illius, qui in liquatione auri cum pluribus alijs metallis facta, rejectis omnibus aliis, unum aurum ſibi deligit, cui commiſcetur, amplexatur, ac in unum corpus coit & unitur, ita ut in fundum ſecum detruſo ſolo auro alia omnia metalla illi ſupernatent, excepta luna, quæ ad perfectionem ſolis quodammodo ſuperficiem auri incruſtat tantum & facile ab eo ſeparatur.

Ex Corallio quoq; ▽ prolecta, flammæ & incendio ſubijcitur. Quod experientia patebit, ſi vel citra calcinationem etiam in pulverem comminuatur, & diſſolventis acuti ac acidi virtute, uti in plumbi operatione, in ſalem redigatur, in quem magna pars abit & convertitur: ex libra una hujus ſalis exſiccati, & à menſtruo optimè ſeparati, Chymicus Philoſophus vel ſex uncias ſpirituum vi ignis poteſt educere, qui facilè in liquorem ſpiritualem, flammæ concipiendæ aptum, reſolvatur. Ex quo liquore idem expertus Chymicus & mercurium cœleſtem ac æthereum, tincturam rubrã ſulphuream, nec non ſalem poteſt excernere, & ex iis mercurium Philoſophorum elaborare, qui cum ſua aqua vitæ conjunctus ac mixtus ſingulare per ſe auxilium præbet: cujus virtus & bonitas centuplo augebitur, cùm apta diſſolvendi arte aurum in eo ſolutum fuerit, ut à perito Philoſopho fieri poteſt. Teſte experientia.

Hæc igitur tria principia, ſi in cœlo, aere & aquis comperiuntur, ut docuimus, quis dubitat, majori ratione illa in terra exhiberi, & ex ea apertius enucleari poſſe, cùm ſit omnium aliorum elementum fœcundiſſimum ac feraciſſimum?

Quin imò in omni terra pluviis aquis nequaquam diluta, at tota pingui, tria iſta principia, in una eademq; ſubſtantia, quæ nihilominus diſtingui poſſunt, deprehenduntur. Exemplum unum hujus rei propoſuimus alibi de nitro aut ſale petræ, quem artifex nitrarius in ſuum uſum ſolet diſſiccare. Ex eo enim imprudens etiam & ignarus quid agat, diverſa iſthæc noſtra principia apertè ſeparat ac prolicit. Sal enim marinus in eo apparet, in lixivium ſuum ſolutus.

Dein-

Digitized by Google

Deinde ſal nitroſus aut ſulphureus, quem præſertim quærit artifex, in glaciem coagulatus ab alterius ſalis natura longè lateque remotus, utpote altero nempè maſculo & fixo, in aqua facilè ſolubili. Altero verò (qui ſulphureus eſt) in eadem aqua nullo negotio ſeſe coagulante: qui quidem nitro ſulphureus ſpiritus in ſe latentem continet æthereum ac cœleſtem mercurij ſpiritum, à quo magnam vim ac motum illum nanciſcitur ſal ille ſulphureus. Quique mercurialis ſpiritus artifice Chymico nullo negotio extrahi poteſt ex ſale petræ aut nitro ſulphure. Vt hinc facilè conſtet, tria illa vitalia principia in tota terræ ſubſtantia apertè contineri ac diſtinctè demonſtrari. Quæ quidem terra ac eius eſſentia, cum ſit totius univerſi tertium: tribus tamen & ipſum conſtat principiis, ſale, videlicet mercuriali, ſale ſulphureo & ſale terreſtri, aut ſalino, quibus eſſentia illa terreſtris ac tertium univerſale principium conſtat. Quæ alibi dilucidò explicata.

CAP. III.

De Elixire *ſeu Quinta eſſentia Philoſophorum.*

NOTA.

De veritate & antiquitate Elixiris ſeu quinta eſſentia Philoſophorum.

1. *Rationes probant.* NIhil eſt à natura creatum, quod puri & impuri partibus non conſtet. Impurum autem puro officere quo minus proſit homini, propter quem omnia creata ſunt, experientia clarius patet, quàm ut rationibus res iſta indigeat. Hinc neceſſariò inferendum, purum ab impuro eſſe ſeparandum, ut in uſum hominis res iſta tranſeat, nec purum poſſe homini conducere, quin impuri facta ſit ſeparatio, quod artificium ſpagyricæ artis proprium eſt. Hinc factum eſt, ut ſapientiores Medicorum quartam Medicinę columnam *Alchymiam* ſtatuerint, *quæ aliud nihil eſt, quàm ars purum ab impuro ſeparans*, illius purioris ſubſtantiæ ab impuris elementis ſeparatio, ut nobilioris ab ignobiliore. Cùm igitur ex naturæ luce videamus iſta ſic habere, quis enim auſit inficiari, cœlum eſſe quintam eſſentiam ab elementis ſeparatam? Quam cum ſtatuant alij ab elementis ſecretam, quæ ſolent varias formas induere, illa verò nequaquã, ſed imutabilis ſemper ꝑmaneat, quod propriũ eſt eſſentię quintæ, quę, quòd ſit immutabilis, immortalis etiam dicitur; an adhuc ambigent de eſſentia quinta, an ſit nec ne? Eſſentiam quintam dicimus idcircò eſſe immortalem, (quantum res creatæ immortalitatis poſſunt eſſe participes) quòd nihil habeat impuritatis, qua corrumpatur, aut vel tantillum immutetur, nec tantum idcircò quòd ſincera ſit, ſed quòd inter res creatas maximè ſit una. At quod unum eſt, nil habet à quo violetur aut corrumpatur, & dolorem ſeu alterationem patiatur, ut docet Hippocrates. Quod enim unum eſt, pati non poteſt. Ea ratione cœlum quinta eſſentia dicitur à qua-

2. *Alchymia.*

quatuor elementis (quæ vulgò totidem conſtituuntur, cùm quartaeſſentia potius nobis dicatur, qui tria tantū agnoſcimus, aut cum cœlo quatuor) non tantum quòd ſinceriſſimum ſit, ſed quòd unum ab uno illo chaos extractum, cujus unionis recordatione perpetuò anhelat ad ipſa elementa, ut ſuas formas illis impertiat. Quid enim citra cœlum poſſint elementa ? Conſpiciamus terram, quæ cœli aſpectu deſtituitur, nunquid prorſus inanis & vacua eſt? At ſi ſub dio exponatur, & cœli ſoliſque pluvia & calore imprægnetur, num vides illam ſtatim in herbas erumpere ? unde illa herbarum forma eis impertitur, quàm à cœlo formante, & ſuum agrum, in quem ſerere debeat, agnoſcente? Hinc generationes naſcuntur, ab illa quinta eſſentia videlicet, ſpiritus ſuos vitales omnibus elementis infundente, & ad rerum procreationem illa inducente; ut elementa ſint tantum agri matrices, & receptacula ſeminalium virtutum, quas à cœlo excipitur. Abſurdum igitur eſt dicere, cœlum efficientem eſſe cauſam, quæ ut artifex ab opere ſuo recedat, cum perpetuò formas matricibus ſuis ingerat ſubſtantiales & eſſentiales. Hinc concludimus, cum cœlum in ſubſtantia ſua maximè unum ſit & ſinceriſſimum, nullis mutationibus obnoxium, (quantum natura rerum creatarum ferre poteſt) ut ea ratione immortale ſit, quintam illam eſſe eſſentiam, quam quærimus.

Hoc autem cœlum cum à nobis tractari non poſſit, nec vaſculis noſtris includi, ut virtutes eius excipiamus, confugimus ad individua creata, ex quorum corporibus ſuum cœlum, quod à cœlo acceperunt, vitamq; ſuā artificiosè educimus ac extrahimus, quod ſumma induſtria defæcatum & ad ſummam ſui parentis exterioris cœli puritatem adductum, quintum eſſe meritò nuncupatur. Quo parentes noſtri primi prope immortales redditi ſunt, ut qui in hac arte optimè verſati (quùm Adam omnium rerum cognitionem habuerit) ad nongentos ac mille propemodum annos ævum ſuum prorogarint.

Audiamus exemplum hujus quintæ eſſentiæ à *Petro Apono*, ac *Hermolao Barbaro in Dioſcoridem* nobis propoſitum. Qui referunt ante centum annos aut circiter in Patavino agro repertas eſſe in urnula duas lampades, ex quodam ſepulchro lateribus conſtructo erutas, unam auream, alteram argenteam, ardentes, ac ſuaviſſimo, fragrantiſſimo, elegantiſſimoque liquore plenas, quæ indicabantur ex artificio, antiquitatem redolente, & ex verſuum Latinorum iis inſcriptorum vetuſtate, à multis ante annis ibi repoſitæ, quem quidem liquorem ajebat ipſe Barbarus eſſe cœleſtem aquā, aut potius divinam, quam Chymiſtæ elaborant, Democrito & Hermeti Triſmegiſto notiſſimam. Verſus erant ni me fallit memoria, hi:

Primi ſic habebant ſepulchro inſcripti;

Plutoni hoc ſacrū munus attingite fures,
Ignotū eſt vobis hoc quod in orbe latet.

Nam-

Digitized by Google

Namque elementa gravi clauſit digeſta labore,
Vaſe ſub hoc modico Maximus Olybius:
Adſit fœcundo cuſtos tibi copia cornu,
Ne pretium tanti depereat laticis.

Alii verſus adſcripti erant urnulę lampades illas continenti, qui, ni fallor, tales erant:

Abite hinc peſſimi fures:
Vos quid voltis cum oculis emiſſitiis?
Abite hinc veſtro cum mercurio Petaſato caduceatoque.
Maxumus maxumo donum Plutoni
Olybius hoc ſacrum facit.

Ad quid aliud fuit Philoſophorum lapis tàm celebratus, quam quinta eſſentia? Etenim tùm demum fit quinta eſſentia, cùm purior ſubſtantia trium principiorum cum cœlo ſuo tot circulationibus rotatur, ut in materiam ſeu lapidem fixum demùm concreſcat. Tunc enim Philoſophorum lapis ſeu eſſentia quinta perfecta dicitur, de quo lapide ſic *Morienus*: Lapis noſter inquit eſt aqua extracta & ſeparata à corpore noſtro, quæ dicitur prima materia. Et iſtud Elixir eſt, quod Medicina perfecta dicitur, quæ habet virtutem ante omnes Medicinas & potiores ſanandi infirmitates omnes hominum. Ob id enim veteres Philoſophi eam vocarunt *Elixir, aurum potabile ſeu Philoſophorum aquam vitæ, tincturam, lapidem pretioſum, Medicinam, quæ in tria rerum genera, animale, vegetale & minerale, actiones mirandas producit, unde etiam nomen retinuerit lapidis animalis, vegetalis & mineralis.* Siquidem ea Medicina corpus humanum ægrum ſanitati reſtituitur, metalla imperfecta in aurum vel argentum tranſmutantur, lapides pretioſi imperfecti perficiuntur, & vegetabilia hoc imbuta liquore, etſi propè arida & exicca reviviſcunt, ac à tabe ſua quolibet etiam tempore in virorem prorumpunt.

Eſt itaque Philoſophorum aurum ſeu lapis quædam arte compilata Medicina temperata, quæ tanquam forma ſeparata à ſuo corpore ad tantam ſubtilitatem redacta eſt, ut in quodvis ſibi objectum inſtar formæ cœleſtis in præparatam à natura ſibi materiam operetur. Unde conſtat « quotieſcunque Philoſophi de hoc la- « pide phyſico aut metaphyſico ſunt « locuti, qui metalla tranſmutare poſſit, « hoc intellexiſſe de metallis corporis « humani phyſicis, minus perfectis, « (hoc eſt de morbis) quæ per metalla « metaphyſica, hoc eſt, longi ævi, eſſen- « tiam quintam permutari poſſunt. Eſt enim ferè incorruptibilis ac immortalis, temperata, per elementa ipſa purificata, & ſecreta à fœcibus quatuor elementorum, quæ ſunt corruptionis cauſa potiſſima, ut volunt Philoſophi, quæ ideò temperatum & ſanum corpus efficit, veluti ſpiritus vitæ, cuius vi & ope omnem indigeſtum natura aut digerit, aut expellit ſupervacaneos ac peccantes humores, eorum qualitates retundit, ſpiritum vivificat, molle indurat, durum emollit, ſpiſſum rarefacit, rarum inſpiſſat, macrum impinguat, pingue extenuat, calidum refrigerat, frigidum calefacit, ſiccum humectat, humidum exſiccat, denique

 calo-

calorem naturalem ſeu humidum, ſubſtantificum corroborat ac confirmat. Eſtque veluti (ut ſcribunt propemodum omnes) medicinale corpus univerſale, ad quod omnes Medicinarum particularitates (ut ita loquamur) reductæ ſunt ac infuſæ, propterea quod illa eſt quinta veluti natura quędam à Philoſophis inducta, ſive eſſentia, ſive anima tenuiſſima, purgatiſſima, putrefactioni ſeu corruptioni diutiſſimè plurimumq; reſiſtens, ſoluta omni concreatione mortali, cœleſtis ſimplexque elementorum ſubſtantia, ſublimatione illa chymica ad hanc ſpiritualem naturam adducta, ut Platonici idæas à materia ſeiunctas ſubſtantiaſq; exiſtimaverint. Quam tamen Medicinam nolumus prorſus incorruptibilem affirmare, cum ex rebus naturalib. fiat & conſtet: attamen ad eam ſubtilitatem & tenuitatem & ſimplicitatem ſpiritualem redacta eſt, ut heterogeneum nihil in ſe contineri videatur à quo corrumpi poſſit, quo fit etiam ut ægrotis exhibita eos longo tempore in ſanitate conſervet. Quo quidem Philoſophi omnes reſpexerunt, eiq; perquirendæ ac inveſtigandæ ſeſe totos addixerunt, non ut ex imperfectorum metallorũ in perfecta mutatione diteſcerent, quùm multi eorum paupertatem amplexi ſint, ac coluerint, ſed ut languores & morbos hominum curarent, vitamq; illorum diuturna in ſanitate ad præſcriptum à Deo terminum citra ullam offenſam tuerentur & conſervarent.

Dubitabis ne adhuc, an quinta eſſentia extet nec ne. Audi quid ſcribat inſignis quidam Philoſophus. *Hæc medicina*, inquit, *eſt ſpiritus vitæ, penetrans omnes alios ſpiritus, prabens vitam, tincturam & perfectionem, tàm corporibus animatis, cùm ſit ſubſtantia ſubtilis ac ſpiritualis natura, multarum virtutum & virium occultarum.*

Et ſi de veritate huius medicinæ, eſſentiæ quintę ſcilicet aut lapidis Philoſophorum, & artis Spagyricæ amplius dubitare, & de eius antiquitate ambigere quis velit ut eluamus fucos graves Philoſophos ac ſapientes opponemus, non tantùm noſtri ſeculi, ſed priſci etiam illius ævi. Ac inprimis audiat ſummum illum virum ac Philoſophum Hermetem Triſmegiſtum, in ea exercitatiſſimum, veriſſimam ac certiſſimã artem Spagyricam affirmaſſe, cùm ſic ſcribit in ſua tabula ſmaragdina: *Verum ſine mendacio certum veriſſimum id quod eſt ſuperius, eſt ſicut id quod eſt inferius, & quod eſt inferius eſt ſicut id quod eſt ſuperius, ad perpetranda miracula rei unius. Pater eius eſt Sol, mater eius eſt Luna. Portavit illum ventus in ventre ſuo, nutrix eius eſt terra, & vis eius eſt integra, ſi verſa fuerit in terram. Sic habebis gloriam claritatis totius mundi. Ideò fugiet à te omnis obſcuritas.* Hinc totam artem potes adiſcere, ſi vales ingenio, & fugiet à te omnis obſcuritas. Ex hoc fonte omnes alii Philoſophi ſuas experientias hauſerunt, nõ tantũ in lapide Philoſophico ad metalla transformanda, ſed etiam ad univerſalem illam Medicinã ſeu quintam eſſentiã extrahendã, quæ omnib. infirmitatibus mederetur ad quam potiſſimùm reſpexit Hermes.

Ad

Ad eam ſpectarunt omnes omnium Poetarum Hiſtoriæ, quæ ideò dictæ ſunt Fabulæ, quod fictis narrationib. & multis verborum involucris ac ſub fabulis rem tàm nobilem ac pretioſam tegerent ac vulgo occultarent, Qualis eſt peregrinatio Jaſonis in Colchos, ad vellus aureum reportandum. Quales etiam fabula de hortis Heſperidum aurifero nemore pretioſis, ubi draco pervigil cuſtos ac obſervator, malis aureis conſervandis invigilabat, quem Hercules dicitur interfeciſſe, & aurea poma ad Euriſtheum retuliſſe. Quæ quidem figmenta Euſtathius & Suidas celeberrimi autores Græci de arte chymica interpretati ſunt, cuius quidem artis tàm nobilis virtutib. ac effectis multi leproſi, epileptici, hydropici, paralytici priſtinæ ſanitati ſunt reſtituti. Cuius rei fidem faciunt Albertus ille Magnus Ratisbonenſis, Thomas de Aquino ſummus Phyſicus, & naturæ arcanis indagantis ſagaciſſimus, Arnaldus Villanovanus inſignis Medicus, qui Neapolitanum quendam regem leproſum, auro ſuo potabili, reſtituit: de quo celeberrimus ille Iuriſconſultus Ioannes Andreas ſcripſit in Commentariis in Speculatorem, titulo de falſis, ſe eum nempe Romæ vidiſſe ante ducentos & aliquot annos aurum optimum & omni examinis judicio probatiſſimũ facientem. Quid de Paracelſo dicemus, in quem tantoperè inſultas, quẽ conſtat ex epitaphiis, à doctiſſimis viris in eius obitum conſcriptis, dira illa vulnera, lepram, podagram, hydropiſin, aliaq; inſanabilia corporis contagia mira arte ſuſtuliſſe. Notiſſimum eſt, illum publicè ſpectante populo Norinbergæ intra paucos dies leproſos novem ad integram ſanitatem revocaſſe, quod idem à nonnullis eius diſcipulis præſtitum eſt. Sed quid mirum, cùm tantæ ſint quintæ eſſentiæ aut lapidis Philoſophici virtutes, quãtas ſuprà commemoravimus? Redeamus ad Philoſophos, qui Hermetem ſecuti arti ſpagyricæ ut omnium nobiliſſimæ inſudarunt. Hanc Zoroaſtes, Democritus, Pythagoras, Plato, Ariſtoteles, Anaxagoras, atq; infiniti alii ſummi Philoſophi probarunt & ſequuti ſunt. Quid non & Chaldæi, Hebræi, Ægyptii, Græci, Arabes, ſuis idiomatib. de ea ſcripſerunt, & encomia ediderunt? Ac ut vetuſtiores omittamus, quorum ſcripta plurima exciderunt, vide Anonyme quot & quanti Philoſophi Arabici, Græci & Latini de ea ſcripſerunt.

Arabicè ſcripſerunt Geber, Markos, Yrid, Habebaca, Yeſid Conſtantinopolitanus, Avicenna, Albumazar, Haly, Phaſes, Alphidius Morienus, Talid Babylonius, Chora, Carab, Adros, Seneca ad Adros Regem Arabiæ.

Græcè ſcripſerunt Olympiodorus Alexandrinus, Oſthanes, Pelagius Africanus, Zoſimus, Iſaac Monarchus, Theophilus Sineſius, Blenidas, Ptolemæus, Euclides, Apuleius, Heliodorus ad Theodoſium, Dardanus, Demetrius, Democritus, Ariſtoteles *de mineralib.* Ab bugazul, Platonis præceptor. In hac arte Plato junior peritus etiam fuit, cuius aphoriſmus Hamech & Seneca ſcholiis illuſtrarunt.

Digitized by Google

Latinè ſcripſerunt Roſinus, Florus, Ephiſtus Joannitius Almazatus, Bernardus Comes Tremerus, *qui turbam Philoſophorum collegit.* Raymundus Lullus, Arnaldus Villanovanus, Joannes de Rupeſciſſa, Clemens de ſecretis animæ, Gilbertus Cardinalis, Ægidius Eremita, Andromicus Epiſcopus, Magiſter Hoſpitalis, Petrus & Durandus Monachi, Valerandus de Boſcho, Theodorus, Petrus Villanovanus frater Arnaldi, Thomas *de eſſentiis eſſentiarum, & eiuſdem breviloquium*, Scotus, Stephanus; *qui librum ſcripſit de magna & ſacra ſcientia*, Joannes Daſtinus, Anglus, Ripleus, Scotus, Iſaacus Holandus, Rogerius Baccho, Guillermus Pariſienſis, Chriſtophorus Pariſienſis, Dumbeleius, Abriſius, Martianus, Bernardus de Grania, Joannes de Viterbio, Richardus Anglicus, Bonus Ferrarienſis, Janus Lacinius, Picus Mirandula. Taceo reliquos innumerabiles.

Ergo dubitaret ne quiſpiam de arte, an ſit nec ne? de eius antiquitate, ac de virib. & admirandis eius effectis? Si autem eos noſſe velit, qui perfectionem iſtius artis aſſecuti ſunt, & cuius vi admiranda præſtiterunt, legat *Avicennam chymicum lib. de anima, & Vincentium in ſpeculo naturali*, ubi enumeratos illos comperies, ad quorum imitationem induſtriam tuam compone. Quid enim elegantius, ac utiliùs diſcat Medicus, quàm ſpiritus metallorum & mineralium extrahendi ſcientiam? Quid præſtantius quàm ſubtiliſſimos ſales herbarum qui ſuis aquis denuò reddantur, coagulentur, ſolvantur, & tandem perfectè fixentur, præparandi rationem callere? quàm rerum eſſentias elicere? Nunquid hæc doctorum opera, labores & exercitationes eſſe oportere teſtantur celeberrimi illi Philoſophi Medici, Marſilius Ficinus, Amydenus, Riffius Bulcaſis, Petrus Aponenſis, Viſtadius Manardus, Fernelius, Cardanus?

Sed *Cardani* teſtimonium non pigebit huc inſerere, cùm ad rem maximè faciat. Quod tamen, inquit, permutari metalla poſſint, multis viſum eſt ob experimentum æris, jam ſuperius adductum. Videntur etiam permutare colorem & pondus ob ignem, quare & ſubſtantiam veriſimile eſt poſſe permutare. Creditum eſt etiã quoſdam id feciſſe, ut apud illuſtriſſimum Venetorum Principem, paucis ante annis aſſiſtentib. ſapientib. civitatis à quodam Taruiſino Pharmacopola, cuius rei manent adhuc veſtigia. Cumque herbarum ſpecies quædam invicem permutentur, haud mirum videri debet metalla permutari poſſe. Verum (poſtea addit ut inexpertus) non omnia poſſunt invicem permutari (deinde ſubjicit) ſolum illud dubium eſſe, an argentum in aurum poſſit mutari, quod fieri poſſe exiſtimo. Nam argento, ut aurum fiat deſunt denſitas, ob quam ponderoſius fieri oportet, & color. At hæc metallo addi poſſunt. Si denſius reddatur argentum, pinguedo abolebitur, & ignibus melius reſiſtet, atque ut dixi pondus acquiret. Hæc ex *Cardano* quem experientia rerum magiſtra ita eſſe docuit, verum dum ad

truti-

Digitized by Google

trutinam ſuæ rationis vult artificium illud expendere, ibi hæret incertus, (etſi veritatem ab illo extorqueat aſpectus artificii) immemor Alberti illius magni ſententiæ dicentis: *De tranſmutatione horum corporum metallicorum, & mutatione unius in aliud non eſt Phyſici determinare, ſed artis, quæ eſt Alchymia.* Sed de his ſatis, hoc unum addam in corollarium: ſi nulla ſit ars Chymica, aut incerta vel falſa, Suidam autorem gravem, cum multis aliis mendacii perfricta fronte inſimulatur, qui ſcripſerit, Chymiam eſſe auri & argenti confectionem, cujus libros omnes Diocletianus, ſubacta Ægypto, perquiſitos exuſſerit, ne iis amplius confiſi, ex affluentia pecuniarum: quam inde ſibi comparabant Ægyptii, novas res in imperium Romanum molirentur, & ab eo deſciſcere ſinerent. Quod ſi ea aſſerenda eſſet, Juriſconſultorum doctiſſimorum judiciis ac ſententiis, dies nobis deficeret ad eorum ſententias citandas in veritatis ejus & antiquitatis confirmationem.

Juriſconſulti.

Sic enim *Oldradus Juriſconſultus Lib. Conſ. cap. 74. & Ioannes Andreas,* Chymicam artem, quam *Alchymiam* vocant, veram eſſe probant, nec prohibitam, nec metallum unum in aliud tranſmutari inconveniens eſſe. Videmus, ajunt, quòd quandoque ex re mortua producitur viva, ut licet ex vermibus conſpicere, ex quibus producitur ſericum, & aliis pluribus & ex herba producitur vitrum, multò magis ex metallis, in quibus major eſt convenientia & ſimilitudo. Nam (ut ipſi ajunt, & habetur *in Lib. de Proprietatibus rerum, cap. de Alchymia*) omnia metalla procedunt ex eodem principio, ſc. ex ſulphure & argento vivo. Cùm ergò ars imitetur naturam ar. ff. de adop. l. ſi adopt. non videntur iſti Alchymiſtę peccare. Nam cùm ſint quaſi ex eodem principio ſc. ex ſulphure & argento vivo, in ſimilia, in habentibus ſymbolum, facilior eſt tranſitus. Inſunt enim (ut dicit *Auguſt. Lib. de Civitate Dei*, quem jam citavimus) rebus corporeis occultæ ſeminariæ rationes, quibus cùm data fuerit opportunitas temporalis & caſualis prorumpant in ſpecies ſuis modis & finibus.

Audiamus adhuc ſapientem Juriſconſultum, quid de veritate hujus pronunciet. Sic Fabius de Monte S. Sover. *in tractatu de empt. & vend quaſt. ſ. n. 8.* Quæritur inquit, an Alchymiſta vel faciens Alchymiam puniendus ſit de falſo? *Dicas,* (inquit) *quòd non, quia eſt ars perſpicaci ingenio inventa, ubi expenditur tantum pro tanto & pro tali ſine aliqua falſificatione forma vel materia.*

Albericus de Roſate in diction: in verbo Alchymia, poſtquam utrinq; multa diſputavit, & allatas in contrariam partem quæſtiones expoſuit, ſic tandem concludit.

Nec dicunt (Alchymiſtæ) *unam ſpeciem immutari, non aliam, ut eis imponitur, quia hoc non eſt poſſibile. Sed dicunt quòd ex una ſpecie metalli poteſt alia ſpecies transferri, ut aurum vel argentum, nec hoc eſt inconveniens Nam videmus aliquando ex re mortua produci vivam, ut in vermibus producentibus ſericum, & ex herba pro-*

duci vitrum: multò magis in metallis, in quibus maior eſt convenientia. Deinde multa ſubjicit ac tandem concludit: *Cùm ergo ars imitetur naturam, ff. de adopt. lege adoptio. non videntur Alchymiſtæ peccare, ſi per virtutem herbarum, lapidum vel elementorum, faciunt de ſtanno argentum, nam cùm ſint ex eodem principio, in ſimilia, in habentibus ſymbolum facilior ſit tranſitus.* Ipſe *Guido Papa in ſingul. 388 ff. de his,* ſic quæſtionem reſolvit, cùm dicit: *De his, qui faciunt Alchymiam, utrum debeant puniri? Dic, quòd non, dum tamen faciunt ſine aliqua falſitate materiæ vel formæ, quia eſt ars pro ingenio adinventa, tanquam à Philoſopho.*

Qui plura deſiderat, legat *Oldradum in conſil. Ioan. Andr. Ioannem de Platea, Albertum Brunum, Andream Iſerinum, Franc. Hottomanum, & complures alios, qui doctiſſimè pro veritate artis tuenda conſilia ſua explicarunt.*

Quid igitur reſtat, quam ut concludamus; Artem illam eſſe certam, quam ut ſupra diximus *Hermes Triſmegiſtus* veram ſine mendacio, certam, veriſſimam appellat, & quam probant *Plato, Euſtachius, Suidas, Solinus, Strabo, Plinius* ac innumeri alii, quorum plurimos ſuprà recenſuimus, quibus fidem derogare ſit nefas.

N. II. Unde ſit

Proprietates à Philoſophis materiæ ſuæ tributas ſali præſertim convenire.

Pro fundamento futuræ diſputationis ſumam verba illa *Raymundi Lullii* quæ à quovis ſagaci medico meritò diligenter ſunt notãdã, quamvis ſagaci medico meritò diligenter ſunt notanda quamvis paulò craſſiore locutionis Minerva prolata videantur. Velle præſervari (inquit ille) per rem putridã, & corruptibilẽ, & reformari per rẽ fœdã, & deformitati ſubjectam, & velle facere incorruptibile per rem corruptibilem, & infirmum curare per rem infirmam, eſt phantaſticum & inane. Unde *Rogerius Bacho in libro ſuo de retardatione ſenectutis*, materiam ex qua ſuam præparabat medicinam, colore, durabilitate, conſervatione, & incorruptione deſcribit. Nam illud conſervat (ait) quod diu conſervatur, & id corrumpit, quod citò corrumpitur. His regulis univerſalibus addiderunt & iſtud; quod omnes veri philoſophi unanimiter fatentur: nempe *materiam ſui elixiris, aut magnæ illius medicinæ eſſe animalem, vegetalem, & mineralem, abjectæ naturæ viliſque pretii; quæ ubique reperiatur*, etiam in fimetis, & jumentorum ſtabulis, adeoque in ipſo homine, & quæ naſcitur in medio mari, quæ liquefit, atque induratur facillimè. Sanè verò, cui potius rei, totius univerſi has qualitates proprietateſque tribuant omnes, quàm *ſali primo illi motori*, atque *balſamo naturæ univerſali*, non video. Hæcque eſt ratio cur ars illa antiquitus dicta ſit halchymia, quaſi dicas ſalis fuſio: & artifices qui eam tractarunt Halchymiſtæ: ſicque vocatur, & medicina, quæ quæritur, & cui prædictæ omnes proprietates attribuuntur, nempe ſal. Nàm cui potiùs illæ qualitates omnes tribuantur, quàm unico & ſoli ſali?

1. Proprietas conſervativa.

2. Animalem, vegetabilem & mineralem.

Sal I. motor ac Balſamus Naturæ univerſalis

Sal eſſe animale

Quid? *an non animale quid eſt, ſal,*

cùm

Digitized by Google

1. Ineſt animaliũ excrementis

2. Appetitur ab animalibus ceu balſami ſui conſervativum.

cum eo videamus, & urinas hominum, & brutorum turgere? quando videmus eo tantopere illici, & boves, & arietes, cæteraque id genus bruta, qui ſal tantopere, & inſtinctu quodam naturali appetunt, tanquam balſamum, quo præſervantur, conſervantur, & vegetantur? Appetunt, inquam, appetunt, huicque inhiant, & vel ex muris atque antiquiſſimis ruderibus halitu ſuo exhauriunt, & lingva lingunt: & columbæ, aliæque aves noſtro curioſo perquirunt, etiam in locis fœculentis, & hominum excrementis, atque urinis abundantibus. Et quando tam manifeſtè appareat, *tot genera piſcium generari atque nutriri in mari ſalſo*, mirum judicia hominum adeò perverſa eſſe, atque perturbata, ut non agnoſcant, aut agnoſcere nolint admirandos effectus balſami hujus naturæ radicalis! Et quis non mirabitur *proprietates, qualitateſque* (ut ita loquar) *virtuales ſalis*, atque adeò ejus, qui extrahitur ex ipſis animalibus, quas præbet liquefaciendo, detergendo, adſtringendo, incidendo, penetrando, ab omni corruptione præſervando atque adeò attrahendo, purgando, & evacuando? An non ſufficiant hæ facultates omnes, aliæque plures, quarum ſuprà meminimus, quibus demonſtretur ſal eſſe animale? Eoque id magis, quod ſummi fuerint philoſophi, qui Magnetem propter ſolam vim attractivam ferri dixerint animatum? Quot vires atque facultates iſta longè majores, immò magnificas deprehendemus in ſale, ſi omnes diligenter & ad amuſſim perveſtigaverimus? Quid majus, quid admirabilius ſale urinæ hominis? quæ poſt convenientem præparationem apta redditur ad diſſolvenda magna illa duo luminaria, ſolem, & lunam? Quæ ſympathia hæc ſua, atque concordantia ſatis produnt, & in apertum dant attractionem, & virtutem magneticam, cauſatam ab eorum conjugio, & copulatione. Quis non ſuſpiciat admiranda, quæ obſervantur, atque eveniunt in ejus præparatione, & exaltatione, ſive reſpicias tot colorum varietates, ſive coagulationes, atque diſſolutiones, quando ſpiritus redit in corpus, & corpus rurſus tranſit in ſpiritum? Non vanè *Chriſtophorus Pariſienſis*, magnus ille philoſophus hinc operis ſui ſubjectum, atque fundamentum exorſus eſt. Ut ſatis jam ſicut opinor, nunc conſtet prædictum noſtrum ſal dici poſſe animatum.

Piſces generantur & vivunt in ſalſo mari.

Ex proprietatibus.

Eſſe vegetabile probatur 1. Ex operibus exercitis.

2. Sed ut pateat æquè *eſſe vegetale, atque animale*, nimirum non exutum eſſe, ſeu privatum facultate vegetativa, vel inde dijudicari poteſt, quod primum ſit in natura movens, quod creſcere facit, multiplicare, adeoque omnium rerum generationi inſervit, ut non ſine cauſa cum Poëtis, atque priſcis philoſophis dicatur, Venerem matrem, & principiſſam omnis generationis, & ſpuma maris ſalſa eſſe progenitam: id quod etiam confirmat *Athenæus*. In hunc finem à Græcis ἁλιγενὴς

Digitized by Google

ſignificatiſſimo vocabulo fuit appellata.

Et magis etiam confirmat hanc ſententiam generatio pretioſiſſimarum perlarum in conchis, & corallii ex intimis ſaxis emergentis, & in brachia, & ramos inſtar arboris divaricati. Hi effectus ſunt, quos ignis ille naturæ, nempe ſal, producit, etiam in medio frigidiſſimæ aquæ.

Sed videamus quoque quid operetur in terra. Nempe calefacit, impingvat, immò animat, fortificat, & roborat, auget, & virtutem vegetantem in ſingula ſemina diſpenſat. Nam quid aliud eſt terræ impingvatio, quæ efficit, ut granum unicum producat centum, quàm ſtercoratio quædam, & expanſio fimi, atque urinarum, à beſtiis prodeuntium? Quid aliud primo vere, poſtquam Sol exaltatus eſt ad ſignum Arietis, (quod ſignum eſt caſus Saturni, & domus Martis ſigni prorſus ignei) terram vegetat, & aperit, quàm elevationes, ſublimationeſque ſpirituum prædicti ſalis, & balſami naturæ? Hic eſt, qui vivificat, qui calorem impertit, qui creſcere, qui prata & campos ridere facit, denique qui ampliſſimum, univerſaliſſimumque illum vigorem producit.

Sed quis non hoc in ipſo etiam aëre videt, per ſublimationes ſpirituum ejuſdem ſalis naturæ, qui eodem anni tempore in aërem ſublevati roris in ſpeciem decidunt ſupra frumenta, atque ſtirpes omnes? Quid, inquam, per hæc ipſa non eoſdem vegetationis effectus, quæ fit à ſale, manifeſtè percipit? At rorem non eſſe ſpiritum prædicti ſalis, immò ſalſum vel inviti, nec ſine pudore fateantur, qui ſe egregios philoſophos cenſent, quando videant à veris philoſophis ex rore elici diſſolvens corallos, atque perlas: haud ſecus, quàm ex ſale communi, ex ſale petræ, nitro, aut aliis ſalibus idem paratur in eundem finem. Sed hæc plus ſatis ſunt nota.

2. Reperitur in omnibus vegetabilibus.

Idem præterea ſal meritò quoque vegetale dicere poſſumus ex eo, quod manifeſtè reperiatur in omnibus vegetabilibus: & quod ea in quibus dominatur maximè, longioris ſint vitæ, atque durationis, temporum injuriis magis reſiſtant, & effectus vegetabiles, vel in propria ſua natura, vel in eorum uſu manifeſtius oſtendant.

Sal eſſe metallicum ſ. minerale probatur. 1. Ex ſympathia mutua.

3. Jam verò ſal quoque eſſe *metallicum*, ſeu *minerale*, notum illud eſt ſatis. Atque eò quidem notius illud eſt cunctis, quod tam varia, atque diverſa genera ſalium reperiantur in viſceribus terræ, cujuſmodi ſunt ſal gemmæ, alumen, vitriolum, ſal nitrum, & cætera id genus, quæ omnia ſunt naturæ metallicæ, aut certè de ea plurimum participant. Philoſophus verò hoc altius indagare poteſt ex diverſis aquis fortibus, quas parare novit: quæ nihil aliud ſunt, quàm ſpiritus prædictorum ſalium, qui vim habent diſſolvendi, & in aquas reducendi corpora metallica, ut cuivis ferè notum eſt.

Per

Digitized by Google

Per hanc, inquam, diſſolutionem perſpicere poſſumus concordantiam atque συμπάθειαν iſtorum ſalium cum natura metallica. Nam quia ſimilia ſunt optimè miſcentur, ſe mutuò pervadunt, conjunguntur, atque uniuntur, ſimili diſſolvente, ſibique aſſociante ſimili: quippe aquæ fortes nunquam agent in ligna aliamve materiam, quæ non ſit de natura metalli. Ut veriſſimè dictum ſit à magno quodam philoſopho: *Natura amat ſimile, & in ſua natura gaudet*.

Et ab alio: In habentibus ſymbolum, facilis eſt tranſitus. Sulphur, & alia, quæ de natura ſunt oleaginoſa, citius, & melius diſſolvuntur oleis, ut therebinthinæ, ant lini quod ſuaviſſimum eſt, quàm magna illa vi, & violentiſſima acrimonia aquarum fortium: quę nihil aliud ſunt, quàm ſpiritus ſalium; & per conſequens non multum conveniunt cum ſulphure, quod eſt principium ipſis contrarium.

2. Funditur ac diſſolvitur ut metalla.

Ampliſſimus hic eſſet diſputandi campus, ſi res & occaſio illud permitteret: ſed hoc reſervamus in alium locum, & tempus. Nunc verò redeamus ad ſal noſtrum: quod ſi ab igni vehementiori fundi, atque diſſolvi, haud ſecus, ac aurum, atque argentum, & rurſus refrigeratum coagulari in maſſam, ſicut metalla, demonſtravero, ſine dubio pulchrè patebit, ſal eſſe de natura metallica. Atqui fit hoc, inquam: nec tantum in ſale, quod in mineris, atque terræ cavitatibus reperitur, ſed in ipſo etiam ſale maris. Quod cum notius ſit vel mediocriter in anatomia metallica verſatis, quàm ut à me pluribus demonſtrari conveniat, ne verbum quidem amplius addam. Quamvis ex hac demonſtratione ὅτι plus ſatis evidens fiat axioma illud *Ariſtotelis* eſſe falſum, quo dicit: Quæ à calore coagulantur, frigus diſſolvit: & è contra. Id quod tamen ei ex una parte concedimus: probè gnari ſal, quod à calore Solis coagulatur, in aqua frigida diſſolvi. At fateatur oportet, & ille quod verum eſt, ſal à vehementia caloris ignis diſſolvi, fundi, ac fluxile reddi, ut in maſſam fuſilem projici poſſit, haud ſecus atque metalla. *3. Elicitur ex metallis.* His accedit, quod *ſalia ex omnibus metallis calcinatis elici poſſint*; quæque eodem prorſus modo diſſolvuntur, filtrantur, atque coagulantur, ac alia ſalia, ſive vulgaria, & non fuſa, ſive vi caloris jam fuſa, ut ſuprà docuimus, quinimo ex ℔. j. plumbi calcinati decem atque duodecim uncias ſalis elici poſſe, id vel ſemeſtri chymico notum eſt. Quæ omnia ſufficienter demonſtrant, atque convincunt ſalis naturam eſſe metallicam, atque adeò metallum nihil eſſe aliud, quàm ſal quoddam fuſile.

Ex dictis itaque facilè patere arbitror, quomodo *ſal ſit animale, vegetale, & minerale*, ac proinde convenire cum eo, quod omnes Philoſophi unanimi conſenſu ſtatuunt, de materia; atque ſubjecto medicinæ univerſalis. Ad quod faciunt cætera ſigna; quibus, quamvis obſcuriſſi-

ſcuriſſimè prædictam materiam ſuam deſcribunt. Quæ omnia planè conveniunt naturæ ſalis: cujusmodi ſunt, eſſe vilis æſtimationis: reperiri in omnibus, adeoque in nobiſmetipſis, quod abundè manifeſtè patet: cum nihil ſit in hoc univerſo mundo compoſitum, ex quo, ac omni quidem tempore ſal extrahi non poſſit.

NOTA. III.

In ſale è terra elicito tria rerum omnium principia contineri.

Specialim probatur thema. Sed ut ea, quæ in genere diximus, deinde etiam particularius demonſtremus nempe ſal participare de natura animali, vegetali, & minerali, utemur exemplo vulgari, & prorſus communi, quod tamen exactè atque diligenter perveſtigatum, atque conſideratum à vero philoſopho, inſigne eſt myſterium. Quod etſi erutum ex terra, poſſit tamen elevare oculos noſtros in cœlum. *De nitro*, inquam, ſeu *ſale petra*, quod vocant, hic mihi futurus eſt ſermo. Mitto nunc deteſtandum atque pernicioſiſſimum uſum ejus inventum ad interitum hominum: quamvis, ut ingenuè fatear, ſummam admirationem mereatur, quod tantos, & tam incredibiles producat effectus, dum nobis in inferioribus his, haud ſecus, ac in ſublimi æthere repræſentat fulgura, fulmina, atque tonitrua. Sed ſi conſideremus quid ſit, & quale in ſua natura, & compoſitione, quàm diverſæ facultates, qualitates, atque effectus ſint in re tam vili, tamque trita, procul dubio immenſo mirandorum cumulo obruemur.

Fit & componitur nitrum ex terra matre ejus, quæ id producit: *Sal eſſe animale.* vel ex cœmeteriis, materiis ſtabulorum fimetis, aut ejus generis terris, & liquoribus pinguibus, animalium ve urinis inebriatis potius quàm è terra macilenta, exucca, vel pluviis aliave ſimili cauſa humore illo radicali exuta. Ex terra columbariorum, columbarumque fimo omnium copioſiſſimè extrahitur: & tale nitrum evadit optimum, cæteriſque omnibus præſtat, quod notatu eſt digniſſimum. Quod dictum ſit, ut appareat nitrum participare cum excrementis, atque urinis animalium. Urinæ ſiquidem nihil ſunt aliud, quàm ſeparatio ſuperflua ſalis vegetabilium, à quibus animalia nutriuntur, & vivunt. Ex quo patet, quomodo prædictum ſal in genere participet de natura animali, & vegetabili. Nam quod *Vegetabile.* ad mineralem pertinet, de ea à nobis dici non maximopere attinet, niſi addere velimus illud, quod ſit *Minerale.* extractum ex terra: quæ ratio eſt cur ſal petræ vocitetur, cum magis propriè diceretur ſal terræ. Sed pergamus.

Natura ſubminiſtrat arti materiam, ex qua componitur ſal petræ, quam ars per ſe facere nequit, non magis certè quàm natura ſal petræ purum, ſeparatumque ab omni terre-

terreſtritate (ut ſic loquar) atque heterogenea ſubſtantia reddere poteſt: nam ut eoſdem producat effectus, quos producit illud, quod artificium induſtria paratum eſt. Hi ſiquidem terram eligunt convenientem, & ex locis opportunis ſibi cognitis, & aqua communi calida iteratis vicibus filtrata, ſeu tranſcolata, per illam terram, ut fiunt lixivia: fit ut cum ea miſceatur ſalſugo, quod ſalium omnium eſt proprium: De quo lixivio, ſi duæ tertiæ aut circiter, ad ignem exhalentur & reliquum refrigeſcat, ſal condenſatur in glaciem, ex qua artifex nitrarius opus ſuum perficit, purificatione facta, iteratis diſſolutionibus, & coagulationibus, ut pinguedinem (quam vocant) exuat omnem. Hoc opus commune admodum, & vel vulgo notum, vereque mechanicum, ſi probè conſideretur, ac perpendatur, admirationis eſt plenum, uti jam dictum.

Nam ipſa ea præparatione *tria principia eliciuntur ex terra*, quæ à ſe invicem poſſunt ſeparari, & nihilominus omnia tria conſiſtunt in una eademque eſſentia, ſuntque tantum proprietatibus, ac viribus diſtincta, in quo manifeſtatur, & ad quod aliquo modo referri poteſt incomprehenſibile illud myſterium de tribus perſonis in una, eademq; hypoſtaſi, quæ divinam conſtituunt Trinitatem. Voluntq; ſummus ille creator manifeſtari unitrinus, ſeu triunus, non tantum in eo, quod reperitur in natura terræ, ſed in omnibus etiam totius creationis operibus. Siquidem comparatio hæc noſtra ſalis terræ generalis eſt, & ubique reperitur atque in rebus omnibus. Ut non malè fortè hanc comparationem accommodare poſſimus ad ineffabile illud magnumque myſterium Trinitatis: haud ſane minus, quàm veteres, qui, ut captui ſe noſtro accommodarent, fontem cum rivulis, aquam cum vapore, qui ab ea ſublevatur: arborem cum ramis: ſemina cum plantis contulerunt, tantum ut oſtenderent generationem Filii, qua ratione procedat à Patre. Qui per communicationem totius divinæ eſſentiæ, abſque omni disjunctione, diviſioneque progenuit Filium ſuum generationis modo inenarrabili. Unde occaſio oborta prædictis patribus ſanctis, ut ejuſmodi comparationibus uterentur, quibus aliquo modo nobis manifeſtarent id, quod ſua natura eſt incomprehenſibile. Sic quoque in prædicta noſtra comparatione ſalis videre licet tres diſtinctas naturas, quæ tamen ſunt, atque ſubſiſtunt in una eademque eſſentia. Nam prima natura eſt ſal commune *fixum*, & conſtans: & altera ſal volatile, quod ſolum & unicum quærit nitrarius. Quod volatile ſal, duo genera ſalis volatilis continet: alterum *ſulphureum*, facillimè concipiens flammam, quod nitrum vocant: alterum *mercuriale*, aqueum, acidum de natura ſalis armoniaci participans. Quapropter in communiſſima illa terræ eſſentia ſub una eademque natura hæc tria diſtincta

1. Fixum.
2. Sulphureum flagrabile.
3. Mercuriale.

diſtincta ſalia reperiuntur, de quibus omnia quotquot ſunt vegetabilia atque animalia participant. Atque in his tribus tanquam fundamentis collocamus tria noſtra principia hypoſtatica, de quibus obiter aliquid dicendum eſſe judicavimus, quod ab iis fundamenta, ac utriusque medicinæ principia dependeant.

Quare ut magis, atque diligentius ab unoquoque præſertim ſapiente, quàm hactenus factum, tam immenſa doctrina conſideretur, oſtendam, & quaſi ob oculos ponam tres illas diſtinctas ſalis naturas, unica, ut jam dictum, ὑποστάσει comprehenſas.

Nam Nitrarius, ut ſal ſuum petræ efficacius, volatile, & ad concipiendam flammam reddat aptius, detrahit ei pinguedinem, (ſic loquuntur) hoc eſt tollit, & ſeparat ejus ſal, quod idem prorſus eſt, ac ſal marinum, vel commune quod diſſolvitur in aqua communi: è contra ſal petræ (quod vocant) conglaciatur in fruſtula talia, qualia conſpiciuntur: atque ita fit ſeparatio viſibilis duorum ſalium. Quippe aqua (in qua diximus ſal commune diffuſum diſſolutumque contineri) evaporata, in fundo ſubſidebit ſalis portio, ad noſtrum ſal accedentis, vel ejuſdem potius ſpeciei, atque naturæ cum marino, vel communi. Nam eaſdem poſſidet qualitates ſalſuginoſas, fixum eſt, nec ab igne diſſipatur, neque flammam concipit, ac proinde prorſus diſtinctum eſt ab eo quod coagulatur in eadem aqua, quod ſal petræ dicitur. Quæ res ſanè meretur, ut diligentiſſimè conſideretur non à mechanicis, & rerum ignaris hominibus, ſed à philoſophis, ſi modo tales & eſſe, & haberi velint.

His manifeſtum fiet ſal, quod natura, & qualitate ſua, ſecundum communem philoſophorum opinionem eſt calidum, & ſiccum, immò ſal ſulphureum, atque igneum, flammamque concipiens, quale eſt ſal petræ, in aqua coagulari, in qua reliqua ſalia diſſolvuntur, haud ſecus ac ſal ipſum, quod ab ejuſdem met ſalis petræ eſſentia proceſſit, in aqua diſſolvi diximus. Non igitur abſque cauſa ingenti conſideranda venit admiranda ſalis petræ natura, quæ duas partes volatiles in ſe complectitur: *ſulphuream* alteram, alteram *mercurialem*. Pars ſulphurea eſt ejus anima: mercurialis, eſt illius ſpiritus.

Sulphurea accedit ad primum illud movens naturæ, quod *nihil eſt aliud, quàm ignis æthereus, qui non calidus eſt, aut ſiccus, non conſumens ſicut ignis elementaris: ſed ignis quidam cœleſtis, humor aereus, calidus & humidus*, & talis quidem, qualem ferè cernere licet in aqua vitæ, ignis, inquam, contemperatus, vivificus, quem in vegetabilibus appellamus animam vegetantem, in animalibus humidum, & calidum radicale, emphytum, ſymphytumque calorem, verum nectar vitæ, qui ſi deficiat in aliquo ſubjecto ſive animali, ſive vegetabili, illico mors conſequitur.

1. Sulphuream. 1. movens Naturæ. Ignis æthereus.

Quod

Quod quidem non alia de cauſa evenit, quàm ex ſolo defectu vivifici hujus caloris, qui modò vitam reſtaurabat, & conſervabat. Idem calor vivificus reperitur etiam, licet obſcurius in mineralibus: quod faciliùs comprehendi poteſt ex ſympathia, & concordantia, quam ſal illud petræ habet cum metallis, ut videre eſt in diſſolutionibus, de quibus quædam attigimus ſuprà.

a Mercurialis acidus.

Præter partem illam ſulphuream, reperitur etiam in ſale petræ *ſpiritus quidam mercurialis*, qui quidem eſt de natura aërea, & qui tamen flammam concipere haud poſſit, ſed huic potius contrarius. Hic ſpiritus in qualitate ſua non eſt calidus, ſed potiùs frigidus, ut reſtatur ejus *aciditas*: quæ aciditas, atque frigiditas mira prorſus exiſtit, & longè diverſa ab elementari: quippe quæ *diſſolvere poſſit corpora, & coagulare ſpiritus*, haud ſecus ac coagulat ipſum ſal petræ: quæ *aciditas generalis eſt cauſa fermentationis rerum omnium naturalium.* Hic ipſe ſpiritus acidus reperitur quoque *in ſulphure*, ejuſdem qualitatis nec urens, nec flammam concipiens, & qui ſulphur quod alioqui ſtudium eſſet ut oleum coagulat, atque firmum reddit. Hoc ſpiritu inter omnia ſalium genera maximè abundat vitriolum, quippe quod de natura Veneris: quem acidum ſpiritum (mercurius mobilis, ac ſemper tamen tendens ad ſuam perfectionem, hoc eſt, coagulationem atque fixationem) probè novit eligere, ſibique attrahere, ut

Fermentans, diſſolvens, coagulans.

figatur, atque coaguletur: quando cum ipſomet vitriolo permiſcetur & ſublimatur. Haud ſecus ſanè, atque apes, mel ſugunt ex floribus, ut inquit Ripleus. Denique hic ſpiritus acidus atque frigidus, cauſa eſt, cur ſal petræ igni injectum, ſulphureque ejus accenſo, crepitum edat: ut ſal petræ de eorum numero ſit, quæ Ariſtoteles contrario motu alicubi moveri ſcripſit: quæ ejus verba diligenter ſunt perpendenda.

Sed quam denique aperio portam horti Heſperidum tam apertè loquens de ſale petræ? quem liberum aditum præbeo ſtupidis, atq; ignaris, quem ſolis ſapientibus, ceu muſarum cultoribus apertum eſſe decet? Ne idcirco decipiamini quæcunque eſtis curioſorum ineptiorum ingenia, ſumendo verba mea ad literam, ut ajunt; *Sal petra philoſophorum, aut ſal fuſile*, quod ab omni ævo Halchymiæ dedit nomen, non eſt ſal petræ ſeu nitrum illud vulgare: nihilominus tamen hujus compoſitio, admirandaque natura, eſt ceu exemplar quoddam, & regula Lesbia operis noſtri. Quamvis ea de re clariùs & manifeſtiùs locutus ſim vobis, quàm ullus eorum, qui me præceſſerunt, non quod improbem iccirco illorum rationem ſcribendi, ſed ut probem, atque defendam. Ac magis certè illis fuit integrum ita ſcribendi, quàm priſcis illis philoſophis Pythagoreis, & Heraclæis: (quod tamen de rebus non tanti momenti, tantiſque myſteriis,

N. Autor loquitur de ſale philoſophorum.

calorem naturalem ſeu humidum, ſubſtantificum corroborat ac confirmat. Eſtque veluti (ut ſcribunt propemodum omnes) medicinale corpus univerſale, ad quod omnes Medicinarum particularitates (ut ita loquamur) reductæ ſunt ac infuſæ, propterea quod illa eſt quinta veluti natura quędam à Philoſophis inducta, ſive eſſentia, ſive anima tenuiſſima, purgatiſſima, putrefactioni ſeu corruptioni diutiſſimè plurimumq; reſiſtens, ſoluta omni concreatione mortali, cœleſtis ſimplexque elementorum ſubſtantia, ſublimatione illa chymica ad hanc ſpiritualem naturam adducta, ut Platonici idæas à materia ſeiunctas ſubſtantiaſq; exiſtimaverint. Quam tamen Medicinam nolumus prorſus incorruptibilem affirmare, cum ex rebus naturalib. fiat & conſtet: attamen ad eam ſubtilitatem & tenuitatem & ſimplicitatem ſpiritualem redacta eſt, ut heterogeneum nihil in ſe continere videatur à quo corrumpi poſſit, quo fit etiam ut ægrotis exhibita eos longo tempore in ſanitate conſervet. Quo quidem Philoſophi omnes reſpexerunt, eiq; perquirendæ ac inveſtigandæ ſeſe totos addixerunt, non ut ex imperfectorum metallorũ in perfecta mutatione diteſcerent, quùm multi eorum paupertatem amplexi ſint, ac coluerint, ſed ut languores & morbos hominum curarent, vitamq; illorum diuturna in ſanitate ad præſcriptum à Deo terminum citra ullam offenſam tuerentur & conſervarent.

Dubitabis ne adhuc, an quinta eſſentia extet nec ne. Audi quid ſcribat inſignis quidam Philoſophus. *Hæc medicina*, inquit, *eſt ſpiritus vitæ penetrans omnes alios ſpiritus, præbens vitam, tincturam & perfectionem, tàm corporibus animatis, cùm ſit ſubſtantia ſubtilis ac ſpiritualis naturæ, multarum virtutum & virium occultarum.*

Et ſi de veritate huius medicinæ, eſſentiæ quintę ſcilicet aut lapidis Philoſophorum, & artis Spagyricæ amplius dubitare, & de eius antiquitate ambigere quis velit ut eluamus fucos graves Philoſophos ac ſapientes opponemus, non tantùm noſtri ſeculi, ſed priſci etiam illius ævi. Ac inprimis audiat ſummum illum virum ac Philoſophum Hermetem Triſmegiſtum, in ea exercitatiſſimum, veriſſimam ac certiſſimã artem Spagyricam affirmaſſe, cùm ſic ſcribit in ſua tabula ſmaragdina: *Verum ſine mendacio certum veriſſimum id quod eſt ſuperius, eſt ſicut id quod eſt inferius, & quod eſt inferius eſt ſicut id quod eſt ſuperius, ad perpetranda miracula rei unius. Pater eius eſt Sol, mater eius eſt Luna. Portavit illum ventus in ventre ſuo, nutrix eius eſt terra, & vis eius eſt integra, ſi verſa fuerit in terram. Sic habebis gloriam claritatis totius mundi. Ideò fugiet à te omnis obſcuritas.* Hinc totam artem potes addiſcere, ſi vales ingenio, & fugiet à te omnis obſcuritas. Ex hoc fonte omnes alii Philoſophi ſuas experientias hauſerunt, nõ tantũ in lapide Philoſophico ad metalla transformanda, ſed etiam ad univerſalem illam Medicinã ſeu quintam eſſentiã extrahendã, quæ omnib. infirmitatibus mederetur ad quam potiſſimùm reſpexit Hermes.

Ad

Digitized by Google

Ad eam ſpectarunt omnes omnium Poetarum Hiſtoriæ, quæ ideò dictæ ſunt Fabulæ, quod fictis narrationib. & multis verborum involucris ac ſub fabulis rem tàm nobilem ac pretioſam tegerent ac vulgo occultarent. Qualis eſt peregrinatio Jaſonis in Colchos, ad vellus aureum reportandum. Quales etiam fabula de hortis Heſperidum aurifero nemore pretioſis, ubi draco pervigil cuſtos ac obſervator, malis aureis conſervandis invigilabat, quem Hercules dicitur interfeciſſe, & aurea poma ad Euriſtheum retuliſſe. Quæ quidem figmenta Euſtathius & Suidas celeberrimi autores Græci de arte chymica interpretati ſunt, cuius quidem artis tàm nobilis virtutib. ac effectis multi leproſi, epileptici, hydropici, paralytici priſtinæ ſanitati ſunt reſtituti. Cuius rei fidem faciunt Albertus ille Magnus Ratisbonenſis, Thomas de Aquino ſummus Phyſicus, & naturæ arcanis indagantis ſagaciſſimus, Arnaldus Villanovanus inſignis Medicus, qui Neapolitanum quendam regem leproſum, auro ſuo potabili, reſtituit: de quo celeberrimus ille Iuriſconſultus Ioannes Andreas ſcripſit in Commentariis in Speculatorem, titulo de falſis, ſe eum nempe Romæ vidiſſe ante ducentos & aliquot annos aurum optimum & omni examinis judicio probatiſſimũ facientem. Quid de Paracelſo dicemus, in quem tantoperè inſultas, quẽ conſtat ex epitaphiis, à doctiſſimis viris in eius obitum conſcriptis, dira illa vulnera, lepram, podagram, hydropiſin, aliaq; inſanabilia corporis contagia mira arte ſuſtuliſſe. Notiſſimum eſt, illum publicè ſpectante populo Norinbergæ intra paucos dies leproſos novem ad integram ſanitatem revocaſſe, quod idem à nonnullis eius diſcipulis præſtitum eſt. Sed quid mirum, cùm tantæ ſint quintæ eſſentiæ aut lapidis Philoſophici virtutes, quãtas ſuprà commemoravimus? Redeamus ad Philoſophos, qui Hermetem ſecuti arti ſpagyricæ ut omnium nobiliſſimæ inſudarunt. Hanc Zoroaſtes, Democritus, Pythagoras, Plato, Ariſtoteles, Anaxagoras, atq; infiniti alii ſummi Philoſophi probarunt & ſequuti ſunt. Quid non & Chaldæi, Hebræi, Ægyptii, Græci, Arabes, ſuis idiomatib. de ea ſcripſerunt, & encomia ediderunt? Ac ut vetuſtiores omittamus, quorum ſcripta plurima exciderunt, vide Anonyme quot & quanti Philoſophi Arabici, Græci & Latini de ea ſcripſerunt.

Arabicè ſcripſerunt Geber, Markos, Yrid, Habebaca, Yeſid Conſtantinopolitanus, Avicenna, Albumazar, Haly, Phaſes, Alphidius Morienus, Talid Babylonius, Chora, Carab, Adros, Seneca ad Adros Regem Arabiæ.

Græcè ſcripſerunt Olympiodorus Alexandrinus, Oſthanes, Pelagius Africanus, Zoſimus, Iſaac Monarchus, Theophilus Sineſius, Blenidas, Ptolemæus, Euclides, Apuleius, Heliodorus ad Theodoſium, Dardanus, Demetrius, Democritus, Ariſtoteles *de mineralib.* Ab bugazul, Platonis præceptor. In hac arte Plato junior peritus etiam fuit, cuius aphoriſmus Hamech & Seneca ſcholiis illuſtrarunt.

Latinè ſcripſerunt Roſinus, Florus, Ephiſtus Joannitius Almazatus, Bernardus Comes Tremerus, *qui turbam Philoſophorum collegit*. Raymundus Lullus, Arnaldus Villanovanus, Joannes de Rupeſciſſa, Clemens de ſecretis animæ, Gilbertus Cardinalis, Ægidius Eremita, Andromicus Epiſcopus, Magiſter Hoſpitalis, Petrus & Durandus Monachi, Valerandus de Boſcho, Theodorus, Petrus Villanovanus frater Arnaldi, Thomas *de eſſentiis eſſentiarum, & eiuſdem breviloquium*, Scotus, Stephanus; *qui librum ſcripſit de magna & ſacra ſcientia*, Joannes Daſtinus, Anglus, Ripleus, Scotus, Iſaacus Holandus, Rogerius Baccho, Guillermus Pariſienſis, Chriſtophorus Pariſienſis, Dumbeleius, Abriſius, Martianus, Bernardus de Grania, Joannes de Viterbio, Richardus Anglicus, Bonus Ferrarienſis, Janus Lacinius, Picus Mirandula. Taceo reliquos innumerabiles.

Ergo dubitaret ne quiſpiam de arte, an ſit nec ne? de eius antiquitate, ac de virib. & admirandis eius effectis? Si autem eos noſſe velit, qui perfectionem iſtius artis aſſecuti ſunt, & cuius vi admiranda præſtiterunt, legat *Avicennam chymicum lib. de anima, & Vincentium in ſpeculo naturali*, ubi enumeratos illos comperies, ad quorum imitationem induſtriam tuam compone. Quid enim elegantius, ac utilius diſcat Medicus, quàm ſpiritus metallorum & mineralium extrahendi ſcientiam? Quid præſtantius quàm ſubtiliſſimos ſales herbarum qui ſuis aquis denuò reddantur, coagulentur, ſolvantur, & tandem perfectè fixentur, præparandi rationem callere? quàm rerum eſſentias elicere? Nunquid hæc doctorum opera, labores & exercitationes eſſe oportere teſtantur celeberrimi illi Philoſophi Medici, Marſilius Ficinus, Amydenus, Riſſius Bulcaſis, Petrus Aponenſis, Viſtadius Manardus, Fernelius, Cardanus?

Sed *Cardani* teſtimonium non pigebit huc inſerere, cùm ad rem maximè faciat. Quod tamen, inquit, permutari metalla poſſint, multis viſum eſt ob experimentum æris, jam ſuperius adductum. Videntur etiam permutare colorem & pondus ob ignem, quare & ſubſtantiam veriſimile eſt poſſe permutare. Creditum eſt etiã quoſdam id feciſſe, ut apud illuſtriſſimum Venetorum Principem, paucis ante annis aſſiſtentib. ſapientib. civitatis à quodam Taruiſino Pharmacopola, cuius rei manent adhuc veſtigia. Cumque herbarum ſpecies quædam invicem permutentur, haud mirum videri debet metalla permutari poſſe. Verum (poſtea addit ut inexpertus) non omnia poſſunt invicem permutari (deinde ſubjicit) ſolum illud dubium eſſe, an argentum in aurum poſſit mutari, quod fieri poſſe exiſtimo. Nam argento, ut aurum fiat deſunt denſitas, ob quam ponderoſius fieri oportet, & color. At hæc metallo addi poſſunt. Si denſius reddatur argentum, pinguedo abolebitur, & ignibus melius reſiſtet, atque ut dixi pondus acquiret. Hæc ex *Cardano* quem experientia rerum magiſtra ita eſſe docuit, verum dum ad

truti-

trutinam ſuæ rationis vult artificium illud expendere, ibi hæret incertus, (etſi veritatem ab illo extorqueat aſpectus artificii) immemor Alberti illius magni ſententiæ dicentis: *De tranſmutatione horum corporum metallicorum, & mutatione unius in aliud non eſt Phyſici determinare, ſed artis, quæ eſt Alchymia.* Sed de his ſatis, hoc unum addam in corollarium: ſi nulla ſit ars Chymica, aut incerta vel falſa, Suidam autorem gravem, cum multis aliis mendacii perfricta fronte inſimulatur, qui ſcripſerit, Chymiam eſſe auri & argenti confectionem, cujus libros omnes Diocletianus, ſubacta Ægypto, perquiſitos exuſſerit, ne iis amplius confiſi, ex affluentia pecuniarum: quam inde ſibi comparabant Ægyptii, novas res in imperium Romanum molirentur, & ab eo deſciſcere ſinerent. Quod ſi ea aſſerenda eſſet, Juriſconſultorum doctiſſimorum judiciis ac ſententiis, dies nobis deficeret ad eorum ſententias citandas in veritatis ejus & antiquitatis confirmationem.

Iuriſconſulti. Sic enim *Oldradus Iuriſconſultus Lib. Conſ. cap. 74. & Ioannes Andreas,* Chymicam artem, quam *Alchymiam* vocant, veram eſſe probant, nec prohibitam, nec metallum unum in aliud transmutari inconveniens eſſe. Videmus, ajunt, quòd quandoque ex re mortua producitur viva, ut licet ex vermibus conſpicere, ex quibus producitur ſericum, & aliis pluribus & ex herba producitur vitrum, multò magis ex metallis, in quibus major eſt convenientia & ſimilitudo. Nam (ut ipſi ajunt, & habetur *in Lib. de Proprietatibus rerum, cap. de Alchymia*) omnia metalla procedunt ex eodem principio, ſc. ex ſulphure & argento vivo. Cùm ergò ars imitetur naturam ar. ff. de adop. l. ſi adopt. non videntur iſti Alchymiſtę peccare. Nam cùm ſint quaſi ex eodem principio ſc. ex ſulphure & argento vivo, in ſimilia, in habentibus ſymbolum, facilior eſt tranſitus. Inſunt enim (ut dicit *Auguſt. Lib. de Civitate Dei*, quem jam citavimus) rebus corporeis occultæ ſeminariæ rationes, quibus cùm data fuerit opportunitas temporalis & caſualis prorumpant in ſpecies ſuis modis & finibus.

Audiamus adhuc ſapientem Juriſconſultum, quid de veritate hujus pronunciet. Sic Fabius de Monte S. Sever. *in tractatu de empt. & vend quaſt. ſ. n.* 8. Quæritur inquit, an Alchymiſta vel faciens Alchymiam puniendus ſit de falſo? *Dicas,* (inquit) *quòd non, quia eſt ars perſpicaci ingenio inventa, ubi expenditur tantum pro tanto & pro tali ſine aliqua falſificatione formæ vel materiæ.*

Albericus de Roſate in diction: in verbo Alchymia, poſtquam utrinq; multa diſputavit, & allatas in contrariam partem quæſtiones expoſuit, ſic tandem concludit.

Nec dicunt (Alchymiſtæ) *unam ſpeciem immutari, non aliam, ut eis imponitur, quia hoc non eſt poſſibile. Sed dicunt quòd ex una ſpecie metalli poteſt alia ſpecies transferri, ut aurum vel argentum, nec hoc eſt inconveniens Nam videmus aliquando ex re mortua produci vivam, ut in vermibus producentibus ſericum, & ex herba pro-*

duci vitrum: multò magis in metallis, in quibus maior eſt convenientia. Deinde multa ſubjicit ac tandem concludit: *Cùm ergo ars imitetur naturam, ff. de adopt. lege adoptio. non. videntur Alchymiſtæ peccare, ſi per virtutem herbarum, lapidum vel elementorum, faciunt de ſtanno argentum, nam cùm ſint ex eodem principio, in ſimilia, in habentibus ſymbolum facilior ſit tranſitus.* Ipſe *Guido Papa in ſingul.* 388 *ff. de his,* ſic quæſtionem reſolvit, cùm dicit: *De his, qui faciunt Alchymiam, utrum debeant puniri? Dic, quòd non, dum tamen faciunt ſine aliqua falſitate materiæ vel forma, quia eſt ars pro ingenio adinventa, tanquam à Philoſopho.*

Qui plura deſiderat, legat *Oldradum in conſil. Ioan. Andr. Ioannnem de Platea, Albertum Brunum, Andream Iſernium, Franc. Hottomanum, & complures alios, qui doctiſſimè pro veritate artis tuenda conſilia ſua explicarunt.*

Quid igitur reſtat, quam ut concludamus; Artem illam eſſe certam, quam ut ſupra diximus *Hermes Triſmegiſtus,* veram ſine mendacio, certam, veriſſimam appellat, & quam probant *Plato, Euſtachius, Suidas, Solinus, Strabo, Plinius* ac innumeri alii, quorum plurimos ſuprà recenſuimus, quibus fidem derogare ſit nefas.

N. II. Unde ſit

Proprietates à Philoſophis materiæ ſuæ tributas ſali præſertim convenire.

Pro fundamento futuræ diſputationis ſumam verba illa *Raymundi Lullii* quæ à quovis ſagaci medico meritò diligenter ſunt notãdã, quamvis ſagaci medico meritò diligenter ſunt notanda quamvis paulò craſſiore locutionis Minerva prolata videantur. Velle præſervari (inquit ille) per rem putridã, & corruptibilẽ, & reformari per rẽ fœdã, & deformitati ſubjectam, & velle facere incorruptibile per rem corruptibilem, & infirmum curare per rem infirmam, eſt phantaſticum & inane. Unde *Rogerius Bacho in libro ſuo de retardatione ſenectutis,* materiam ex qua ſuam præparabat medicinam, colore, durabilitate, conſervatione, & incorruptione deſcribit. Nam illud conſervat (ait) quod diu conſervatur, & id corrumpit, quod citò corrumpitur. His regulis univerſalibus addiderunt & iſtud; quod omnes veri philoſophi unanimiter fatentur: nempe *materiam ſui elixiris, aut magni illius medicinæ eſſe animalem, vegetalem, & mineralem, abjectæ naturæ viliſque pretii;* quæ *ubique reperiatur,* etiam in fimetis, & jumentorum ſtabulis, adeoque in ipſo homine, & quæ naſcitur in medio mari, quæ liquefit, atque induratur facillimè. Sanè verò, cui potius rei, totius univerſi has qualitates proprietateſque tribuant omnes, quàm *ſali primo illi motori,* atque *balſamo naturæ univerſali,* non video. Hæcque eſt ratio cur ars illa antiquitùs dicta ſit halchymia, quaſi dicas ſalis fuſio: & artifices qui eam tractarunt Halchymiſtæ: ſicque vocatur, & medicina, quæ quæritur, & cui prædictæ omnes proprietates attribuuntur, nempe ſal. Nam cui potiùs illæ qualitates omnes tribuantur, quàm unico & ſoli ſali?

Quid: *an non animale quid eſt, ſal,* cùm

1. Proprietas conſervativa.

2. Animalem, vegetabilem & mineralem.

Sal I. motor ac Balſamus Naturæ univerſalis

Sal eſſe animale

1. Ineſt animaliū excrementis. cum eo videamus, & urinas hominum, & brutorum turgere? quando videmus eo tantopere illici, & boves, & arietes, cæteraque id genus bruta, qui ſal tantopere, & inſtinctu quodam naturali appetunt, *2. Appetitur ab animalibus ceu balſami ſui conſervativum.* tanquam balſamum, quo præſervantur, conſervantur, & vegetantur? Appetunt, inquam, appetunt, huicque inhiant, & vel ex muris atque antiquiſſimis ruderibus halitu ſuo exhauriunt, & lingva lingunt: & columbæ, aliæque aves noſtro curioſo perquirunt, etiam in locis fœculentis, & hominum excrementis, atque urinis abundantibus. Et quando tam manifeſtè appareat, *Piſces generantur & vivunt in ſalſo mari.* *tot genera piſcium generari atque nutriri in mari ſalſo*, mirum judicia hominum adeò perverſa eſſe, atque perturbata, ut non agnoſcant, aut agnoſcere nolint admirandos effectus balſami hujus naturæ radicalis! Et quis non mirabitur *proprietates, qualitateſque* (ut ita loquar) *Ex proprietatibus.* *virtuales ſalis*, atque adeò ejus, qui extrahitur ex ipſis animalibus, quas præbet liquefaciendo, detergendo, adſtringendo, incidendo, penetrando, ab omni corruptione præſervando atque adeò attrahendo, purgando, & evacuando? An non ſufficiant hæ facultates omnes, aliæque plures, quarum ſuprà meminimus, quibus demonſtretur ſal eſſe animale? Eoque id magis, quod ſummi fuerint philoſophi, qui Magnetem propter ſolam vim attractivam ferri dixerint animatum? Quot vires atque facultates iſta longè majores, immò magnificas deprehendemus in ſale, ſi omnes diligenter & ad amuſſim pervestigaverimus? Quid majus, quid admirabilius ſale urinæ hominis? quæ poſt convenientem præparationem apta redditur ad diſſolvenda magna illa duo luminaria, ſolem, & lunam? Quæ ſympathia hæc ſua, atque concordantia ſatis produnt, & in apertum dant attractionem, & virtutem magneticam, cauſſatam ab eorum conjugio, & copulatione. Quis non ſuſpiciat admiranda, quæ obſervantur, atque eveniunt in ejus præparatione, & exaltatione, ſive reſpicias tot colorum varietates, ſive coagulationes, atque diſſolutiones, quando ſpiritus redit in corpus, & corpus rurſus tranſit in ſpiritum? Non vanè *Chriſtophorus Pariſienſis*, magnus ille philoſophus hinc operis ſui ſubjectum, atque fundamentum exorſus eſt. Ut ſatis jam ſicut opinor, nunc conſtet prædictum noſtrum ſal dici poſſe animatum.

2. Sed ut pateat æquè *eſſe vegetale, atque animale*, nimirum non exutum eſſe, ſeu privatum facultate vegetativa, vel inde dijudicari poteſt, *Eſſe vegetabile probatur 1. Ex operibus exercitis.* quod primum ſit in natura movens, quod creſcere facit, multiplicare, adeoque omnium rerum generationi inſervit, ut non ſine cauſa cum Poëtis, atque priſcis philoſophis dicatur, Venerem matrem, & principiſſam omnis generationis, & ſpuma maris ſalſa eſſe progenitam: id quod etiam confirmat *Athenæus*. In hunc finem à Græcis *ἁλιγενὴς*.

ſignificatiſſimo vocabulo fuit appellata.

Et magis etiam confirmat hanc ſententiam generatio pretioſiſſimarum perlarum in conchis, & corallii ex intimis ſaxis emergentis, & in brachia, & ramos inſtar arboris divaricati. Hi effectus ſunt, quos ignis ille naturæ, nempe ſal, producit, etiam in medio frigidiſſimæ aquæ.

Sed videamus quoque quid operetur in terra. Nempe calefacit, impingvat, immò animat, fortificat, & roborat, auget, & virtutem vegetantem in ſingula ſemina diſpenſat. Nam quid aliud eſt terræ impingvatio, quæ efficit, ut granum unicum producat centum, quàm ſtercoratio quædam, & expanſio fimi, atque urinarum, à beſtiis prodeuntium? Quid aliud primo vere, poſtquam Sol exaltatus eſt ad ſignum Arietis, (quod ſignum eſt caſûs Saturni, & domus Martis ſigni prorſus ignei) terram vegetat, & aperit, quàm elevationes, ſublimationeſque ſpirituum prædicti ſalis, & balſami naturæ? Hic eſt, qui vivificat, qui calorem impertit, qui creſcere, qui prata & campos ridere facit, denique qui ampliſſimum, univerſaliſſimumque illum vigorem producit.

Sed quis non hoc in ipſo etiam aëre videt, per ſublimationes ſpirituum ejuſdem ſalis naturæ, qui eodem anni tempore in aërem ſublevati roris in ſpeciem decidunt ſupra frumenta, atque ſtirpes omnes? Quid, inquam, per hæc ipſa non eoſdem vegetationis effectus, quæ fit à ſale, manifeſtè percipit? At rorem non eſſe ſpiritum prædicti ſalis, immò ſalſum vel inviti, nec ſine pudore fateantur, qui ſe egregios philoſophos cenſent, quando videant à veris philoſophis ex rore elici diſſolvens corallos, atque perlas: haud ſecus, quàm ex ſale communi, ex ſale petræ, nitro, aut aliis ſalibus idem paratur in eundem finem. Sed hæc plus ſatis ſunt nota.

Idem præterea ſal meritò quoque vegetale dicere poſſumus ex eo, quod manifeſtè reperiatur in omnibus vegetabilibus: & quod ea in quibus dominatur maximè, longioris ſint vitæ, atque durationis, temporum injuriis magis reſiſtant, & effectus vegetabiles, vel in propria ſua natura, vel in eorum uſu manifeſtius oſtendant. *2. Reperitur in omnibus vegetabilibus.*

3. Jam verò ſal quoque eſſe *metallicum*, ſeu *minerale*, notum illud eſt ſatis. Atque eò quidem notius illud eſt cunctis, quod tam varia, atque diverſa genera ſalium reperiantur in viſceribus terræ, cujuſmodi ſunt ſal gemmæ, alumen, vitriolum, ſal nitrum, & cætera id genus, quæ omnia ſunt naturæ metallicæ, aut certè de ea plurimum participant. Philoſophus verò hoc altius indagare poteſt ex diverſis aquis fortibus, quas parare novit: quæ nihil aliud ſunt, quàm ſpiritus prædictorum ſalium, qui vim habent diſſolvendi, & in aquas reducendi corpora metallica, ut cuivis ferè notum eſt. *Sal eſſe metallicum ſ. minerale probatur. 1. Ex ſympathia mutua.*

Per

Per hanc, inquam, diſſolutionem perſpicere poſſumus concordantiam atque συμπάθειαν iſtorum ſalium cum natura metallica. Nam quia ſimilia ſunt optimè miſcentur, ſe mutuò pervadunt, conjunguntur, atque uniuntur, ſimili diſſolvente, ubique aſſociante ſimili: quippe aquæ fortes nunquam agent in ligna aliamve materiam, quæ non ſit de natura metalli. Ut veriſſimè dictum ſit à magno quodam philoſopho: *Natura amat ſimile, & in ſua natura gaudet.*

Et ab alio: In habentibus ſymbolum, facilis eſt tranſitus. Sulphur, & alia, quæ de natura ſunt oleaginoſa, citius, & melius diſſolvuntur oleis, ut therebinthinæ, ant lini quod ſuaviſſimum eſt, quàm magna illa vi, & violentiſſima acrimonia aquarum fortium: quę nihil aliud ſunt, quàm ſpiritus ſalium, & per conſequens non multum conveniunt cum ſulphure, quod eſt principium ipſis contrarium.

2. Funditur ac diſſolvitur ut metalla. Ampliſſimus hic eſſet diſputandi campus, ſi res & occaſio illud permitteret: ſed hoc reſervamus in alium locum, & tempus. Nunc verò redeamus ad ſal noſtrum: quod ſi ab igni vehementiori fundi, atque diſſolvi, haud ſecus, ac aurum, atque argentum, & rurſus refrigeratum coagulari in maſſam, ſicut metalla, demonſtravero, ſine dubio pulchrè patebit, ſal eſſe de natura metallica. Atqui ſit hoc, inquam: nec tantum in ſale, quod in mineris, atque terræ cavitatibus reperitur, ſed in ipſo etiam ſale maris. Quod cum notius ſit vel mediocriter in anatomia metallica verſatis, quàm ut à me pluribus demonſtrati conveniat, ne verbum quidem amplius addam. Quamvis ex hac demonſtratione ὅτι plus ſatis evidens fiat axioma illud *Ariſtotelis* eſſe falſum, quo dicit: Quæ à calore coagulantur, frigus diſſolvit: & è contra. Id quod tamen ei ex una parte concedimus: probè gnari ſal, quod à calore Solis coagulatur, in aqua frigida diſſolvi. At fateatur oportet, & ille quod verum eſt, ſal à vehementia caloris ignis diſſolvi, fundi, ac fluxile reddi, ut in maſſam fuſilem projici poſſit, haud ſecus atque metalla. His accedit, quod *ſalia ex omnibus metallis calcinatis elici poſſint*, quæque eodem prorſus modo diſſolvuntur, filtrantur, atque coagulantur, ac alia ſalia, ſive vulgaria, & non fuſa, ſive vi caloris jam fuſa, ut ſuprà docuimus, quinimo ex ℔. j. plumbi calcinati decem atque duodecim uncias ſalis elici poſſe, id vel ſemeſtri chymico notum eſt. Quæ omnia ſufficienter demonſtrant, atque convincunt ſalis naturam eſſe metallicam, atque adeò metallum nihil eſſe aliud, quàm ſal quoddam fuſile. *3. Elicitur ex metallis.*

Ex dictis itaque facilè patere arbitror, quomodo *ſal ſit animale, vegetale, & minerale*, ac proinde convenire cum eo, quod omnes Philoſophi unanimi conſenſu ſtatuunt, de materia; atque ſubjecto medicinæ univerſalis. Ad quod faciunt cætera ſigna; quibus, quamvis obſcuriſſi-

ſecuriſſimè prædictam materiam ſuam deſcribunt. Quæ omnia planè conveniunt naturæ ſalis: cujusmodi ſunt, eſſe vilis æſtimationis: reperiri in omnibus, adeoque in nobismetipſis, quod abundè maniſeſtè patet: cum nihil ſit in hoc univerſo mundo compoſitum, ex quo, ac omni quidem tempore ſal extrahi non poſſit.

NOTA. III.

In ſale è terra elicito tria rerum omnium principia contineri.

Speciatim probatur chima. Sed ut ea, quæ in genere diximus, deinde etiam particularius demonſtremus nempe ſal participare de natura animali, vegetali, & minerali, utemur exemplo vulgari, & prorſus communi, quod tamen exactè atque diligenter perveſtigatum, atque conſideratum à vero philoſopho, inſigne eſt myſterium. Quod etſi erutum ex terra, poſſit tamen elevare oculos noſtros in cœlum. *De nitro*, inquam, ſeu *ſale petra*, quod vocant, hic mihi futurus eſt ſermo. Mitto nunc deteſtandum atque perniciosiſſimum uſum ejus inventum ad interitum hominum: quamvis, ut ingenuè fatear, ſummam admirationem mercatur, quod tantos, & tam incredibiles producat effectus, dum nobis in inferioribus his, haud ſecus, ac in ſublimi æthere repræſentat fulgura, fulmina, atque tonitrua. Sed ſi conſideremus quid ſit, & quale in ſua natura, & compoſitione, quàm diverſæ facultates, qualitates, atque effectus ſint in re tam vili, tamque trita, procul dubio immenſo mirandorum cumulo obruemur.

Fit & componitur nitrum ex terra matre ejus, quæ id producit: vel ex cœmeteriis, materiis ſtabulorum fimetis, aut ejus generis terris, & liquoribus pingvibus, animaliumve urinis inebriatis potius quàm è terra macilenta, exucca, vel pluviis aliave ſimili cauſa humore illo radicali exuta. Ex terra columbariorum, columbarumque fimo omnium copioſiſſimè extrahitur: & tale nitrum evadit optimum, cæteriſque omnibus præſtat, quod notatu eſt digniſſimum. Quod dictum ſit, ut appareat nitrum participare cum excrementis, atque urinis animalium. Urinæ ſiquidem nihil ſunt aliud, quàm ſeparatio ſuperflua ſalis vegetabilium, à quibus animalia nutriuntur, & vivunt. Ex quo patet, quomodo prædictum ſal in genere participet de natura animali, & vegetabili. Nam quod ad mineralem pertinet, de ea à nobis dici non maximopere attinet, niſi addere velimus illud, quod ſit extractum ex terra: quæ ratio eſt cur ſal petræ vocitetur, cum magis propriè diceretur ſal terræ. Sed pergamus.

Sal eſt animale. *Vegetabile.* *Minerale.*

Natura ſubminiſtrat arti materiam, ex qua componitur ſal petræ, quam ars per ſe facere nequit, non magis certè quàm natura ſal petræ purum, ſeparatumque ab omni

terre-

terreſtritate (ut ſic loquar) atque heterogenea ſubſtantia reddere poteſt: nam ut eoſdem producat effectus, quos producit illud, quod artificium induſtria paratum eſt. Hi ſiquidem terram eligunt convenientem, & ex locis opportunis ſibi cognitis, & aqua communi calida iteratis vicibus filtrata, ſeu tranſcolata, per illam terram, ut fiunt lixivia: fit ut cum ea miſceatur ſalſugo, quod ſalium omnium eſt proprium: De quo lixivio, ſi duæ tertiæ aut circiter, ad ignem exhalentur & reliquum refrigeſcat, ſal condenſatur in glaciem, ex qua artifex nitrarius opus ſuum perficit, purificatione facta, iteratis diſſolutionibus, & coagulationibus, ut pinguedinem (quam vocant) exuat omnem. Hoc opus commune admodum, & vel vulgo notum, vereque mechanicum, ſi probè conſideretur, ac perpendatur, admirationis eſt plenum, uti jam dictum.

Nam ipſa ea præparatione *tria principia eliciuntur ex terra*, quæ à ſe invicem poſſunt ſeparari, & nihilominus omnia tria conſiſtunt in una eademque eſſentia, ſuntque tantum proprietatibus, ac viribus diſtincta, in quo manifeſtatur, & ad quod aliquo modo referri poteſt incomprehenſibile illud myſterium de tribus perſonis in una, eademq; hypoſtaſi, quæ divinam conſtituunt Trinitatem. Voluntq; ſummus ille creator manifeſtari unitrinus, ſeu triunus, non tantum in eo, quod reperitur in natura terræ, ſed in omnibus etiam totius creationis operibus. Siquidem comparatio hæc noſtra ſalis terræ generalis eſt, & ubique reperitur atque in rebus omnibus. Ut non malè fortè hanc comparationem accommodare poſſimus ad ineffabile illud magnumque myſterium Trinitatis: haud ſane minus, quàm veteres, qui, ut captui ſe noſtro accommodarent, fontem cum rivulis, aquam cum vapore, qui ab ea ſublevatur: arborem cum ramis: ſemina cum plantis contulerunt, tantum ut oſtenderent generationem Filii, qua ratione procedat à Patre. Qui per communicationem totius divinæ eſſentiæ, abſque omni disjunctione, diviſioneque progenuit Filium ſuum generationis modo inenarrabili. Unde occaſio oborta prædictis patribus ſanctis, ut ejuſmodi comparationibus uterentur, quibus aliquo modo nobis manifeſtarent id, quod ſua natura eſt incomprehenſibile. Sic quoque in prædicta noſtra comparatione ſalis videre licet tres diſtinctas naturas, quæ tamen ſunt, atque ſubſiſtunt in una eademque eſſentia. Nam prima natura eſt ſal commune *fixum*, & con- *1. Fixum.* ſtans: & altera ſal volatile, quod ſolum & unicum quærit nitrarius. Quod volatile ſal, duo genera ſalis volatilis continet: alterum *ſulphureum*, facillimè concipiens flammam, *2. Sulphureum flagrabile.* quod nitrum vocant: alterum *mercuriale*, aqueum, acidum de natura ſalis *3. Mercuriale.* armoniaci participans. Quapropter in communiſſima illa terræ eſſentia ſub una eademque natura hæc tria

diſtincta

Quod quidem non alia de cauſa evenit, quàm ex ſolo defectu vivifici hujus caloris, qui modò vitam reſtaurabat, & conſervabat. Idem calor vivificus reperitur etiam, licet obſcurius in mineralibus: quod faciliùs comprehendi poteſt ex ſympathia, & concordantia, quam ſal illud petræ habet cum metallis, ut videre eſt in diſſolutionibus, de quibus quædam attigimus ſuprà.

Mercurialis acidus. Præter partem illam ſulphuream, reperitur etiam in ſale petræ *ſpiritus quidam mercurialis,* qui quidem eſt de natura aërea, & qui tamen flammam concipere haud poſſit, ſed huic potius contrarius. Hic ſpiritus in qualitate ſua non eſt calidus, ſed potiùs frigidus, ut teſtatur ejus *aciditas*: quæ aciditas, atque frigiditas mira prorſus exiſtit, & longè diverſa ab elementari: quippe quæ *diſſolvere poſſit corpora, & coagulare ſpiritus*, haud ſecus ac coagulat ipſum ſalpetræ: quæ *aciditas generalis eſt cauſa fermentationis rerum omnium naturalium.* Hic ipſe ſpiritus acidus reperitur quoque *in ſulphure*, ejuſdem qualitatis nec urens, nec flammam concipiens, & qui ſulphur quod alioqui ſtudium eſſet ut oleum coagulat, atque firmum reddit. Hoc ſpiritu inter omnia ſalium genera maximè abundat vitriolum, quippe quod de natura Veneris: quem acidum ſpiritum (mercurius mobilis, ac ſemper tamen tendens ad ſuam perfectionem, hoc eſt, coagulationem atque fixationem) probè novit eligere, ſibique attrahere, ut figatur, atque coaguletur: quando cum ipſomet vitriolo permiſcetur & ſublimatur. Haud ſecus ſanè, atque apes, mel ſugunt ex floribus, ut inquit Ripleus. Denique hic ſpiritus acidus atque frigidus, cauſa eſt, cur ſal petræ igni injectum, ſulphureque ejus accenſo, crepitum edat: ut ſal petræ de eorum numero ſit, quæ Ariſtoteles contrario motu alicubi moveri ſcripſit: quæ ejus verba diligenter ſunt perpendenda.

Fermentans, diſſolvēs, coagulās.

Sed quam denique aperio portam horti Heſperidum tam apertè loquens de ſale petræ? quem liberum aditum præbeo ſtupidis, atq; ignaris, quem ſolis ſapientibus, ceu muſarum cultoribus apertum eſſe decet? Ne idcirco decipiamini quæcunque eſtis curioſorum ineptiorum ingenia, ſumendo verba mea ad literam, ut ajunt; *Sal petra philoſophorum, aut ſalſuſile,* quod ab omni ævo Halchymiæ dedit nomen, non eſt ſal petræ ſeu nitrum illud vulgare: nihilominus tamen hujus compoſitio, admirandaque natura, eſt ceu exemplar quoddam, & regula Lesbia operis noſtri. Quamvis ea de re clariùs & manifeſtiùs locutus ſim vobis, quàm ullus eorum, qui me præceſſerunt, non quod improbem eicirco illorum rationem ſcribendi, ſed ut probem, atque defendam. Ac magis certè illis fuit integrum ita ſcribendi, quàm priſcis illis philoſophis Pythagoreis, & Heraclæis: (quod tamen de rebus non tanti momenti, tantiſque myſte-

N. Autor loquitur de ſale philoſophorum.

Digitized by Google

riis, ac vera chymia tractaſſe conſtat) quando illi ſilentio, numeris, & ſymbolis ſuo tranſegerunt. Hi verò, ut ſcribit Plato, interrogationibus, & Ænigmaticis. Eccur non eodem jure licitum ſit Lullio tractanti ſuam philoſophiam per litteras? cum idem conſuetum fuerit omnibus ejus anteceſſoribus, ut tropis, allegoriis, atque ænigmatibus tanta myſteria, atque ſecreta proponerent, ne à vulgo protſus intelligerentur? raperentur interim in admirationem rerum tam ſublimium, atque adeò divinarum? Ut ceſſent tandem Momi, atque inſulſi beani maledicendo, malefacta ne noſcant ſua: Iiipſi, inquam, Theones, qui nomina illa, quibus in libro noſtro de Spagytica medicamentorum præparatione ſumus uſi, nec guſtare, nec conterere potuerunt. Cujuſmodi ſunt *Aqua ſtygia: Maria acida, turbith minerale: menſtruum fœtidum, menſtruum cæleſte, calx fixa, atque perlucida: ſalia reſuſcitantia: ſal corneoli criſtallini, Kibric, terra fœtida, terra mortua, lapis Sedenegi: lapis perlatus, Salamandra, lacertus viridis, leo rubens, aquila volans, aquila expanſa, acetum montanum, ſanguis Meduſæ, aliaque id genus nomina apprimè ſignificativa*: Quæ ab iis tantummodo intelligi novimus, qui melleum illum dulcorem librorum tam pulchræ, tamque abſconditæ philoſophiæ deguſtarunt.

At enim verò, ne reſtet ipſis calumniandi locus, atque occaſio, arrigant & advertant nunc aures, attollant oculos, & mentem; et videant, comprehendantque clarius tot, tantaque admiranda, atque ſummæ utilitatis ſecreta, quæ huic noſtro operi inſerere eſt animus.

N. IV.

Salis natura vires & proprietates exemplis illuſtrantur.

Vidiſtis ex primo illo Chao reſiduo (hoc eſt, ex terra illa vili ſeu ex materia confuſa, atque informi) extractionem, ſeparationemque formæ pulchræ, nitidæ, claræ, atque tranſparentis: nempe ſalis illius, quod aptum eſt ad recipiendas plures formas alias, quodque diverſis, & mirabilibus proprietatibus donatum eſt. Vidiſtis etiam ex una eademque eſſentia tres res diſtinctas, atque ſeparatas, immò tria principia naturæ eruta, ex quibus omnia corpora ſunt compoſita, quæque anatomicus Chymicus eruere atque ſecernere poteſt ex omni corpore naturali: ex minerali, inquam, vegetabili & animali: nempe ſal, ſulphur, atque mercurium. Principia ſanè puriſſima, ſimpliciſſima vereque elementaria naturæ, omnia ſub una eſſentia ſalis comprehenſa: ſal, ſulphur, & mercurius, quæ philoſophi conferre ſolent cum corpore, ſpiritu, & anima: nam corpus attribuitur ſali, ſpiritus mercurio, anima ſulphuri, ſingulis ſuo attributo, & hoc illis aptè atq; cóvenienter reſpondentib. Eſtque ſpiritus velut mediator & con-

& conſervator animæ cum corpore, quod illius beneficio cum anima jungitur, & copulatur. Anima verò vivificat ſpiritum & corpus. Vidiſtis etiam in dicto ſale naturam Hermaphroditicam: marem & fœminam: fixum & volatile: agens & patiens: & quod magis eſt, calidum & frigidum: ignem & glaciem, mutua amicitia, atque ſympathia in unum conjuncta, atque in eandem ſubſtantiam unita. In quo ſanè ejus naturam mirabilem cernere licet.

Nec minùs ejus proprietates ſunt admirandæ. Immo vel multo etiam magis. Sal enim petræ præcipue eſt *clavis*, atq; primarius janitor, qui aperit corpora etiam duriſſima ſolidiſſimaque, tam lapides quàm metalla: ipſumque adeo Solem, atque lunam redigit in liquorem cum aqua propria extracta ex tota maſſa abſque ſeparatione maris aut fixi. Et quemadmodum ſpiritualia reddit, atque volatilia omnia corpora metallica: ita ècontrà virtutem habet fixandi, & incorporandi ſpiritus, etiam ſumme volatiles. Jam quis non miretur, vel potius obſtupeſcat, cui conſtat ſal petræ tanta promptitudine concipere flammam, per quam in aërem ac fumum exhalet: interim videat liquidum atque fuſum manere in crucibulo igneo, conſtituto in centro flagrantiſſimorum carbonum? in quo tamen licet ardentiſſimo, nec flammam concipiat, niſi flammæ, aut ignis admotio fiat ad tactum? & quod magis, cùm naturæ adeo ſit volatilis, fixatur tandem, nec patitur ab igne, nec reformidat vel violentiſſimum, non magis ſane, quàm ſalamandra, (ſi verum eſt quod ajunt, intactam manere in igne) quem tamen nec ferre poterat antea, nec ulla ratione pati: Vides itaq; ut à ſolo igne natura ejus transformetur.

Idem prætetea ſal petræ, quod debitè paratum atque depuratum modo erat, tam candidum, tam cryſtallinum, tamq; diaphanum (ſaltem ut extrinſecus apparet) nunc igni fixatorio immiſſum videbis interius continere omnis generis colores, virides, rubros, flavos, albos: non hercle minus diverſos, quam nubes ex radiorum ſolarium variantibus impreſſionibus concipere, aut prata præ delectabili illa florum verſicolorum varietate ridere ſolent. Quod ſi quis ad credendum contumax, incredulus potius eſſe, quàm docilis haberi velit, ſuadeo, ut experiatur, & diſcat tam pulchrum naturæ myſterium, vel ſpacio decem horarum, ac vix ſex aſſium interventu. Et ne (ut nuperi quidam) Lycophronem quendam me eſſe putes, rem candide, & clarius te docebo.

Accipe ſalis petræ fixiſſimi, & clariſſimi libram unam, vel duas, conjice in alembicum vitreum cum capitello, & in arenam colloca, haud aliter, ac ſi aqua quadam fortis eſſet deſtillanda. Ignem ſubmitte, & per gradus ſecundum artem moderato: quem tertia vel quarta hora in tantum augebis, ut arena vel ipſa incandeſcere poſſe

 videatur.

videatur. Hunc ignem ardentiſſimum continuabis per quinq; , vel ſex horas: & deprehendes, atque apertè videbis ſalis petræ ſpiritus ipſum etiam alembici vitrum penetraſſe, coloreq; tam intus quàm extra tinxiſſe opalino, hoc eſt, diverſiſſimo, & pulchrè variante colore. Præterea ſpiritus ſalis petræ, qui vitri ſoliditatem trajecerunt, extima ejus ſuperficiei in florum farinæ ſpeciem adhæreſcentes, quos molli pluma abſtergere, atque colligere haud fuerit difficile, etiam in ſatis magna copia reperies. Hic ſanè flos, nihil eſt aliud, quam ſpiritus ſalis petræ, in quo conſpicias vividos omnis generis pulchrè expreſſos colores, haud ſecus ſanè, ac in jaſpide illo pretioſo qui opala dicitur. Philoſophentur nunc ingenia acutiora, ſi libet, & in ſubtiliationem hanc ſpirituum, qui corpus alioqui ſolidiſſimum, & omnibus impermeabile habitum, tamen mirabili ſubtilitate trajecerunt. Et habent ſanè quod velitentur hic, ſi velint, ingenia curioſiora, itemq; de ratione tantæ diverſitatis colorum plantarum quam hiſce ſpiritibus tribuimus, quamq; nos propria experientia conſecutos eſſe primos, & ad oculum multis viris ſummis, atque doctiſſimis oſtendiſſe fatemur, & ingenuè gloriamur. Teſtis erit charus ille Pylades noſter, Io. Hen. Cherlerus philoſophiæ, & utriuſque medicinæ non infœliciter adſectator, quàm admirator, quem amoris noſtri erga ipſum (quem ceu fidum quendam Achatem ſemper habuimus) tam illuſtris inveſtigationis, ut & aliarum plurimarum magnæ admirationis rerum teſtem [illegible]*, & gnarum facere voluimus. Sed ad propoſitum revertamur.*

Id quod reſidet in cucurbitæ fundo nivis inſtar candidum, ac prorſus fixum, remedium eſt ſpecificum ad omnes febres extinguendas. Datur à drachma ſem. ad drach. j. diſſolutum in liquore quodam convenienti. Et (ut verbo dicam) huic remedio non eſt aliud ſimile ad incidendum, tergendum: itemque ad purgandas & evacuandas humorum corruptiones, atque putrilagines, & ad conſervandum corpus ab omni corruptionis inquinamento. Nam cum de natura ſit ſalis balſamici, oportuit ipſum talibus virtutibus & proprietatibus eſſe præditum.

Et certè, ut ingenuè fatear, ſi vel velim, non poſſim tamen ſatis laudibus extollere verum ſal petræ, atque ſal fuſile philoſophorum. Quod ſal *Homerus* appellat divinum: quod *Plato* ſcribit eſſe amicum, & familiare rebus divinis: quodque multi philoſophi dixerunt eſſe animam univerſi, & ſpiritum vivificantem generantemq; res omnes.

Videbimur fortè longiori ſerie orationis in inquiſitionem, ſpeculationemq; tam generalem, quàm particularem ſalis naturæ evagari: Sed, tam utilis eſt, & neceſſaria, ut ſit etiam *baſis*, *ac fundamentum facultatum omnium medicinarum*, uti fuſius ſuo loco declaramus: ut hic potiſſimum habeant medici, quod ſatagant, quod perquirant, atque intelligant. Quod verò attinet ad *philoſophum Chymicum*, ſciat in ſalibus fuſilibus ſe operas ſuas potiſſimum collocare debere, atque meminiſſe haud temere philoſophos illud ſubinde occlamare ſolitos, coque, coque, & iterum coque.

Chymicorum objectum.

coque, quod idem eſt ac ſi dicerent, calcina, calcina, (intellige ex præſcripto philoſophorum) aut in cinerem redige. Et ſanè ſi fateri velimus, quod res eſt, omnes operationes Chymicæ, deſtillationes, inquam, calcinationes, reverberationes, diſſolutiones, filtrationes, coagulationes, decoctiones, fixationes, aliæq; huic ſcientiæ dicatæ, non tendunt ad alium ſcopum, quàm, ut ſua corpora ita *reducant in cineres*, ut ſpiritus ſalis, & ſulphuris, qui illa perfecerunt (ſub una tamen, eademque eſſentia conſtituti) comminent, modo quodam imperceptibili, cum ſua aqua metallica, veroque mercurio: Idque in eum finem, ut per vim, atque virtutem ſalis internam mercurius atteratur, coquatur, atque tranſmutetur ex natura ſua vili, atque abjecta, in longè nobiliorem: dum ex mercurio vulgari fit mercurius philoſophorum beneficio ſpiritus ſalis, quem attraxit ex cinere, ſeu calce viva metallica. Haud ſecus ſanè, quàm evenire ſolet in lixivio, quod fit ex cineribus, & aqua, in quam optimè percolatam, atque filtratam cinis omnem ſuam animam, vireſque tranſmittit. Nempe ſuum ſal aquæ prædictæ communicat: quæ aqua, etſi ſemper maneat fluxilis, ac liquida, non tamen reſtat aqua ſimplex pura, atque frigida, vel exiguæ virtutis: ſed jam lixivium facta, fit calida, facultatis exiccantis, detergentis & qualitatis prorſus activæ, quæ tota eſt virtus, atque facultas medicinæ tranſmutantis. At conſiderandum eſt, ex qua re cinis hic vivus, atque metallicus ſit conficiendus. Item ex qua aqua idem parandum ſit lixivium, ut extrahas ſal, aut ſulphur philoſophicum, hoc eſt, medicinam balſamicam, quæ fulminis inſtar refertiſſima ſit activarum qualitatum, reducta in calcem verè vivam, atque dum prius eſſet corpus quoddam mortuum, atque inanimatum, tunc fiat corpus animatum, ſpiritu præditum, & medicinale.

Scopus operationum chymicorum.

NOTA V.

Aurum animatum præcipuum eſſe ſubiectum medicinæ Philoſophorum metallicæ.

Tantum poteſt *ſulphur naturæ philoſophicum*, quod auget, & multiplicat viribus ipſum etiam aurum, jam magna perfectione prædium, non tam propter æquabilem ſulphuris, atque argenti vivi concurrentiam, quàm propter perfectam combinationem, adæquationem, æquabilitatem, æqualitatemque elementorum, atque principiorum quæ aurum conſtituunt. Ac ita quidem conſtituunt, ut alterum non ſuperet alterum: ſed velut in æquilibrio conſtituta, aurum efficiunt incorruptibile: cum nec à terra exedi, vel corrumpi, nec ab aëre alterari, nec ab igne domari aut diminui, quamvis minimum, poſſit. Atque hoc propterea, quod, ut inquiunt philoſophi, par in parem non habet imperium: eò quod etiam in omni æquato

Auri perfectio in quo conſiſtat.

corpore nulla reperiri poſſit actio, aut paſſio. Et hæc eſt ſola illa æqualitas, quam *Pythagoras* dixit eſſe matrem, nutricem, atque tutricem concordiæ rerum omnium.

Hæc cauſa eſt, quod in auro, atque omni corpore perfecto, ubi hæc æqualitas exiſtit, ſit indomita quædam, atque incorruptibilis compoſitio. Id quod priſci philoſophi obſervantes, in auro quæſiverunt magnam illam, & incomparabilem medicinam. Quoniam autem cognoverunt, quod propter compactã, atque firmam ſuam compoſitionem in corpus noſtrum agere non poſſit, conati ſunt diſſolvere, atque frangere duriſſima ejus vincula, atque beneficio ſulphuris vegetabilis, & balſami vitæ artificioſa operatione, redigere ad perfectam adæquationem, ut ſpiritus vegetabilis auri, qui modo quaſi in otio delitеſcebat, ex auro vulgari (quod modò erat) redderent aurum philoſophorum, atque medicinale, quod vegetationem nactũ perfectiorem, & virtutem ſeminalem, diſſolvi poſſit in omni liquore, eique communicare exuperantem, balſamicamque illam perfectionem, ſeu vitæ, naturæq; noſtræ balſamum. Sed audiamus, quæſo, quod dicit *Augurellus de hoc auro* per prædictum ſulphur, aut ſpiritum naturæ animato:

Deniqne ſic etiam fulvo detentus
in auro.
Ipſe manum capit artificis, qui vincula ſolvat,
Et qui ſe propria reddat virtute potentem.
Quod ſi quis properans hanc artẽ
viribus unquam
Explicet atq; diu tepido poſt incoquat igne,
Continuò aſpiciet, (viſu mirabile) vitam
Auro impartiri longo cum ſemina uſu
Nec deerit quin ex auro ſibi procreet aurum.
Quod cum ita conſtiterit durate, & credite verbis
Intenti artifices, & res ſperate ſecundas.

Et quia nunc ſermo eſt de animatione auri, & ut oſtendamus qua ratione antiqui philoſophi inhiarint, atque inſudaverint huic operi, vel materiei: age, videamus quid ſcribat *Palingenius in ſuo zodiaco:* cum hunc aurificum pulverem piis quærentibus viris reſpondiſſet Apollo, ſub obſcuro quodam ænigmate: & hinc ad cœli convexa evolaſſet, hęc ſcribit:

Tunc mentis divina homines oracula cæca
Volventes animo ancipiti, vix tempore longo
Experti multa, & non parvis ſumptibus illam
Invenere artem, qua non ars dignior ulla eſt,
Fingendi lapidem æthereum, quem ſcire profanis
Haudquaquam licet, & fruſtra plebs improba quærit.
Quem qui habet, ille poteſt, ubi vult, habitare decenter.
Nec fortunæ iram metuit, nec brachia furum:

Sed

Sed tanto paucos dignantur munere divi.

Conſtat ſanè ex præcipuis, & primæ notæ antiquorum libris hunc præcipuum fuiſſe eorum ſcopum, ut inquiſitioni tam eximiæ rei inſudarent, nempe ut componerent medicinam quandam balſamicam, ad vegetandum, roborandum, atq; inſigni ſua adæquatione, & integritate naturæ, conſervandum balſamum radicalem, & nectar illud vitæ noſtræ in bono & laudabili temperamento. Hinc idem *Augurellus verba faciens de pulvere aurifico*, poſtquam oſtendiſſet affectus quos efficere poteſt, in metallis, ita ſubjungit:

> *Quin etiam humano decuit de corpore pelli*
> *Hac, omnes valida morbos, facilique medela.*
> *Servariq́; diu nitido cum flore juventam*
> *Et ſentum placidos produci grande per annos.*

Et profectò mirum videri haud debet, aurum à ſuo, ceu compede, liberatum, adeoq; ſpirituale, atq; animatum redditum, viribuſq; adauctū roborare poſſe naturam, atq; inſtaurare balſamum noſtræ naturæ, tamq; exigua doſi unius aut duorum granorum conſervare ad ultimam uſq; periodum vitæ. Tantò minus mirum videatur, quod convenienti, atque magna illa adæquatione temperaturę communicans cum balſamo noſtro radicali, impediat dominium phlegmatis, bilis excandeſcentiam, atque melancholiæ aduſtionem, ſuaq; incorruptibili virtute conſervet ſangvinem à putredine, atq; ita balſamo illi noſtro ſubveniat, & quaſi manus prębeat, ut non tantum naturam noſtrā præſervare, ſed maximos etiam corporis noſtri morbos ſuperare poſſit. Præſertim, cum balſamum illud naturæ, innatus ille ſpiritus, omnium actionum, operationum, & motuum in nobis ſit præcipua cauſa, à temperie ſeu craſi minimè dependens, ſed eam conſervans: ut ipſemet *Galenus* de innato illo noſtro calore verba faciens, profiteri cogitur. [*Com. in aph.* 15. *l.* 1.] Cognoſcere oportet (inquit) „ *Hippocratem* innatum dixiſſe calorem, „ quem in quoquo animantium nativum ſpiritum vocamus. Neq; enim „ aliud quicquam animal ab initio formavit, ſicuti rurſus adauxit, aut uſq; „ ad mortem enutrivit, præterquam „ iſte calor innatus, qui omnium operum naturalium eſt cauſa. „ Nulla itaq; ratione excuſari poſſunt, qui contumaciter, & abſq; ulla ratione flocci pendunt, vituperant, atque calumniis inceſſant talia remedia, quæ principaliter colliman ad reſtitutionem, & corroborationem balſami noſtri radicalis: qui ſolus (ea potiſſimum medicina adjutus) ſeparare poteſt heterogenea, & naturæ moleſta per expulſiones, evacuationeſque ordinarias, & convenientes: atque retinere homogenea, cum quibus ad earum conſervationem maximè conſentit. Quod ſi ad virium corroborationem uſus aliquis eſſe poſſit auri foliati, (quod nihil eſt aliud quàm res quædam mortua, quæque

que noſtræ naturæ nullatenus communicari poteſt, tantoque minus digeri à calore noſtro naturali) qualis ferè eſſe ſolet in omnibus medicinis reſtaurantibus: ut in confectione alkermes, electuario de gemmis, aurea alexandrina, diamargarito Avicennæ, aliisque: cur quæſo improbetur uſus auri animati ea ratione, atque modo uti jam dictum; & fruſtra mehercle immò temerè tantopere perſtringunt, atque contemptim proclamant remedia metallica, ac ſi verò nihil eſſent aliud quàm venena: maximè cum conſtet, hodie ægros, etiam deploratiſſimos, & ubi aliis medicamentis vulgaribus nullus amplius reſtabat locus, relegari ad thermas, quæ nihil aliud ſunt, quàm aquę medicamentoſæ, nitroſæ, aluminoſæ, vitriolatæ, ſulphureæ, bituminoſæ, antimoniales, plumbeæ: denique omnes participantes de ſubſtantia, atque ſpiritu quodam metallico, quem reipſa comperimus purificare, atque evacuare corpora noſtra omni evacuationis genere, non ſine ingenti utilitate.

Præparatio cur mineralis dicta. Porrò ratio præparandi medicinam, de qua hîc agimus, olim dicta fuit mineralis, propterea quod ſulphur, aut ſal philoſophicum, cuius uſus eſt ad animationem, & vegetationem, depromptum eſt ex prima ſcaturigine vegetativa naturæ mineralis. Plures philoſophi pro ſubjecto minerali aſſumpſerunt Saturnum. Alii magneſiam Saturnalem, quæ prima eſt radix metallica, & de ſtirpe vitrioli. *Iſacus Holandus, Ripleus,* aliique magni philoſophi ſua opera de hac materia ſcripſerunt, quæ cum extent, unusquiſque videre poteſt. Nobis enim hoc loco aliud non eſt inſtitutum, quàm docere, & quaſi ob oculos ponere, quodnam ſit illud balſamum radicale, & medicina univerſalis, tantopere à priſcis philoſophis celebrata ad conſervationem valetudinis, & ſanationes morborum corporis humani. Cui quidem rei maximopere conferri poteſt aurum animatum & balſamicatum (excuſent, quæſo, manes Ciceroniani ἀμαθέστερον καὶ σαφέστερον, hoc eſt, rudiùs, ſed planius loquentem, ut intelligatur.) Alii, inter quos eſt etiam *Raymundus Lullius*, ignem ſuum naturæ ad animationem auri quæſiverunt in vegetali. Nam hic præcipuus omnium fuit ſcopus, ut aurum animarent. Atque hæc eſt ratio, cur omnes dicant, unicam tantum eſſe viam unamque materiam, ſeu ſulphur balſamicum & naturæ, quod præbet ignem agentem atque internum ad idem opus. At verò inter omnia vegetabilia primas tenet vinum. Nam inter omnia de natura vitriolata plurimum participat, quod non tam ex viridante illo colore racemorum immaturorum, atque guſtu acerbo colligere licet: quàm ex colore ſaphyrico maturorum, rutilo & intrinſeco colore, ſaporeque acuto; quæ omnia externas & internas vitrioli qualitates planè referunt.

Tales etiam notum eſt eſſe quaſdam aquas in Avernia, quarum

guſtus

guſtus vinoſus eſt cum facultate quadam pungente. Ipſum quinetiam acetum, in quod vinum facillimè tranſmutatur: (anima nimirum ſulphurea, hoc eſt, ſpiritu eius ſeparato) acetoſam vitrioli qualitatem repræſentat, ut & aliæ vini ſignaturæ, veris philoſophis abundè cognitę. Quod etiam ex concordantia, atque ſympathia, quam habet vinum cum natura metallica, colligere licet, cum ex vino perinde, ac ex vitriolo præparari poſſit artis chymicæ menſtruum, (ut vocant) quod metalla in liquorem diſſolvere poſſit. Atque hæc eſt ratio cur Poetæ cecinerunt:

Bacchus amat colles.

Hæ, inquam, ſunt rationes, cur *Raymundus Lullius* aliiq; celebres philoſophi operas ſuas collocarunt in vino, ad extractionem ſui ſulphuris Balſamici, ut inde conficerent verum aurum potabile & veram Balſamicam medicinam.

Sed age pauciſſimis tantùm verbis aperiamus Lullii methodum, quam tantopere celavit in ſuo de quinta eſſentia libro, aliiſque in locis quæ ſi rectè intelligantur, facilè diriget, atque inſtruet quemvis verum philoſophum ad componendam, atque ex omnibus rebus eliciendam medicinam illam Balſamicam. Nam ubiq; idem ſcopus, idem finis, eadem unica atque ſola via ad compoſitionem illius Balſami, aut ſulphuris philoſophici, exiſtentis in omnibus rebus mineralibus, vegetabilibus, atque animalibus: quamvis in aliis magis, in aliis minus.

NOTA VI.

Qua arte paretur ſulphur & mercurius philoſophorum ex vegetabili ad faciendum verum aurum potabile.

Ergo ut ritè omnia peragantur quæ ad talem operationem requiruntur: eligendum eſt vinum generoſiſſimum rubellum, ad minimum dolium integrum, ex quo aquam vitæ extrahes, ratione ſolita, quam rectificabis ad perfectionem ſummam. Hunc ſpiritum vini adſervabis in loco frigidiſſimo, vaſe optimè clauſo, ne propter immenſam, quam habet ſubtilitatem expiret, quod reſiduum eſt vini iterũ deſtillabis, & exibit media quædam aqua vitæ, ſi vinum fuerit optimum. Quod ubi extillaverit ſeorſim ſervabis. Hoc iterato facies de vini reſiduo, ſeparando, ut prius, aquam vitæ à ſuo phlegmate, ſingulis ſeorſim reſervatis. Fœces verò in fundo reſidentes demum colliges, ex quibus ultimam humiditatem elicies, per balneum vaporoſum, aut per cineres, donec picis inſtar craſſeſcant. Huic ſubſidentiæ piceæ in diverſos alembicos (ſi magna fuerit copia) immiſſę, affunde reſervati phlegmatis tantundem: ut quatuor, vel quinque digitos ſuperemineat, pone omnia in balneo calido, aut ſupra cineres itidẽ calidos, ſic paucis diebus phlegma, quod prius erat album, denuò recipiens tincturã evadet rubrum valdè: attracto nimirum ad ſe ſulphure combuſtibili, ex vini fœcibus impuris. Phlegma hoc tinctum per inclinationem ſepara, &

Digitized by Google

ſeorſim quoque ſi lubet, reſerva ad alios uſus, uti dicemus. Poſtea demum aliud novum phlegma affunde ſupra eaſdē fœces, & in diſtinctis alembicis, ſi magna ſit copia, ut jā dictum: quod rubedine tinctū, ut prius, itidem ſepara, & prędicto jam tincto, atq; ſeparato affunde. Hoc toties continuabis, donec phlegma nullam amplius attrahat rubedinem, atque fœces jam ſubalbidæ, vel cryſtallinæ ſint redditæ. Quod ut facilius dignoſcas aliud phlegma affunde, & vel digito, aut baculo (mundo tamen) miſce, ut advertas, num aliquid reſtet tincturæ: nā omnino omnis elicienda, ut ne amplius tingatur, vel minimum affuſum phlegma: quo argumento certiſſimè cognoſces, omnino depuratā eſſe reſidentiā, ſeu fœces, quas alibi Chryſtallum tartari vocabimus, quoniā ex tartaro quovis communi, faciliori etiam methodo ſimiles cryſtalli eliciuntur. Remedium ſanè jucundiſſimum, gratiſſimumque ſi quod aliud in mundo, promptè mundificans ſtomachū, hepar, atq; lienem à ſuis impuritatibus: provocans urinas, & movens unā, aut alteram ſedem extraordinariè. Sed ad opus noſtrum redeamus. Fœces prædictæ jam debitè atque convenienter, uti dictū, depuratæ, reponantur in diverſis cucurbitulis colli oblongi, atq; affundantur unicuique de primo illo ſpiritu vini rectificato, ut tres digitos ſupereminеat: mox inducto unicuiq; parvo capitello cū ſuo recipiente, luto tenaci, Hermeticè undiq; obſerato ne quid expiret, ponantur in cineribus calidis, ut bulliant atq; deſtillent: reaffuſo eo, quod extillarit, atq; ita rurſus bulliāt. Poſtea permittes omnia ut refrigeſcant. Tum ſpiritū per inclinationem quā poteris diligentiſſimè ſeparabis, ne quid ſimul exeat turbidi: & rurſus unicuiq; cucurbitulæ aliam ſpiritū vini affundes, & facies ſicut prius: hoc toties iterabis, & continuabis, donec fœces, quæ à propria ſua naturæ calcinātur, incipiant nigreſcere, & fumare, ſi ſupra laminam ignitā ponantur. Nam ſignum hoc eſt, primā calcinationem philoſophicam eſſe peractam, & ſpiritum eādem opera jam factum eſſe animatū ex Balſamo acido, & fermento naturæ contento in prædictis fœcibus reductis in cryſtallum, uti dictum. His ſpiritibus animatis ſimul junctis, ac optimè reſervatis, ne expirent, fœces prædictas injicies in vaſa quæ appellantur, matratia globi inſtar rotunda, anguſta habentia colla, per quæ materia infunditur. Hæc vaſa hermeticè clauſa, atq; obturata, ne quicquam expalare poſſit ſepeliantur in arena, in furno Athanoris, quod flammam præbeat circumcirca ambitum prædicti vaſis. Tum ignem admove per quinque vel ſex dies continuos, donec terra candida fiat ſicut nix, ſitque optimè calcinata, atq; fixa. Quam ut magis volatilem reddas, & facias ſulphur aut mercurium philoſophorum, poteris ſi velis hanc tuam calcem dividere in duas, vel tres cucurbitulas magnitudinis convenientis, pendendo prius pondus uniuſcujuſque, & ſupra unamquamq; affundes ſpiritus vini animati prædicti, quartam partem; applica capitellum

parvum.

parvum cum ſuo recipiente benè accommodato, ut prius; colloca in B. M. tepido per diem unum. Poſtea iiſdem vaſis in cineribus poſſitis adhibebis ignem mediocrem, ut extillet liquor, qui cum prius fuiſſet ardentiſſimus, atque acerrimus, nunc affluet prorſus inſipidus, nec alium ſaporem linguæ imprimens, quàm fontanæ communis: propterea quòd prædictus ſpiritus relinquat ſuum ſal Balſamicum, quod antea cum ſpiritu permixtum extillaverat, cum ſale prædictæ calcis: Natura enim naturam amat eamque ſequitur in ſua natura, ut inquiunt philoſophi. Denuò alium ſpiritum vini animati affundes, ut prius, eâdem proportione, deſtillandiq; ratione ſervata, donec ad guſtum percipias prædictum ſpiritum animatum exire, atque deſtillare æquè fortem ad guſtum, ac fuerat tum, quando affuderas. Nam hoc erit ſignum ſal fixum prædictum, retinuiſſe ex volatili quantû ſufficit, retinereq; decet, & poteſt. Jamq; ſi pendas lance tuas materias, deprehendes parte tertia ponderis adauctas, ut ſi fuerit ℥ *j. calcis in unoquoque vaſe nunc advertas unumquodque pendere* ℥ *ıſ. aut etiam magis.* Quod accuratè obſervandum eſt pro ſublimatione, atque poſtrema operatione, (quæ adhuc facienda reſtat) ut volatile nempe tranſcendat, ſuperetque fixum. In quo negocio, ut tutius procedas, accipiendum aliquid prædictæ calcis vivæ philoſophiæ, atque injiciendum laminæ ferreæ ignitæ: quod ſi videas omnem prædictam calcem exhalare, & in fumum evaporare, ſicut ſal armoniacum, abſolutum & perfectum habes opus. Sin minus, operatio prædicta iteranda, continuandaque donec prædictum ſignum appareat.

Quo facto, materias has pones in parvis alembicis longiuſculis in formam ſublimatorii, adhibitis capitellis, & recipientibus, ad excipiendam humiditatem ſpiritualem ſulphuream, atq; deſtillabis in cineribus, igne lento, per diem integrum: augebis poſtea ignem per gradus magis ac magis, eouſq;, donec ſub finem per octodecim, aut viginti horas ignis fiat ſublimatorius, videaſq; vaſa non amplius obſcurari ſpiritibus, aut fumis exalbidis. Et videbis jam vaſorum lateribus ſublimatam materiam adhæreſcentem, pulchram, nitidam, atque perlarum ſeu talci inſtar tranſparentem: ſupra quam in pulverem redactam in parvo mortario porphiriano, affundes ſpiritum ſulphureum deſtillatum, humectando paulatim, atque coquendo totum, per tres, vel quatuor dies in forti Althanor: & habebis materiam perlaceam balſamum radicale ex vegetabili extractum, mercurium philoſophorum, ſulphur Balſamicum, deniq; ignem illum naturæ tam celebrem, tã abditum, atq; occultum ab omnibus philoſophis, qui omnes uno conſenſu dicunt: ignis, & azoc tibi ſufficient. Hic ſolus balſamus eſt medicina univerſalis ad tuendam, conſervandamque ſanitatem, ſi exhibeatur cum liquore aliquo convenienti, quantitate unius vel duorum granorum. Magna & admiranda eſt eius virtus

 ad re-

Digitized by Google

ad reſtaurandum balſamum noſtrum radicalem: quem ex communi conſenſu omnium medicorum diximus, eſſe medicinam morborum.

At *Lullius* noſter, cæterique philoſophi non conquieſcunt in hoc, ſed ulterius progreſſi, prædictum *ſulphur philoſophicum*, diſſolvunt in conveniente portione ſpiritus vini ad perfectionem rectificati, ut prius, & in pellicano hermeticè clauſo, ſinunt ut uniantur, & optimè copulentur ſimul per viam circulationis: & intra paucos dies aqua redditur azurea ſeu cœleſtis: quæ deſtillata vim habet diſſolvendi aurum, illudq; reducit in calcem verè philoſophicam, in liquorem pretioſum, qui per iteratas circulationes ac deſtillationes, tranſire etiam poteſt per collum alembici, aut per retortã. In qua operatione, ſi procedas, ut decet, ſeparare poteris à Sole jam philoſophicè diſſoluto & animato diſſolvenstu um philoſophicum quod perpetuò inſerviet ad novas diſſolutiones, Nam exiguum admodum in unaquaq; diſſolutione deperditur: & ſic habes verum aurum potabile: medicinam univerſalem, quę nec æſtimari, neque laudati ſatis poteſt. Eadem planè ratione facies diſſolutiones perlarum, atq; lapidum pretioſorum: remedia generaliſſima, & inter prima collocanda ad roborationes, ſi diſſolvantur, & modo, & ratione prædicta, cum diſſolvente naturali. Remedia, inquam, quæ longè meliùs naturam noſtram confirmare ac roborare poſſunt, quàm ſi, ut vulgò fieri conſuetum, tantummodò conquaſſentur, aut in pulverem tenuiſſimum redigantur, ut in communibus illis noſtris præparationibus atq; pulveribus cordialibus fieri ſolet.

NOTA VII.

Medicinæ balſamicæ ex rebus omnibus præparandæ & conficiendæ ratio.

Ex præparatione prædicta ſulphuris balſamici vegetabilis, quàm ſupra docuimus fideliter, clarè, atq; manifeſtè, facile eſt intelligere, qua ratione idem ſulphur extrahi poſſit ex omni corpore mixto. In quo, ut ſummatim omnia colligam, reperitur primùm liquor, omnis odoris, atq; ſaporis expers, qui appellatur phlegma, vel aqua paſſiva: deinde liquor guſtu, colore, odore, aliiſque impreſſionibus qualitatum virtualium præditus, qui vocatur liquor mercurialis: & tandem liquor oleagineus innatans, & flammam concipiens, qui ſulphur dicitur. Poſt extractionem iſtorum trium humidorum diſtinctorum, nihil aliud reſtat, quàm cinis, ſeu pars ſicca: ex quo cinere optimè calcinato ſal extrahitur cũ proprio phlegmate ſecundùm artem ſæpiùs, & iteratò illam aquam calefactam ſupra prædictos cineres (in manica *Hippocratis* impoſitos) affundendo, & tranſcolãdo hocq; toties repetendo, donec aquam ſalſam ad guſtum percipias: haud ſecus ac in lixivio fit. Quo facto humidum deſtilletur, & ſubſidebit ſal in fundo, quod in prima hac præparatione non ſatis mundum eſt &

benè

benè purificatum. Quare denuò aqua exſtillata affundenda, ut ſal in eademinet aqua rurſus diſſolvatur: quo diſſoluto filtra (aut ſæpius per manicam tranſmitte ut prius, ut clariſſima evadat) tum rurſus coagula ad lentum calorem. Atque hac ratione ex omnibus cineribus vegetabilibus extrahes ſal clarum & purum. Super hunc ſalem in alembico impoſitum affunde totam ſuam aquam mercurialem acidam, digerantur per unum aut alterum diem Balnei lentum: dein deſtillentur per cineres, & aqua deſtillabit inſipida. Quoniam quicquid continebat ſalis volatilis reſidebit cum proprio ſuo ſale fixo. Perge ita in operando ut ſuprà de vino docuimus. Aut ſi nolis tam exactè omnia perficere, tranſcola rurſus omnem liquorem mercurialem per ſal prædictum, qui in ſe recipiet quicquid habuerit illa aqua impreſſionis virtualis, exibitque aqua, ſeu liquor nullius nec ſaporis neque guſtus, ſed aquæ communi omninò ſimilis. Quòd ſi adjicias tantum, ut pars volatilis ſuperet fixam: hoc eſt, ut plus ſit ſalis volatilis, quàm fixi, (quod facilè cognoſces ex pondere; quod triplo auctum erit; & per probationem laminę cupreæ, vel ferreæ candentis, quando materia hæc ſuper eam injecta exhalat, atque in fumum abit) tum ſublimare potes, & fiet ſal armoniacum philoſophorum (ita enim hanc materiam appellare illis libitum fuit) quod clarum erit, & perlarum inſtar tranſparens. Supra hanc pulveriſatam materiam paulatim affundes liquorem oleaginoſum purificatum; & coques hanc materiam, ut ex volatili denuò fixetur: quod tamen fixum erit de natura fuſibili magis, quàm vel ipſamet cera, & per conſequens facillimè communicabit cum ſpiritibus, & naturali noſtro balſamo, cum ſeparatum ſit & ab aqua ſua paſſiva, itemque à terra paſſiva, inutili, quam utramque materiam elementum paſſivum vocant: quod nullam in ſe contineat proprietatem, nec ullam actionem edat. Ita fit corpus ſive natura prorſus homogenea, & ſimplex etiãſi tres diſtinctæ naturæ videantur, quæ tamen ſint unius ejuſdemque eſſentiæ, atque naturæ. Sic componetur corpus exactè purum ex tribus principiis hypoſtaticis; nempe ſale, mercurio, & ſulphure. Quod ſulphur aliqua ex parte reſpondet igni verè ſimplici, ac elementari: mercurius aëri, & aquę, itidem ſimpliciſſimis, atque verè elementaribus: Sal verò terræ puræ, ſimplici, atque elementari. Quæ terra non frigida eſt, & mortua: ſed terra calida, terra viva, & activarum, atque vegetabilium qualitatum plena. Ecce quomodo paranda ſit perfecta, atque univerſalis medicina ex omnibus naturæ rebus. Qua ſi uti velis ad purgandum, elige pro ſubjecto ſimplex aliquod purgans: ſi ſpecialiter velis roborare, elige res quæ maximè confortant: ſi ſpecifica lenientia parata habere velis, vel generalia anodyna, ſume ea, quæ maximè ſunt anodyna. At ſcias interim in uno eodemque, ac eo quidem ſolo remedio hac ratione præparato, exempli gratia in natura ſa-

Digitized by Google

lis balſamici, habere te etiam detergens, purgans, diureticum, ac ut verbo dicam evacuans univerſale, correctivum omnium impuritatum, atque corruptionum. Habes quoque in natura ſulphuris particulari, anodynum generale, & ſpirituale: in natura mercuriali confortativum univerſale itemque nutriens. Quæ naturæ omnes ſimul junctæ, ut ſuprà, arte atque induſtria veri medici atq; philoſophi, has omnes functiones abſque ulla moleſtia, ac perturbatione præſtare, atque exercere poſſunt: interim balſamum noſtrum radicalem roborare virtute ſua balſamica, ſubminiſtrando ei omnia media non tantum ad defenſionem ſuam, ſed etiam ad expulſionem, & ſuppreſſionem omnium morborum.

Atque hæc eſt vera illa medicina, hæc ratio eius univerſitatis, hæc ejus puritas, atque perfectio. Nec quicquam eſt ejus præparatione facilius, ſi rectè intelligatur. Accedit quod immenſa ejus utilitas atque excellentia tanta ſit, ut nullus labor, nullus conatus, nulla induſtria omitti, aut difficilis haberi debeat, quicquid tandem difficultatum, vel dubitationum oboriri, vel adferri poſſit. Quòd ſi quis ne hunc quidem laborem, licet utiliſſimum, quippe ad ſanitatem, vitæque prolongationem inſtitutum, ſuſcipere velit, ut tam exactè præparet iſtas medicinas balſamicas: at velit ſaltem eo ipſo medio, & quodam quaſi directore uti, in genere perquirat facultates evacuantes, mundificantes, detergentes, quæ in maximo ſunt uſu, & potiſſimum conſiſtunt in ſalibus: Itemque anodynas, lenientes, conſolidantes, in ſulphure atque oleo: denique nutrientes, reſtaurantes & confortantes, in liquore ſeu mercurio. Eademque ratione docebitur, vera correctiva omnium remediorum eſſe ſolas *purificationes* atque *coctiones*, haſque ſolas eſſe verum mel, & ſaccarum ad dulcorationem rerum omnium. Nam & ea, quæ maximè ſunt acria, acerba, auſtera, vel amara hoc medio dulcorantur, omniſque maligna qualitas corrigitur, atque contemperatur, ſicut fructus, qui ante perfectam coctionem, maturitatemve ſunt acerbi, auſteri, vel acini nimis, quilibet in ſuo genere, & qualitate. Sic vina videmus, in quorum maturatione defuit calor ſolis, crudiora acidioraque fieri. Quæ ratio eſt cur hujus, quàm illius anni, licet ex una prorſus vinea, vina tamen maturiora, generoſiora, & naturæ convenientiora reddantur. Quamvis hac in re non parum etiam regioni, locoque cui ſolis radij fortius imprimi poſſint, ſit tribuendum. Vt & hinc ratio diverſitatis vinorum ſit petenda, quòd alia ſint generoſa, alia mediocria, alia cruda admodum, & vix vina. Sic vina Tigurina, aliaque in locis montoſis, & frigidis nata cruda ferè eſſe ſolent: maturarique amplius immò aliquot etiam annis in cadis ſive doliis ſuis neceſſe eſt, antequam cum voluptate, & utilitate bibantur. Eadem etiam propter imperfectam maturationem

Correctiva remediorum purificationes & coctiones.

Dulcoratio rerum.

tura-

turationem, concoctionemque, hoc eſt, quod adhuc ſint cruda, tanta fœce atque materia ſunt referta, ut incolæ, qui ea loca, ubi hæc vina creſcunt, inhabitant, calculis præ aliis ſint obnoxij. Quòd ſi hunc defectum videmus in vino, tanto nutritivo, & tam benè naturæ noſtræ accommodato, quid de Helleboro aliiſque plurimis medicinis venenatis erit dicendum: quæ tamen in montibus frigidiſſimis, & omni cultura carentibus, progignuntur, tãtoque minus à ſole coquuntur? Non itaque mirandum Helleborum noſtrum non iiſdem effectibus reſpondere, quos ei Hippocrates attribuit: nam quod ille commendat in Græcia ſub cœlo longè magis propitio provenit, in qua plantas, & vina efficaciora eſſe non eſt dubitandum. Quare ſoleo ego pro prima quadam præparatione Helleborum in hortos, temperatiori ſolo, locoque ſitos tranſplantare. Qui quàm varient ab incultis, & frigidis montibus, vel cichorij, aut endiviæ hortenſis, à ſylveſtris differentia ſatis ſuperque oſtendit. At illæ præparationes, quæ ab arte proficiſcuntur, & fiunt, coctioneſque quas eadem ars (naturæ imitatrix) perficit, ſunt multò præſtantiores & correctæ ac dulcoratæ, ut ex infrà poſitis præparationibus longè exactioribus, quàm vulgares illæ, quæ nihil ferè aliud oſtendunt, quàm id quod crudum eſt, atque impurum, patebit manifeſtè, atq; adeò res ipſa fidem faciet.

NOTA VIII.

Medicinæ balſimicæ virtus atque præſtantia.

HVjus medicinæ mat[illegible]iam, philoſophorum quidam, in nobiſmet ipſis quærunt: alij in melle, naturæ animalis, atque cœleſtis: alij in natura quadam animata, non actu, ſeu effectu, ſed potentia: quæ mundi ſimilitudinem refert: quæque in ventre ſuo continet Solem & Lunam: ſulphur & mercurium: album & rubrum quæ debita proportione ab ipſa natura vetuſtiſſima rerum diſpenſatrice mixta ſunt. Ex quibus materiebus, per varias, pulchras, ac longas præparationes, ſuam parabant medicinã univerſalem: quæ propter perfectam contemperationem, adæquationem, ac puritatem, contemperare, conſervare, atque etiam augere poteſt humorem radicalem, & nectar illud noſtrum vivificum: quoniam puritate naturæ ſuæ ſpiritualis, cum ſpiritibus noſtris ſymbolo communicat. Videamus deinceps, quantum dicta illa medicina *præſtet ad profligandos morbos*, quàm infinita illa multitudo diverſorum remediorum. Ac primò, cũ accommodari poſſit ad omnes intentiones requiſitas, (ut ex prædictis facilè colligere eſt) cumque dari poſſit in doſi tam exigua, quæ nec nauſeam, nec actionem virulẽtam ullamve perturbationem corpori noſtro inducat, ac nihilominus inſignem ſuam operationem, pro diſpoſitione naturæ noſtræ exerceat, non video deinceps, cur

Vires. Balſamum noſtrum conſervat & auget.

Hinc Morbos profligat univerſaliter.

cur univerſaliſſima, atque nobiliſſima hæc medicina, non iſtis medicamentorum rapſodiis ſit præferenda. Hac qui rectè & tempeſtivè uſus fuerit, refocillabitur, & corroborabitur, viribuſque ita armabitur, ut deinceps morbum longè faciliùs, ac promptius excutere queat: qua alioqui deſtituta natura, facilè ſuccumberet. Vtamur exemplo familiari, ut quæ hactenus diximus, omnibus clarius innoteſcant. Videmus *in igne noſtro elementari*, ſi adjicias aliquid, quod facile concipiat flammam, ut paleas, ſermenta aut tale quid, illico exardeſcere, & accreſcere vi, & urendi potentia, qui modò ferè extinguebatur: quòd alimento erat quaſi deſtitutus, ac penitus quaſi à cineribus obrutus. Ita quoque balſamum noſtrum radicale, fax & lampas illa flagrans, ignis vitæ noſtræ, defectu alimenti proprij fatiſcens, aut à *fæcibus*, atque cineribus obſtructionum ita obrutus, ut periculum ſit ſuffocationis, aliave aliqua cauſa præpeditus, quò minus vividam ſuam flammam exercere poſſit ad conſervationem vitæ noſtræ: tum ſanè eget quodam calefactore, atque reſtauratore, ut melius, & facilius ſuas functiones edere queat. Similis quoque eſt ratio de balſamo noſtro radicali, quod imminutum, aut aliquo extrinſecus occurrente impeditum, aut oblæſum, medicina illa balſamica adauctum, rurſus inſurgat, functioneſque conſuetas perfectiſſimè edat. Nam cum balſamum illud medicinale ſit naturæ cujuſdam æthereæ, ſive ignis cœleſtis quippe quod vivificat, non urit, atque conſumit; ideo ſtatim ceu aqua quædam vitæ permamens, & ſpiritualis communicat, & quaſi unitur cum noſtro ſpiritu, eumque propter ſympathiam, & ſymbolum commune, reſtaurat & vegetat. Nec alia de cauſa hoc fieri arbitrandum eſt, quàm (uti modò dictum) ex amica illa convenientia, amicitiaque, quam balſamica medicina habet cum balſamo noſtro radicali. (Quæ ſola eſt ratio, ut propter utriuſque convenientiam relativam, illud balſamum vitæ, hoc balſamum medicinale appellem, quod κατ᾽ ἐξοχὴν hoc loco à nobis dictum ſit)

Id illuſtratur exemplo ab ignis.

Qui accreſcit φλογί-τρ.

Præter tamen hanc naturæ ſimilitudinem, familiaritatemque, habet & alias *virtutes particulares*. Quippe cum magna activitate ſit præditū, ſit ſpiritualeſ ſummeque penetrans: adeò *attenuat, digerit, diſſolvit, atque evacuat infarctus iſtos fæculentos, cinereoſque, & ſuffocationis periculum vitæ balſamo minitantes.* Rurſus ſi adſit quædam impuritas, vel corruptio, à qua haud parum offendatur, quo qua ſo alio medio tutius, meliuſque extirpabitur, quàm à re tam pura, tam incorruptibili? Iam ſi febris quædam ardens eundem cum præcordiis invaſerit, quo Syrupo acetoſo, quo ſyrupo de limonibus convenientiori, efficaciorique extingues, quàm aciditate balſamica noſtræ illius medicinæ; Cauſam hîc noſtram dicat, ſitque locuples hujus rei teſtis pyrius ille pulvis bombardicus, quem non tantum extinguit liquor ille, ſed ne porrò concipiat flammam, prorſus reddit ineptum.

Virtutes particulares.

Febrium cura.

Digitized by Google

ceptum. Teſtes ſint ſpiritus ardentiſſimi, ſummeque volatiles aquæ, ardentis, quos nec tota glacies montium hyperboreorum congelare poſſit, congelantur tamen cum liquore illo acido in ipſo etiam balneo Mariæ cujus licet ſit proprium vel gelidiſſimam glaciem attemperandi, diſſolvendique ſedandus eſt dolor? Hæc medicina tibi anodynum erit, hoc ſaluberrimum illud Nepenthes. Amoliendum, extirpandumque venenum, aut peſtilens, & maligna quædam qualitas? Hac nulla tibi tutior theriaca, nullum ſalubrius alexipharmacum, quæ ipſa cunctorum alexipharmacorum ſummum eſt, atque præcipuum alexipharmacum. Corroborandum eſt cor, vegetandique ſpiritus? Huic balſamo nulla confectio alkermes, nulla de hyacintho præferenda. Denique quæ medicina, quod alterans promptius intemperiem corrigere poſſit, quàm remedium illud temperatiſſimum? His omnibus immenſis virtutibus adde & illam, quòd hæc medicina nullam unquam adferat vel nauſeam, vel perturbationem corporis; quod citò, tutò, & jucundè operationes ſuas exerat. Nec mirum. Eſt enim puriſſima, homogenea, & à nullo heterogeneo impedita ejus natura. Vnde fit, ut liberius, ac promptius, de potentia redacta in actum, ſeparet, corrigat, roboret, expellat, cæteraſque functiones ſuas exerceat, idque doſi tam parva, tamque nulla, ut dein in cæteris medicinis unciæ requiruntur, hic pauca quædam grana diſſoluta in vino, juſculo, aliove convenienteliquore morbo oppoſito ſufficiant, quæ tantos, & vel dictu admirandos effectus producunt.

Hæ ſunt magnæ illæ proprietates hujus medicinæ univerſalis tantoperè à priſcis Philoſophis celebratæ. Hæ virtutes admirandæ dicti noſtri balſamici medicinalis, coadjutoris, & quaſi ſymmiſtæ balſami noſtri naturalis, qui ſolus eſt rector, ſolus conſervator vitæ noſtræ: ſolus averruncator & liberator immediatus morborum, atque corporis noſtri infirmitatum.

CAP. IV.

De metallis in genere.

NOTA I.

De Metallorum definitione ac Numero.

M*Etallum eſſe corpus foſſile naturâ vel liquidum, ut argentum vivum: vel durum, quodque ignis ardore liquefieri poſſit, ſicut aurum, argentum, æs, plumbum, ſtannum: vel molliri, veluti ferrum,* nonnulli ſcribũt inter quos eſt Agric. lib. 8. de natura foſſil. Alij propria nominis ſignificatione omniaque in viſceribus terræ effodiuntur, metalli nomine uſurparunt. Sic Oneſicritus ſcripſit in Carmania eſſe metallum rubricæ: In Lybia circa Atlantum, ſalis, *Herodotus.* Hocque teſtatur *Plin. lib. 33. ſuæ nat. hiſt.* Alij verò id quod liquatum in ſuam reducitur priſtinam formam, quodque du-

Digitized by Google

ctile & malleo extendi poteſt, eſtque durum & impreſſile, propriè metallum eſſe dixerunt.

Illa præſertim in ſex diviſerunt, in Aurum ſcilicet, Argentum, Æs, Stannum, Plumbum, & Ferrum. Addiderunt nonnulli Mercurium, *non quod actu ſed quod potentia metallum meritò dicatur.*

Hæc planetarum vocabulis Chymici nominare conſueverunt, non ut ipſorum materiam ad planetas referant, quod ineptè putat *Aubertus*: ſed partim moti ſimilitudine quadam majorum ac præcipuorum ſyderum, qua ratione perfectiora duo metalla, Solem & Lunam appellaverunt: & propter *duritiem ferri*, Martem, quem belli & armorum Deum Poëtæ ſunt commenti: ac *argentum vivum* propter maximum ac penè incertum motum, Mercuriũ dixerunt: partim etiam Pythagoricorum inſtar, ut arcana ſua, involucris quibuſdam ænigmaticis obtegerent.

Stibium an Metallum. Cæterùm nullam video rationem, cur *ſtibium* inter metalla propriè numerari debeat: quare ex illorum genere (pace Agricolæ dixerim, cujus autoritate nititur *Aubertus*) eſt excipiendum: quum illorum definitioni repugnet. Siquidem liquata metalla omnia ad ſuam redeunt formam propriam, ductiliaque, dura & impreſſilia ſunt omnia: qua ratione à multis *lapidibus liquabilibus*, in quibus non eſt humiditas valide permixta cum ſicco terreſtri, ſecernuntur: quemadmodum & ab infinitis marchaſitarum generibus & ſemimetallis. Stibium autem liquefactum priſtinam omnino amittere formam rerum periti quotidiè experiuntur, & quum ipſum nec ductile eſſe, nec imprimi poſſe ipſo uſu conſtet, *propriè* metallum id dici non poteſt.

Veruntamen hoc affirmare placuit *Auberto* noſtro, in metallicis uſque adeò erudito, ut adhuc ſomniet *glaciale ſtannum*, (quod vere *biſemutum* eſt, & cinereum illud plumbi genus de quo plura *Agricola lib. 8. de nat. foßil.*) ſtibium excoctum, ac Chymicorum regulum eſſe: quod planè eſt abſurdum. **Biſemutum.** Non enim ſtannum glaciale quod *biſmutum* rectè appellatur, ſtibium eſt ullo modo præparatum: neque Chymicorum regulus, tartaro & nitro extractus, biſemutum dici poteſt, quod doctis, omnibuſque ſanæ mentis relinquo judicandum. Sed iſta parum ad rem, quum metalli nomine plura, ut diximus, non propriè tamen dicantur. Eſtque ſanè *Auberto* iſtud condonandum qui nullas fodinas unquam conſpexit, ut de his rectè judicaret; nec Agricolæ ſententiam percepit.

NOTA II.

De Metallorum diviſione.

Conqueritur porro Aubertus, quod Chymici metalla ipſa dividant, in per-

in perfecta & imperfecta : idque ridiculum putat multis de cauſis.

Primò, quòd quædam tradita à *Gebero* definitio, non minùs uni quàm alteri metallo conveniat, quum tamen, ut probè perfecta ab imperfectis diſcernerentur, una his, altera aliis definitio fuerit ſtatuenda. Quaſi verò viri definitio puero non conveniat, quamvis ad viri ætatem nondum pervenerit, & aliis accidentibus videatur ab ipſo, quemadmodum & inter ſe metalla, differre. Sic alia ac diverſa eſſe deberet *corallorum* alborum & rubrorum definitio, quanvis inter ſe differant, quòd ratione abſolutæ coctionis & terminatæ, alba non attigerint perfectionis ultimum gradum: quorum tamen omnium una & eadem eſt definitio. Sed ut ſuam melius comprobet *Aubertus* opinionem, quæcunque *eſſentialem habent formam*, quam ſingula metalla habere certum eſt, perfecta neceſſariò eſſe ſcribit: piamque & rerum parentem naturam in ſuo obeundo munere haud quaquam ceſſare vel quieſcere, niſi impediatur dum ſcopum ſibi propoſitum attigerit. Addit, materiam ex qua naturale fit aliquid, & circà quam verſatur natura, tantiſper moneri dum eſſentialem ſuam ſit aſſecuta formam. Ex his omnibus tandem concludit metalla rectè in perfecta & imperfecta dividi non poſſe, neque aurum aliis præſtantius ac perfectius, etſi ſplendidius & temperatius, ullo modo dici debere: quæ omnia tanquam manca & futilia, nobis ſunt confutanda. Atque ut omnia debito ordine perſequamur, aurum ipſum à veris Philoſophis perfectius cæteris metallis ac præſtantius & purius meritò dici, nobis eſt demonſtrandum, ut hinc concludamus, metalla inperfecta & imperfecta à Chymicis non ſine ratione diſtingui. Ergo ut nitar etiam authoritate *Agricolæ*, à quo præſertim *Aubertus* iſta ſua omnia deprompſit: is certè non ſolum ſplendore, ſed & colore, ſapore, odore, pondere, ac poteſtate differre inter ſe metalla ſcribit *lib. 5. de ortu & cauſis ſubterraneorum*: & præcipue de ſplendore (quem tu Aubertein auro & argento etiam adeſſe confiteris) verba faciens, inquit: *Sed quo humor ipſe fuerit ſubtilior, denſior, & purior, eo metallum eſt nitidius & ſplendidius: qua de cauſa etiam hac parte cæteris præſtat aurum.* Cujus auri præſtantiam ipſe etiam *Agricola* quærit in differentiis odoris, ſaporis & ponderis. Imperfecta enim metalla, quum ſe in liquorem induerint, amara guſtu percipiuntur, ut æs & ferrum. *Amaritudinis* autem cauſa eſt terra adusta, quam ea metalla participant, ut ipſe *Agricola* teſtatur. Reliqua verò propter terram puram aut aquam uberiorem, non admodum ſenſili ſapore liquores afficiunt: imò ſubdulci, ut aurum & argentum. Quinetiam quum ipſi auro terra inſit puriſſima, & optimè cum ſua aqua temperata, fumum perexiguum, vix-

Digitized by Google

que ſenſilem quum utitur, ex ſe emittit, & dulcem magis quàm fœtidum. Præterà addit *Georgius*, auro dum igne purgatur, excrementum quaſi nullum ineſſe ob puritatem, reliquis multum: ſed eò plus uni quàm alteri, quò fuerit impurius. Eſt etiam auri præſtantia in ipſius vi ac poteſtate inveſtiganda, quòd præter ipſum & lunam, cætera in cineritio & copella in fumum evaneſcant, ac violentia ignis intereant: quod illis accidit, prout terra minus pura, minuſque bona temperatio in ipſis reperitur, atque id uni quàm alteri citius, ut ferro accidit, propter terram impuram quæ multa ei ineſt. Sed quum aurum unicum nullo igneo ardore conſumi poſſit, ut inquit *Ariſtoteles*, nihilque amittat ſui ponderis, ſi aut exuratur aut examinetur: terram ipſum habere puriſſimam & optimè cum ſua aqua commixtam oportet: unde fiunt illius terra arceat & contineat humorem, ne eum expiret: contra humor tueatur terram ne accendatur, ut inquit Agricola: quod fit, ut alij volunt, ex ſicco & humido ſubtiliſſimis, & non habentibus aliquod impurum admixtum. Hac ratione aurum ſecundum naturam rerum eſt purius reliquis metallis, & illa pretio ſuo vincit, quia ſimpliciſſimum & puriſſimum metallum eſt, & ab imperfectione elementorum propter ſuam formam remotiſſimum. *Sic Plinius, uni rerum*, inquit, *nil deperit auro, igne*: quod & cecinit Poëta, ut ex ſuperioribus videre eſt. Atque ex his colligere licet, inter omnia metalla unum eſſe aurum, non ſolùm ſplendidiſſimum, temperatiſſimumque, ſed & perfectiſſimum, cujus reſpectu cætera metalla merito imperfecta dicantur. Nam ſemper tendit natura ad ſolam perfectionem, nempe ad auri confectionem, quod ſolum inter metalla dicitur perfectum. Nullum enim agens naturale, ut dicunt Philoſophi, deſiſtit ab actione in ſua materia, nec ſeparatur, niſi cum introductione formæ in illa materia. Ergo quandiu agens eſt conjunctum materiæ, vel agit in materiam, id dicitur imperfectum, quoniam perfectio rei non eſt, niſi per introductionem formæ. Quum igitur in omnibus metallis *aqua* quædam *viſcoſa*, quam argentum vivum Philoſophi Chymici propter conformitatem appellant, ſubijciatur loco materiæ, & ſulphur, quod ita quadam ſimilitudine vocant, agentis & introducentis formam in illa materia, non poterit aliquod metallum dici perfectum, niſi à quo ſeparatum fuerit ipſum ſulphur. Sed quoniam reliqua metalla habent admixtum prædictum ſulphur, in materia, quo perimuntur, denigrantur, calcinantur & comburuntur, (quod illis accidit ſolùm propter illam exhalationem ſiccam, nempe ſulphur, quod ſit materia apta ignitioni) hac de cauſa imperfecta omninò dicuntur. At è contrario, quoniam ſolum

3. Meteor. cap. 6.

Lib. nat. Hiſt. 33. cap. 3.

ſolum aurum eſt omninò ipſo ſulphure expoliatum, quod ſatis per ſe denotat auri & argenti vivi affinitas: (omnia enim, ut ſcribit *Plinius lib. Nat. Hiſt. 33. cap. 6.* ei innatant præter aurum, quod unum ad ſe trahit) hac ratione eſt immune ab omnibus iſtis corruptionibus & in igne & extra ignem. Meritò autem dicitur ſolum perfectum & formatum ſecundum primam & veram intentionem naturæ: completum, quia pervenit ad ultimum finem in quo completur: purum, quia agens non eſt immixtum materiæ, ſed ab ipſa ſeparatum. In hanc ſententiam hæc ſcribit *Ariſtot. Met. 3. cap. ultimo*, de metallis verba faciens. *Quocirca*, inquit, *& terram in ſe continent & uruntur omnia, quòd ſiccam exhalationem habeant. At aurum unum omnium nequaquam uri ſolet.* Sed his non contentus rationibus, reſpondebit *Aubertus*: Quæcunque eſſentialem ſunt aſſecuta formam, ea perfecta eſſe neceſſe eſt: metalla autem ſingula ſuam ſubſtantialem habere formam præter bardum aliquem ciniflonem, neminem negare dicet, & hac ratione omnia etiam eſſe perfecta concludet. Sed huic objectioni reſpondere nobis ſatis erit facile: Nam illæ res quidem quæ perſtant in natura ſua, perfectæ dicuntur in ſua ſpecie per ſuam formam ſubſtantialem, ſed quædam perſtant natura in ſua ſpecie, quæ tamen perficiuntur quodammodo per ſuam formam ſubſtantialem, ad quam eſt quidam *terminus motus*, ſed quia feruntur ad aliam ſubſtantialem formam ultimam, quæ omninò rem ipſam complet ac perficit: ideò dicuntur eſſe imperfecta, quandiu ſub illa prima forma permanent, habita ratione ultimæ illius ad cuius aſſequutionem contendunt. Quòd ſi non habeatur ratio ultimæ illius formæ, ſed in ſe ſolùm conſiderentur, ſunt ſanè perfecta in illa ſua ſpecie, per illam ſuam formam ſubſtantialem, prout exigit illa ſpecies. Hoc in generatione ovorum omnes vident, in qua eſt quidam terminus motus in acquiſitione ſuæ formæ ſubſtantialis, quæ ſic permanet. Sed quia ipſa ova ſunt eò deſtinata à natura, ut non permaneant ſub illa forma, ſed ad generandam avem, & ita fit acquiſitio ſubſtantialis formæ ultimæ: ideò dicuntur ova eſſe imperfecta ſub forma ovi, perfecta autem res illa eſt poſt generationem avis, cùm ibi ſit finis ovorum ultimus. Hoc quoque eſt de metallis judicandum, quæ licet quandam ſint aſſecuta in ſua ſpecie eſſentialem formam, non poſſunt tamen dici perfecta, habita ratione auri, quod ſolum, ut diximus, perfectum eſt, quin pervenerint ad finem illum ultimum & abſolutum, nempe ad ipſius auri perfectionem, & aurum evaſerint. Et quemadmodum in generatione embryonis fit comparatio animæ vegetabilis ad ſenſibilem, & ſenſibilis ad rationalem, quia illæ ſunt ſicut diſpoſitiones ad rationalem & non ſicut formæ, ſic imperfecta alia metalla ad aurum ſe

habere videntur. Itaque Chymici Philoſophi meritò diviſerunt metalla in perfecta & imperfecta. Nam quamvis metallorum differentia ſit in forma ipſa, non erit tamen propriè differentia ſpeciei, ſicut equi & hominis differentia, ſed ſumetur magis propriè penes materiam & partes eius, ſcilicet ſecundum digeſtum & indigeſtum, completum & incompletum, quum illa ſint eiuſdem propriæ materiæ penitus, ſed indigeſta & incompleta, determinata ad aurum. Quòd autem ferrum, quia magis uſui hominum commodet, nobilius idcirco auro judicat Aubertus, id opinor, ne Medicis quidem ullis quantumvis indoctis, aurum tamen non ferrum captantibus perſuaſerit. Sed de auri præſtantia & perfectione ſatis à me dictum puto.

NOTA III.

De materia metallorum.

At quoniam diximus omnia *metalla eiuſdem eſſe* materiæ propriæ, quamvis non pariter in omnibus digeſtæ, qua in re vertitur quæſtionis cardo, jam ad materiam illam metallorum perquirendam accedendum. Metallorum, quemadmodum & reliquorum mixtorum corporum, duplicem conſtituunt cauſam Philoſophi: *unam generalem* & remotiſſimam, quæ ſumitur ex elementis, tanquam ex omnium rerum primariis, ex quibus ut ſimpliciſſimis conſtant, & in quæ ſimpliciſſima reſolvuntur. Horum autem elementorum qualitates virtuteſque tantum in ſe mutuò tranſire, omninòque miſceri, Peripatetici in Stoicos contendunt: qui ipſorum ſubſtantias totas eſſe totis permixtas contrà affirmare conantur. Sed miſſis lubricarum opinionum iſtis fluctibus, ad tutum & tranquillum portum nos recipimus, & hac in re *Auberti* comprobamus opinionem, exiſtimantis in mixtis non eſſentialiter aut actu, ſed poteſtate ſubſiſtere elementa: quod Galenus teſtatur lib. primo method. medendi, ubi elementa ſuis qualitatibus duntaxat *tota totis* miſceri ſcribit. De *ſecunda* verò ac propria ipſorum *materia*, non una, ſed longè diverſa eſt etiam multorum Philoſophorum opinio. Alii enim *halitum* humidum, materiam metallorum proximum dixerunt, ut *Ariſtoteles*: nonnulli *aquam* ab aliis elementis affectam, quod agricolæ placuit, cuius opinioni aſſentitur noſter *Aubertus*: alii *cinerem aqua madefactum*. At Chymici, quorum opinionem *Aubertus* pervertere conatur, *argentum vivum* ipſorum materiam dixerunt: addiderunt nonnulli ſulphur. Quæ omnes opiniones breviter ac diligenter nobis ſunt examinandæ, ut res clarior evadat, & immeritò *Aubertum* & alios in tot præclaros Chymicos Philoſophos irruiſſe omnes intelligant. *Ariſtoteles* Philoſophorum

rum facilè princeps, *3. Met. cap. ultimo*, eorum quæ fiunt intra terram & ſuprà poteſtate ac vi cœleſti, duplicem conſtituit materiam, *halitum* videlicet & *vaporem*, quorum mixtione in terræ penetralibus fieri & naſci omnia cenſet: eaque pro diverſa natura materiæ bifariam diſtinguit, nempe in foſſilia & in metallica. Foſſilia ſic dicuntur, quòd fodiantur è terra, & ſimilia ſint terræ effoſſæ, nec ſunt liquabilia, ut lapidum genera, quæ ex *ſicca exhalatione* ardore incenſa, & humidum ſuo calore conſumente, & quodammodo adurente conficiuntur. Alia ſunt metallica, quorum quædam ſunt fuſilia aut liquabilia, quòd plus accedant ad naturam humidi quàm ſicci, ut plumbum & ſtannum: & ita appellantur quòd faciliùs liquentur, quàm ducantur. Ductilia verò contrà, quæ majori cum difficultate fundantur, ut ferrum: quorum proxima materia eſt *halitus vaporoſus*, qui *frigore* cogitur & concreſcit in metallum ſecundum ſententiam *Ariſtotelis*, quem tamen noſter *Aubertus* credit reprehenſione dignum. Nam, inquit, in rerum natura accidere haudquaquam id poteſt, ut ab uno extremo contrariové in alterum ſine aliquo medio fiat tranſitus. Conſtat autem contrariis prædita eſſe qualitatibus tùm metalla, tùm halitus, quòd hi tenuiſſimi, illa verò ſint craſſiſſima. Hinc concludit in metallorúm ortu, halitus, vaporeſque neceſſariò priùs in humorem concreſcere, quàm in metalla indureſcere. Hæc ille ex Agricola deprompſit. Sed immeritò reprehenſum Ariſtotelem defendit ſatis ſuperque vir longè doctiſſ. Jacobus *Schegkius* comment. ſuis in lib. meteor. in Ariſt. ubi docet alium eſſe halitum ſive vaporem ex quo aqua concreſcat, & alium ex quo metalla: quum etiam alius ſit ex quo pruina. Ponderoſior enim & craſſior eſt interdum, quàm is ſit ex quo aqua. Qua ratione remotiorem proponunt metallorum materiam, qui aquam illam eſſe dicunt, quam qui halitum: quum magna pars μεταλλικῶν ex his halitibus & vaporoſis materiis, caloris vi ex aqua & terra excitatis gignantur: quum fœcunditas terræ & aquæ nulla ſit abſque calore. *Calor* enim tanquam primam ſobolem & fœtum, procreat duo hæc, in quorum natura parentum vigor, quatuor nempe elementorum repræſentatur, & conſpirat genitalis quodammodo vis eorundẽ, qualitatibus duabus maſcula vi agentibus, cæteris verò duabus quaſi fœmineis patientibus: utriſq; verò tanquam patri temperationi cœleſti obedientibus. Unde procreari inanima hæc conſueverunt inſtrumento qualitatum primarũ. Illud autem ſenſu ipſo percipi poteſt: offerunt enim ſeſe tã craſſi vapores ſubterraneis in locis interdum, ut reſpirare fodientibus non liceat, atq; interdum etiã propter craſſitudinem, teſte Galeno, ſuffocentur. Quòd ſi tam craſſi ſunt, quis credet contrariis præditas eſſe qualitatibus tùm metalla, tùm halitus

Lib. 5. de ortu & cauſis ſubter.

Digitized by Google

halitus, quominùs etiam ſine altero medio in ſolidam metallorum materiam concreſcere poſſint, quemadmodum & *ponderoſus vapor in pruinam*? Deinde ſi ære pluiſſe & ferro, ac in ſuperno aëre lapides etiam ac talia illa corpora concreſcere & procreari, infiniti teſtantur, quomodo tandem hæc ex aqua & terra potiùs generabuntur, quibus commorandi in aëre locus non eſt, quàm ex halitu & vapore, qui & penetrare & conſiſtere illic tenuitate & calore poſſunt? Quare metalla ex halitu potiùs quàm ex aqua oriri certum eſt: qui halitus, quoniam craſſus eſt, facilè etiam concreſcit. Sed quid plura de his? quum omnia ex iis oriri in quæ ultimò reducantur omnibus Philoſophis conſtet? Metalla autem omnia præter duo perfecta, quæ ob majorem decoctionem compactam magis ac fixam habent materiam, nonne in halitum aut vaporem reducuntur; & in examine cineritii & copellæ omnimodò in auras evaneſcunt? in fumum equidem, non qui convertatur in aquam, aut qui madefaciat, ſed craſſum, propter terreum admixtum, & qui frigora concreſcat, & inſpiſſetur. Quod certa experientia quotidiè cerni à pyrotechnicis & faciliùs etiam à Philoſophis ſuis ſublimationibus, percipi poteſt. Hoc ipſum probant *Tutia, Cadmia, Pompholix, & reliqua huiuſmodi*, quæ ex vaporibus metallorum ſublata, parietibus fornacum adhærent, & in ipſis fodinis craſſos eos eſſe denotant, nequaquam ullo modo repræſentant. Obmuteſcat ergò cum ſuo plumbeo argumento *Aubertus*, qui *Ariſtotelis* ſententiam proſcindere conatus eſt, nec de ſibi ignotis temerè judicet, expertis credat, ac craſſiſſimos exiſtimet eſſe eos vapores, è quibus metalla primò concreſcunt, & ſine altero medio indurantur.

NOTA IV.

De materia metallorum ſecundum Hermeticorum.

Propugnato *Ariſtotele*, quam de cæteris doctiſſ. viris ac Philoſophis ferat ſententiam, videamus. *Alberti Magni, Geberi*, reliquorumque carbonariorum (hoc enim nomine ſummos illos viros præclarus hic noſter cenſor exornat) ſententiam Aubertus in eo refellit, quòd metallorum proximam materiam argentum vivum & ſulphur eſſe dixerint, illoſque à recta via aberrare nonnullis argumentis oſtendere conatur. Primò quòd ad argentum vivum attinet, metallorum id eſſe materiam propriam dicit non eſſe veriſimile, quòd in duritiem concreſcere non poſſit. Egregium ſanè argumentum, & dignum quod à ſuo autore toties repeteretur, cui tamen jam à nobis ſuprà reſponſum accepit. Dicit concreſcere non poſſe, quòd ſit aëreæ ſub-

ſubſtantiæ, argentum vivum: Atqui vaporem quem ſuprà ex Ariſtot. concludimus proximam eſſe metallorum materiam, quis aëreum eſſe reſpectu aquæ non fatebitur?& tamen eum concreſcere poſſe quis inficiabitur? Aëreum igitur fateor eſſe argentum vivum, quod idcirco Philoſophorum multi metallum non (niſi potentia) eſſe cenſuerunt. Sed ita tamen aëreum eſſe dico, ut vaporem emittat craſſiſſimum, quique frigore concreſcat, ut videre eſt in *mercurio ſublimato*, & multis aliis ipſius præparationibus, quibus fumos & vapores emittit, non ita tamen aëreos, quin condenſentur. Sed quid dices de ipſis metallis imperfectis, quæ ut jam ſuprà monuimus, dum examinantur, in fumos & auras evaneſcunt? quid denique de illorum materia & forma in nihilum redacta? nonne vaporem craſſum, quem nos dicimus argentum vivum, ipſorum materiam fateberis, quum in ipſum tandem metalla reducantur? Sed ex *Ariſtotele* hæc adfert Aubertus: Quæ ad aquam pertinent, ſi plus aëris in ſe contineant quam aquæ, concreſcere non poſſunt, ut oleum & argentum vivum. Metallorum autem materiam in duritiem cogi neceſſe eſt, alioqui metalli formā non induerent. Eorum ergò materia non erit argentum vivum, quum in duritiem haud quaquam concreſcere poſſit. Sed hoc argentum nihilò eſt efficacius priori: Pro conceſſis enim ponit, quo nec ipſe priùs aliquomodo probarit, & quæ jam nos negavimus. Nam dedimus quidem illi argentum vivum aëreæ eſſe ſubſtantiæ, concreſcere verò ideò non poſſe, negamus: quum vapores contra ipſius ſententiam concreſcere demonſtraverimus. Et quidem Aubertus arte indureſcere haud negat, ſed in duritiem aut formam metallicam concreſcere ſive arte ſive natura non exiſtimat. Quaſi verò exiſtimare, ſit rem demonſtrare. Argentum igitur vivum metallorum eſſe materiam negat, cauſa verò quam affert, nempe quòd ſit aëreæ ſubſtantiæ, nullius eſt momenti, ſiquidem vaporem eſſe aëreæ ſubſtantiæ reſpectu aquæ & nihilominus tamen proximam materiam metallorum ex *Ariſtotele* oſtendimus. Itaque *aerea ſunt diſtinguenda*: nam quæ prorſus ac ſimpliciter aërea ſunt, à prædominio non poſſunt coagulari neque à calido, neque à frigido, quòd ipſorum humiditas aërea exſiccari non poſſit *deficienti terreſtri*, qua ratione etiam ipſa ſupernatant aquæ, teſte Ariſtotele, ut oleum: & facilè inflammantur, quòd ſint materia ignis, ut ipſum oleum, & ligna etiam quæ ſupernatant aquæ præter *ebenum*, quod terreſtrius ſit ut ex ipſius pondere judicari poteſt. At argentum vivum nec inflammatur, nec ignis eſt materia, imò ipſi inſtar aquæ adverſiſſimum: nec leve eſt, imò ponderoſiſſimum, ut in ipſo etiam ſupernatent metallorum omnium ſolidiſſima quævis corpora, uno excepto auro propter amborum maximam affinitatem: ex quibus conſtat alterius ipſum

ipſum eſſe ſubſtantiæ quàm ſimpliciter aëreæ, olei inſtar. Ad hujus igitur argenti vivi ſimilitudinem metallorum materiam proximam dixerunt chymici Philoſophi, ipſum eſſe argentum vivum generatum ex valida commixtione primæ omnium materiæ metallorum, ex humido videlicet viſcoſo, incombuſtibili, incorporato, terreſtri, ſubtili, æqualiter & fortiter commixto per minima, in cavernis terræ mineralibus. Huic verò ſagax natura (quum materia ſe ipſam non producat in eſſe) adjunxit *agens proprium*, nempe *ſulphur*, quod nihil eſt aliud, quàm *pinguedo* quædam terræ in fodinis propriis generata, ac per temperatam decoctionem condenſata, ut illud ipſum argentum vivum digerendo & coquendo in metalli formam convertat: Itaque ſulphur iſtud ad argentum vivum ſic ſe habet, ſicut maſculus ad fœminam, & ſicut proprium agens ad propriam materiam. Non quòd hoc argentum vivum & hoc ſulphur, ut ineptè quidam putant, in ſua natura per ſe in fodinis reperiantur, ſed quod ſint hæc jam à natura commixta & in naturam terræ longiſſima concoctione redacta. Et hæc quidem eſt materia propinqua metallorum, quemadmodum *in generatione hominis, cibus eſt propinquior materia quàm elementa, ſanguis, quàm cibi ipſi, & ſperma adhuc ſanguine ipſo eſt propinquius, tandemque continuata digeſtione materia recipit formam hominis.* Sic quum ex quatuor elementis tanquam ex generali & prima materia, metalla fieri primò dicantur, hoc etiam *ordine diſpoſito* fiat neceſſe eſt, videlicet ut ex iis elementis fiant vapores, ex vaporibus aqua viſcoſa (quæ eſt adhuc materia propinquior vaporibus ipſis, ne *Ariſtoteles* patrocinando nobis ipſis contradicere putet Aubertus) & *gravis immixta terræ tenuiſſimæ ſulphureæ*, quæ dicitur argentum vivum, ex quo tanquam propinquiore materia mediante mixtione & actione ſulphuris extrinſeci, fit aurum, vel metallum aliud ſecundum majorem aut minorem digeſtionem ipſius naturæ. Nam ut ſcribit Philoſophus *Metaph.6.* Quando aliquid fieri ex aliquo dicitur, fit aut ex medio & imperfecto extremum & perfectum, ut ex puero vir: aut ex extremo extremum, ut ex aqua, aër.

De ſulphure.

Sed age, redeamus ad noſtrum Aubertum. Is *ſulphur etiam metallorum materiam eſſe non poſſe ſcribit.* Verùm audiamus quibus rationibus hoc probet. *Illud*, inquit, *ſecundum Ariſtotelem, ex halitu calido, unctuoſo & ſicco naſcitur: metalla vero ex alio halitu calido humido quo & parum unctuoſo generantur.* Bellum [illegible] ſed ſophiſticum argumentum, [illegible] jam impugn[illegible] [illegible] ſua probare nititur. Recor-

Recordetur ergo, ſe prius halitum contra *Ariſtotelem*, materiam non eſſe metallorum affirmaſſe: Nunc autem confiteri metalla ex ipſis halitibus generari. Ergò ipſe ſibi contradicit, ut illi mea refutatione non ſit opus. Addit ut ſententiam ſuam probet, ſulphur humore molleſcere inſtar ſalis: metalla verò ſolo igne forti liquari. Sed ex falſo antecedente non poteſt valere conſequens: Nullo enim modo ſolvitur ſulphur in aquam, ſed calore liquefit inſtar plumbi: & hoc ſaltem prius experiri debuerat, rerum ſubterranearum noſter perſcrutator, quàm uſque adeò audacter quod falſiſſimum eſt, aſſerere. Contorqueri igitur telum illud in ipſum poteſt, quod in Chymicos ſe conieciſſe arbitrabatur. Sed enim aëteæ & igneæ ſulphur dicit eſſe ſubſtantiæ: ideoq; ipſum coagmentari cogique non poſſe: Ego verò contrarium ſuprà demonſtravi. Quare non eſt quod aliud à me reſponſum expectet, quum neque noſtram coarguerit ſententiam, neque ſuam firmis rationibus demonſtrarit. Cæterum vel illud unum ſufficit, quod omnes ſapientes Chymici clamant, nempe ſulphur hoc, quod vocant, non eſſe ſulphur illud vulgi: quod comburit combuſtione nigredinis & aduſtionis, & comburitur: quum eorum proprium ſulphur albificet, rubificet, coagulet, perficiat deniq; argentum illud vivum Chymicum etiam vulgo ignotum, in ſubſtantiam auri ſecundum naturam, aut lapidis Philoſophici & auri ſecundum artem. Hoc eſt verum ſulphur occultum, unicaque tinctura, & umbra ſolis, & coagulum proprium argenti vivi ſui, quod diverſis nominibus & ſuis involucris & ænigmatibus Philoſophi adumbrarunt. Ex quibus patet Aubertum toto aberrare cœlo; omnibusque modis quum de ſulphure ſibi incognito loquatur, meritò repudiandum: neque fuiſſe laceſſendos Philoſophos Chymicos, quod dicant argentum vivum & ſulphur, materiam eſſe metallorum, ut qui de argento vivo & ſulphure non vulgaribus hoc intelligant. Sciunt enim hæc de quibus loquuntur, in metallorum fodinis in ipſa natura ſua non repetiri, ſed ex his ambobus aiunt fieri quoddam tertium commixtum, ut jam diximus, obtinens naturas, proprietates, & virtutes ipſorum, ut ex eo poſſit generari unumquodque metallorum pro ipſius compoſitionis, digeſtionis, & loci diverſitate. Hæc ſufficient de metallorum proxima materia, quam *Aubertus* eſſe vult aquam, ab aliis elementis affectam: ſed cauſam cur ita ſentiat, obticuit, dicere contentus hoc ab aliis fuiſſe proditum, ſive in alienis ſcriptis à ſe repertum: quæ vox certè eſt hominis qui alterius fide, non autem ratione ſententiam ſuam demonſtret, quod veri Philoſophi ſolent.

NOTA V.

De cauſis efficientibus Metallorum.

Jam ad ſe nos vocant effectrices cau-

Digitized by Google

cauſæ, quas conſtituunt Philoſophi duplices; totidemque patibiles. Calor enim & frigus dicuntur ab *Ariſtotel.* ποιητικὰ, quòd vim habeant ad movendum: humidum verò & ſiccum παθητικὰ, quorum cauſa, res perpeti magis aliquid, quàm agere ſolent, dicunturque affici à prioribus qualitatibus tanquam à nobilibus ac natura eminentioribus, & quorum efficacitate forma in rebus procreetur. Materia enim non per ſe cognoſcitur, ſed propter mutationem, quæ nulla eſſe ſolet ſine perpeſſione, quemadmodum nec ipſa ſine tactu, quæ per σύμφυσιν & concretionem, ac per introductionem actus & formæ aboletur. Cæterum obſervandum eſt ex mixtura ſicci & humidi, imprimis concreta dici corpora, deinde mollia aut dura: Quorum concretorum triplex eſt differentia. Nam vel eſt humor aqueus qui concreſcit, vel eſt ſiccum quiddam terrenum, vel mixtum ex utriſq;. Hæc etiam aliâs funduntur, aliâs ſiccantur, aliâs humectantur, aliâs molleſcunt. Incoagulabilia ſunt autem, quæ ſicca ſunt & ignea, ut mel & muſtum: & quæ ſunt humida aërea à prædominio, ut oleaginoſa. Quare hæc etjam non ſunt elementa, neque materia iſtarum perpeſſionum. Corporum autem quæ concreſcunt & indurantur ex *Ariſt.* alia ex calore ita affiantur, alia à frigore: A calore quidem humorem exſiccante, à frigore verò calidum exprimente. Quæ igitur coagulantur à calido per abſentiam humidi, ſolvuntur à frigido, quod humidum iterum ingredi facit, ut ſal. Quæ autem caloris privatione concreſcunt, ſolvuntur à calido iterum ingrediente, ut metalla. Quicquid enim diſſolvitur liqueſcens, aut igne liqueſcit, aut aqua. Quæ liquefacit aqua, concreta fuerint à calido ſiccoque, id eſt, igneo calore, oportet: quæ verò liquefacit ignis, aut quorum concretionem aliqua ex parte ſolvit, (ut cornu) à frigore coaleſcunt: ſiquidem contrariorum effectuum contrariæ ſunt cauſæ. Et quoniam calore liqueſcunt metalla, illa etiam frigore tanquam cauſa effectrice primò concreſcant, neceſſe eſt: de quo Philoſophorum Chymicorum nullus dubitat, quamvis, ut loquitur aliquando *Ariſtoteles*, experientia contrarium nobis demonſtret: Sal enim etjam calore concretum, igne ipſo ſolvi poteſt & liquefieri, ut ſum ſæpius expertus, diciturque illud ſal fuſibile. Neque *Albertus Magnus* ſummus Philoſophus reprehendi debuit à noſtro Auberto, quòd vim metalla efficiendi referat ad calorem, quum de ſolo calore minimè intellexerit Albertus, ut ipſe putat. Sciendum eſt igitur teſte Ariſtotele, res cauſa frigoris pati magis dici, quàm agere: quia videlicet frigus eſt proprium patientium elementorum, nempe aquæ & terræ, quæ ambo natura ſunt frigida. Etenim non aliunde recipiunt frigus quemadmodum calorem, ſed remotione caloris ſuapte natura refrigeſcunt, nec refrigerantur externa cauſa.

Digitized by Google

cauſa, ſicut aër & ignis. Quare licet frigus in mixtis vim efficiendi obtineat: ad corrumpendum tamen magis valet, quàm ad generandum. Idcircò non ita reprehendendi ſunt Chymici, etiam ſi dicant naturam ad procreationem metallorum egere ſubterraneo calore, tanquam effectrice cauſa efficacior, qui miſceat, mutet, diſponat, digerat, ac coquat ipſorum materiam, ac tandem longo temporis protractu, ipſam in aurum informet tanquam in ultimum finem. Neque eos etiam criminari in eo oportuit, quod vim aliquam ad corporum cœleſtium influxum referant. Illorum enim ſententiam confirmat Ariſtotel. lib. de cœlo & mundo, & lib. de cauſis proprietatum ele-
» mentorum, his verbis: Quia prima,
» inquit, principia moventia ad generationem & introductionem formæ
» in unaquaque re, ſunt ſtellæ & cor-
» pora ſupercœleſtia per motum &
» lucem. Ipſa enim ſunt, quæ primò movent mota ab intelligentiis, ad naturam generationis & corruptionis perficiendam, ad conſervationem ſpecierum, & ab iis datur forma & perfectio, & ut vult alio loco, ſol & homo hominem generant. Neque ex hac ratione rectè concludit Aubertus Chymiæ artem vanam eſſe, ſi vi ſtellarum coaleſcant metalla, quum Chymicis hac vi cœleſti frui non liceat. Credunt enim illi cum Philoſopho, ſi motu & luce corporum cœleſtium, ipſorumque ſitu ac aſpectu, introducuntur formæ in inferiora, idem per conſequens & in metallis contingere. Sed id fit tanquam ex cauſa generali ac valdè remota: propinquiorem enim, ut diximus, habent alteram efficientem cauſam, nempe calorem, cuius vi metalla concreta in viſceribus terræ diſponuntur, digeruntur, ac perficiuntur.

NOTA VI.

De metallorum tranſmutatione quomodo ſe. fiat.

His explicatis videndum quò tendat Aubertus, & quinam ſit ultimus ipſius ſcopus. Chymiſtarum laborem caſſum ac irritum eſſe vult, quem in perficiendis metallis ipſi ſuſcipiunt: negatque æs, ſtannum, ferrum, aut plumbum (quæ imperfecta ab ipſis dicuntur) ulla arte perfici, convertique in aurum & argentum poſſe: Ac primò quidem, inquit, conſtat illa quatuor metalla eſſe perfecta.

℞. Imò verò nos imperfecta eſſe paulò antè demonſtravimus multis de cauſis: neque negari poteſt, quin arte & leviori præparatione, in ſua ſpecie illa perfectiora & præſtantiora reddantur. Rectè igitur *Ariſt. 4. Meteor. cap. 6. Sed ferrum quoque* inquit, *elaboratum liquatur, ita ut humidum fiat, & rurſus concreſcat. Nec ſecus chalybem facere conſuevêre. Ferri namque fæx ſubſidet, atque in imum ſecernitur: ubi autem ſæpe defæcatum fuit, ac purum, mundumque evaſit, fit chalybs. At ferrum eò præſtantius eſt, quo minus*

Digitized by Google

habet excrementi. Sed miſſam faciamus autoritatem, quum rationibus Philoſophicis hoc ipſum antea ſatis evicerimus, quibus ſatis ſuperq; ſolum aurum perfectum eſſe commonſtravimus, cætera verò omnia, imperfecta.

Addit præterea Aubertus, ut impoſſibilem reddat tranſmutationis artem: *Ea quæ arte perficiuntur, & formantur, artificialia eſſe, metalla autem nominis notione ac eſſentia definitione, naturalia eſſe, Mineralia enim ſunt, inquit: Illa autem à ſolo naturali principio ducuntur, ergo naturalia ſunt, idque ex Ariſtotele. Naturalia enim effectionis ſuæ principium in ſe habent: quæ verò per artem efficiuntur, minimè, ſed extrinſecus & ab aliis obtinent. Addit ut ſummatim abſoluat, arte nullam naturalem indiformem, ex quo metalla nulla haberi artificialia concludit.*

Age igitur noſtrum eſt officium iſta evertere, ut tandem veram eſſe Chymicam artem demonſtremus, quæ naturam ipſam imitando metalla tranſmutet. Diximus ſuprà ea dici imperfecta, quæ ſunt in motu ad eam formam ad quam ultimò deſtinantur: perfecta autem, quum pervenerunt ad finem motus. Et quoniam ſolum aurum ad ultimum terminum motus perveniſſe, & formatum ſecundum veram naturæ intentionem jam nos oſtendimus: ideò ipſum ſolum perfectum, reliqua verò quæ ſunt in motu ad formam auri, imperfecta eſſe concluſimus: quorum tamen perfectionem ipſa natura ſemper perſequitur in ſuo ſinu, ut illa tandem, ſed longo temporis protractu in aurum convertat. Hoc autem poſſunt metallici effoſſores teſtari, qui in centum pondo plumbi, reperiunt aliquot uncias argenti optimi, quod illis pro maximo lucro habetur. Sed & in fodinis nonnullis æris, invenitur quoque aurum, ſic & in argenti fodinis: quod ubi comperrerunt iſtarum rerum periti, vel quoties argentum imperfectum inveniunt, propter indigeſtionem, fodinas occludere conſueverunt, conſuluntque ut per triginta annos aut plures ita dimittantur, donec fiat perfecta concoctio à calore ſubterraneo. Sic etiam ſcribit *Plinius*, in auro ipſo argentum vario pondere ineſſe, alibi dena, alibi nona, alibi octava parte. In uno tantum, inquit Gall. metallo, quod vocant Albicratenſe, viceſima ſexta portio invenitur, ideò cæteris præeſt, quod fit ſecundum minorem aut majorem naturæ digeſtionem, ut conjicere licet. Cùm enim eſt completa digeſtio, tunc aurum invenitur obrizum, puriſſimum, & verè perfectum. Ex quibus patet metalla, quanvis ſint in quodam termino motus, non tamen eſſe in ultimo, ipſaque in via & tranſitu eſſe ad aurum tanquam ad ſolum perfectum. Ubicunque etiam aliqua inventa eſt vena metalli, non procul invenitur alia: unde etiam metalla *Græcis ex Plinio videntur dicta eſſe, quaſi μετ' ἄλλα, quod alia poſt alia inveniantur.*

Hiſt. lib. 33. cap. 4.

Hiſt. Nat. cap. 6.

Sed dicet in hanc ſententiam Auber-

Aubertus, *Si per ulteriorem decoctionem imperfecta reducantur in aurum à natura, cur non expectatur à foſſoribus illud tempus, præſertim cum ſi hoc contingeret, multo uberiorem ex ea re quæſtum ſint habituri?*

Reſpondemus, quædam eſſe quæ metallorum generationem diverſam faciant, non ſolum in ſpecie, ſed proprietatibus & accidentibus ſecundum regiones & loca in quibus oriuntur. Quemadmodum & diverſificantur animalia, ut ſcribit *Ariſtot. 6. de animalibus.* In Ægypto enim ſcorpiones non ſunt venenati, aliis in locis contra: & triticum temporis ſpatio ſecundum ipſa loca degenerat in ſiliginem, contraq; ſiligo in triticum. Sic de metallis dicendum, quæ quanvis deſtinata ſint à natura ad finem illum, nempe ut fiant aurum: tamen pro regionum & minerarum diverſitate, ipſarumq; corruptione, quędam poſſunt ad ſuum perfectionis gradum perduci, ut fiant aurum: quædam remanent in tramite imperfectionis, ſecundum etiam diverſitatem digeſtionis & depurationis. Debiliore enim calore, natura quædam coagulat indigeſta, ut plumbum & ſtannum: quædam adurente ac ſuperfluo calore, ut æs & ferrum: quoddam contra propter ipſius caloris penuriam & agentis defectum non concreſcit, ut argentum vivum. *Lunam* denique calore ſatis temperato, longe vero temperatiſſimo *Solem*, ipſa natura producit, minimè egentem aliqua operatione qua perficiatur, ut qui ſit aſſecutus ultimum finem & complementum. Nam, ut inquit *Ariſtoteles* ſecundo de cœlo & mundo: *Bonum complementum illud unum eſt, quod non indiget operatione, qua fiat bonum: & perfectio omnis rerum eſt in eo poſita, ut ſuſcipiant ultimum illius complementum.* Quoniam ergo imperfecta metalla non pervenerunt ad illum ultimum finem perfectionis & complementum propter cauſas prædictas: ideò indigent operatione artis, cuius auxilio naturam ipſam imitando, illa tandem perficiantur, ac ultimum finem aſſequantur, ad quem ordinata ſunt à natura, nempe ut fiant aurum. Nam ut ſcribit *Philoſophus* ſecundo Ethicor. *Omnimodo quidem ars aliqua perficit, quæ natura non poteſt operari, alia vero imitatur.* Sic arte adiuta natura, flores fructuſque ſuos arbores producunt, etiam hyberno tempore in regionibus frigidis, quod ex ſe ſola nequaquam præſtaret natura, ut videre eſt Heydelbergæ in hypocauſto Comitis Palatini, & multis aliis in locis. In toto autem Chymiæ opere, quod naturam omnino quieſcere, & ſolam artem ſubjectam movere dicit *Aubertus*, falſiſſimè dicitur. Nam ratione naturæ agentis, Chymia eſt opus naturale, ſiquidem materia illud ipſum eſt, quod decoquendo appetit, retinet, digerit, expellit, permiſcet, corrumpit, generat & informat, præcepto Dei Omnipotentis, ſuo tempore lapidem, cum quo natura informat metalla per ipſam permixtionem. Ratione autem miniſterii, Chymia, fateor, eſt opus artificiale, non quod

ars

habet excrementi. Sed miſſam faciamus autoritatem, quum rationibus Philoſophicis hoc ipſum anteà ſatis evicerimus, quibus ſatis ſuperq; ſolum aurum perfectum eſſe commonſtravimus, cætera verò omnia, imperfecta.

Addit præterea Aubertus, ut impoſſibilem reddat transmutationis artem: *Ea quæ arte perficiuntur, & formantur, artificialia eſſe, metalla autem nominis notione ac eſſentiæ definitione, naturalia eſſe, Mineralia enim ſunt, inquit: Illa autem à ſolo naturali principio ducuntur, ergo naturalia ſunt, idque ex Ariſtotele. Naturalia enim effectionis ſuæ principium in ſe habent: quæ verò per artem efficiuntur, minimè, ſed extrinſecus & ab aliis obtinent. Addit ut ſummatim abſoluat, arte nullam naturalem indiformem, ex quo metalla nulla haberi artificialia concludit.*

Age igitur noſtrum eſt officium iſta evertere, ut tandem veram eſſe Chymicam artem demonſtremus, quæ naturam ipſam imitando metalla tranſmutet. Diximus ſuprà ea dici imperfecta, quæ ſunt in motu ad eam formam ad quam ultimò deſtinantur: perfecta autem, quum pervenerunt ad finem motus. Et quoniam ſolum aurum ad ultimum terminum motus perveniſſe, & formatum ſecundum veram naturæ intentionem jam nos oſtendimus: ideò ipſum ſolum perfectum, reliqua verò quæ ſunt in motu ad formam auri, imperfecta eſſe concluſimus: quorum tamen perfectionem ipſa natura ſemper perſequitur in ſuo ſinu, ut illa tandem, ſed longo temporis protractu in aurum convertat. Hoc autem poſſunt metallici effoſſores teſtari, qui in centum pondo plumbi, reperiunt aliquot uncias argenti optimi, quod illis pro maximo lucro habetur. Sed & in fodinis nonnullis æris, invenitur quoque aurum, ſic & in argentifodinis: quod ubi comperierunt iſtarum rerum periti, vel quoties argentum imperfectum inveniunt, propter indigeſtionem, fodinas occludere conſueverunt, conſuluntque ut per triginta annos aut plures ita dimitrantur, donec fiat perfecta concoctio à calore ſubterraneo. Sic etiam ſcribit *Plinius*, in auro ipſo argentum vario pondere ineſſe, alibi dena, alibi nona, alibi octava parte. In uno tantum, inquit Gall. metallo, quod vocant Albicrarenſe, viceſima ſexta portio invenitur, ideò cæteris præeſt, quod fit ſecundum minorem aut majorem naturæ digeſtionem, ut conjicere licet. Cùm enim eſt completa digeſtio, tunc aurum invenitur obrizum, puriſſimum, & verè perfectum. Ex quibus patet metalla, quanvis ſint in quodam termino motus, non tamen eſſe in ultimo, ipſaque in via & tranſitu eſſe ad aurum tanquam ad ſolum perfectum. Ubicunque etiam aliqua inventa eſt vena metalli, non procul invenitur alia: unde etiam metalla *Græcis ex Plinio videntur dicta eſſe, quaſi μετ᾽ ἄλλα, quod alia poſt alia inveniantur.*

Hiſt. lib. 33. cap. 4.

Hiſt. lib. 33. cap. 6.

Sed dicet in hanc ſententiam

Auber-

Aubertus, *Si per ulteriorem decoctionem imperfecta reducantur in aurum à natura, cur non expectatur à foſſoribus illud tempus, præſertim cum ſi hoc contingeret, multo uberiorem ex ea re quæſtum ſint habituri?*

Reſpondemus, quædam eſſe quæ metallorum generationem diverſam faciant, non ſolum in ſpecie, ſed proprietatibus & accidentibus ſecundum regiones & loca in quibus oriuntur. Quemadmodum & diverſificantur animalia, ut ſcribit *Ariſtot. 6. de animalibus.* In Ægypto enim ſcorpiones non ſunt venenati, aliis in locis contra: & triticum temporis ſpatio ſecundum ipſa loca degenerat in ſiliginem, contraq; ſiligo in triticum. Sic de metallis dicendum, quæ quanvis deſtinata ſint à natura ad finem illum, nempe ut fiant aurum: tamen pro regionum & minerarum diverſitate, ipſarumq; corruptione, quędam poſſunt ad ſuum perfectionis gradum perduci, ut fiant aurum: quædam remanent in tramite imperfectionis, ſecundum etiam diverſitatem digeſtionis & depurationis. Debiliore enim calore, natura quædam coagulat indigeſta, ut plumbum & ſtannum: quædam adurente ac ſuperfluo calore, ut æs & ferrum: quoddam contra propter ipſius caloris penuriam & agentis defectum non concreſcit, ut argentum vivum. *Lunam* denique calore ſatis temperato, longe vero temperatiſſimo *Solem*, ipſa natura producit, minimè egentem aliqua operatione qua perficiatur, ut qui ſit aſſecutus [illegible] finem & complementum. Nam, ut inquit *Ariſtoteles* ſecundo de cœlo & mundo: *Bonum complementum illud unum eſt, quod non indiget operatione, qua fiat bonum: & perfectio omnis rerum eſt in eo poſita, ut ſuſcipiant ultimum illius complementum.* Quoniam ergo imperfecta metalla non pervenerunt ad illum ultimum finem perfectionis & complementum propter cauſas prædictas: ideò indigent operatione artis, cuius auxilio naturam ipſam imitando, illa tandem perficiantur, ac ultimum finem aſſequantur, ad quem ordinata ſunt à natura, nempe ut fiant aurum. Nam ut ſcribit *Philoſophus* ſecundo Ethicor. *Omnimodo quidem ars aliqua perficit, quæ natura non poteſt operari, alia vero imitatur.* Sic arte adiuta natura, flores fructuſque ſuos arbores producunt, etiam hyberno tempore in regionibus frigidis, quod ex ſe ſola nequaquam præſtaret natura, ut videre eſt Heydelbergæ in hypocauſto Comitis Palatini, & multis aliis in locis. In toto autem Chymiæ opere, quod naturam omnino quieſcere, & ſolam artem ſubjectam movere dicit *Aubertus*, falſiſſimè dicitur. Nam ratione naturæ agentis, Chymia eſt opus naturale, ſiquidem materia illud ipſum eſt, quod decoquendo appetit, retinet, digerit, expellit, permiſcet, corrumpit, generat & informat, præcepto Dei Omnipotentis, ſuo tempore lapidem, cum quo natura informat metalla per ipſam permixtionem. Ratione autem miniſterii, Chymia, fateor, eſt opus artificiale, non quod

ars

enim hominem generat, & beſtia, beſtiam. Hoc quia expertus eſt ſuo detrimento (ut accepi) bonus Aubertus, qui ova Philoſophicè decoquendo, centenos aliquot decoxit aureos, cavillatur artem, quaſi illum fefellerit: immeritò quidem, quum ipſemet potiùs aberrarit, nec præſtare ipſius culpam ars teneatur. Genus enim debet jungi cum genere & ſpecie, & unumquodque germen reſpondere ſuo ſemini, ut ſuprà diximus. Non deſunt alii qui ſui Elixiris materiam quærant non in vegetabilibus aut animalibus, ſed in rebus ſubterraneis & propinquioribus. Dicunt enim artem naturam imitari, ideoque ex iiſdem principiis ex quibus & natura operatur, cenſent eſſe laborandum, argentumque vivum & ſulphur, quæ audiunt metallorum proximam eſſe materiam, decoquunt. Sed perdunt miſeri, oleum & operam, quum argentum vivum Philoſophorum, non ſit illud vulgare, nec etiam commune ſulphur, ut jam dixi. Ecquis enim poſſet in menſura & proportione debita conſequi intentionem naturæ? nemo profectò: Deinde argentum vivum ſi vel minimo igni admoveas, exhalat, ac etiam mixtum ſecernitur & ſulphur etiam non difficulter, quum tamen horum amborum conjunctio ſit neceſſaria ad finem uſque digeſtionis in generatione metallorum. Sic falluntur quotquot in *marchaſitis*, tutia, antimonio, arſenico, auripigmento, lapidem illum quærunt, cùm ſit vel ſulphur inſeparabile omninò, & tamen debeat ſeparari ultimò, ut jam diximus, vel minori igne cùm ſeparetur, ſubjectum non eſſe Philoſophicum ſatis denotant omnium Philoſophorum ſcripta. Errant etiam qui marem Solem cenſent accipiendum, & fœminam Lunam, quæ duo *amalgamant* (liceat enim artis vocabulis uti) cum vulgari Mercurio, & ex tribus unum faciunt illaque decoquunt Chymicè, ſublimant, & ex illis tandem animam eliciunt, quam ultimò fixare conantur. Nam à Philoſophorum ſcriptis diſcedunt, qui fatentur omnes uno ore, agens junctum eſſe & proportionatum à natura in mineris, cum ſua materia: dicuntque *unicam eſſe rem*, in qua ſunt quatuor elementa proportionata, ut ibi ſit genus & fixum tingens & tinctum, album & rubeum, maſculus & fœmina ſimul compoſita. Eſt ergò, ut etiam ſupra jam diximus, quædam tertia natura communis & alterata ex diverſa commixtione, & digeſtione ſulphuris & argenti vivi, in qua eſt vis mineralis ad generandum mixtum: quæ duo agunt & patiuntur ita inter ſe perpetuò, donec traducantur à forma corporum imperfectorum primo generatorum (non ſeparato adhuc agente à ſua materia) in formam aliam, & tandem pervenerint continuatis digeſtionibus & purificationibus, ad ultimam illam & verè perfectam formam, quæ eſt forma auri, in qua eſt ultimus terminus motus, ubi etiam agens omninò à ſua

ſua: materia ſeparatur. Hoc quid ſit multi quærunt, pauciſſimi inveniunt, aut ſi invenerunt, præparationes ignorant & intentiones Philoſophorum, quorum medicina ex illis ſolùm elicitur per artem, in quibus habitat potentialiter per naturam, & in quibus perfectio primæ materiæ, omniaque metalla reperiuntur.

Philoſophici Lapidis operationes.

I. *Calcinatio.* Hanc autem illi poſtquam invenerunt materiam, primò calcinandam cenſent, & ab omnibus ſuis ſordibus purgandam, calorem reſtituendo, humoremque innatum conſervando. Nam in calcinatione Chymica nulla debet fieri corporis diminutio, imò potiùs multiplicatio.

II. *Solutio.* Deinde calcinatam materiam, ipſius craſſitiem attenuando, in quandam liquidam ſubſtantiam ac in ſuam primam *materiam* reducunt, quam vocant *aquam mineralem*, quæ manus non madefacit. Tuncque fit unum in genere, in numero non item: cujus *Solem* appellant patrem, *matrem Lunam*, & *mediatorem* Mercurium & alteratur corpus ſua propria forma, ſed nova illi inducitur immediatè, quum nihil in rerum natura omni ſpoliatum forma reperiatur.

III. *Element. ſeparatio.* Hoc facto ſeparant ex ipſa jam ſoluta *quatuor elementa*, illaque dividunt in duas partes, in aſcendentem aut ſpiritualem, & inferiorem ſive terrenam: quæ duæ partes ſunt unius tamen naturæ, nam inferior eſt *fermentum ipſam figens*, & ſuperior eſt anima totam ipſam vivificans. Harum tamen diviſio eſt neceſſaria, ut faciliùs tranſmutentur tandem inter ſe omnes, & pars terrena tranſeundo in aquam, nigreſcat, & aqua poſteà tranſeundo in aërem, dealbetur, & aër in ignem convertatur.

IV. *Conjunctio.* Separatione elementorum facta, *conjunctionem* faciunt aquæ & aëris cum terra & igne, ut unumquodque elementorum in altero diſpergatur, ſervata proportione: tribuuntque hac ratione mari tres partes aquæ ſuæ, fœminæ verò novem: & tunc ſimile ſuo ſimili applaudit, & par pari gaudet, propter concupiſcentiam adhærentiæ materialis maximè & formæ ſulphureæ.

V. *Putrefactio.* Hæc ita conjuncta *putrefaciunt, humida tamen calore* (ne igne accenſo, mercurius ſeparetur, vel in altum feratur propter naturam ſuam ſpiritualem) ut hac corruptione alteretur materia & elementa naturaliter dividantur, & *regeneratio* ſubſequatur. Nihil enim naſcitur vel creſcit, ne in animatum quidem, niſi putrefactione facta.

VI. *Coagulatio.* Poſt putrefactionem, ad *coagulationem* accedunt, atque *eodem calore temperatiſſimo* perpetuò materiam alterante tam intrinſecus quàm extrinſecus operantur, donec materia albeſcat & *perlarum* referat ſimilitudinem: fitque tum ſpirituum volatilium cum corporibus *con-*

Digitized by Google

fixatio ac vera congelatio. *Albam* hoc *ſpinam* vocant Chymici Philoſophi, & *ſulphur album* incombuſtibile, quod nunquam ab igne recedit.

VII. *Cibatio.* Ad *cibationem* denique ſe conferunt, nempe ad *ſubtilis ingroſſationem* & *craſſi ſubtiliationem*, commiſcendo aquam ſuam cum cinere, & *lac* ſuum cum *terra foliata*, moderatè quidem, ut ſic *albedo & rubedo*, bonitas & quantitas & virtus ipſius creſcat & augeatur, atque coquendo & iterum coquendo *materia nutriatur*.

VIII. *Sublimatio.* Tunc materiam *ſublimant*, ſublimatione tamen non vulgari, illamque ſic ab immunditiis omnibus expurgant, corpus extollendo, ac ipſum ſpirituale & *ſpiritum corporalem ac fixum reddendo*, *ſalſedinemque ſulphuream minuendo*, ut totum dealbetur ac citiſſimè liquefieri poſſit.

IX. *Fermentatio.* Abſoluta ſublimatione *materiam fermentant*, ſpiritum cum ſua terra dealbata, & calce tanquam cum ſuo fermento coniungendo, aut animam cum corpore *incorporando*. Non enim poſſunt oſtendere ſuas virtutes permanentes, *accidentia ſpiritualia*, niſi cum corporibus fixis conjungantur, tanquam cum fermento quod reducit ſibi appoſitum ad ſui naturam, colorem & ſaporem, per mutuam hanc & communem corporis & ſpiritus impreſſionem, ſine qua opus perfici non poteſt, quemadmodum nec paſta ſine fermento fermentari.

X. *Exaltatio.* Ad maiorem autem nobilitatem materiæ, illam *exaltandam* cenſent. ſpiritum *augendo*, terramque *ſublimando* & ſubtiliando, per naturalem rectificationem, omnium elementorum *circulationem* & veram *graduationem* ipſorum, donec ad perfectum amplexum reducantur.

XI. *Augmentatio.* Tunc *Salamandram* ſuam ſolutionibus & coagulationibus reiteratis in virtute augent: & cum *novo fermento* in virtute & quantitate, idque in infinitum.

XII. *Proiectio.* Ultimò faciunt *proiectionem* ſuper imperfecta, ponderis unius ſuprà plura, ſecundum medicinæ perfectionẽ. Quantò enim magis ſubtiliatur & tingitur, tantò abundantius operatur: & ſic naturam imitando, imperfecta metalla perficiunt, ac in Lunam & Solem convertunt, ex propriaque ipſius materia purificata arte, & ſubtiliata, deinde decoctione & digeſtione fixata, donec in album, tandem in rubrum prodeat colorem: volatiliſque rurſus facta, & iterum fixa, donec ingreſſum habeat & perfectè tingat, ſuam conficiunt medicinam, ſuumque *pulverem, quem lapidem Philoſophicum vocant*: Idque variis operationibus, diverſis rebus, pluribus vaſis, multiſque fornacibus, ut ex prædictis, artis imperiti fortè conjicient: quum tamen vero Philoſopho, in toto hoc magno licet opere, ſit unica operatio, unicaque via, res una, vas unũ, ſolus ignis, ſolàque fornax, ut omnes illi uno ore fatentur. Hæc autem omnia obiter annotare volui, quò Magiſtri Auberti de Philoſophorum lapide ſententiam

Digitized by Google

everterem (de rebus enim ignotis cuilibet fas eſt imperitiam ſuam prodendo, nugari) & ut nudam tum auri tum argenti formam abſtractam à ſuo concreto (quod tamen ipſe exiſtimat) materiam non eſſe Philoſophicæ medicinæ demonſtrarem.

NOTA IX.

Q. An lapide Philoſophorum factum aurum ſit fucatum.

Sed (inquit ille) *ex quanam re componatur lapis, non curo: attamen quum ens non ſit naturale, naturalem etiam formam induere non poteſt, ſed artificialem ſolum & fucatam.*

℞. Poſſum ego hîc provocare ad multorum inſignium virorum teſtimonium: ſed ratione potius exiſtimo nitendum eſſe. Dico igitur metalla verè transmutata, cognoſci perfecta, non per formam ipſorum præexiſtentem aut introductam, (hoc enim eſt impoſſibile) ſed per accidentia, proprietates, & paſſiones quæ ſequuntur formas: Itaq; ſi in transmutato metallo illa omnia quæ in vero reperiuntur, in quovis examine, certè ipſa habere formam non fucatam, ſed auri vel argenti mineralis judicandum eſt. Nam id quod efficit operationem oculi, eſt oculus, & è contrario, ut ſcribit *Philoſophus 4. Meteor.*

Præterea lapidem Philoſophorum naturalem eſſe demonſtravimus, ex ipſius efficiendi ratione: idq; mediante agente naturali, ſcilicet igne, cum colore ſuo naturali, odore, & forma naturali: quæ ſunt formæ accidentales, ſequentes ſuam determinatam ſubſtantialem formam, arte adminiſtrante ſibi materiam. Ars enim eſt connexa cum natura, quoniam artis principium eſt ipſa natura, ut ſcribit *Philoſophus 2. Phyſ.* Qua ratione ars poteſt dici naturalis aq; ipſius opera, naturales iidem formæ. *Naturales* enim *formæ* dicuntur dupliciter: nempe aut quum natura ſibi præparat materiam, & præterea introducit formam, ut in homine, & lapide: aut cum ars ſibi ſubminiſtrat præparatque (non ultima tamen præparatione) materiam, quam natura tamen diſponit & præparat ad ultimum uſque: formamque in eam introducit, ut in generatione *ceruſæ & minii* videre eſt. Neque novum eſt quod ars in multis ſequitur naturam, multaque naturalia arte componi & perfici poſſunt: quod etiam innuit *Ariſt. 4. Metaphyſ. de Colchotare & Calchanto* verba faciens. *Natura enim*, inquit, *in mineris atramentorum generat atramenta*: modum autem generationis ipſe oſtendit. Teſtatur tamen paulò poſt illa duo atramenta etiam arte componi & perfici poſſe. Ars enim, quum ſit imitatrix naturæ, ut ſcribit *2. Metaphyſ.* aſſumendo ſubſtantiam ferri aut æris (ex quibus naturaliter illa fiunt) illamque miniſtrando naturæ ſolutionibus, diſtillationibus & coagulationibus reiteratis, illa tandem ingenioſè perficit, & ita perfectè quidem, ut habeant eaſdem proprietates & operationes activas & paſſivas, quales habent & mineralia illa duo atramenta. Idem & in confectione ſalis cernitur. Reperitur enim

enim alius mineralis, ut in Polonia, alius eſt factitius, ut in Gallia: eaſdem tamen habens proprietates & paſſiones quales mineralis, qua ratione & verè naturalis dici poteſt, & ejus forma etiam dici naturalis & verè perfecta. Sic quoque de metallis ſentiendum. Nam quemadmodum propriæ materiæ defectus eſt potiſſimum in cauſa, cur ex re quapiam non gignatur altera ei ſimilis: ſic ſi materia idonea inventa eſt, cauſa eſt præcipua cur ex uno alterum ei ſimile producatur. Itaque quoniam arti tranſmutatoriæ eſt poſſibile invenire eandem auri & argenti materiam omninò naturalem, id eſt tertiam illam naturam, argentum illud vivum videlicet, cum ſulphure ſuo coagulatum & commixtum: ſitque facilè ipſam naturam ſequi & imitari in ſuis operationibus, quoniam ipſa ſuaviſſimo calore decoquit & digerit illam materiam, donec in ultimo termino motus, ab ipſa ejus agens ſeparetur, nempe extraneum ſulphur: conſequitur ex parte & agentis & propriæ ac naturalis materiæ, artem dici & poſſibilem & verè naturalem.

Sed tandem ad iſtud argumentum confugiet Aubertus: *Si auri argentive ſpeciem introduceret lapis ille Philoſophicus, illud ſibi aſſimilaret, atq; alium hoc modo formaret lapidem Philoſophicum.*

Reſpondeo hanc metallorum converſionem eſſe ipſorum reductionem ad quoddam medium, nempe ad temperationem, & æquabilitatem illam ſummam (quæ in ſolo auro reperitur) in ſubſtantia, colore, digeſtione, fuſione, ſonoritate, & aliis proprietatibus.

Hæc ſufficient hactenus à nobis diſputata, non ut de exiſtimatione Auberti cæteris in rebus quicquam detraham, ſed ut eum, & qui ejus libellum dicteriis ſuis ornandum putarunt, oſtenderem tot acerbis conviciis immerentes proſcidiſſe. Denique ut veritati patrocinaret, cuius & ipſum ſtudioſum eſſe oportet, ſi bonus eſt, qualem eum eſſe arbitror. Neque enim hæc ſunt à me excogitata, ſed à doctiſſ. viris prodita, certiſſimiſque argumentis confirmata: ne me quiſquam exiſtimet illorum ſola autoritate uti, quæ tamen nec ipſa debuit ab Auberto contemni. Quis enim illos exiſtimet vel temerè, vel mala fide illa nobis arcana, jurejurando etiam ſancta, reliquiſſe? Hanc igitur ipſam Philoſophiæ partem, quam uſque adeò acerbè laceſcit, improbat, cavillatur, auſim ego contrà affirmare, nunquam ſatis laudari ac pro meritis prædicari poſſe, ſive ipſa ſola naturæ miracula, quæ ex abditiſſimo ſuo ſinu eruit, juvet nos contemplari, ſive utilitates illius ſpectemus, quæ penè ſunt innumerabiles, præter illa infinita quibus artes plurimas illuſtrat. Nam ut cætera prætermittam, vel ſolius lapidis Philoſophici virtus ea eſt, ac præſtantia, ut pleriſque ſanandis morbis ſufficiat, & veras ac exquiſitas medicamentorum præparationes commonſtret: ſed hæc iis ſor-

Vide Plin. lib. natural. Hiſt. 33. cap. 4. qui ex auripigmento aurum perfectum factum fuiſſe ſcribit.

Hhhh 3 derec

dere mirum non eſt, qui impurioribus ſunt aſſueti, aut quibus unica conſuetudo jus facit. Ego verò iſtiuſmodi homines commoneo, vel ut diſcant meliora, vel ut melius inſtitutis non invideant, vel ſaltem ignota non reprehendant: ſin minus, nihil tamen eorum conatus morabimur, quia futurum ſcimus, ut obtineat veritas, & illas tandem tenebras ſuo fulgore diſpellens, ſingula cuiuſmodi reipſa ſunt, patefaciat.

Cap. V.

De Sole ſeu Auro.

Veterum ſententia.

Galenus cæterique Græci authores parum in auri & argenti cognitione verſati fuerunt, ut ex iis aliqua eruere remedia norint. Licet enim *Galeno* Antidotus de margaritis, & lætificans *Galeni*, ut vocant, quæ aurum & argentum excipiunt, arrogetur, iniquè tamen id fit: ſiquidem multa in illis ſimplicia ingredientia deprehendere liceat, quæ ætati *Galeni* incognita fuerint, ut ſagaciſſimè notat *Fuch. in Antid.* è margaritis, quã *Nic. Myrepſus* ei adſcribit *lib. de Antid. cap.* 38. *& Adolph. Occo* celebris Medicus Augſpurgenſis in Auguſtano ſuo medicamentario in compoſitione lætificantis, ſub nomine *Galeni*, obſervavit: quam adulterinam eſſe, & falsò *à Nic. Myrepſo* illi adſcriptam, judicavit. Quin & ipſe *Galenus lib.* 9. *de medicamentorum facultatibus, cap. de medicamentis metallicis*, nullam auri aut argenti mentionem addit.

Unus *Ægineta de re med. lib.* 5. *cap.* 8. *de ſcorpii plaga.* Argentum ſcribit plagæ aut ictui ejus appoſitum prodeſſe præter opinionem.

Et *Aetius* miratur tantum, quî deglutitum aurum medicari & opitulari poſſit! Itaque duo illa metalla in medicos uſus aſſumpta, & in antidotos relata ex officina Arabica prodierunt, qui primi eorum medicamentis aptandorum inventores fuerunt. Quod ex ipſo *Nic. Myrepſo* videre licet, variarum Antidotorum hincinde conſarcinatore & rapſodo, qui præcipuas & præſtantiſſimas, utpote corroborationi virium idoneas, & graviſſimis quibuſvis morbis curandis efficaciſſimas in ſuum commentarium tranſcripſit: à quibus aurum & argentum in foliola aut ramenta, citra ullam aliam præparationem redacta excipiuntur, ut legi poteſt in aurea *Alexandrina*, in *Diacammero*, aut (ut in Auguſtano medicamentario ſcribitur,) in *Antidoto de lapide Radiato aut Lazuli* juxta *Meſuem*, qui ejus ſibi inventionem arrogat, quam & alibi etiam, ut nos, confectionem alkermes vocat, nec à noſtra differt, quam reſtitutione quadam in meliorem ſtatum compoſitionis à noſtris præſtitâ. *In Antid. Argyrophora dicta, Antid. è ſapphyro, Antid. ad cardiacos, ad melancholicos omnesq; cordis affectus*, quemadmodum & in utrumque *electuarium de gemmis calidum & frigidum* duo illa metalla admittuntur à Meſue: nec non aurum in *confectionem cardiacam Alexandri Bened.*

Hinc

Hinc conſtat metallorum aliquem fuiſſe uſum apud Antiquos; ipſaq; in multis, iiſque præclariſſimis Antidotis & compoſitionibus, uſurpata: quarum aliæ adhuc nunc vigent & in uſu ſunt quotidiano, ad corroborationem virium: quarum tamen, ut diximus, Græci caruerunt cognitione: nec aliis earũ concinnandarum methodus, ut neque condiendorum melle aut ſaccharo ad ſaporis ſuavitatem medicamentorum ratio, quàm ſolis accepta ferenda eſt Arabibus.

Primi enim omnium poſterioris ſeculi Medicorum de virtutibus pretioſorum lapidum, auri atq; argenti, tractarunt, quas ex ſplendore & puritate eorum agnorunt non eſſe potentiſſimorũ affectuum ſteriles: ut ex *Raſe, Serap. aliiſq; Arabibus* cognoſci poteſt.

Arabum.

Avicenna ipſe, quem inter celeberrimos recenſemus, hæc de auro ſic ſcribit *lib. 2. tr. 2. Aurum*, inquit, *natura eſt æquale & ſubtile*: cumque de virtutibus ejus & operationibus verba facit, addit: *Limatura ejus ingreditur in medicinas melancholiæ, & melius cauterium ac velocius ſanabile eſt; quod fit cum cauterio auri. Retentio ipſius in ore removet fœtorem oris, & ingreditur limatura ejus medicinas alopeciæ & tyriæ liniendas, & iis immiſcetur quæ bibuntur, confortat oculum in alkool poſitum. Confert doloribus cordis, & tremori ipſius, & malitiæ animi, & ei, qui ſolus loquitur.* Et in *libello de medicinis cordialibus tr. 7.* hæc quæ ſequuntur, ipſemet ſcribit *Avicennas* de auro & argento: *Aurum judicatur*, inquit, *inter judicium argenti & hyacynthi, & eſt quidem infra hyacynthum, & ſupra argentum, cujus quidem complexio temperata eſt, aliquantulum vicina calori, & eſt ejus operatio à proprietate.* De argento autem ſic loquitur: *Argentum aliquantulum eſt frigidum & ſiccum, & eius quidem effectus ſimilis eſt effectui hyacynthi, hoc excepto, quod multo eſt debilius illo.* Quam vero proprietatem Avicennas hyacyntho tribuat, ut intelligamus, ſubjicit quæ ſequuntur, eodem lib. paulo poſt: *Hyacynthus temperatus eſſe videtur. Ineſt autem ei proprietas lætificandi & confortandi cor, & fortiter obviandi veneno: & hæc quidem proprietas eſt virtus, non ſuis attribuenda componentibus: ſed manat ab ipſa eo modo, quo ex magnete emanat virtus, per quam magnes attrahit ferrum è longinquo. De his autem, quæ in conſideratione hyacynthi perſuadere oportet, eſt ut inconveniens eſſe dicatur, calorem naturalem agere in hyacyntho, cum ſumitur intrà corpus, tranſmutationem & diſſolutionem atque commixtionem eius ſubſtantiæ, cùm evaporabili ſubſtantia ſpirituali, quemadmodum agit in croco & ſimilibus. Et in ſumma incongruum quidem eſt, quod dicatur, quod hyacynthus in forma ſua ſubſtantiali patiatur à naturali calore, & exinde poſtmodum eius opus manifeſtari. Etenim eius ſubſtantia quemadmodum patet ſenſui, valde eſt ab huius paſſione remota. Videtur ergo, quod naturalis calor nec imprimat in ſubſtantia, nec in accidentibus forma ſua inſeparabilibus: ſed ſolum in ubi eius, & loco & qualitatibus eius accidentalibus. In ubi quidem, & loco; quia facit ipſum cum ſanguine penetrare, uſq; ad partes cordis. Quapropter cum afficitur propinquius paſſo, fortius imprimit ſuum effectum. In qualitati-*

Digitized by Google

litatibus quidem , quia calefacit ipſam hyacynthum : De natura vero calefactionis eſt, ut manifeſtet proprietatem, & excitet virtutem. Secus apparet in carabe: ipſum enim quando debilitat : paleam trahere videtur : fricatur quidem donec caleſcat, poſt hoc apponitur palea, & attrahit ipſam velociter. Et videtur ergo , quod ultima impreſſio natura noſtra, vel caloris naturalis noſtri in hyacyntho ſit iſta : & quod actio ſit additio manationis ex eo ad illud , ad quod ſit manatio naturaliter, & additio appropinquationis, &c. Hæc Avicennas.

Hinc concipi poteſt ab exemplo de hyacyntho, quid *Avicennas aliiq; Arabes* judicaverint de natura & proprietatibus auri & argenti, dum vult tandem concludere, calori naturali nullam ineſſe agendi poteſtatem in hyacynthũ introſumptam, nec tranſmutandi & diſſolvendi ejus ſubſtantiam. At ea permanet, ut eſt in ſubſtantia vaporoſa & ſpirituali, quemadmodum ſupradictus calor agit in crocum, aut aliud quid ſimile. Quod quidẽ illi, aliiſq; omnib' concedimus, qui aurum, argentũ, ſapphyrum, hyacynthum, & reliquos pretioſos lapides in tenuiſſimum pulverem redactos propinant, quos vel utcunq; ſubtiliſſimè tritos, atque ſic intus aſſumptos , ne ſic quidem calor naturalis noſter domare ac diſſolvere queat: attamen & metalla & pretioſos lapides, ſi in calcem philoſophicam, eſſentias, magiſteria, olea, liquores aut tincturas adducantur, (in quem ſcopum tendunt Hermetici, ut corpori humano cedant in medicamenta) facilè naturalis calor noſter atterat, concoquat & edomet.

Infiniti alii Arabes & Medicorum noſtri temporis peritiſſimi, mirandas admodum & incomprehenſibiles , auro facultates aſſignarunt. Authoritatem quinquaginta Doctorum Arabicorum, aut circiter, ſilentio prætaribo: ut ad Hermeticos veniamus primo *Palmarij* antiquiſſimi, doctiſſimiq; viri, & admodum curioſi ſuffragium inducam, utpote illius, qui non ultimum inter ætatis ſuæ medicos locum occupavit. Quid igitur de auri facultatibus in *ſuo libro de febre peſtilentiali cap.* 18. diſſerat, audiamus. *Aurum,* inquit, *cum ſit temperatiſſimum , nec temporis diuturnitate, nec ignis perennitate conſumit. Cardiaca, melancholia, cordis palpitationi , morbo attonito, comitiali, elephantiaſi & venenis medetur , atque ſpiritus animales, vitalesque mirificè recreat, idque puriſſimum vel candens juſculis & potionibus inſtaurantibus pluries intingitur , vel in pulverem redactum ad drachmam ſemis vel ſcrupulum unum exhibetur , vel in oleum ſtillatitiamque aquam , arte chymica converſum , ad tres quatuorve guttas cum vino, vel aqua cardiaca propinatur.*

Idem *Palmarius ſub finem*, aliam auri præparationem , mediante quodam cœleſti diſſolvente factam, *his verbis* proponit. *Auri pollen arte nova , roris Maij beneficio paratus, citra ignis vim , mirificam habet adverſus omnia venena efficaciam, atque cardiacum remedium eſt omnium præſtantiſſimum.* *Alia auri præparatio Palmarij.*

Hac

Hac in re certè *Palmarius* eſt omni commendatione dignus, eò quod potiſſimum Rempublicam doceat quidquid de auri præparationibus, & aliorum metallicorum acceperit: illorum uſum approbet, nec non aliorum plurimorum opinionem eludendo, hæc remedia in ſupremo veluti Alexiteriorum gradu reponat.

Sed tempus efflagitat modò, ut alios Hermeticos, de auri natura & eſſentia audiamus: utque rationem præterea inquiramus, cur tantopere remedia quę ab illo depromuntur exaltaverint. Quidam enim, eò quod minus fidem ſuam his præconiis accommodaverunt, in ludibrium omnia convertere imperitè conati ſunt. Nuſquam enim illis in mentem venire potuit, aurum, quod eſt ſubſtantiæ adeò ſolidæ, potabile fieri, tamq; mirabiles ad ſanitatem conſervandam effectus producere poſſe.

Videamus igitur quid de iſtis ſcribat *Paracelſus*, quæ peritus Doctor ac æquus lector conferat cum antiquorum ſcriptis, eaq; ſimul ad incudẽ revocet, ac de iis judicium ferat, pronuncietque maturo judicio, penes quam utriuſq; partis inclinet victoria, & quæ ſcopum propiùs attigerit.

Generales auri contemplationes.

Primo igitur loco hæc ſunt, quæ in genere de metallis craſſa ſua materia indutis ſcribebat Paracelſ. *Metallorum uſus citra noxam in medicina non eſt, niſi prius comminuantur, alterentur, & natura metallicâ depoſitâ, in aliã eſſentiam tranſmutentur. Parum etiam ex iis effectum ſperes, ſi non præparatio, quam alchymia docet, applicationem præceſſerit, id eſt, ſi ante in ſua arcana, olea, balſama, quintas eſſentias, tincturas, calces, ſales, crocos, & his ſimilia, redegerit & ægroto adminiſtraverit.*

lib. de compoſ. metall. in principio.

Hinc conſtat, omnes illas Antidotos & electuaria corroborantia, quę aurum, argentum, pretioſoſq; lapides in pulverem crudum tantùm redactos admittunt, ab Hermeticis repudiari: ſiquidem iſta ſic parata ventriculis auro & argento tantùm incruſtandis ac obducendis proſunt: cùm Hermeticæ præparationes in eſſentias, magiſteria & tincturas adductæ longè nobiliores effectus edant.

Genuinus metallorũ uſus.

Sed cùm hîc de auro & argento privatim agamus, videam⁹, quid Hermetici, ac inprimis Paracelſus, de iis tradant, quid de illorum virtutibus & prępārationibus ſcribant: poſtea quid ex noſtris hortis effloreſcat, ut laboribus etiam noſtris fruantur omnes, quos univerſo populo conſecravi, docebimus.

Ea omnia, quæ naſcuntur ac intereunt, ut volunt Hermetici, ſuã habent progreſſionem ad ſummum perfectionis gradum, in quo ſcilicet nulla eſt amplius elementorũ contrarietas, vel deſtructionis cauſa. Iſta elementorũ adæquatio, vel naturarũ uniformitas, omnium eſt nobiliſſima & perfectiſſima, adeoq; omnium creaturarũ nobilitas & perfectio. Talis uniformitas, quæ ſubſtantia eſt omnibus elementis æqualis in uno auro præſertim ineſt, in quo propter hanc elementorum adæquationem, nulla poteſt contingere diminutio ſeu deſtructio, ita utjure

Singula creata naturâ tendunt ad perfectionem.

Digitized by Google

ut jure etiam poſſit omniũ gemmarũ & corporũ clarificatorũ dici materia: & propterea aurum etiam adeò perfectũ eſt, ut illo nihil perfectius aut nobilius reperiatur: *uni enim nil deperit auro, &c.* ut ſcribit *Augurellus.* Hęc autem auri perfecta natura accuratè cõſideranda eſt. Ea enim eſt omnibus elementis æqualis & uniformis, ut dictum: duplicis tamen naturę, ſpiritualis ſcilicet, ſeu aſtralis, formalis, volatilis, & corporalis, materialis & fixæ.

Summa perfectio in auro.

Utraq; ſummo ſtudio inveſtiganda eſt, ne in tam amplo labyrintho erremus: ſed ut veram magnæ veræq; medicinæ, & veri ſeu uberrimi elixiris materiam, quæ præſertim in ſola natura & ſubſtantia ſolari conſiſtit, eruere queamus.

Cùm autem hoc præſertim nobiliſſimum corpus, compactiſſimæ & firmiſſimæ ſit ſubſtantiæ: abſq; apertione & fractione aut ſolutione illius nihil boni præſtare poterimus. Nam cùm natura in hoc corpore perfectionẽ attigerit, atq; idcircò ab eius ulteriore operatione quieta ceſſet, arti cõmiſit induſtriã ſuã, quã aliquid adhuc perfectius huic corpori tribuat. Idcircò incipit ars, ubi deſinit natura, quæ nullum ſibi alium proponit ſcopum, quàm & perfectionem illã auri auctiorem reddere, & eã ex materiali corpore eruere, ut ſpiritualem, aſtralẽ, & aërẽa reddat, medicinæ univerſali ad omnes corporis humani affect' profligandos idoneam. Quæ quidẽ ſic arte reddita medicina, infinitis tùm demũ virtutibus cumulatur, quæ alioqui in craſſa ſubſtantia ſopitę languebant, ſimiliſq; redditur grano, quod numero, poteſtate & virib' (agricolæ induſtriâ) augetur ac multiplicatur: qui non tantùm terram ſuam aratro proſcindit ac pręparat, at eam fimis impręgnat, igne nitroſo ac calore ſulphureo gravidis & potentibus, quem natura in fimos contulit, ex cœleſtibus derivatum. Sic ars in auro operatur, eandem aut ſimilem induſtriam conferens, quam ſementi ſuæ agricola.

Vivificatio auri.

Ea autem variis naturæ ignibus internis utitur in ſua operatione, quorum virtutes in digerendo & vivificando poſitæ ſunt, quas novit artifex externo igne excitare, eoque omnes coctiones imitari ac perficere, quas natura in ſuis operationibus adhibet, ut maturitatem & perfectionem rebus omnibus, quas producit, conciliet.

Ignis naturæ.

Sic mundus & elementa eius, ignis interventu tranſitura ſunt atque etiam renovanda, & à priſtina forma in cryſtallinam longè perfectiorem, puriorem & nobiliorem, ac in æternum durabilem commutanda ſunt.

Renovatio mundi.

Ars quoq; cùm in ſuis operibus variis ignibus utatur, quatuor organa aut inſtrumenta ad artificium ſuum complendum adhibet, *ſolutionem* nempe, aut *putrefactionem*, qua aurum in primam ſuam naturam ac materiam reducit (alioqui perpetuò aurum tantum manſurum inutile) qualis tũ primũ erat, quum exorſa eſt auri confectionem natura, eam ſemper ad perfectionem uſq; ſummam promovendo.

Quatuor artis inſtrumenta.

1. Solutio.

Alterum inſtrumentum *ſublimatio* eſt, cuius ope ars, ex ipſo corpore ſoluto & aperto, ſpiritum, animam & tinctu-

2. Sublimatio.

tincturam, vires & virtutes, quæ in ipſo auro deliteſcebant, extrahit ac ſegregat.

3. *Calcinatio.* Tertium *calcinatio* eſt & Phyſica digeſtio, qua ſpiritus & anima cũ corpore in unionem revocantur, ita ut ex trinitate partium fiat rurſum totius unitas, nec non conjugium arctiſſimũ, ac indiſſolubilis conjunctio.

4. *Fixatio.* Quartum organum artis *fixatio* eſt, qua tres illæ diſtinctæ partes ſic unitæ, uſque adeò in ſeſe vinciuntur ac conſtringuntur, ut nulla partium amplius fieri queat divulſio. Sic utiq; aurum ſpecie mortuum, in vitale, vegetale, ac prolificum aurum immenſæ virtutis convertitur: ex cuius ſemine ſi vel granum exhibeatur, miras affectuum curationes in ſanitatis corporis humani conſervationem, ac vitæ productionem oſtendet.

Atq; hæ ſunt generales Hermeticorum in naturam proprietates ac facultates auri ſpeculationes; quæ quidem longiùs progrediuntur, & majoris momenti ſunt, quàm Dogmaticorum ratiocinationes, ut pleriq; omnes ſanæ mentis homines judicare ac concipere facilè poſſint.

Speciales auri contemplationes.

Sed ad particulares eorundem Hermeticorũ contemplationes, quas ſcriptis mandarunt, docuerunt ac experti ſunt de proprietatibus, virtutibus, nec non variis ac magnis operationibus, præparationibus, & infinitis remediis, quæ ex auro eliciuntur, deſcendamus: & prætermiſſâ longâ illâ ac innumerâ Hermeticorum, virorum alioqui celebrium, ſerie, qui hoc argumentum tractarunt, & in ipſum quàm fœliciſſimè operati ſunt, unius *Paracelſi* ſcripta intueamur.

Aurum, inquit ille, lib. 12. de tranſmutatione rerum naturaliũ, pag. 308. & lib. de renovatione & reſtauratione, pag. 107. *corpus hominis ad ſummam ſanitatem reducit, omnes morbos curat & tollit, omnes colores reſtituit, inſtaurat, renovat.* Et lib. de vita longa, tom. 6. pag. 126. *Aurum præſervat à lepra*, 7. tomo. *Aurum ex univerſis elixiriis ſummum ac potentiſſimum eſt, corpus ſervat, & liberum reddit ab omni ægritudine, nequeid corrumpi ſinit: corrigit enim ac emendat quicquid non eſt ſincerum.* Eodemmet tomo lib. 3. de vita longa, pag. 133. 134. de auro loquens, eiq; tot tantaſq; virtutes ac proprietates tribuens, non quidem illi foliato, aut in limaturam comminuto, prout craſſè veteres illo uſi ſunt, ſed philoſophico, hoc eſt, craſſa ſua materia, vario artificio ſpoliato, & ad ſummam ſpiritualitatem adducto, ut fiat medicamentum multis ac variis, iiſque graviſſimis morbis idoneum, eadem met verba profert.

Præparata Paracelſi.

Porrò ex auro varias docet elici præparationes: atq; ex illo (ut & idem de Luna reliquiſq; metallis) tria propria eruit:

1. Vitriolum nempe ſolis, quod ſal eius eſt,
2. Sulphur ſolis,
3. Et Mercurium ſolis,

Dein ex illis tribus principiis, vel con-

 junctim

junctim, vel ſeparatim varia remedia parat, ut:

4. Arcanum auri ſimplex,
5. Arcanum auri vitriolatum,
6. Crocum ſolis,
7. Magiſterium ſolis,
8. Liquorem ſolis,
9. Quintam ſolis eſſentiam,
10. Elixirium ſolis,
11. Balſamum ſolis,
12. Aurum potabile,
13. Tincturam ſolis.

1. *Vitriolum ſolis.*

Proceſſus ac verus extrahendi *vitriolum* auri modus docetur *tomo 6. lib. de morte rerum naturalium, pag. 291.*

2. *Sulphur ſolis.*

Ibidemque methodum explicat educendi ſolaris ſulphuris; virtuteſq; utriuſq; docet, eſſe diaphoreticas, diureticas, mundificantes, ex quibus multa eliciuntur remedia, variis morbis opportuna.

3. *Mercurius ſolis.*

Ut autem Solis mercurius ſeparetur ex auro, & in primum ens ſuum reducatur, primamque radicem, proceſſus ac methodus docetur eodem *tom. p. 291. 437.* Ex quo mercurio ſolari varia præcipitata parantur, aliaque remedia præſtantiſſima purgantia & ſudorifica, veri ſcrophularum, luis venereæ, morphæarum, & id genus aliarum ægritudinum, ex maſſa ſanguinis inquinata ac corrupta proficiſcentium, domitores.

Eiuſmodi remedia parva admodum quantitate exhibentur intrò ſumenda, eaq; in pulverem vino aut alio liquore dilutum, aut in pilulas ex conſerva aliqua formatas.

4. *Arcanum ſolis ſimplex.*

Arcanum auri ſimplex deſcribitur ab eodem *tom. 4. pag. 362.* quod caduci morbi ſpecificum ac peculiare remedium eſſe docet: nec non omnibus maniarum ac melancholiarum generibus opportuniſſimum, doſi dimidii ℈ aut circiter.

5. *Arcanum Solis vitriolatum:*

Arcanum auri vitriolatum, iiſdem morbis, ſed præcipuè epilepſiæ aptiſſimum, deſcribitur *tom. 6 p. 160.* cujus doſis eſt quatuor aut quinque granorum tantùm.

6. *Crocus Solis.*

At croci ſolaris conficiendi ratio habetur eodem *tom. 6. pag. 440.* Quæ quidem remedia omnia per ſudores operantur, nec, etſi magnos alvi fluores concitent, idcircò contra morborum petere & pervadere deſinunt, ex quibus balſamum vitale recreando ac corroborando radices & primas mali origines extirpant, ac fontes exhauriunt, modo naturæ tantùm, non nobis cognito.

7. *Magiſterium Solis.*

Quomodo verò magiſterium Solis paretur, docetur *tomo 6. lib. 6. de magiſt. & lib. 3. archidox.* de Elementorum ſeparationibus: atq; hæc vera panacæa eſt, & adverſus omnes morbos

vel

vel deploratiſſimos,quales ſunt lepra, ſcrophulæ,malum mortuum , morphæa,exanthemata,variolæ ,lues,epilepſiæ,apoplexię,paralyſes,contracturæ,& id genus alia , præſentiſſimum auxilium.

8. Liquor Solis.

Formula ac compoſitio liquoris auri deſcribitur *tom.3.lib. 2. de viribus membrorum.* In contracturę cura nihil altius,nihil laudabilius eſt liquore auri & liquore mumię,ut ſcribit idem *Paracel.lib.2.de tartaro,tract.* 1. *pag.*2, 8. Eodem quoque *libro & tract.pag.* 287. idem author hiſtoriam refert cujuſdam hominis,cujus nomen exprimit, qui per quinquennium integrũ contracturâ ac paralyſi membrorum perculſus , intra novem dies priſtinæ ſanitati prorſus hoc auri liquore reſtitutus eſt. Multis aliis locis deſcribitur idem liquor,quos brevitatis cauſa omitto.

9. Quint.eſſen.Solis.

Quinta eſſentia auri dicitur, quandò à corpore Solis quædã ſpiritualis & rubina eſſentia ſeparatur, in qua omnis virtus ineſt, *tomo 4 pag.* 106. Exhibetur in curationẽ variorum membrorum ſemel aut bis in die ex vino aut decoctione congrua, doſi 5.6.aut 7.granorum.

10. Elixir. Solis.

Modus elixiris ſolaris conficiendi, ejuſq; virtutes ac proprietates in morbos etiam deſperatiſſimos traditur *tomo 6.lib.3.de vita longa.*

11. Balſam. Solis.

Balſamum Solis,ejus proceſſus ac ratio proliciendi , cum virtutibus ac facultatibus,explicatur *in magna Chirurgia pag.* 147. lupis præſertim ac ulceribus phagædenicis & cancroſis medicandis efficax, ſi intrò aſſumatur, & extrinſecus inducatur, mixtis illius aliquot guttis cũ alio balſamo leviore.

12. Aurum potabile.

Aurum potabile & oleum Solis ſine corroſivo ut habetur *tom.7. li.de Gradibus & Compoſ.pa.*361. *extrahitur cum eſſentia ſalis ex calcinato deſtillata, qui poſtea rurſus ſeparabitur & præparabitur. Tum enim optimum aurum potabile efficitur, tom.7.lib de ſale,pag.* 148. *& tom. 6. lib.* de reſuſcitatione rerum naturalium , *pag.* 398. Hæc ſunt; quæ ab illo dicuntur: *In auro potabili parando, primus gradus eſt, ut aurum fiat volatile, & non amplius poſſit reduci: Huic volatili auro addatur ſpiritus vini, & uterque fiat volatilis.* In eodem met tomo, *lib.* Theſaurus Alkymiſtarum inſcripto, *pag* 398. veri auri potabilis præparatio & adminiſtratio docetur. Itemq; *tom. 4. lib. de membris contractis*, ubi hoc remedium tradit contracturis præſentiſſimum, tanquam verum illarum ſpecificũ. Infinitis deniq; locis hujuſmodi aurum potabile,ejusq; præparationes & uſus ab illo deſcribuntur: vires verò & proprietates eodem tomo, libro de membris contractis enarrantur. *Tanta vis, inquit, ineſt auro potabili , ut non ſatis poſſit prædicari: Major enim vis confortãdi non reperitur : ita ut per hoc remedium omnes morbi curentur , inprimis ii, qui ſunt in ſummo gradu, cujuſmodi eſt contractura, &c.* Quiplures proceſſus &

Digitized by Google

tum *diaphoreticum* eſt, per ſudores ſuperfluos & noxios expurgans univerſi corporis humores.

Auri album corpus, (quod eſt vera luna fixa extractâ ut prius tincturâ) cũ *ſalibus reſuſcitavis*, & melle acida muria, ut artis eſt, præparata digeſtionibus, & exaltationibus ab experto Spagyro reducitur in mercurium intra paucos dies. Illo in vaſe convenienti impoſito, præcipitatur per ſe in *furno Atanoris*, *febrili calore*, proditque in pulverem rubrum, cujus exhibentur gr. 8. cum vino aut aqua Theriacali ad *hydropem curandam*, & luem veneream, idque ſolis ſudoribus.

à Sulphur. Hæc tinctura, aquæ in rubrum colore ſublimatur ad formam ſtellæ radiantis, ſi philoſophica proportione cum proprio mercurio, ex corpore illo albo ſeorſim etiã extracto, miſceatur, digeratur, & philoſophicè coquatur: evadit tincturarum omniũ nobiliſſima ac præſtantiſſima, ut ſit tinctura etiam tincturarũ, & jure medicina medicinarum vocari debeat: ejus vel unicum granũ vino dilutum, aut alio liquore congruo exceptum morborũ omnis generis curationi inſervit. Sanguinem enim corruptum purificat & ab excrementis omnibus corpus univerſũ ſolis ſudorib. expurgat.

Non dubium eſt mihi, quin naſuti quidam Cenſores hanc auri tincturã rideant, fabulaſque & nugas eſſe clamitent, quinetiam etſi apertè vires operationis illorum & effectus videntint; coganturque ab experientia veritatem illorum confiteri & admittere, tamen non deſinant impoſturarum omnia hæc inſimulare. Sed ſatis eſt mihi, ſi gerronibus iſtis reſpondero, quamplurimos eſſe, eoſque præclariſſimos viros, in Germania præſertim, nec non alibi, imò etiam Principes, qui veritati auri potabilis ſuffragentur ac ſubſcribant, admittantque illius præparationem, qua in liquorem quadraginta aut quinquaginta variis modis per alembicum aurum extillat, ut in corpus amplius nunquã reduci queat: quorum modorum aliquos jam hîc legiſtis, quos ex Paracelſo citavimus: quibuſque veritatem derogare iis ſit nefas, qui vel tantillum in chymicis operationibus verſati ſunt. Hoc ipſum ego, qui vel omnium chymicorum infimus ſum, experientiâ poſſim, cùm libuerit, oculis videndum ſubjicere infra decem dies, extractam, inquam, variis modis tincturam auri: nec non in potabilem liquorem, ſupra viginti etiam formas, ipſam redigere: cujus rei ſpondeo me certiſſimam fidem re ipſa facturum; ei, qui ingenuè poſt conſpectum experimentum & rei veritatem; ignorantiam ſuam ingenuè fateri velit, & tam nobilia ac præclara artificia, antiquitati incognita ſuſpicere ac admirari.

Quòd autem varias ac admirandas proprietates auro aſcribant Hermetici, in ſpiritualem naturam, corporeâ relictâ, adducto, ratio eſt, quòd inter naturalia omnia corpora, auri corpus emineat; & alia corruptione ac perennitate ſuperet: idque ratiocinantur majore jure, quàm Hippocrates, & poſt illum Meſue, aliique, cum helleboro, tot venenis ex eorum ſententia:

Digitized by Google

tentia implicato, majores curandorum morborum vires, quàm auro potabili, tribuant.

Superiores illæ omnes auri præparationes, quum ſpiritualem naturam, & aëream ſubſtantiam ei concilient, ipſum idcircò reddunt morbis gravioribus epilepſiis, apoplexiis & paralyſibus, opportunum auxilium, cùm ex aliquo congruo liquore adminiſtrātur.

14. *Tinctura Quercetani.*

Vnam hoc loco adjiciemus remediorum noſtrorum Solarium deſcriptionem, cujus formula graviſſimis morbis ſpecifica, certiſſima, ac facilis brevisq; eſt præparationis. Si tamen ænigmatica videbuntur vobis mea verba, non eſt quòd miremini. Tantū enim tamq; præſtans argumentum aliter, quàm philoſophico eloquio tractari haud poteſt, cum ſolis etiam Philoſophis illud dicatum ſit, & eis pervium.

Calcinate philoſophicè ſolem, ad ſupremum puritatis gradum prius per antimonium adductum, & aquæ ſtygie glaciatæ immergite, quæ ex draconis omnivori fontibus hauritur: Ibi Sol paſſurus eſt eclipſin, & ſplendorem ſuum depoſiturus, ac in nigrum, lividum & mortuum colorem ſeſe mutaturus: cujus tamen mortificatio hac vitæ ipſius initium eſt. Huic igitur ſic moribundo aquam nubium depluito, quâ toties tam diuque illi faciem abluito, donec ſenſim inclareſcat, & ex fuſco colore paulatim depoſito ſplendidior fiat. Nec quicquam periculi verendum ex crebra illius ablutione, ut neque ex illius mortificatione. Quo enim magis extinguitur, eò ſplendidiorem vitam, majoremque gloriā ſibi comparat ex ſulphureo & ardente liquore fructuum maturorum juniperi, (ol. Iuniperi): qui ex Sole vitalem ſuum balſamum & ſanguinem exquiſitiſſimum extrahit, corpuſque ejus album, pallidum, ac tanquam exanime, omni ſpoliatum vita, relinquit. Hunc balſamum & ſanguinem ſolis vitalem ſi crebris cohobationib. ex ſpiritu flagrante Saturni per alembicū exercueris: exuberantem acquiret activitatem ac operandi vim, virtuteſque eximias, quibus balſamum noſtrum naturalē corroboret, ac potentiorem reddat, ſeſe omnibus ſuis hoſtibus expediendis: Cujus doſis ſit 4. aut 5. guttarum aut granorum ex aqua conveniente. v. gr. lil. convall. aut flor. tiliæ *in Epilepſia*: ex aqua lavendulæ *in apoplexia*: ex aq. calendul. *in paralyſi & contractura.*

Aliter.

Aurum philoſophicè tantum calcinandum eſt: cui calci optime ablutæ & eclipſin patienti nigricantique adde ſulphuris bezoardici tantum ut ſupernatet 3. vel 4. digitos, idque in Matracio H. ſigillato, ad ignem cinerum in Athanore: ad minimum in 8. dierum ſpacio tinctura apparebit omni rubino rubicundior & ſplendidior: quàm poſtea ſeparabis & in perfectam tincturam ſolarem decoques, ut artis eſt.

15. *Tinctura alia ſ. aurum Vitæ.*

Aurum vitæ fit multis modis. Calcinatum enim more ſpagirico leviſſimum, ſpongioſum & quod reduci non poteſt, redditur: à quo cum aceto

aceto deſt. elicitur ſemen, idque in Mariæ balneo cujus vires circulationibus cum vini ſpiritu ita augentur, ut *innumerabiles morbos ſanandos prope incredibiles videntur.*

16. *Aliud aurum vitæ.*

Aurum in tenues bracteolas redactum calcinetur toties cũ ſale præparato (calcinatione philoſophica) donec impalpabile reddatur. Salem ex alcoole ſolis ſeparato ſolutionibus: tum ipſum rurſus calcinato ſale candidiſſimo & ſaccharino: huic mixturæ affunde Sp. vini alcooliſati cum proprio ſale, ut ex artis præceptis traditur, tantùm ut quatuor digitos ſupernatet: fac deinde ut accendatur, & exardeſcat vini alcóol: hocque ſæpius reiterabis. Deinde novum affunde vini alcool, ac ritè & decenter omnia circulentur quatuor dierum ſpatio: tum demum ſeparetur deſtillatione competenti menſtruum: novumque rurſus affundendo, totieſque circulando & deſtillando ut factum eſt prius, donec Auri tota ſubſtantia per alembicum efferatur. Separato menſtruo, ut decet, remanebit in fundo Aurum vitæ arcanorum omnium ſummum & præſtantiſſimum.

17. *Flores Solis.*

Aurum in aqua Philoſophica diſſolvatur, quæ è duobus ſalibus volatilibus, ſulphureo (nitro) nimirum & Mercuriali (armoniaco) conficitur. In illius verò aquæ operatione, magna cautela inprimis eſt adhibenda. Quoniam ſi ignis nimium vigens adhibeatur, ſpiritus cum tanta egrediuntur impreſſione & violentia, ut vas recipiens conteratur, & in mille partes diſſiliat.

Aurum ſic diſſolutum in calcem ſubitò reducitur, ſi guttatim in illud injeceris oleum reſolutionis ſalis, primi & principalis vegetalis ol. Tartari. Hanc calcem verò ablues, & ablutam ſagaciter in umbra deſiccabis. Ex hoc pulvere deſiccato, qui ſola agitatione flammam concipit, ſi bene operatus fueris, aliquot ſolummodo grana ſuſcipies in cochleari argenteo imponenda: ita tamen aut aliunde vitrum commune ſuſpendatur, quod inſtar recipientis aut ſublimatorij tibi inſerviet, ad recipiendam materiam quandam fuliginoſam & cœruleam, quæ è granis prædictis in cochleari poſitis, & ſola agitatione, vel admoto quodam cremio exurget. In illa autem materia pluribus vicibus id genus ſublimationis continuabis, donec ſufficiens pulveris iſtius cœrulei & ſublimati, quantitas tibi parta fuerit; cujus vel unicum granum cum vino datum, magnum experieris eſſe Bezoardicum ſudorificum.

18. *Tinctura Solis.*

Vel aurum laminatum aut limatum capiatur, ex quo cum Pumicis lapidis pulvere præparato fac S. S. S. in vaſe fixatorio, reverberentur per tres

tres dies. Quo temporis ſpatio, pumex, virtute Magnetica, aurum à ſua tinctura ſpoliat? quam denuò acetum radicatum, ut vocant, attrahit: quæque demum ſpiritu vini communicatur. Vnde ab experto artifice præſtantiſſimum ſudorificum & roborativum, in parva quantitate præparatur.

„ N. Querc. Ex auro, aliiſque metallis, tincturæ educi poſſunt, cum menſtruis, vero ſpagyro notis ac familiaribus: ſed præſertim cum commentatione ac reverberatione, quam doctus artifex novit ex tenuiſſimis ac ſubtiliſſimis metalli laminis, cum pumice elaborare, qui ex ſulphure auri rubeſcit, ex veneris ſulphure vireſcit, ut & ex aliorum pariter ſulphuribus infici ſolet, cum quibus cementatur, ac reverberatur. Quibus tamen tincturis ac ſulphuribus metallicis cum idonea ac congrua aqua ſpoliari ac evacuari poteſt, ut in medicamenta variis morbis conferentia aptentur, ſic & colores ac ſulphura lapidum extracta, in medicinas accommodari poſſint. *ex Defenſ. p. 161.*

19. *Alia Tinctura Solis.*

Oleum quoque Iuniperi bene depuratum, impregnatur tinctura ſive colore auri: modò antea perfectè in calcem leviſſimam, ut artis eſt, reducatur, & omnia in balneo Mariæ per aliquot dies collocentur.

Ex hoc oleo, jam prædicta auri tinctura impregnato, dandæ quædam erunt guttulæ, cum juſculo aut alio liquore, vel cum vino: & ſic ſummum ſolare Bezoardicum comparabitur.

20. *Mercurius Solaris.*

Mercurius verò ſolus, philoſophicè purificatus, ſimul atque mortificatus, virtute quadam admirabili, atque Magnetica quæ ſenſus fugiat proprietate, poteſt ſolis formam, & tincturam attrahere. Hunc Mercurium ſic impregnatum, præcipita: ſi velis cum aliquo aceto metallico, ſive nitri, ſive ſulphuris: ſicque ſudorificum quoddam præſtantiſſimum meæ deſcriptionis & inventionis conficies. De hoc tria aut quatuor grana, cum confectione Alkermes, de hyacintho, aut cum aliqua conſerva cordiali ſunt tantum exhibenda, è quibus mira confeſtim contra peſtem, & Luem veneream ſubſequetur operatio.

Q. *An Aurum præparationibus, quibus potabile redditur, viribus ſuis imminuatur?*

Aurum ſic ò deduci poſſit, ut fiat potabile, virtute & ἐνεργείᾳ longe imbecillius eſſe apud ægrotantes, quam aurum ſit foliatum id probare quidam nituntur ex præparationis modo: qui multas longaſque decoctiones

nes requirit, quibus humidum auri primigenium prorſus exorbetur & corpus eius in atrophiam ſiccißimã, calcem aridiſſimam redigetur, quod auro foliato non contingit.

R. Meminiſſe debent, quod nullum arcanum eſt, quod pixide ſua careat, qui includatur. Cujus virtute ſi potiri volumus pyxis reſeranda eſt & ruendum arcanum. Quomodo igitur foliatum aurum prodeſſe ulli poſſit, (ne dum ægrotanti) cujus arcanum adhuc ſub cortice deliteſcit. At qualis ille cortex? quem ne ſtruthionis quidem ventriculus deterat? Vide igitur quam perverſè ratiocineris. Reſtat igitur ut probemus à corpore ſuo expediendum eſſe arcanum, nec expeditione illa, ulla vel tantilla humoris parte primigenij ſpoliari, ut contra vis.

Actiones omnes à ſpiritibus proficiſci mecum conſentis, corpus enim ſpiritibus orbatum plane inane eſt, putridum & mortuum: quod etiam mecum ſatis probaſti ex varia illa circulatione, qua panis vertitur in ſanguinẽ, & ſanguis tandem in corpus noſtrum, vi ſpirituum naturalium. Si ſpiritus ſunt qui agunt, fruſtra deſideratur corpus. At contra cum corpus impedimento ſit ſpiritui, ne vires ſuas exerat, ut patet ex operatione ipſius naturæ, quæ non niſi deſtructo & abjecto corpore ſpiritum, hoc eſt alimẽtum cibi in carnem noſtram commutare poteſt: merito, & ex neceſſitate etiam ſpiritus ab omnibus ſuis impedimentis liberandus eſt, ut potenter agat, neve ab operatione interpelletur. Hoc quotidiana docet experientia, ut ex tritici ſpiritus, à ſuo corpore, ſecretione, qui fæcundius pullulat, oſtendimus. Etenim, quid in corpore noſtro proſit, quod ejus alimento aut medicamento promovendo inutile ſit? Contra quid non adfert incommodi facultatibus noſtris, quicquid in ventriculum ingeſtum nullius eſt corpori fructus aut utilitatis? Deglutiat ſi vis aliquis Gigas aut Poliphemus integrũ bovem, quid reliqua juvent, quàm ventriculo & aliis partibus negotium faceſſere, quum in toto bove vix ſedecim libræ utilis alimenti incluſæ ſint? Quanto igitur melius corpori noſtro conſulitur, ſi iam bene coctum & arte digeſtum (ut ita loquar) alimẽtum, ac à fæcibus repurgatum adminiſtretur? Nullo enim impedimento ab eo partibus omnibus diſtribuendo avocatur natura, nec illius coquendi vim ullam patitur, etſi adhuc ſubtiliori naturæ opera ſit opus, ut in utilitatem corporis tranſeat, quantò etiam magis ægrotantibus opituletur (quibus eſt infirma natura) medicamenti ſpirituoſa ſubſtantia, ſi à craſſa ſua impuritate (quæ corporis vires ſæpè fatigat ac proſternit) defæcata exhibeatur? Talpa cæcior ille fuerit, qui hæc non videat, ſpiritus autem tam cibi quàm medicamenti tanta paucitate exhibetur, ut detrimenti nihil, ſed utilitatis plurimum uno momento adferat. Sed arbitraris forſitan ſpiritus ſolus à nobis præparari & exhiberi, in quo plurimum hallucinaris, quod ij nõ poſſint quàm cum corporibus parari nec adminiſtrari? Quorſum

Kkkk 2

ſum enim ſæpius præſcriberemus juſcula & gelatinas, ſpirituum vehicula, ſi ſolis ſpiritibus uteremur? Scias ergo à nobis defæcari corpora, quibus ſic puris, ſpiritus firmius adhæret, exhiberique poteſt.

Suo autem humore primigenio nequaquã ſpoliari hinc liquet, quod humor ille primigenius ſit ſui ſpiritus corpus. At cum arte noſtra ſpiritus extrahuntur, ea diligentia & induſtria providetur, ne quid illorum depereat, aut in auras avolet. Quin & diligenter nobis cavemus ne vaſorum defectu, aut ignis violentia quicquam expiret, qui ſi à nobis poſſunt retineri, multò minus eorum corpora effugiant. Hic miraberis, ſpiritibus corpora ineſſe: at mirare adhuc, corpora in ſpiritus trãſire, ita ut ſint corporei ſpiritus, & corpora ſpiritualia, ut ſimul & corpus & ſpiritum exhibeamus. Hinc vides ſpiritus humore ſuo primigenio nequaquam orbari, qui cum corpore carere nequeant, cum corpore etiam præparandi ſunt, imò tantum abeſt, ut coctionibus noſtris pereat ejuſmodi humor, ut contra ſic magis ſpiritui adhæreat, quò ſubtilius coquitur. Sic enim corpus vertitur in ſpiritum, & ſpiritus in corpus, ut in unum tandem corpus ſpirituale, aut ſpiritum corporeum firmius coaleſcant.

Calces retinent ſuum humorem. Præterea quod calces vel etiam ſicciſſimæ humorem ſuum retineant, ut in liquorem etiam verti poſſint, quotidiana tibi rurſum demõſtrat experientia, vitri videlicet ex cinerũ fluxu elaborati & calcis auri in ſuam auri formam vi ignis redintegratæ.

Q. An ſoli inſit vis vitæ producendæ ac corroborandæ? an Sol vivat?

Ceterum auro vim vitæ producendæ aut etiam corroborandæ ineſſe negas, quòd ſolo calore in humido permanente ea producatur, & humoris primigenij reparatione conſervetur. Atqui iſtæ facultates aut eſſentiæ non ſunt in auro, ut tu vis, ſed potius in iis quæ vixerunt, quales ſunt plantæ & animalia, unde ea vis producendæ aut conſervandæ vitæ petenda eſt potius, quàm ex auro. Hinc infers auro & reliquis metallis ac mineralibus vitam non ineſſe, ſed planè ea eſſe mortua. *Aff. quia*

Satisfecero tuis argutiolis, ſi vitam auro ineſſe oſtendero, & ſi eam vitæ tuendæ ac producendæ idoneam præ aliis expoſuero. Non negabis, credo, aurum eſſe fructum ſui elementi, aut aliquid elementatum. Si quid elementatum, conſtat elementis; Ergo & forma. Siquidem elementa ſuis principiis non carent, quæ dixiſti eſſe formalia principia rei, id quod eſt, impertientia. Cum igitur aurum ſit corpus elementatum, conſtat materia & forma, ex quorum mixtione temperamentum quoddam conſurgit, aut aliquid ſimile, quod ſuprà dixiſti eſſe vitam rerum. Vita igitur aurum & reliqua metalla prædita ſunt. *1. Elementatum.*

Præterea quicquid oculis ſubijcitur, id materia & forma donatũ eſt. Forma enim eſt externa, ab interna emergens, quæ oculis ſeſe conſpiciendam ſubiicit, ſi formam & materiã habet, *2 Formatum.*

Digitized by Google

habet, ergo vitam; Mors dicitur rerum interitus, qui præſefert ſubjecti in nihilum redactionem. At cùm metalla ſenſibus occurrant, in nihilum eſſe redacta iniquè judicetur. Viuunt ergo, quia ſubſiſtunt, & quę ſubſiſtunt, in nihilum redacta dici non poſſunt. Ergo neque mortua.

His rationibus ſatis euincitur, in metallis ineſſe vitam, quia ſubſiſtunt, idq; quod materia & forma conſtent, quorum permixtio aut conjugium nullum ſit, quàm vitæ alicuius vinculo, quod ex elementis & principiis eruitur, in quibus eſt vita rerum.

3. *Actiuâ.* Præterea id dici non poteſt vita carere, quod agendi poteſtate præditum eſt. Actiones enim ut diximus à ſpiritibus proficiſcuntur. In ſpiritibus eſt vita, aut ipſimet vita ſunt. Atqui miræ actiones proficiſcuntur ab auro, cum eſt ſpirituale & mole corporis exutum, ut ſupra diximus.

4. *Odorib. &c. præditum.* Deniq; quis metallis, tot ſaporibus, tot odoribus, tot coloribus, aliiſque virtutibus præditis, vitam denegare auſit? Ergo vitale eſt aurum. Sic enim Marſilius Ficinus Philoſophus acutiſſimus, & Medicus celeberrimus de auro ſcribebat.

5. *Authoritate M. Ficini.* Scimus, inquit, *viventia omnia, tàm plantas quàm animalia, per quendã ſpiritum huic ſimilem vivere atq; generari, perpetuoq; moveri, quaſi vivens, atque inter elementa, quòd maximè ſpirituale eſt, velociſſimè generare. Sed quæres interea, ſi elementa atq; animantes generant, cur lapides & metalla non generant, quæ inter elementa & animantes media ſunt? Quia videlicet ſpiritus in eis craſſiori materia cohibetur: qui ſi quando ritè ſecernatur, ſecretuſq; conſervetur tanquam ſeminaria unius, poterit ſibi ſimile generare, ſi modo materiæ cuidam adhibeatur generis eiuſdem, qualem ſpiritum Phyſici diligentes, ſublimatione quadam, ad ignem ex auro ſecernentes, cuivis metallorum adhibebunt vivumque efficient. Talem utique ſpiritum ex auro vel ex alio ritè tractum atq; ſervatum, Elixir Arabes Aſtrologi nominant.* Habes ex tanto Autore, auro ineſſe vitalem ſpiritum, ſuiq; progenerandi ſimile virtutem, quo ſi velis antiquiorem autorem audire, vide qualis ſit arbor illa *Vergilii*, de qua Æneidos ſexto agit: 6. *Autho. Virgilii.*

Duc nigras pecudes, ea prima piacula
ſunto,
Accipe quæ peragenda priùs: latet arbore
opaca
Aureus & foliis & tanto vimine ramus,
Iunoni infernæ dictus ſacer, quem tegit
omnis
Lucus, & obſcuris claudunt in vallibus
umbræ:
Sed non ante datur telluris operta ſubire,
Auricomos niſi quis decerpſerit arbore
fœtus.
Hoc ſibi pulchra ſuum ferri Proſerpina
munus
Inſtituit: primo avulſo, non deficit alter
Aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo:
Ergo altè luſtrans oculis, & ritè re-
pertum
Carpe manu, namque ipſe volens, facilis-
que ſequetur,
Si te fata vocant aliter non viribus ullis
Vincere, nec duro poteris convellere ferro.

Nec putes iſtas eſſe fabulas, quòd aurum in arborem virtute ſua poſſit aſſurgere, cuius rami aurei huc & illuc expandantur: Si perſpectum eſſet tibi qnod ſapientes compertum habent, non ſecus videres tuis oculis adjuvante arte aurum ſuis viribus arboreſcere, & in truncum ramos, & folia, humore ſuo primigenio attolli; ac ſic in ipſis terræ viſcerib. flores & fructus

7. Ex ſimili. aureos producit ex ſuo ſemine. Sed cur vitam minerali corallí arbori tribuas, & auro aliiſq; metallis detrahas? cùm metalla ſua ex mineralibus principia hauriant, mineralia ex aquis, aquæ ex mari? Quod ſi conchis, piſcib. corallis ex ſuo elemento mare vitam elargitur, cur & auro vitales ſpiritus nõ poterit impertiri? Sed paulo poſt de

Diſtinctio vitæ. his plura. In hoc tu hallucinaris, Anonyme, quòd vitarum diſcrimina ignores, nec vitale quicquam putes, quam quod ſentit & movetur. Quotidiana ciborum, quibus uteris, experientia fideliter te erudiri oportuit. Nunquid enim ex vervecinis, bubulis, ſuillis & gallinaceis carnibus, quibus veſceris, vitam hauris, foves & conſervas, & ſi vita illa mobili ſpoliatæ ſunt, qua ſibi antea vivebant, non nobis, ut fuſius alibi. *Scias* igitur *nihil vita ſpoliatum, niſi quod*, ut ſuprà diximus, *in nihilum ſit redactum.* Etenim vel ex ipſa carie ligni, quæ ultimam corporis lignei ruinam & interitum minatur, tineæ & aſſalia, aut vermiculi Xilophagi Græcis dicti, coſſi & termes Latinis, progignuntur ac enaſcuntur. Sed quid plura? Cùm ex corruptione unius fiat generatio alterius, cur & ex corruptione corporis metallici, & in ſuam primam materiam redacti, generatio vitalis metalli non eruatur? cum vita in corpore ſit ultimum moriens ſi mori poſſit? At vitam à morte ſuperari abſurdum credas, cùm tantùm mors ſit animæ à corpore ſeparatio, nec id priùs quam integra & plena corporis facta ſit abſumptio.

Conſtat ergo in metallis vitam ineſſe. Q. An vita metallorũ

Reſtat alterum caput enucleandum, *An ea vita noſtræ poſſit adaptari, & eam tueri, ne morbu extinguatur?* noſtra poſſit adaptari 1. A conſervatione propria. Quod ſi paucis expediemus. Quæ diutiùs permanent in eſſe ſuo, illa conſtantioris ſunt vitæ, quàm quæ uno momento intereunt. Hoc ineſſe plantis, alterum verò metallis ubiq; agnoſcitur; ſiquidem plantę aut herbæ uno momento exareſcunt ac diſpereunt, metalla verò per mille aut plura annorum ſpatia excurrunt. At quomodo vitam longam promittant herbæ, & auxilium diuturnum quo ſibimetipſis carent. Contra verò, quùm metalla ſua tam diuturna vita per multa annorum curricula conſervent ſe ac tueantur, quidni & aliis corporibus inſita idem præſtent?

Sed objicies *corpora noſtra huic formæ aut vitæ ſuſcipiendæ non eſſe idonea*, quod unum nobis reſtat diſcutiendum.

Ut pleraq; noſtri ſcripti dogmata obliquè interpretaris, & detorques in alium ſenſum: ſic etiam nobis falſò imponis, noſtram eſſe ſententiam, ut ab auro petamus vitæ alimentum & con- 2. Ex ante- ſta ſuppoſito.

conſervationem. Si ad normam tuæ jam præmiſſæ diviſionis, qua rerum omnium alias eſſe alimenta, alias medicamenta, & alias venena pronunciaſti, hanc totam tuam ratiocinationem revocaſſes, & recto judicio uti voluiſſes, nonne potiùs hanc vitæ ab auro conſervationem ac productionem ad medicamentoſum aurum, quàm alimentoſum retuliſſes, & in medicamentum potiùs aurum à nobis uſurpari, quàm in alimentum credidiſſes? Debuiſti igitur aurum putare, quod ab omnib. Philoſophis dicitur temperatiſſimum, hac ſua temperie ægrotanti balſamo noſtro, hoc eſt, à ſua temperie, vi morborum erranti ac degeneranti ita ſuccurrere, ut ad ſuam temperiem ſuæ Medicinæ virtus ipſam revocet, ſicque viribus augeat, ut morbo facilè reluctetur. Audi

3. auth. M. Ficini. quid ſentiant de eo Philoſophi, *Aurum*, dicebat Marſilius ille Ficinus, *omnes ante omnia probant, tanquam omnium rerum temperatiſſimum; & à corruptione tutiſſimum Soli quidem propter ſplendorem, Iovi autem propter temperaturam conſecratum ideoq; poſſe calorem naturalem cũ humore mirificè temperare, humores à corruptione ſervare. Solarem & Iovialem ſpiritib. & membris inferre virtutem.* Et paulò poſt. *Optimum fore putant ſi abſq; aliena permixtione aurum potabile fiat. Sin minus poßit, cõtuſum & in folia redactum accipi volunt.* Deinde ſubjicit formulam quandam auri potabilis. Qui utiq; agnoſcit quidem in auro vim mirificè cordialem ineſſe, quæ virtutes cordis h. e. vitalem balſamum recreet, & augeat, ſed tincturæ eius eliciendæ ſanguinem renovantis modum non ſatis calluit. Tantum igitur abeſt ut præparationibus chymicis adulteretur aut corrumpatur, ut potiùs temperatura eius calida & humida, qua Jovi aſſimilatur, corroboretur; homogenea congregentur, & heterogenea ſeparentur.

Deinde cùm ſol ille terrenus ſolem microcoſmi, ex lege ſimilium, qua ſimilia ſimilibus delectantur ac foventur, & quam tu hic agnoſcis facilè amplectatur, ac illi adhæreat, cur vitæ noſtræ conſervandæ, quæ internus ſol eſt aut igneus, ſeu æthereus balſamus, ineptus, à te dicitur; cùm ſint eiuſdem naturæ ac ſubſtantiæ, accidente tantùm differentes? Nihil enim ſub cœlo invenias magis homogeneum, magiſq; ſimilare, ac tenuioris ſubſtantiæ, temperatioris naturæ, corruptionique ſeu putrefactioni minùs obnoxium, ipſa pura metallorum ſive argentivivi ſubſtantia. Quid igitur balſamo noſtro convenientiùs ſpirituali illa Medicina ab omnib. impuritatibus repurgata, & ad ſubtilitatem adducta? Nunquid natura ſpiritualis ſpirituali naturæ congaudet, ut loquuntur Philoſophi? Cur autem igne non deteritur, ſed in eo jubilat & purius redditur? nunquid quia ipſum ignis eſt? Ignis enim igne non truditur, ſed mutuo amplexu tanquam cognata ſeſe excipiunt. Sic cùm balſamus vitæ noſtræ ſit puriſſimus, igniſque naturam referat, cur ſibi ſimilem non excipiat, & eo corroboretur? Aurum enim, ut docebat *Geber*, eſt Medicina lætificans, & in juventute

corpus

Digitized by Google

corpus conſervans, quæ quidem Medicina (ut quidam alius Philoſophus docebat) quàm nihil aliud ſit, quàm calor naturalis multiplicans in ſubſtantia mercurii fixa, virtus autem caloris ſit, congregare homogenea, & heterogenea diſgregare, neceſſario hæc Medicina ſuo calore vivifico in corporib. animalium ſeparabit heterogenea, conſervando ſpiritus & humores, in homine citiùs quàm in natura metallorum, propterea quòd homo calore ſuo naturali proprio ſeparat ſuperfluitates heterogeneas, quas metalla calore connaturali minimè ſeparare poſſunt.

At cur negabitur aurum eſſe naturæ amicum, & in Medicinam redactum ſubtiliſſimam, ac potabilem ſpiritibus noſtris eſſe familiarem, cum omnia in uſum hominis & propter ipſam creata ſint à Deo? Docet enim Moſes temporis ordine ultimum eſſe factum hominem, qui omnium creaturarum aliarum dominus ſit conſtitutus. Qui cùm ſit finis omnium, nunquid & in eius uſum ſumma hæc Medicina creata fuerit?

Cur in ſole vires potentiores quam in plantis & animalibus?

Cur aurum, & animalia, & plantas, in conſervanda hominis vita & valetudine ſuperat? Num quia conſtantiores vitæ ſpiritus habeat, quam plantæ aut animantes? Quid enim conferant homini diuturnioris vitæ plantæ aut animalia, quùm ſeſe ipſa diu ſuſtinere nequeant? At cùm firmiores metalla habeant vitales ſpiritus, quibus corpora ſua tueantur ac foveant, protrahantq; in tempus longiſſimum, nunquid balſamo noſtro ii inſerti idem præſtabunt, ut videlicet vitam noſtram quàm longiſſimè producant? Ex his omnibus colliges, Anonyme, *& in auro ſummam eſſe propaganda vitæ noſtræ & conſervandæ Medicinam, eamque, quùm ſit ſpiritualis & ignea, ſpiritibus vitæ noſtræ calidis & ſolaribus eſſe congruentiſſimam ac familiariſſimam.* Ne autem ea Medicina uti non putes ampliùs in alimentum, ſed in medicamentum. Satis fuerit enim ſemel aut bis in anno de ea vel tantillum ſumere, non indies ad ſatietatem inſtar cibi ingurgitare, ut Neſtoreos annos attingamus citra morborum tædium.

Cap. VI.

De Luna ſeu Argento.

Virtutes & remedia, quæ ab Hermeticis ex Luna struuntur.

NUnc aliquid nobis de Luna aut argento dicendum eſt, ſimilique ordine, quem hactenus ſequuti ſumus, docendum, quid de ea, eiuſque virtutibus ac proprietatibus Antiqui ſenſerint, & in quem uſum hoc metallum retulerint, qui medicinã ſpectet: ut ſubnectamus poſtea Hermeticorum ſententiam, qui adyta Naturæ altius, quàm cęteri omnes, ingreſſi ſunt, ejuſque ſinum ac viſcera in apertum protulerunt, unde arcana quàm plurima, eaq; admiranda magnâ induſtriâ eruerunt, nobiſq; evolverunt.

Nota-

Digitized by Google

Notavimus cap. præcedente compoſitiones & antidotos argentum & aurum admittentes ingreditur videlicet El. de gummis lętificant. Galen. Aureã Alexãdr. & omnia fore antidota, quibus & aurum permiſcetur. Docuimus quoq; cui uſui illa eſſent apud antiquos, & cur compoſitionibus inſerta: nec nõ oſtendimus, *Galeni, aliorumq; Græcorum*, qui ſequuti ſunt, temporibus illorum in medicina uſum fuiſſe incognitum: atq; ab Arabibus primis in Antidotos ſuas cardiacas ea fuiſſe invecta. Unus tamen inter Græcos Ægineta illo uſus eſt in ſcorpionum ictus extrinſecus plagæ inducto: ſicque de eo loquitur, 5. lib. de re medic. c. 8. de Scorpionis plaga: *Facit ad eoſdem* (ictus ſupple) *& trifolii ſemen potum & ocymi ſemen: Præter opinionem quoque facit argentum ſtatim plagæ appoſitum.*

Quantum ad vires alias aurum quadantenus æmulatur & ad eoſdem affectus à medicis exhibetur præſertim ad maniam, ad affectus omnes melancholicos & ad cerebrum ipſum corroborandum.

Præparatio.

Nunc verò patefaciamus, ut metallum hoc non ſecus ac aurum, utq; exactioribus modis ac præparationibus, quàm Græci & Arabes fecerint, ab Hermeticis, elaboratum ac diſſectum fuerit. A quibus ſic exenteratum eſt, & omnibus modis comminutum, ut in impalpabilem naturam, hoc eſt, ſpiritualem, corpus ejus ſublimarint, & quod in eo materiale erat, formale prorſus & incorporeum reddiderint: unde virtutes ejus admirabiles & proprietates agnôrunt, aliaſque non minus nobiles ac efficaces, in remedia internorum affectuum vel graviorum etiam, quàm ſint ſcorpionum ictus, extrinſecus in laminas plagis appoſitum, erui poſſe & elaborari deprehenderunt.

Paracelſus ipſe in ſuis ſcriptis, varias ipſius argenti perinde ac auri præparationes tradidit. Ex eo enim non ſecus ac ex auro vitriolum aut ſalem, ſulphur, mercuriumque, eadem fermè methodo extrahit. Quin & ex illo docet, quemadmodum ex auro, quatuor elementa ſeparare, *tom. 6. pag. 16.* de ſeparatione elementorum. *Tria Lunæ principia.*

Nec non magiſterii Lunæ elaborandi ejuſque potabilis reddendæ artificium aperit, non ſecus ac auri, *tom. 6. pag. 60.*

At quum Luna propriè ac privatim cerebrum ſpectet, ejuſque morbis aut maniis & melancholiis, epilepſiis, &c. ſpecificum ſit medicamentum, ei adaptatur: ut cordi ex ſua proprietate aurum.

Liquor viridis Lunæ inquit Paracelſ. *cerebrum confortat & quaſi novum reſtituit*: Proceſſus autem ejus elaborandi exprimitur *tom. 3. lib. 2. de viribus membrorum, pag. 7.* hoc modo:

℞. *Luna calcinata, q. ſ. cohobetur diebus ſeptem per vinum vitæ: tum calx Lunæ reſolvitur in liquorem tenacem. Hic digeratur in Bal. per menſem unum, tum reſolvitur, & ſuccum viridem repræſentat.* Quicunque noverint hanc Lunam philoſophicè calcinare, facilè in liquorem hoc proceſſu eam traducent. *Liquor Lunæ viridis.*

Digitized by Google

Ea igitur hoc modo calcinata ac mortificata, quem ſuprà docui de ſole calcinando: ex ea liquoris ſulphurei ſalviæ beneficio, ut auro juniperinus cógruit, tinctura elicitur ſapphyrica, eſſentia, liquor, & oleum lunæ exquiſitiſſimum ad omnes epilepſias, apoplexias, paralyſes, alioſque id genus affectus conferens, ſi quatuor guttarum numero ex congrua aqua aut liquore propinetur.

Libavius lib. 2. Alchymia, tract. 1. *pag.* 94. tres modos conficiendi iſtius Lunæ liquoris aut Lunæ potabilis aperit: qui quidem author deſcribit, pariterque docet tres ejus in calcem adurendæ proceſſus *eodem lib. & tract. pag.* 99. 100.

Oleum ſeu Tinctura Lunæ.

Olei hujus exhibentur guttulæ duæ aut tres cum aqua florum betonicæ, ſalviæ & meliſſæ ad caducum morbum, & ad cerebri omnes affectus, ut diximus. Sic autem præparant: fulminatam Lunam calcinant quater cum aqua ſalis metallici criſtallini, (i. e. cum Spiritu nitri vel Saturni) donec in corpus rurſus reduci non poſſit: pulverem dulcoratum reverberant, ex quo extrahunt proprium Alcali in Balneo M. cum cœleſti menſtruo (nobis ſic dicto) & vini alcoole, omnia ſimul circulant in pellicano quindecim dierum ſpatio ad perfectam uſque graduationem: ſeparato menſtruo in Balneo, remanet in fundo oleum Lunę fixum, quod eſt optimum medicamentum ad prædictos uſus.

CAP. VII.

De ferro ſ marte.

Ferro veteres, præſertim ſquama ſtomomatis, nempe Chalybis utebantur ad exſiccandum & adſtringendum: chalybemque hac ratione aqua extinctum pluries, ſubinde aquæ vehementem deſiccandi vim conciliare, quæ pota lienoſis conduceret, & vinum in quo etiam reſtinctum ipſum fuiſſet, cœliacis, dyſenrericis, cholera infeſtatis, ſtomacho reſolutis, auxiliari *Ægineta & Aetius* doctè ſcripſerunt. Squamam etiam ſtomomatis in pulverem redactam per ſe lientericis exhiberi, *Aetius lib.* 14. meminit, præſertim ruſticis & robuſtioribus. Quod remedii genus hodie Medicis eſt ſatis uſitatum ad curationem ejuſdem affectus. Interim ipſorum nonnulli metallica damnant noſtra remedia, illaque rejicienda, tanquam lethifera concludunt. Ex metallis tamen antiqui Medici multa deprompſerunt medicamenta interna, ut videre eſt, quibus multis etiam morbis medebantur. Quis jam igitur debitam ipſorum præparationem, & eſſentiarum extractionem improbabit? Quemadmodum ferrum non mordacitatis expers, præparatione tamen ſpagyrica hanc amittit, quòd videlicet ex ipſo ſubtiliſſima quædam ſubſtantia abſtrahatur, aut *in oleum reducatur*, quod intrò tutius & majori cum utilitate, ad prædictos affectus exhiberi poteſt, cum a calore nativo

Æginet. lib. 7. *Aet. lib.* 10. *cap.* 11. *& lib.* 14. *cap.* 24.

Oleum.

nativo pati poſſit, & viciſſim in corpus agere. Hoc etiam teſtatur *Galenus libr. 9. de ſimpl. med. facult. cap. 42.* cum de ſquama æris verba facit. *Omnes*, inquit, *ſanè vehementer deſiccant. At inter ſeſe diverſæ ſunt, tum quod alia magis, alia minus exſiccat, tum quod alia craſsioris, alia tenuioris ſit eſſentia.* Addit poſtea. Omnes autem ſquamæ non inſtrenuè mordaces ſunt. Ex quo clarum eſt, quod eſſentiæ ipſarum conſiſtentia non admodum tenuis eſt, ſed potius craſſa. Siquidem inter ea quæ eandem vim obtinent, minus eſt mordax, quod eſt tenuius.

Præparata:

1. *Crocus Martis cum aceto.*

Ex ferro igitur, & potiſſimum ex chalybe, ſubtiliſſimam Spagyrici extrahunt ſubſtantiam quam etiam igne reverberii tenuiorem reddunt, ſuumque parant crocum Martis, ex quo tandem *oleum conficiunt ad diarrhœam, lienteriam, dyſenteriam, hepaticum fluxum. ad ventriculi corroborationem, & ad omnes hæmorrhagias internas & externas, præſtantisſimum & non mordax medicamentum, ſi conſerva roſarum aut ſymphyti permiſceatur.*

Fit autem hoc modo:

℞. Limaturam chalybis, quam ablues pluries cum muria, poſt cum aqua dulci, tum demum ſuperfunde acetum acerrimum, ut ſupernatet quatuor digitos: ſtent omnia ad ſolem per aliquot dies, novum ſubinde infundendo acetum, quo limatura ſubtilietur: hanc reverberabis per diem integrum aperto vaſe, donec prodeat vi ignis in pulverem rubicundiſſimum & leviſſimum, quo poteris uti.

Oleum Martis ex eodem.

Vel ex illo, *cum menſtruo ſuo acerrimo, aut vini ſpiritu optimè præparato, elicies animam, ut ex ea conficias oleum:* cujus guttula una tantum exhibetur cum decocto convenienti, aut permiſcetur cum aliqua conſerva aſtringenti ad dictos uſus.

Crocus ♂ per reverberationem.

Crocus martis hic educitur è ferri ſive chalybis limatura, quæ in fumo reverberii ab ignis flamma & vi in crocum elevatur leviſſimum & rubicundiſſimum.

Eiusmodi crocus confert dyſenteriis, lienteriis, gonorrhæa & ſimilibus affectibus in quibus adſtrictione & fluxus inhibitione opus eſt.

Crocus Martis aperitivus.

Fit è laminis ferri candentibus & in magdaleones ſulphuris immiſſis, quarum vi ſulphur liqueſcit & funditur, ut cera Hiſpanica.

Virtutem habet attenuandi, aperiendi & deoppilandi, ſicut & is, qui per longiorem morã ſolius aquæ cõvenientis imbibitione elicitur, qui non tantum attenuat, ſed & à tartareis & melancholicis humoribus, tum lienem totumq; meſenteriũ repurgat.

N. *Hæc duo croci genera valent advers' quaſvis hydropiſes & cachexias.*

Crocus Martis acido-ſulphureus.

Fit cum liquore acidulo ſive oleo ſulphuris, infundendo prædicti li-

quoris partem unam & tantundem Spir. Vini, in cochlear ferreum: ut omnia bulliant ad ignem lentum uſque ad conſumptionem; poſtea reſideant per aliquot dies, & omnia in pulverem croceum ſubtiliſſimum converſa conſpicies, quem adſervabis in parvis phialis optimè clauſis, ne aer intret: reſolvitur enim ab aere.

De eo aliquot grana exhibebis in juſculo ſive liquore congruo, in quo dictus crocus reſolvitur, qui ob martis naturam, quam participat, verum Epatis reſtaurativum eſt, eiusq; conducit imbecillitatibus, & omnibus aliis morbis, qui inde oriuntur, quales ſunt Cachexiæ, fluxus hepatici, hydropiſes &c. Magnum utiq; ſecretum & admirandis virtutibus præditum.

Crocus Martis Vitriolicus.

Calcina limaturam ferri igne violento cum floribus Kibric, donec rubeſcat limatura, & evaneſcat tota terra fœtida. Hanc per diem integrum reverberato, tum demum prodit in pulverem purpureum & tenuiſſimum, quo utere.

Crocus idem aliter.

Limaturam Martis prius optimè lotam calcinabis cum floribus ſulphuris, vel ipſam diſſolves cum aqua ſtygia. Deinde ſuperfunde acetum acerrimum: & in calore relinquantur per aliquot dies: tum demum reverberentur igne aperto, ut ars præcipit, per integrum diem: colligendo ſemper flores qui ſupereminebunt, donec totum convertatur in pulverem rubicundiſſimum & leviſſimum.

Balſamus Martis ſeu Flores Martis.

Limaturæ Martis lotæ pluries cum muria ſuperfundes acetũ acerrimum, ut ſupernatet 4. digitos, ponantur ſuper cineres calidos 8. dierum ſpacio, quotidie movendo materiam, & ſeparando acetum, quod colorabitur: & iterum novum affundendo, idque tamdiu, donec acetum nõ amplius coloretur. Quoad ignem evaporato, pulverem qui ſubſidebit, ſumito: eumq; cum æquali portione ammoniaci ſublimato. Eundem ſublimatum toties ſuper fæcibus repones, iterumque ſublimabis, donec rubini appareat color. Poſteà totum in aquam ferventem injice, ut ſal diſſolvatur: tum apponendo ſtatim frigidam, ſubſidebit in fundo Martis balſamus, calcis ſolis inſtar. Aqua autem ſeparetur ac denuo recens affundatur, ut dulcis balſamus efficiatur.

Oleum Martis.

Ex ipſo cum vini ſpiritu alcoliſato circulationibus conficies oleum rubicundũ ad omnes hæmorrhagias interiores, & viſcera nutritionis corroboranda præſtantiſſimum, ſi guttula conſervæ roſarum aut ſymphiti permiſceatur, aut cum vino exhibeatur.

CAP. VIII.

De Ære ſeu Venere.

IN emplaſtris & ungventis ſuis ad chirurgiam tantũ utuntur Medici

ære,

Digitized by Google

ære, diverſis modis præparato. Æs enim uſtum, & ſquamam æris recipiunt *emplaſtrum Apoſtolicum Nicolai Alexandrini, & viride æris*, quod appellant, *emplaſtrum divinum Nicolai Præpoſiti, ungventum Apoſtolorum Avicennæ, & Ægyptiacum magnum Meſuæ*: quæ quidem omnia vehementer detergunt, idque non ſine mordacitate, quum acria ſint: ex quibus tamen, reiteratis ablutionibus, antequam miſceantur, acrimonia deponitur, & epulotica redduntur quodammodo medicamenta, putridis quoq; ulceribus, & ſinubus expurgãdis aptiſſima.

Chymiatri autem ad eoſdem affectus, ad phagedænica, chironica, cacoethica, putridaque omnia ulcera curanda, alia præparant ex ipſo ære medicamenta: multo tamen præſtantiora, ut quæ ſine ullo morſu, ulloque dolore operentur.

Tinctura Veneris.

Æs igitur calcinetur communi modo, tum ex ipſo cum acida muria, (i. e. cum aceto deſtillato) ut decet præparata & alcoliſata, extrahes viridem animam in Bal. Mar. donec amplius menſtruum non vireſcat. Ipſum ſepara in Balneo: quod relictum eſt, reſolve in humido, prodit in oleum ſmaragdinum, ipſum circulato cum vini dulcedine, ut acrimoniã ipſius menſtrui totam abſtrahas.

Vires:

Habebis medicamentum præſtantiſſimum ad prædicta ulcera curanda, ſi cum butyro miſceatur.

Vitriolum Veneris.

Ex ære etiam calcinato (cum ſulphure) & reflexo cruſtuli azymi inſtar (i.e. reverberato) cum vitreolato aquoſo proprio menſtruo (i.e. cum phlegmate vitrioli acido) ut ſupernatet decem digitis, extrahitur vitriolum cæruleum, & pellucidum, ſi circulentur ſimul in vaſe vitreo quindecim dierum ſpatio in Balneo, ac tandem menſtruum, ſeorſim deſtillatione per cineres ſeparetur.

Illud æris vitriolum, dulcoratum convenienti lotione, & rubefactum calcinatione, prodeſt ad curanda maligna omnia ulcera, ad callos detrahendos, ſi in fiſtulam callo obduratam immittatur, & ad delendas ſine dolore omnes carnis excreſcentias: imò carunculam etiam in collo veſicæ exiſtentem curat, ſi cum emplaſtro aliquo permiſceatur, & cum *tenui cereola* imponatur, ut decet.

N. *Miſy, chalcitis, chalcanthum vulgare, Sory, & reliqua eiuſmodi, ita rectè poterunt præparari, ad omnia maligna ulcera curanda, fiſtulaſque potenter detergendas ſine morſu & dolore. Amittent enim hoc modo vim, quam habent exedentem, & cathæreticam.*

Mercurii veneris contra peſtem præparatio.

Veneris Mercurius cum liquoribus acidis ſulphuris aut vitrioli mortificatus & per iteratas cohobationes in colorem floris calendulæ redactus, & deinde cum ablutionibus aquarum convenientium dulcoratus, unum eſt è præſtantiſſimis

Digitized by Google

contra peſtem ſudorificis atque bezoardicis remediis. Si enim ad pondus unius grani, aut ad ſummum duorum, cum apto quodam liquore propinetur: Peſte affectum à morte proculdubio vindicabit, modo poſt decem aut duodecim circiter à malo ſuſcepto, horis abſorbeatur.

Alia prædicti Mercurii præparatio. Prædictus autem Veneris Mercurius pluribus modis præparatur: qui autem in uſum modo narratum adhibetur, componitur ex una parte Limaturæ veneris, duabus partibus aquilæ exaltatæ, & aliquanto majori ſalis ſolaris quantitate. Omnia in pulverem tenuiſſimum redigantur, permiſceantur, & in matracium capax injiciantur: in ſabulo deinde ſepeliantur, ſepultisque ignis ſubtus & undiquaque eò usque accendatur, donec materia inſtar ceræ colliqueſcat. Tunc enim ſubitò vas in aqua erit immergendum, quo facto prædictum Veneris Mercurium colliqueſcentem & coloris ſubviridis reperies, qui quidem effectus nihilominus ſupra à nobis declaratos præſtabit certiſſime.

Cap. IX.

De Plumbo ſeu Saturno.

PLumbum facultatis eſſe refrigeratoriæ, autor eſt *Galenus 9. ſimpl.* ipſumque chironiis, quæ vocanr, ulceribus, & cancroſis ac putredinoſis, tum ipſum per ſeſe, tum quibuſdam aliis commixtum convenire: ex quo ceruſa & minium arte fiunt, quibus Medici utuntur ad inflammationes oculorum, quando refrigerandum eſt, ſiccandum, repellendum & adſtringendum: & ex illis collyria ſua parant cum aquis refrigerantibus. Induntur etiam *ungvento albo Rhaſis, citrino, & diapompholygos, nec non emplaſtris* quæ ſuis propriis nominibus, *de ceruſa* nempe & *de minio*, nuncupantur.

Iſta omni morſu deſtituta vehementer ſiccant, iiſque cicatrice ad ulcera claudenda Medici utuntur. *Galen. 9. ſimpl.* Addam nonnullos ſola lamina plumbea uti ad ulcera exſiccanda: Alii cremato utuntur plumbo, quod validius ulcera exſiccet, & ſit ad ad rebellia commodius, ſecundum *Galenum.*

Præparatio.

Ex Saturno calcinato ſal elicitur dulceſcens in Baln. cum aceto deſtillato: toties ipſum in fæces affundendo, dum nihil amplius attrahat: evaporato menſtruo remanet in fundo ſal, qui ſolutionibus & coagulationibus iteratis fit cryſtallinus. *Sal Saturni.* Deinde facilè in oleum reſolvitur in loco humido collocatum. *Oleum Saturni.* Porrò ſi hunc cryſtallinum ſalem circules in pellicano cum vini alcoole per quindecim dies: poſteà menſtruum per deſtillationem eximas, novumque affundas, & circules, addasq; idoneum pondus ſalis tartari cryſtallini, conficies Balſamum ſaccharo dulciorem, & qui adverſus maligna ulcera & oculorum affectus, majorem in modum conducit. *Balſamus Saturni.*

Digitized by Google

Præparatio melior.

Sequenti meliori quidem præparatione, ipſum multo adhuc præſtantius ad eoſdem uſus redditur, ad exſiccanda ſcilicet & curanda maligna quævis vulnera & ulcera inveterata. Fit autem hoc modo.

℞. *Plumbum optimè calcinatum, ex quo, cum cæleſti acido alcoliſato, preparato ut decet, extrahes eſſentiam in B idq; tantiſper facies, donec totum plumbum ſolvatur, & à lepra & omnibus ſuis impuritatibus hoc modo expurgetur. Separato per B. menſtruo, quod remanebit in fundo vaſis, rurſus ſolves in vini alcoole tartariſato, & circulabis omnia ſimul per aliquot dies, ut menſtrui acrimoniam totam auferas, & hoc modo conficies ex plumbo dulciſſimum ſaccharum & temperatum, ac noſtræ naturæ amiciſſimum*, infinitis affectibus inſerviens.

Oleum ſeu liquor.

Id autem ſolvitur in oleum in humido, *ad quævis ulcera maligna brevi curanda præſtantiſſimum medicamentum.*

Balſamus Saturni.

Ex ipſo etiam fit Balſamus pretioſus *ad ophthalmiam & oculorum inflammationes*, dummodo prius optimè dulcoretur, & præparetur.

Sic facies de ſtanno, (cuius nullus eſt uſus, quod ſciam, in veteri medicina,) de Lithargyro, de Turia, de Cadmia vera, de Spodio, & Pompholyge: quæ omnia ita rectè poſſunt præparari, atq; mitia adeo reddi, ut citra morſum, *maculas & excreſcentias etiam oculorum tollant, inflammationes doloresq; ſummos ſedent, ulcera omnia ſine dolore ullo curent, eaq; cicatrice obducant.*

Cap. X.

De Argento vivo ſive Mercurio, & Cinabrio.

SEQUENTES ſemper eum ordinem ac methodum, quam in hoc tractatu obſervavimus (præſertim de metallicis auxiliis agentes) ut, quid de illis ſenſerint veteres Dogmatici Mediciq; celebriores, primo diceremus, ſive de proprietatibus illorum differerent, ſive eorum compoſitiones & uſum in medicinam invehe-rent; deinde ut apertum vel luſcis etiam, quid Hermetici ſplendoris ac lucis contulerint, faceremus, ac quàm varia ex illis arcana excogitarint, & in magnum Medicinæ decus ac ornamentum eruerint. Primum hoc loco, quid de eo ſenſerint, dixerint ac ſcripſerint Dogmatici, in medium afferemus, tribuemusq; illis hunc honoris gradum (ſicut hactenus fecimus) ut priores ſententiam pronuncient. *Veterum de Mercurio ſententia.*

NOTA I.

Veteres de Mercurio.

Dioſcorides inter veteres Græcos antiquiſſimus ſcriptor, virtutes ac proprietates metallicarum ſubſtantiarum interpretatus, hæc de argento vivo ſubnectit *lib.* 5. ſui commentarii, *c.* 70. *Argentum vivum*, inquit, *fit ex minio, quod falſo cinabaris dicitur, in fictilem patinam, ferream concham habentem, minium conіiciunt, calice concham tegunt,*

gunt, argillaq; illinunt, & carbones ſuccendunt. Nam fuligo, quæ calci inhæſit deraſa argentum vivum eſt. Quinetiam invenitur in argentifodinarum tectis in guttas concretum. Servatur in plumbeis, ſtanneis aut vitreis vaſculis. Aliam namq; materiam exeſt. Et *lib. 6. c.* 28. idem hæc ſcribit de ejus virtutibus: *Argentum vivum potum eadem procreat, quæ argenti ſpuma, torſiones nempe, inteſtinorumq; dolores: atq; eadem uſurpanda ſunt auxilia. Videtur autem iuvare lac epotum in magna etiam copia: ſed poſt evomendum eſt.*

Oribaſius medicin. collect. lib. 13. tranſcripſit verbum verbo, quæ dixerat *Dioſcorides lib. 5. c. 7. de mercurio.*

Idem & *Actuarius* inſervit iiſdem verbis *lib. 5. method. medic. c.* 12. *ſub finem,* proprietatesq; ibi argenti vivi deſcribit, quas prius *Dioſcorides* docuerat: nec non etiam in lithargyrii aliorumque metallorum deſcriptione, eundem *Dioſcoridem* æmulatur ac ſequitur *lib. 6. c.* 28.

Ex quibus omnibus liquet, nec ipſum Dioſcoridem, nec poſteros ejus longo poſt tempore exortos Græcos, unam eandemq; cantionem ſemper recantantes, magna argenti vivi cognitione imbutos fuiſſe.

Galenus. Nec aliud de eo etiam ſenſiſſe videtur magnus ille *Galenus*, etſi aliis verbis utitur, cum ſic ſcriptum reliquit 9. lib. ſimplicium: *Ipſum non eſſe ex ſimplicibus ſponte naſcentibus medicamentis: ſed ex iis, quæ præparantur, velut ærugo, litharg. &c.* Attamen de proprietatibus ejus idem nihil refert, nec qualitatibus: cum ingenuè fateatur, ſe nullum unquam ejus feciſſe periculum, neque quod interimat, ſi devoretur, neque ubi admotum ſit. Vel minimus autem tyronum, qui levisſimam etiam rerum foſſilium cognitionem attigerit, novit, argentum vivum vulgare eſſe minerale à natura productum, in formam liquidam & aquam ſiccam, ut multis in Germania & Hiſpania (unde optimum aſportatur) locis reperitur.

Argentum vivum igitur ex minio non conficitur, ut *Dioſcor.* ejusque ſequaces ſentiunt: ſiquidem minium aliud nihil quàm plumbum eſt, vi ignis calcinatum ad rubedinem uſq;, quemadmodum ceruſſa plumbi calx eſt altera, vapore aceti prolecta, ut à Monſpeſſulanis ex venere aut cupro vapore vini & racemorum extrahitur calx cupri, viride æris, aut barbare verdetum dicta. *Error Dioſcor. Minium quid ſit?*

Quod ad Cinabarim attinet, pauca etiam de illo ſibi eſſe nota ſatis teſtatur: Cinabrium enim, quod in officinis Pharmacopœorum proſtat, factitium eſt, ex argento vivo cum ſulphure primum mortificato, deinde ſublimatione exaltato concinnatum: quod facile etiam fere totum in mercurium currentem convertitur, hoc eſt, ut ex lib. I. xiiij. unciæ propemodum exprimantur, ſi, ut in conſilio noſtro de lue venerea docuimus, calci vivæ admixtum ex cornuta aut retorta vi ignis protrudatur: quæ quidem mercurii præparatio longè melior ac exquiſitior eſt vulgari. *Cinabrium.*

Eſt & aliud minerale Cinabrium, formam lapidis rubri referens ponderoſiſſimi, quod variis locis reperitur. *Alia cinabrii ſpecies ad Marpurgum.*

Sed

Digitized by Google

Sed apud Marpurgenſes ampla elegans & ferax illius minera eſt in Haſſia. Ex eo Cinabrio non dubium eſt, quin poſſit eo modo, quem deſcribit *Dioſcorides*, & poſt eum *Oribaſius*, ſublimatione mercurius extrahi, cujus etiam capax eſt ipſa fodina, copioſiorque eo modo elicietur à Dioſcoride deſcripto, ex eo minerali mercurius, quàm ex artificiali. Quod igitur minium vocat *Dioſcorides*, poteſt intelligi de Cinabrio illo minerali, non de minio illo, quod vi ignis potiùs in vitrum vel plumbum reducitur, nunquam verò in mercurium vertitur, niſi alia methodo, quàm, quæ à veteribus tradita eſt, procedatur: quos inde conſtat parum in rerum metallicarum cognitione ac præparationibus fuiſſe verſatos. Quorum in hac re ignorantiam ſatis ſuperque teſtatur mercurii conſervandi ratio, quam docent; cùm dicunt, vitreis vaſculis, plumbeis aut ſtanneis excipi & cuſtoditi debere: ut qui alioqui vaſa alia omnia excedat: cùm tamen nihil magis voret, quàm metalla illa duo ſuperius commemorata, terrena vaſa ne minimū quidem arrodens, unde eos inſcitè de illo loquutos eſſe veteres, & citra experientiam videre eſt.

Alius error Dioſcor.

Sed in iſtis fruſtrà tempus diutiùs teramus, niſi eo fine, ut pateat non omnia omnibus Antiquis fuiſſe cognita: magnis tamen laudibus illos eſſe celebrandos, ac beneficio eorum erga nos agnoſcenda. Quin etiam & qui ſequuti ſunt, gloriam ſuam mereri, & à nobis gratum animum: quod quæ ſupra antiquos calluerunt, candidè nobis impertierint, & indies adhuc publicæ utilitati invigilent ac conſulant: nec non ut oſtendamus etiam nunquam Medicinam tantum perfectionis gradum attigiſſe, quin in ſecula & dies ſingulos incrementi aliquid, gloriæ ac ornamenti poſſit accipere, ut apertè patebit ex hoc etiam mercurii argumento, de quo nunc agimus.

In quo *Ægineta* aliquid amplius agnovit, quàm ſuperiores qui præceſſerunt: ſiquidem de quadam mercurii præparatione ac præcipitatione ſcribit, quæ erat in uſu, quæq; etiam ſumebatur: atque hæc ſunt, quæ docet: *Argentum vivum ad medicum uſum non ita valdè aſſumitur, quum venenum exiſtat: verùm quidem uſtum ipſum ac in cinerem redactū, aliis ſpecieb. permixtum, colicis & volvuloſis bibendum dederunt.*

Quo certo loco author iſte, quandam cognitionem earum, quæ nunc ſunt in uſu, Mercurii præcipitationum videtur habuiſſe.

Hac fortaſſe viri iſtius doctiſſimi quidam victi authoritate minus olim veriti fuerint, Mercurium præcipitatum, ſive mortificatum, iliacis paſſionibus, morbis deploratiſſimis, exhibere. *Serapio* teſtatur, illum ſuo tempore fuiſſe uſurpatum: idem tamen ſubjungit, prædictum Mercurium nihil ſic profuiſſe, nec ullo modo morem ægrotorum cohibuiſſe.

Huic nihilominus morbo *Hieronymus Montanus* vir celeberrimus, idem remedium cum Philonio & Diacumino permixtum, hujuſmodi malis præſcribit.

Nec putes iſtas eſſe fabulas, quòd aurum in arborem virtute ſua poſſit aſſurgere, cuius rami aurei huc & illuc expandantur: Si perſpectum eſſet tibi quod ſapientes compertum habent, non ſecus videres tuis oculis adjuvante arte aurum ſuis viribus arboreſcere, & in truncum ramos, & folia, humore ſuo primigenio attolli; ac ſic in ipſis terræ viſcerib. flores & fructus aureos producit ex ſuo ſemine. Sed cur vitam minerali, coralli arbori tribuas, & auro aliiſq; metallis detrahas? cùm metalla ſua ex mineralibus principia hauriant, mineralia ex aquis, aquæ ex mari? Quod ſi conchis, piſcib. corallis ex ſuo elemento mare vitam elargitur, cur & auro vitales ſpiritus nõ poterit impertiri? Sed paulo poſt de his plura.

7. Ex ſimili.

Diſtinctio vitæ.

In hoc tu hallucinaris, Anonyme, quòd vitarum diſcrimina ignores, nec vitale quicquam putes, quam quod ſentit & movetur. Quotidiana ciborum, quibus uteris, experientia fideliter te erudiri oportuit. Nunquid enim ex vervecinis, bubulis, ſuillis & gallinaceis carnibus, quibus veſceris, vitam hauris, foves & conſervas, & ſi vita illa mobili ſpoliatæ ſunt, qua ſibi antea vivebant, non nobis, ut fuſius alibi. *Scias* igitur *nihil vita ſpoliatum, niſi quod*, ut ſuprà diximus, *in nihilum ſit redactum*. Etenim vel ex ipſa carie ligni, quæ ultimam corporis lignei ruinam & interitum minatur, tineæ & aſſalia, aut vermiculi Xilophagi Græcis dicti, coſſi & termes Latinis, progignuntur ac enaſcuntur. Sed quid plura? Cùm ex corruptione uniusfiat generatio alterius, cur & ex corruptione corporis metallici, & in ſuam primam materiam redacti, generatio vitalis metalli non eruatur? cum vita in corpore ſit ultimum moriens ſi mori poſſit? At vitam à morte ſuperari abſurdum credas, cùm tantùm mors ſit animæ à corpore ſeparatio, nec id priùs quam integra & plena corporis facta ſit abſumptio.

Conſtat ergo in metallis vitam ineſſe.

Q. An vita metallorũ noſtra poſſit adaptari.

Reſtat alterum caput enucleandum, *An ea vita noſtræ poſſit adaptari, & eam tueri, ne morbu extinguatur?* Quod ſi paucis expediemus.

1. A conſervatione propria.

Quæ diutiùs permanent in eſſe ſuo, illa conſtantioris ſunt vitæ, quàm quæ uno momento intereunt. Hoc ineſſe plantis, alterum verò metallis ubiq; agnoſcitur; ſiquidem plantę aut herbæ uno momento exareſcunt ac diſpereũnt, metalla verò per mille aut plura annorum ſpatia excurrunt. At quomodo vitam longam promittant herbæ, & auxilium diuturnum quo ſibimetipſis carent. Contra verò, quùm metalla ſua tam diuturna vita per multa annorum curricula conſervent ſe ac tueantur, quidni & aliis corporibus inſita idem præſtent?

Sed objicies *corpora noſtra huic formæ aut vitæ ſuſcipiendæ non eſſe idonea*, quod unum nobis reſtat diſcutiendum.

2. Ex antea ſta ſuppoſito.

Ut pleraq; noſtri ſcripti dogmata obliquè interpretaris, & detorques in alium ſenſum: ſic etiam nobis falsò imponis, noſtram eſſe ſententiam, ut ab auro petamus vitæ alimentum &

con-

conſervationem. Si ad normam tuæ jam præmiſſæ diviſionis, qua rerum omnium alias eſſe alimenta, alias medicamenta, & alias venena pronuntiaſti, hanc totam tuam ratiocinationem revocaſſes, & recto judicio uti voluiſſes, nonne potiùs hanc vitæ ab auro conſervationem ac productionem ad medicamentoſum aurum, quàm alimentoſum retuliſſes, & in medicamentum potiùs aurum à nobis uſurpari, quàm in alimentum credidiſſes? Debuiſti igitur aurum putare, quod ab omnib. Philoſophis dicitur temperatiſſimum, hac ſua temperie ægrotanti balſamo noſtro, hoc eſt, à ſua temperie, vi morborum erranti ac degeneranti ita ſuccurrere; ut ad ſuam temperiem ſuæ Medicinæ virtus ipſam revocet, ſicque viribus augeat, ut morbo facilè reluctetur. Audi quid ſentiant de eo Philoſophi, *Aurum*, dicebat Marſilius ille Ficinus, *omnes ante omnia probant, tanquam omnium rerum temperatiſſimum, & à corruptione tutiſſimum Soli quidem propter ſplendorem; Iovi autem propter temperaturam conſecratum ideoq; poſſe calorem naturalem cũ humore mirificè temperare, humores à corruptione ſervare. Solarem & Iovialem ſpiritib. & membris inferre virtutem.* Et paulò poſt. *Optimum fore putant ſi abſq; aliena permixtione aurum potabile fiat. Sin minus poßit, cõtuſum & in folia redactum accipi volunt.* Deinde ſubjicit formulam quandam auri potabilis. Qui utiq; agnoſcit quidem in auro vim mirificè cordialem ineſſe, quæ virtutes cordis h. e. vitalem balſamum recreet, & augeat, ſed tincturæ eius eliciendæ ſanguinem renovantis modum non ſatis calluit. Tantum igitur abeſt ut præparationibus chymicis adulteretur aut corrumpatur, ut potiùs temperatura eius calida & humida, qua Jovi aſſimilatur, corroboretur; homogenea congregentur, & heterogenea ſeparentur.

3. auth. M. Ficini.

Deinde cùm ſol ille terrenus ſolem microcoſmi, ex lege ſimilium, qua ſimilia ſimilibus delectantur ac foventur, & quam tu hic agnoſcis facilè amplectatur, ac illi adhæreat, cur vitæ noſtræ conſervandæ, quæ internus ſol eſt aut igneus, ſeu æthereus balſamus, ineptus, à te dicitur; cùm ſint eiuſdem naturæ ac ſubſtantiæ, accidente tantùm differentes? Nihil enim ſub cœlo invenias magis homogeneum, magiſq; ſimilare, ac tenuioris ſubſtantiæ; temperatioris naturæ, corruptionique ſeu putrefactioni minùs obnoxium, ipſa pura metallorum ſive argentivivi ſubſtantia. Quid igitur balſamo noſtro convenientiùs ſpirituali illa Medicina ab omnib. impuritatibus repurgata, & ad ſubtilitatem adducta? Nunquid natura ſpiritualis ſpirituali naturæ congaudet, ut loquuntur Philoſophi? Cur autem igne non deteritur, ſed in eo jubilat & purius redditur? nunquid quia ipſum ignis eſt? Ignis enim igne non traditur, ſed mutuo amplexu tanquam cognata ſeſe excipiunt. Sic cùm balſamus vitæ noſtræ ſit puriſſimus, igniſque naturam referat, cur ſibi ſimilem non excipiat, & eo corroboretur? Aurum enim, ut docebat *Geber*, eſt Medicina lætificans; & in juventute

corpus

Digitized by Google

corpus conſervans, quæ quidem Medicina (ut quidam alius Philoſophus docebat) quùm nihil aliud ſit, quàm calor naturalis multiplicans in ſubſtantia mercurii fixa, virtus autem caloris ſit, congregare homogenea, & heterogenea diſgregare, neceſſario hæc Medicina ſuo calore vivifico in corporib. animalium ſeparabit heterogenea, conſervando ſpiritus & humores, in homine citiùs quàm in natura metallorum, propterea quòd homo calore ſuo naturali proprio ſeparat ſuperfluitates heterogeneas, quas metalla calore connaturali minimè ſeparare poſſunt.

At cur negabitur aurum eſſe naturæ amicum, & in Medicinam redactum ſubtiliſſimam, ac potabilem ſpiritibus noſtris eſſe familiarem, cum omnia in uſum hominis, & propter ipſam creata ſint à Deo? Docet enim Moſes temporis ordine ultimum eſſe factum hominem, qui omnium creaturarum aliarum dominus ſit conſtitutus. Qui cùm ſit finis omnium, nunquid & in eius uſum ſumma hæc Medicina creata fuerit?

Cur in ſole vires potentiores quam in plantis & animalibus?

Cur aurum, & animalia, & plantas, in conſervanda hominis vita & valetudine ſuperat? Num quia conſtantiores vitæ ſpiritus habeat, quam plantæ aut animantes? Quid enim conferant homini diuturnioris vitæ plantæ aut animalia, quùm ſeſe ipſa diu ſuſtinere nequeant? At cùm firmiores metalla habeant vitales ſpiritus, quibus corpora ſua tueantur ac foveant, protrahantq; in tempus longiſſimum, nunquid balſamo noſtro ii inſerti idem præſtabunt, ut videlicet vitam noſtram quàm longiſſimè producant? Ex his omnibus colliges, Anonyme, *& in auro ſummam eſſe propaganda vita noſtra & conſervanda Medicinam, eamque, quùm ſit ſpiritualis & ignea, ſpiritibus vitæ noſtræ calidis & ſolaribus eſſe congruentiſsimam ac familiariſſimam.* Ne autem ea Medicina uti non putes amplius in alimentum, ſed in medicamentum. Satis fuerit enim ſemel aut bis in anno de ea vel tantillum ſumere, non indies ad ſatietatem inſtar cibi ingurgitare, ut Neſtoreos annos attingamus citra morborum tædium.

Cap. VI.

De Luna ſeu Argento.

NUnc aliquid nobis de Luna aut argento dicendum eſt, ſimilique ordine, quem hactenus ſequuti ſumus, docendum, quid de ea, eiuſque virtutibus ac proprietatibus Antiqui ſenſerint, & in quem uſum hoc metallum retulerint, qui medicinã ſpectet: ut ſubnectamus poſtea Hermeticorum ſententiam, qui adyta Naturæ altius, quàm cæteri omnes, ingreſſi ſunt, ejuſque ſinum ac viſcera in apertum protulerunt, unde arcana quàm plurima, eaq; admiranda magnâ induſtriâ eruerunt, nobiſq; evolverunt.

Virtutes & remedia, quæ ab Hermeticis ex Luna eruuntur.

Nota-

Notavimus cap. præcedente compoſitiones & antidotos argentum & aurum admittentes ingreditur videlicet El. de gummis lętificant. Galen. Aureā Alexādr. & omnia fore antidota, quibus & aurum permiſcetur. Docuimus quoq; cui uſui illa eſſent apud antiquos, & cur compoſitionibus inſerta: nec nō oſtendimus, *Galeni, aliorumq; Græcorum*, qui ſequuti ſunt, temporibus illorum in medicina uſum fuiſſe incognitum: atq; ab Arabibus primis in Antidotos ſuas cardiacas ea fuiſſe invecta. Unus tamen inter Græcos Ægineta illo uſus eſt in ſcorpionum ictus extrinſecus plagæ inducto: ſicque de eo loquitur, 5. lib. de re medic. c. 8. de Scorpionis plaga: *Facit ad eoſdem* (ictus ſupple) *& trifolii ſemen potum & ocymi ſemen: Præter opinionem quoque facit argentum ſtatim plagæ appoſitum.*

Quantum ad vires alias aurum quadantenus æmulatur & ad eoſdem affectus à medicis exhibetur præſertim ad maniam, ad affectus omnes melancholicos & ad cerebrum ipſum corroborandum.

Præparatio.

Nunc verò patefaciamus, ut metallum hoc non ſecus ac aurum, utq; exactioribus modis ac præparationibus, quàm Græci & Arabes fecerint, ab Hermeticis, elaboratum ac diſſectum fuerit. A quibus ſic exenteratum eſt, & omnibus modis comminutum, ut in impalpabilem naturam, hoc eſt, ſpiritualem, corpus ejus ſublimarint, & quod in eo materiale erat, formale prorſus & incorporeum reddiderint: unde virtutes ejus admirabiles & proprietates agnôrunt, aliaſque non minus nobiles ac efficaces, in remedia internorum affectuum vel graviorum etiam, quàm ſint ſcorpionum ictus, extrinſecus in laminas plagis appoſitum, etui poſſe & elaborari deprehenderunt.

Paracelſus ipſe in ſuis ſcriptis, varias ipſius argenti perinde ac auri præparationes tradidit. Ex eo enim non ſecus ac ex auro vitriolum aut ſalem, ſulphur, mercuriumque, eadem fermè methodo extrahit. Quin & ex illo docet, quemadmodum ex auro, quatuor elementa ſeparare, *tom. 6. pag. 16.* de ſeparatione elementorum. *Tria Lunæ principia.*

Nec non magiſterii Lunæ elaborandi ejuſque potabilis reddendæ artificium aperit, non ſecus ac auri, *tom. 6. pag. 60.*

At quum Luna propriè ac privatim cerebrum ſpectet, ejuſque morbis aut maniis & melancholiis, epilepſiis, &c. ſpecificum ſit medicamentum, ei adaptatur: ut cordi ex ſua proprietate aurum.

Liquor viridis Lunæ inquit Paracelſ. *cerebrum confortat & quaſi novum reſtituit*: Proceſſus autem ejus elaborandi exprimitur *tom. 3. lib. 2. de viribus membrorum, pag. 7.* hoc modo:

℞ *Lunæ calcinatæ, q. ſ. cohobetur diebus ſeptem per vinum vitæ: tum calx Lunæ reſolvitur in liquorem tenacem. Hic digeratur in Bal. per menſem unum, tum reſolvitur, & ſuccum viridem repræſentat.* Quicunque noverint hanc Lunam philoſophicè calcinare, facilè in liquorem hoc proceſſu eam traducent. *Liquor Lunæ viridis.*

Digitized by Google

Ea igitur hoc modo calcinata ac mortificata, quem ſuprà docui de ſole calcinando: ex ea liquoris ſulphurei ſalviæ beneficio, ut auro juniperinus cógruit, tinctura elicitur ſapphyrica, eſſentia, liquor, & oleum lunæ exquiſitiſſimum ad omnes epilepſias, apoplexias, paralyſes, alioſque id genus affectus conferens, ſi quatuor guttarum numero ex congrua aqua aut liquore propinetur.

Libavius lib.2. Alchymiæ, tract. 1. *pag.*94. tres modos conficiendi iſtius Lunæ liquoris aut Lunæ potabilis aperit: qui quidem author deſcribit, pariterque docet tres ejus in calcem adurendæ proceſſus *eodem lib. & tract. pag.*99. 100.

Oleum ſeu Tinctura Lunæ.

Olei hujus exhibentur guttulæ duæ aut tres cum aqua florum betonicæ, ſalviæ & meliſſæ ad caducum morbum, & ad cerebri omnes affectus, ut diximus. Sic autem præparant: fulminatam Lunam calcinant quater cum aqua ſalis metallici criſtallini, (i.e. cum Spiritu nitri vel Saturni) donec in corpus turſus reduci non poſſit: pulverem dulcoratum reverberant, ex quo extrahunt proprium Alcali in Balneo M. cum cœleſti menſtruo (nobis ſic dicto) & vini alcoole, omnia ſimul circulant in pellicano quindecim dierum ſpatio ad perfectam uſque graduationem: ſeparato menſtruo in Balneo, remanet in fundo oleum Lunę fixum, quod eſt optimum medicamentum ad prædictos uſus.

CAP. VII.

De ferro ſ. marte.

FErro veteres, præſertim ſquama ſtomomatis, nempe Chalybis utebantur ad exſiccandum & adſtringendum; chalybemque hac ratione aqua extinctum pluries, ſubinde aquæ vehementem deſiccandi vim conciliare, quæ pota lienoſis conduceret, & vinum in quo etiam reſtinctum ipſum fuiſſet, cœliacis, dyſentericis, cholera infeſtatis, ſtomacho reſolutis, auxiliari *Ægineta & Aetius* doctè ſcripſerunt. Squamam etiam ſtomomatis in pulverem redactam per ſe lientericis exhiberi, *Aetius lib.*14. meminit, præſertim ruſticis & robuſtioribus. Quod remedii genus hodie Medicis eſt ſatis uſitatum ad curationem ejuſdem affectus. Interim ipſorum nonnulli metallica damnant noſtra remedia, illaque rejicienda, tanquam lethifera concludunt. Ex metallis tamen antiqui Medici multa deprompſerunt medicamenta interna, ut videre eſt, quibus multis etiam morbis medebantur. Quis jam igitur debitam ipſorum præparationem, & eſſentiarum extractionem improbabit? Quemadmodum ferrum non mordacitatis expers, præparatione tamen ſpagyrica hanc amittit, quòd videlicet ex ipſo ſubtiliſſima quædam ſubſtantia abſtrahatur, aut *in oleum reducatur*, quod intrò tutius & majori cum utilitate, ad prædictos affectus exhiberi poteſt, cùm à calore nativo

*Æginet. lib.*7. *Aet. lib.* 10. *cap.*11. *& lib.*14. *cap.*24. *Oleum.*

nativo pati poſſit, & viciſſim in corpus agere. Hoc etiam teſtatur *Galenus libr. 9. de ſimpl. med. facult. cap.* 42. cum de ſquama æris verba facit. *Omnes*, inquit, *ſanè vehementer deſiccant. At inter ſeſe diverſæ ſunt, tum quod alia magis, alia minus exſiccat, tum quod alia craſſioris, alia tenuioris ſit eſſentiæ.* Addit poſtea. Omnes autem ſquamæ non inſtrenuè mordaces ſunt. Ex quo clarum eſt, quod eſſentiæ ipſarum conſiſtentia non admodum tenuis eſt, ſed potius craſſa. Siquidem inter ea quæ eandem vim obtinent, minus eſt mordax, quod eſt tenuius.

Præparata:

1. *Crocus Martis cum aceto.*

Ex ferro igitur, & potiſſimum ex chalybe, ſubtiliſſimam Spagyrici extrahunt ſubſtantiam quam etiam igne reverberii tenuiorem reddunt, ſuumque parant crocum Martis, ex quo tandem *oleum conficiunt ad diarrhœam, lienteriam, dyſenteriam, hepaticum fluxum, ad ventriculi corroborationem, & ad omnes hæmorrhagias internas & externas, præſtantiſſimum & non mordax medicamentum, ſi conſervæ roſarum aut ſymphyti permiſceatur.*

Fit autem hoc modo:

℞. Limaturam chalybis, quam ablues pluries cum muria, poſt cum aqua dulci, tum demum ſuperfunde acetum acerrimum, ut ſupernatet quatuor digitos: ſtent omnia ad ſolem per aliquot dies, novum ſubinde infundendo acetum, quo limatura ſubtilietur: hanc reverberabis per diem integrum aperto vaſe, donec prodeat vi ignis in pulverem rubicundiſſimum & leviſſimum, quo poteris uti.

Oleum Martis ex eodem.

Vel ex illo, *cum menſtruo ſuo acerrimo, aut vini ſpiritu optimè præparato, elicies animam, ut ex ea conficias oleum:* cujus guttula una tantum exhibetur cum decocto convenienti, aut permiſcetur cum aliqua conſerva aſtringenti ad dictos uſus.

Crocus ♂ per reverberationem.

Crocus martis hic educitur è ferri ſive chalybis limatura, quæ in fumo reverberii ab ignis flamma & vi in crocum elevatur leviſſimum & rubicundiſſimum.

Eiuſmodi crocus confert dyſenteriis, lienteriis, gonorrhææ & ſimilibus affectibus in quibus adſtrictione & fluxus inhibitione opus eſt.

Crocus Martis aperitivus.

Fit è laminis ferri candentibus & in magdaleones ſulphuris immiſſis, quarum vi ſulphur liqueſcit & funditur, ut cera Hiſpanica.

Virtutem habet attenuandi, aperiendi & deoppilandi, ſicut & is, qui per longiorem morã ſolius aquæ cõvenientis imbibitione elicitur, qui non tantum attenuat, ſed & à tartareis & melancholicis humoribus, tum lienem totumq; meſenteriũ repurgat.

N. *Hæc duo croci genera valent adverſ' quaſvis hydropiſes & cachexias.*

Crocus Martis acido-ſulphureus.

Fit cum liquore acidulo ſive oleo ſulphuris, infundendo prædicti li-

Digitized by Google

quoris partem unam & tantundem Spir. Vini, in cochlear ferreum: ut omnia bulliant ad ignem lentum uſque ad conſumptionem; poſtea reſideant per aliquot dies, & omnia in pulverem croceum ſubtiliſſimum converſa conſpicies, quem adſervabis in parvis phialis optimè clauſis, ne aer intret: reſolvitur enim ab aere.

De eo aliquot grana exhibebis in juſculo ſive liquore congruo, in quo dictus crocus reſolvitur, qui ob martis naturam, quam participat, verum Epatis reſtaurativum eſt, eiusq; conducit imbecillitatibus, & omnibus aliis morbis, qui inde oriuntur, quales ſunt Cachexiæ, fluxus hepatici, hydropiſes &c. Magnum utiq; ſecretum & admirandis virtutibus præditum.

Crocus Martis Vitriolicus.

Calcina limaturam ferri igne violento cum floribus Kibric, donec rubeſcat limatura, & evaneſcat tota terra fœtida. Hanc per diem integrum reverberato, tum demum prodit in pulverem purpureum & tenuiſſimum, quo utere.

Crocus idem aliter.

Limaturam Martis prius optimè lotam calcinabis cum floribus ſulphuris, vel ipſam diſſolves cum aqua ſtygia. Deinde ſuperfunde acetum acerrimum: & in calore relinquantur per aliquot dies: tum demum reverberentur igne aperto, ut ars præcipit, per integrum diem: colligendo ſemper flores qui ſupereminebunt, donec totum convertatur in pulverem rubicundiſſimum & leviſſimum.

Balſamus Martis ſeu Flores Martis.

Limaturæ Martis lotæ pluries cum muria ſuperfundes acetũ acerrimum, ut ſupernatet 4. digitos, ponantur ſuper cineres calidos 8. dierum ſpacio, quotidie movendo materiam, & ſeparando acetum, quod colorabitur: & iterum novum affundendo, idque tamdiu, donec acetum nõ amplius coloretur. Quoad ignem evaporato, pulverem qui ſubſidebit, ſumito: eumq; cum æquali portione ammoniaci ſublimato. Eundem ſublimatum toties ſuper fæcibus repones, iterumque ſublimabis, donec rubini appareat color. Poſteà totum in aquam ferventem injice, ut ſal diſſolvatur: tum apponendo ſtatim frigidam, ſubſidebit in fundo Martis balſamus, calcis ſolis inſtar. Aqua autem ſeparetur ac denuo recens affundatur, ut dulcis balſamus efficiatur.

Oleum Martis.

Ex ipſo cum vini ſpiritu alcoliſato circulationibus conficies oleum rubicundũ ad omnes hæmorrhagias interiores, & viſcera nutritionis corroboranda præſtantiſſimum, ſi guttula conſervæ roſarum aut ſymphiti permiſceatur, aut cum vino exhibeatur.

CAP. VIII.

De Ære ſeu Venere.

IN emplaſtris & ungventis ſuis ad chirurgiam tantũ utuntur Medici ære,

Google

ære, diverſis modis præparato. Æs enim uſtum, & ſquamam æris recipiunt *emplaſtrum Apoſtolicum Nicolai Alexandrini, & viride æris*, quod appellant, *emplaſtrum divinum Nicolai Præpoſiti, ungventum Apoſtolorum Avicennæ, & Ægyptiacum magnum Meſuæ:* quæ quidem omnia vehementer detergunt, idque non ſine mordacitate, quum acria ſint: ex quibus tamen, reiteratis ablutionibus, antequam miſceantur, acrimonia deponitur, & epulotica redduntur quodammodo medicamenta, putridis quoq; ulceribus, & ſinubus expurgãdis aptiſſima.

Chymiatri autem ad eoſdem affectus, ad phagedænica, chironica, cacoethica, putridaque omnia ulcera curanda, alia præparant ex ipſo ære medicamenta: multo tamen præſtantiora, ut quæ ſine ullo morſu, ulloque dolore operentur.

Tinctura Veneris.

Æs igitur calcinetur communi modo, tum ex ipſo cum acida muria, (i.e. cum aceto deſtillato) ut decet præparata & alcoliſata, extrahes viridem animam in Bal. Mar. donec amplius menſtruum non vireſcat. Ipſum ſepara in Balneo: quod relictum eſt, reſolve in humido, prodit in oleum ſmaragdinum, ipſum circulato cum vini dulcedine, ut acrimoniã ipſius menſtrui totam abſtrahas.

Vires:

Habebis medicamentum præſtantiſſimum ad prædicta ulcera curanda, ſi cum butyro miſceatur.

Vitriolum Veneris.

Ex ære etiam calcinato (cum ſulphure) & reflexo cruſtuli azymi inſtar (i.e. reverberato) cum vitreolato aquoſo proprio menſtruo (i.e. cum phlegmate vitrioli acido) ut ſupernatet decem digitis, extrahitur vitriolum cæruleum, & pellucidum, ſi circulentur ſimul in vaſe vitreo quindecim dierum ſpatio in Balneo, ac tandem menſtruum, ſeorſim deſtillatione per cineres ſeparetur.

Illud æris vitriolum, dulcoratum convenienti lotione, & rubefactum calcinatione, prodeſt ad curanda maligna omnia ulcera, ad callos detrahendos, ſi in fiſtulam callo obduratam immittatur, & ad delendas ſine dolore omnes carnis excreſcentias: imò carunculam etiam in collo veſicæ exiſtentem curat, ſi cum emplaſtro aliquo permiſceatur, & cum *tenui cereola* imponatur, ut decet.

N. *Miſy, chalcitis, chalcanthum vulgare, Sory, & reliqua eiuſmodi, ita rectè poterunt præparari, ad omnia maligna ulcera curanda, fiſtulaſque potenter detergendas ſine morſu & dolore. Amittent enim hoc modo vim, quam habent exedentem, & cathareticam.*

Mercurii veneris contra peſtem præparatio.

Veneris Mercurius cum liquoribus acidis ſulphuris aut vitrioli mortificatus & per iteratas cohobationes in colorem floris calendulæ redactus, & deinde cum ablutionibus aquarum convenientium dulcoratus, unum eſt è præſtantiſſimis

Digitized by Google

contra peſtem ſudorificis atque bezoardicis remediis. Si enim ad pondus unius grani, aut ad ſummum duorum, cum apto quodam liquore propinetur: Peſte affectum à morte proculdubio vindicabit, modo poſt decem aut duodecim circiter à malo ſuſcepto, horis abſorbeatur.

Alia prædicti Mercurii præparatio. Prædictus autem Veneris Mercurius pluribus modis præparatur: qui autem in uſum modo narratum adhibetur, componitur ex una parte Limaturæ veneris, duabus partibus aquilæ exaltatæ, & aliquanto majori ſalis ſolaris quantitate. Omnia in pulverem tenuiſſimum redigantur, permiſceantur, & in matracium capax injiciantur: in ſabulo deinde ſepeliantur, ſepultisque iguis ſubtus & undiquaque eò usque accendatur, donec materia inſtar ceræ colliqueſcat. Tunc enim ſubitò vas in aqua erit immergendum, quo facto prædictum Veneris Mercurium colliqueſcentem & coloris ſubviridis reperies, qui quidem effectus nihilominus ſupra à nobis declaratos præſtabit certiſſime.

Cap. IX.

De Plumbo ſeu Saturno.

PLumbum facultatis eſſe refrigeratoriæ, autor eſt *Galenus 9. ſimpl.* ipſumque chironiis, quæ vocant, ulceribus, & cancroſis ac putredinoſis, tum ipſum per ſeſe, tum quibuſdam aliis commixtum convenire: ex quo ceruſa & minium arte fiunt, quibus Medici utuntur ad inflammationes oculorum, quando refrigerandum eſt, ſiccandum, repellendum & adſtringendum: & ex illis collyria ſua parant cum aquis refrigerantibus. Induntur etiam *ungvento albo Rhaſis, citrino, & diapompholygos, nec non emplaſtris* quæ ſuis propriis nominibus, *de ceruſa* nempe & *de minio*, nuncupantur.

Iſta omni morſu deſtituta vehementer ſiccant, iiſque cicatrice ad ulcera claudenda Medici utuntur. *Galen. 9. ſimpl.* Addam nonnullos ſola lamina plumbea uti ad ulcera exſiccanda: Alii cremato utuntur plumbo, quod validius ulcera exſiccet, & ſit ad ad rebellia commodius, ſecundum *Galenum.*

Præparatio.

Ex Saturno calcinato ſal elicitur dulceſcens in Baln. cum aceto deſtillato: toties ipſum in fæces affundendo, dum nihil amplius attrahat: evaporato menſtruo remanet in fundo ſal, qui ſolutionibus & coagulationibus iteratis fit cryſtallinus. *Sal Saturni.* Deinde facilè in oleum reſolvitur in loco humido collocatum. *Oleum Saturni.* Porrò ſi hunc cryſtallinum ſalem circules in pellicano cum vini alcoole per quindecim dies: poſteà menſtruum per deſtillationem eximas, novumque affundas, & circules, addasq; idoneum pondus ſalis tartari cryſtallini, conficies Balſamum ſaccharo dulciorem, & qui adverſus maligna ulcera & oculorum affectus, majorem in modum conducit. *Balſamum Saturni.*

Præpa-

Præparatio melior.

Sequenti meliori quidem præparatione, ipſum multo adhuc præſtantius ad eoſdem uſus redditur, ad exſiccanda ſcilicet & curanda maligna quævis vulnera & ulcera inveterata. Fit autem hoc modo.

℞. *Plumbum optimè calcinatum, ex quo, cum cœleſti acido alcoliſato, præparato ut decet, extrahes eſſentiam in B idq; tantiſper facies, donec totum plumbum ſolvatur, & à lepra & omnibus ſuis impuritatibus hoc modo expurgetur. Separato per B. menſtruo, quòd remanebit in fundo vaſis, rurſus ſolves in vini alcoole tartariſato, & circulabis omnia ſimul per aliquot dies, ut menſtrui acrimoniam totam auferas, & hoc modo conficies ex plumbo dulciſſimum ſaccharum & temperatum, ac noſtræ naturæ amiciſſimum*, infinitis affectibus inſerviens.

Oleum ſeu liquor.

Id autem ſolvitur in oleum in humido, *ad quævis ulcera maligna brevi curanda præſtantiſſimum medicamentum.*

Balſamus Saturni.

Ex ipſo etiam fit Balſamus pretioſus *ad ophthalmiam & oculorum inflammationes*, dummodo prius optimè dulcoretur, & præparetur.

Sic facies de ſtanno, (cuius nullus eſt uſus, quod ſciam, in veteri medicina,) de Lithargyro, de Tutia, de Cadmia vera, de Spodio, & Pompholyge: quæ omnia ita rectè poſſunt præparari, atq; mitia adeo reddi, ut citra morſum, *maculas & excreſcentias etiam oculorum tollant, inflammationes doloresq; ſummos ſedent, ulcera omnia ſine dolore ullo curent, eaq; cicatrice obducant.*

CAP. X.

De Argento vivo ſive Mercurio, & Cinabrio.

SEQUENTES ſemper eum ordinem ac methodum, quam in hoc tractatu obſervavimus (præſertim de metallicis auxiliis agentes) ut, quid de illis ſenſerint veteres Dogmatici Mediciq; celebriores, primo diceremus, ſive de proprietatibus illorum differerent, ſive eorum compoſitiones & uſum in medicinam inveherent; deinde ut apertum vel luſcis etiam, quid Hermetici ſplendoris ac lucis contulerint, faceremus, ac quàm varia ex illis arcana excogitarint, & in magnum Medicinæ decus ac ornamentum eruerint. Primum hoc loco, quid de eo ſenſerint, dixerint ac ſcripſerint Dogmatici, in medium afferemus, tribuemusq; illis hunc honoris gradum (ſicut hactenus fecimus) ut priores ſententiam pronuncient. *Veterum de Mercurio ſententia.*

NOTA I.

Veteres de Mercurio.

Dioſcorides inter veteres Græcos antiquiſſimus ſcriptor, virtutes ac proprietates metallicarum ſubſtantiarum interpretatus, hæc de argento vivo ſubnectit *lib.* 5. ſui commentarii, *c.* 70. *Argentum vivum*, inquit, *fit ex minio, quod falſo cinabaris dicitur, in fictilem patinam, ferream concham habentem, minium conijciunt, calice concham tegunt,*

Sed apud Marpurgenſes ampla elegans & ferax illius minera eſt in Haſſia. Ex eo Cinabrio non dubium eſt, quin poſſit eo modo, quem deſcribit *Dioſcorides*, & poſt eum *Oribaſius*, ſublimatione mercurius extrahi, cujus etiam capax eſt ipſa fodina, copioſiorque eo modo elicietur à Dioſcoride deſcripto, ex eo minerali mercurius, quàm ex artificiali. Quod igitur minium vocat *Dioſcorides*, poteſt intelligi de Cinabrio illo minerali, non de minio illo, quod vi ignis potiùs in vitrum vel plumbum reducitur, nunquam verò in mercurium vertitur, niſi alia methodo, quàm, quæ à veteribus tradita eſt, procedatur: quos inde conſtat parum in rerum metallicarum cognitione ac præparationibus fuiſſe verſatos. Quorum in hac re ignorantiam ſatis ſuperque teſtatur mercurii conſervandi ratio, quam docent; cùm dicunt, vitreis vaſculis, plumbeis aut ſtanneis excipi & cuſtodiri debere: ut qui alioqui vaſa alia omnia excedat: cùm tamen nihil magis voret, quàm metalla illa duo ſuperius commemorata, terrena vaſa ne minimũ quidem arrodens, unde eos inſcitè de illo loquutos eſſe veteres, & citra experientiam videre eſt.

Alius error Dioſcor.

Sed in iſtis fruſtrà tempus diutiùs teramus, niſi eo fine, ut pateat non omnia omnibus Antiquis fuiſſe cognita: magnis tamen laudibus illos eſſe celebrandos, ac beneficio eorum erga nos agnoſcenda. Quin etiam & qui ſequuti ſunt, gloriam ſuam mereri, & à nobis gratum animum: quod quæ ſupra antiquos calluerunt, candidè nobis impertierint, & indies adhuc publicæ utilitati invigilent ac conſulant: nec non ut oſtendamus etiam nunquam Medicinam tantum perfectionis gradum attigiſſe, quin in ſecula & dies ſingulos incrementi aliquid, gloriæ ac ornamenti poſſit accipere, ut apertè patebit ex hoc etiam mercurii argumento, de quo nunc agimus.

In quo *Ægineta* aliquid amplius agnovit, quàm ſuperiores qui præceſſerunt: ſiquidem de quadam mercurii præparatione ac præcipitatione ſcribit, quæ erat in uſu, quæq; etiam aſſumebatur: atque hæc ſunt, quæ docet: ***Argentum vivum ad medicum uſum non ita valdè aſſumitur, quum venenum exiſtat: verùm quidem uſtum ipſum ac in cinerem redactũ, alii ſpecieb. permixtum, colicis & volvuloſis bibendum dederunt.***

Quo certo loco author iſte, quandam cognitionem earum, quæ nunc ſunt in uſu, Mercurii præcipitationum videtur habuiſſe.

Hac fortaſſe viri iſtius doctiſſimi quidam victi authoritate minus olim veriti fuerint, Mercurium præcipitatum, ſive mortificatum, iliacis paſſionibus, morbis deploratiſſimis, exhibere. *Serapio* teſtatur, illum ſuo tempore fuiſſe uſurpatum: idem tamen ſubjungit, prædictum Mercurium nihil ſic profuiſſe, nec ullo modo morem ægrotorum cohibuiſſe.

Huic nihilominus morbo *Hieronymus Montanus* vir celeberrimus, idem remedium cum Philonio & Diacumino permixtum, hujuſmodi malis præſcribit.

Digitized by Google

Avicennas ipſe cum aliis Arabibus, qui poſt Græcos ſcripſerunt, eos riſit, qui argentum vivum factitium eſſe opinabantur: hujus habuit & cinabrii artificioſi cognitionem, nec nõ etiam mineralis Priſcis incogniti. Semper enim aliquid lucis rerum veritati, & ejus cognitioni tempus addit, ac ut vulgò dicitur, roſas profert.

Videamus igitur quid ille *lib.* 2. *tract.* de illo in formam interrogationis ſcribat: *Argentum vivum aliud eſt purgatum à minera ſua, & aliud extrahitur ex lapidibus mineræ ſuæ cum igne. Secus fit aurum & argentum.* Addit: *Et Galenus quidem & alii exiſtimaverunt, quòd ipſe fit arte factum, ſ. ut lithargyrium: quoniam eſt extractum cum igne, & quoniam ſubſtantia ejus eſt ſimilis ſubſtantia Vziphur. Exiſtimavit itaque, quòd ipſum non fit, niſi ex algenzinpher in vaſe lutato ſuper quod eſt ignis accenſus & ſublimatus: ſed non eſt ita: imò uzifur (id eſt, cinabrium) fit ex eo cum ſulphure. Deinde poſſibile eſt, ut extrahatur ex ea ſubſtantia argenti vivi.*

NOTA II.

Recentiores.

Quâ occaſione Mercurius in uſum Medicum venerit.

Poſt *Avicennam* alioſque Arabes novis multis iiſque graviſſimis morbis exortis, ac inprimis horrenda illa venerea lue graſſante, multiique magni viri ac celebres, de hoc morbo tam gravi extinguendo, anxiè ſolliciti fuerunt, omniaque hinc inde meditati ſunt, quibus tam diro veneno tot ſymptomatis ulcerum ac nodorum, puſtularum, cancrorum ac phagædenorum ſtipato poſſent ſuccurrere: in cujus curationem à nonnullis eorum tentatum jam fuerat argentum vivum; atque huic curæ accommodatiſſimum remedium cognitum: perrexerunt itaque ipſum in uſum admittere *linimenti* primùm ulceribus inducendi, unde egregios effectus perceperunt, imò præſtantiores, quam ab ullo alio auxilio fas eſſet experiri: Deinde in Emplaſtro concinnati, ut in Emplaſtro (Joh. de Vigo) de ranis. Poſtea frictionis, ac demum medicamenti intrò aſſumendi: quod idcircò in pilularum formam *Barbaroſſæ* dictarum vel crudum etiam exhibitum eſt. (*Rondelet. de morbo Gallico.*)

Quin & ſunt adhuc hodie Medici, qui eodem argento vivo utuntur crudo, ex theriaca, mithridatio, aut confectione Alchermes, cum moſcho, ambra aut cardiaco aliquo pulvere: unde ſæpè felices ſucceſſus experiuntur, in ardoribus urinarum, gonorrhæis fœtidis, & puſtulis venereis minùs malignis.

Alii poſtmodum levi tantùm quadam hydrargyri purgatione contenti co per corium tranſlacto, ſeu mobilitate ejus coercita, atque (ut vocant) mortificata. Hi multum ſe profeciſſe exiſtimantes cum ſucco limonum admixta pauca therebinthina extinxerunt, ſicque diu multumq; agitato, aliquid ambræ, moſci, theriacæ & pulveris cordialis admi-

admiſcuerunt, atque ita in pilulas concinnarunt: quas doſi convenienti atque legitima certo temporis ſpacio exhibentes, ſolo hoc, nec ullo alio remedii genere fœliciſſimè perſanarunt gonorrhœas fœtidas, virulentas, ac inveteratas, adeoque ipſam jam factam & confirmatam luem veneream.

Hæc & ſimilia Empyricorum ſunt ſecreta.

Alii ipſum argentum vivum præcipitarunt, & in pulverem variis modis redegerunt, edocti fortè ex lectione ſcriptorum Æginetæ. Deniq; in quaſcunque formas fuerit paratus & mutatus mercuri*, ſingulares ſemper ſuæ virtutis effectus fœliciter prodidit, ita ut à Recentioribus pro veneno, contra veterum opinionem ejus facultatis imperiotum, haberi deſierit: imò ſummis laudibus elatus ſit. Sive enim eo crudo complures noſtri ſeculi celebres Medici uſi fuerint, variis tamen morbis ipſum, citra præparationem etiam opitulari tutò deprehenderunt: quemadmodum magnus ille *Braſſavola* in examine ſimplicium teſtatum reliquit, ſe crudum etiam infantibus lactantibus & pueris & grandioribus ætate, magno cum fructu argentum vivum exhibuiſſe, cùm morti proximos ex vermium torſionibus illos animadverteret: quibus tamen nulla alia auxilia profuiſſent.

NOTA III.

Electio Mercurii.

Quod ad primum itaque ſpectat, nempè ad *electionem*, adverto omnis generis argentum vivum absque ullo diſcrimine uſurpari, non advertendo plurimum ſophiſticari cum plumbo, quod beneficio biſmuti (ut vocant Germani) tam benè apteque miſcetur, atque cum mercurio diſſolvitur, ut ipſa non poſſit melius aqua cum aqua. Et miſcentur, inquã, ſi vel æquis partibus plumbum cum hydrargyro ſumatur, modo & ratione prædicta. Nec miſcetur tantum, ſed tranſit etiam plumbum cum eo, per lintea æquè mobile ac fluidum, ac ſi nihil eſſet aliud, quàm ſolus, purus, putus mercurius, ut non ſit talem fraudem diſcernere, aut detegere viſu. Sed viderint interim qui tali utuntur inunctionibus aut aliis, quid agant. Nam noxius eſt admodum, & prorſus malignus ut quivis facilè ſecum perpendere poteſt: nec attinet ea de re plura à nobis dici, cum ex natura ipſa plumbi frigidiſſima, atque terreſtri, (quæ tamen mercurii vehiculo internas etiam ſubire ſolet partes, ipſaſq; adeò membranas, & ligaturas) ſatis manifeſtè appareat, quid boni inde conſequi poſſit. Et quod pejus, nec exhalari aut diſſipari poteſt æquè facilè, ac mercurius, quẽ conſtat naturæ eſſe aëreæ, ac prorſus ſpiritualis, & per conſequens exhalationi oportunæ. Nec ſophiſticari tantùm artificio poteſt & ſolet mercurius, uti jam dictum, & à nullo hactenus obſervatum eſt: ſed in propriis etiam mineris allicere ſibique conſociare poteſt mercurius varias corporum terreſtrium, & prorſus he-

Digitized by Google

terogeneas qualitates, ut ex mineris plumbi, antimonii, aliisq; ſubſtantiis metallicis conſtat, quæ proximè aſſident, aut adhærent mineris argenti vivi: unde ei imprimi poſſunt variæ vires, propria verò ejus virtus perturbari, atq; infici. Quare diligens adhibenda eſt cautio in electione mercurii, niſi velimus fruſtrari voto, aut aliquid ſiniſtri in ejus uſu evenire, ut nimis ſæpe accidere ſolet.

Probatio. Cum itaq; tam nobili ſubjecto, & tam optato fini mercurii uſus accommodari debeat, operæpretium faciemus, ſi cautè & circumſpectè à fidelibus mercatoribus, non ab impoſtoribus importari curaverimus.

Probatur præ aliis Hiſpanicus: quem ſi non conſequi aut habere poſſis, quemvis oblatũ hâc arte probabis: cochleari argenteo exceptum tantillum mercurii, ſupra candelam, aut carbonem ignitum exhalati permittito: in fumum enim abit mox. Qui ſi argentum aureo tinxerit, certus eſto purum & laudatum mercurium. Sin nigro quodam, aut livido vel fuſco inficiat, certum eſt impurum eſſe, & maligna aut etiam venenata, qualitate præditum. Atque hic certiſſimus, tutiſſimuſque eſt probandi mercurii, & puri, & laudati ab impuro atq; illaudato dijudicandi modus. Hæc de ejus electione.

NOTA IV.

Præparatio Dogmat.

Præparatio. Jam in *præparatione* plures ſudaſſe nullum adhuc inter tot doctiſſimorum Galenicorum medicorum, de lue venerea conſcriptos libellos ad rhombum, & legitimam ejus præparationem appuliſſe cognovi. Ac tanto magis illud mirari ſubit, quod cum approbent ejus uſum in curatione luis venereæ: de ejus præparatione, ne verbum quidem addant: ſed eo, qui paſſim in officinis præſtat, & venditur nec cognito probè, nec probato, improvidè nimis utuntur in ſuis unctionibus, atq; emplaſtris, quæ totius fundi hujus curationis eſt calamitas. Quid? integrumne viro bono, ac medico probato non cognitis uti, & tamen veneni ſuſpicione taxatis, nec ritè præparatis, aut caſtigatis? & tamen caſtigari poſſet, & ab immenſa illa nigredine qualitateq; frigida, cruda & maligna, quam continet, vindicari, ſi craſſo tantum modo præparetur, nempe decoquatur & cum ſale nitri & aceto ſæpe tranſactus per linteamina ſubtilia, aut per pellem caprinam. Sic manifeſtè & ad oculũ inquinamenta illa, atque impuritates detegerentur, quæ ei ſunt admixtæ. *Purificatio.*

Objectio. At inquiet fortè aliquis: *ſi tanta eſt mercurio hiſpanico puritas, qui argentum apud ignem tingat aureo, quid igitur opus multa præparatione?* cui ita obſiſtendum.

Solutio. Subjecti in cujus utilitatem ac conſervationem mercurii uſus adhibetur, hominis, inquam, atq; ſanitatis tanta eſt nobilitas, atq; dignitas, ut nihil hic nimis, nihil æquo curioſius, atq; prudentius præparari adminiſtrariq; poſſit. Accidit quod mercurius, licet purus utcumque, ſemper tamen poſſit reddi purior: ex cujus purita-

puritate inæſtimabilis reſultat utilitas nempe perfecta curatio morbi incurabilis ferè: atq; ita nullas poſt ſe relinquit reliquias odioſas, nullam noxam, nulla denique ſymptomata, ab intempeſtivo impurioris mercurii uſu relinqui ſolita.

Norunt plus ſatis philoſophi Hermetici, quid proficiat, quantamque habeat utilitatem exactè repurgatus & præparatus mercurius: ut nõ ceſſent hunc ſuis ſublimationibus, & revivificationibus crebris, toties ac ſine omni tædio iteratis purificare, donec tandẽ perfectè purus, aut certè perfectiſſimo proximus evadat. Nam longa, & diutina illa præparationis ſerie tandem calorem azureũ, atq; cœleſtem acquirit, diſſipata atq; conſumpta aquoſitate frigiditateque illa ſuperficiaria, corpori noſtro inprimis noxia: ejuſq; calore ac ſpiritu igneo quaſi excitato, ut jam ex frigido fiat calidus etiam ad tactũ, ex deleterio vivificus, ex plebejo nobilis, & philoſophicus, ex crudo coctus, atq; ita digeſtus, ut conjunctione inſeparabili, amica, atque perfecta uniatur cum auro, quem ante preparationem deſtruebat, propterea quod cum eo in ſymbolo nondum concordabat, ipſo crudo, calido autem, ac inſigniter digeſto, atque perfectè exiſtente auro. Huic itaq; inſidias ſtruere, & nõ nocere non poſſunt medici, qui mercurium crudum, mobilẽ adhuc, atq; fluxilem ungventis ſuis, atq; emplaſtris admiſcent: ſubliment opus eſt, adeoq; exuant ſulphure ſuo arſenicali, eximant oportet, atq; conſumant ſuperfluã illam humiditatem aqueam denique ex veneno, & deleterio reddant alexiterium, & benignum naturæ medicamentum, ut fiat primus, præcipuus & tutiſſimus luis venereæ expulſor. Quod ſi fecerint, mirabiles effectus talis mercurii cernent non tantum in L. V. ſed in omnibus aliis peſtilentibus, atq; contagioſis, quomodocumq; tandem adminiſtratus. Nec ullus inde metus conſecutionis diverſorum ſymptomatum, quorum cauſa ferè ſuſpectus eſſe ſolet communis ille, nec ritè præparatus.

Attamen, ut etiam ii, qui mordicus ſemper ſua, hoc eſt, ampla, & communiſſima illa via incedere volunt, etiam aliquid utilitatis ex noſtro hoc capiant diſcurſu.

Age doceamus præparationem mercurii ſaltem tolerabiliorem, ne perfectionis difficultate, & ad quam exactiſſimè parandam multa cura multoque opus eſt tempore, ab ejus uſu, penitus abſterreantur.

Docebimus argenti vivi elegantiſſimum, atq; optimum præparandi modum, per quem ex libra una unciæ quatuordecim largiter extrahuntur, ſi rectè fiat, & perficiatur; eritq; ille mercurius maximarum virium in unctionibus, ut dicetur poſtea, cum de compoſitione, ac mixtione tradetur.

NOTA V.

Purificatio Mercurii.

Accipiatur ergo argenti vivi loco, cinabrium commune, (quod nihil eſt aliud, quàm mercurius ſublimatus, & per conſequens perfectè

Digitized by Google

purificatus, quippe, à quo omnis heterogenea humiditas ſulphuris admiſtione ſit exſiccata, atque conſumta) cui pulveriſato adde calcis vivæ itidem optimè pulveriſatæ partes æquales, omnibus conjectis in retortam, atque adhibito recipiente, admove ignem ſecundum artem, & attrahes ex libra una tredecim vel quatuordecim uncias mercurii, mobilis quidem, & fluidi, ſed perfectè purificati. Idem mercurius elici poteſt cum ſola cruſta panis aſſati vel cum tartaro ad nigredinem calcinato & aliis plurimis modis, veris chymicis, atque ſpagyricis notis. Quæ tamen res ſi à medico ignoretur, non niſi in maximam ignominiam redundare poteſt, cum hæc res planè ex profeſſione ejus dependeat, eique cognitu inprimis ſit neceſſaria. Atque huc uſque de electione, & præparatione mercurii.

NOTA VI.

Compoſitio ac mixtio.

Electo itaque mercurio bono, eoque dicta ratione præparato, non minoris adhuc reſtat ſtudii, & conſiderationis, qua ratione componi debeat, atque commiſceri: ſive id fiat cum ungventis, ſive cum emplaſtris, item de quantitate, & ratione adminiſtrandi.

Vulgo conſuetum eſſe video Emplaſtrum Joh. de Vigo, cui etiam geminam aut triplam doſim adjiciunt, & ita applicant humeris, aliisque juncturis: mox ægros magna vi ad ſudores compellunt, ut adapertis poris, mercurii vis facilius penetrare, & ad corporis intima pervadere ſuaſque operationes complere poſſit. Sic illi judicant. Atqui conſtat quanta cum virium jactura coacti iſti ſudores plus obſint, quam proſint. Præterea magnus quoque committitur error in compoſitione, quando mercurius miſcetur cum emplaſtricis, quæ penetrationem ejus inhibent, atque impediunt, ipſamque adeò actionem quam moliri ſe putant: ibi præſertim, ubi interius mercurium vires ſuas exercere conſultum eſt. Exterius tamen dicto modo adminiſtratus nihil officit, ſed ad nodoſitates & tophos articulorum reſolvendos utile eſſe poteſt maximè ſi emplaſtro admiſceantur penetrantia, & reſolventia. At quos luis hujus malignitas altius ſubiit & interiora contagio infecit: contumaci atque inveterato, cum dictis emplaſtris nunquam ad perfectam curationem, ſed potius ad palliativam quandam, quæque cum tempore acrius ſit repullulatura, pervenies. Quocirca magis mihi probatur uſus mercurii exterior in ungventis, quod penetrent magis ad interiora, ubi veneni vis reſidet: nihilominus tamen probare non poſſum in iiſdem ungventis admiſceri plurima impenſè penetrantia, calefacientia, immò etiam venenata, atque tam putida, ut ægri halitum & ſpiritus, ipſosq; adeò aſſiſtentes fœtidiſſimo vapore inficiant, Sed, inquiunt, fit hoc ut emendetur frigiditas, quæ mercurio ineſſe creditur. Sed, inquam, peſſimè cognoſcunt mercurii natu-

naturam, (ut jam ſupra attigimus, internamq; ejus qualitatem ab externa ſeparare, dijudicateque neſciunt. Quod ſi adjiciunt ut magis & facilius penetret, jam non ſatis perſpectum habent, conſtare eum ex partib. homogeneis, nec quicquam heterogenei poſſidere, ſi uti diximus recte ſit præparatus. Nam totus ſpiritus eſt ſingula penetrans, ſingula pervadens, etiam ferri & cupri ſolidiſſima corpora: quare non opus eſt tali janitore. Ideoq; non ſine ratione nobis improbantur multa olea calidiſſima & gummi, ut euphorbium illud igneum, Styrax liquida, & alia ejuſmodi, quæ communibus his unguentis nullo judicio adjiciuntur. Et mirum inter tot doctos, qui de ea lue ſcripſerunt, paucos extitiſſe, qui correctivum, aut alexipharmacum malignæ ejus qualitatis, quam mercurius ille crudus, & non præparatus, quo illi utuntur, habet, admiſcuerint. Mirum etiam, ferè neminem eo animum intendiſſe, ut gratum potius quendam odorem aromatibus aut aliis odoriferis, ad corroborandos ſpiritus præ putidis iſtis oleis atque gummatis, adjecerit, quæ haud parum ſæpè ægrotantem in lipothymiam, ne quid gravius dicam, præ ſuo fœtore præcipitant.

Vera mercurii mixtio. Suadeo itaque, atque omnino conſulo, ut ſi ungendi illam rationem in curando tenere velint, mercurium primum cum ſucco limonum extinctum & debita quantitate permiſceant cum ſola axungia porcina, cum aqua caryophyllorum, aut alia odorifera multoties abluta, in quo unguento addent ſi velint ad mercurii correctionem ut & ad odorem, guttas aliquot balſami extracti ex caryophyllis, nuce moſcata, ligno aloës, ſantalo rubro, benjoino, ſtyrace, floribus lavendulæ, ſalviæ, roſmarini, betonicæ, croci, cum therebenthina., & aqua vitæ debita & ſufficienti quantitate omnibus digeſtis in Bal. Mar. poſtea expreſſis: de quo balſamo, ut dictum, parum commiſcent cum prædicto unguento, quod quidem ægro gratum, atque aptiſſimum erit. Et quæ ſanè unctio longè nobiliores pariet effectus, quàm ea, quæ vulgato modo inſtituitur. Notandum præterea quoq; mercurium illum in longè minori quantitate eſſe adjiciendum, quàm ſolent vulgo, & tali ratione parati unguenti uncia plus præſtabit, quàm libra vulgati. Deniq; loco inunctionis humerorum adeoq; totius ferè corporis, qua miſere patientes hanc luem vexant, ſufficiet tantum inunxiſſe plantas pedum & volas manuum atq; carpos, aut ſaltem ipſos artus. Quo facto non eſt ut tanta vi ſudoribus provocandis incumbat æger: ſed in loco calidiore conſtitutus, expectet tectus plus ſolito donec quaſi ſuapte natura prorumpant abſque ulla violentia aut extraordinaria calefactione. Qui curare norunt, & ſolent omnis generis ſcabies etiam univerſaliſſimas cum ſolo unguento parato ex ſulphure, cineribus ſarmentorum, vitellis ovorum, cum pauco oleo therebenthinę, quod carpis tantum ad carbones accenſos *Vnguentum ad ſcabiem.* illi-

illinunt & applicāt calidè: Hi, inquam perfectiùs judicare poterunt, quantum poſſit vel ea ſola frictio facta in prædictis locis, in quibus magna ſunt vaſa, quæ remedii ſalubris, aut noxii vires abunde cordi & totius corporis ſpiritibus communicare poſſunt.

Quod ſi quis hanc curandi rationem ſectari velit, ſuaſerim ut ante inunctionem accipiat aliquid noſtræ prædictæ antidoti, cum hauſtu hydrotico atq; ſpecifico, cujus antea mentio facta: Sic melius purificabitur maſſa ſanguinea tam per ſudores, quam per urinas, per quas ordinarie repurgari ſolet.

NOTA VII.

Hermetici de Mercurio.

Hactenus de Dogmaticis. Inter Chymicos Philoſophos antiquiores & recentiores, *Paracelſus* præ aliis ſumma cura & induſtria virtutes, qualitates & proprietates argenti vivi excuſſit: cujus varios etiam apparatus, variaq; ac præſtantiſſima adverſus vel deploratiſſimos morbos conferentia remedia docuit: Cujus idcircò conſilium, authoritatem, & operandi modos potius, quam aliorum omnium ſequemur.

Varia Mercurii conſideratio. Attamen inter alia notandum eſt, mercurium variis modis eſſe conſiderandum, vel crudum & qualem natura procreat: quem ſic adminiſtratum noxiorem, quàm ſalubriorem eſſe duco, ut ſentit idem *Paracelſus*, qui de eo ſic ſcribit *tom. 6. pag. 61. Mercurius crudus tremorem & rigorem in homine facit.* Et eodem tom. pag. 65. *Mercurius, niſi optimè paretur, tum eoſdem morbos inducit, ſi intrà corpus ſumatur, quos efficit extra corpus:* qui quidem ſunt jam antè expoſiti tremores, aliaq; gravia ſymptomata, ut facile aurifabri ſeu inauratores, & qui in fodinis verſantur, experiri ſolent. Aut conſiderandus eſt Mercurius ſolertis artificis ac Philoſophi manibus paratus, qui arte antiquam pellem exuit, novaſq; qualitates ac virtutes induit. Quod idem ſic confirmat *Paracelſ tom. 5. pag. 45.* Mercurius, inquit, optimè præparatus eſt naturalis theriaca, &c.

NOTA VIII.

De Viribus Mercurij.

Sed ut de natura Mercurii paulisper diſſeramus ſunt qui calidiſſimum, alii frigidiſſimum dicant, utrique parti ſuæ rationes probabiles quibus ſuam ſententiam tueatur, Nam

Qui *frigidiſſimum* putant, 1. reſpiciunt ad ſymptomata quæ adfert: cujusmodi ſunt tremor, paralyſis, nervorum refrigerium aliiq; ſimiles, quos à calore proficiſci poſſe pernegant: ſed eorum authorem faciunt ſummam frigiditatem: 2. magis vero etiam urget ſenſus, qui ad tactum frigidiſſimum ſentitur.

Econtra alii, qui *calidiſſimum* ſtatuunt 1. pro ratione adducunt etiam ejus mobilitatem, continuum fere motum, virtutemque impenſè diſſolventem. Horum ſanè

ſanè rationes, mihi longe manifeſtiores, certioreſque eſſe videntur, quàm priorum. 2. Et confirmari poſſet poſterior ſententia infinitis ac prorſus miſerabilibus effectis, quæ in ſubtili, ac penetrantiſſimo hoc mineralium deprehenduntur ab artificibus, & ſagicioribus eius veſtigatoribus. Mercurius namque ceu ſpiritus quidam ſubtilis, aëreus, & vaporoſus cuncta pervadit, ac penetrat, etiamq; corpora ſolidiſſima metallorum, ut auri, argenti, &c. Qui anatomiam eius internam perveſtigarunt, ſub albedine illa, atque ſuperficiaria, inſignem rubedinem deprehenderunt cum aliquo liquore dulci, atque flagrante, cuius operationes ſunt mirabiles ad diſſolutiones omnium corporum metallicorum. Imò efficacius illud præſtat, quàm quævis aqua fortis, quæ vulgò circumfertur. Hi inquam, qui eo modo, ac ratione eius naturam examinarunt de ipſius qualitatibus verè, ac ſolidè differere poſſunt: non illi qui viderũt tantùm, ac vix fortè ac ne vix quidem tetigerunt. Hi, inquam, ignẽ mercurii internũ cognoverunt. Præcipuam autem ac ſpecificam virtutem habet ad extirpandam luem venereã, etiamque inveteratiſſimam, ut experientia multijuga comprobatum eſt.

Natura Mercurii. Quicquid ſit, ſpirituale eſt corpus, aut ſpiritus corporalis admirandæ naturæ: aqua eſt frigida & ſicca extrinſecus: calida verò & humida intrinſecus, utq; poſſit liquefacere, ſolvere & amplecti in ſe metallica corpora (prout aqua marina continet in ſe ſoluta ſalina corpora) homogeneus eſt ſpiritus, cuius vel minima pars mercurius ſemper eſt, perinde ac eius totum: ut qui vi ignis poſſit quidem avolare, tanquam ſpiritus volatilis, corpus tamen ubiq; ſuum ſemper retineat volando, utcunque altiſſimè etiam eleveeur: nec ullam inde patitur alterationem aut corruptionem, cùm ſummè adæquata ubique in ſua ſomatopſychia elementa habeat, non ſecus ac in Solis pſychoſomatia talia reperiuntur. Quæ quidem elementorum in mercurio adæquatio, tantam illi parit cum Sole analogiam, præſertim cùm uterq; in eſſentiam & ſimpliciſſimam puritatem redactus eſt, quæ prima eorum eſt materia, ut mutuo amplexu avidè ſeſe excipiant, & naturam ſuam invicem communicent, ac in unionem ſummam corporis & ſpiritus vinciantur: ſiquidem alterius ſpiritus ab altero corporalitatem mutuatur: alter verò à ſpiritu, corporis ſpiritnalitatem, ut uterq; ſimul fiat & ψυχοσώματος & σωματόψυχος, i.e. ſpiritus corpori unitus & corpus ſpiritui copulatum: illud quidem magiſterium non uno vel paucis diebus perficitur at moram temporis abundè compenſat operis admiratio. Hoc quippe modo præſtantiſſimi quique medici & veri philoſophi ſuas univerſales conficiunt medicinas, ad tuendam corporis humani ſanitatem & graviſſimos morbos profiigandos, aptiſſimas. *Solis & Mercurii ſympathia.*

NOTA IX.

Præparata.

Quocirca ut ad præparationes deſcendamus ſit.

1. Sublimatio, unde

2. Mercurius Philoſophicus.

Mercurius autem ille tribus modis ex vulgari redditur Philoſophicus, ſublimatione, præcipitatione & deſtillatione.

Ex ſupremis Solis in eſſentiam aut tincturam præparationibus, ſuprà didicimus, quî ex corpore eius ſolari rubedo quædam virtutibus gravida & ſpirituali tincturâ, ſublimatione per alembicum elicitur, relicto in fundo vaſis albo corpore: haud ſecus ex mercurio in veram ſuam eſſentiam ſublimationis apparato, extrahitur artis beneficio Mercurius eſſenſificatus, ut vocant, à quo variis ſublimationibus & mundificationibus (ſi ita libet) nigredo illius mira abſtrahitur, ut tandem verè homogeneus is & ſplendore ac claritate puriſſima, inſtar cryſtalli perſpicuus emicet: atq; ſic puriſſimus redditus, & omni pernicie ac veneno exutus, totus tum rapitur miro Solis amore, ut quàm ocyſſimè ipſi advolet, ſi admoveatur, & promptiſſimè ac firmiſſimè illi uniatur, quaſi vi magnetica & proprietatum ac eſſentiarum ſimilitudine Solem ad ſe attrahens, ac ſibi arctiſſimo matrimonii vinculo copulans & devinciens: cùm alioqui ante eiuſmodi illius præparationem, non ita arctè cum auro conjungi poterat, cruditate ſua interpellatus: quòd cum cocta materia crudum, ut volunt Philoſophi, nullum conſortium habeat.

Mercurius eſſenſificatus.

Sic itaq; mercurius præparatus definit eſſe vulgaris mercurius; at verus & Philoſophicus tum vocatur, ut qui veri artificis philoſophica manu talis ſit redditus.

Innumeri præſtantiſſimi Philoſophi multùm huius mercurii præparationi inſudarunt, quam vix aſſequi potuerunt: partimq; variis celarunt figuris & ænigmaticis verbis, tanquam totius operis potiſſimum caput, involverunt, ut profanum vulgus à tanto arcano arcerent.

Arnaldus Villanovanus hoc fundamentum iecit præcipui ſui operis, ut conſtat *ex lib. de perfecta lapidis phyſici inveſtigatione, cap. 3.*

Mercurius eſſenſificatus Paracelſi.

Eſſenſificatus mercurius ex Paracelſi doctrina tom. 6. pag. 298. *fit reiteratis mercurii ſublimationibus ex vitriolo & ſale, ac eius revificationibus. Si idem mercurius novies ſublimetur, & toties reſuſcitetur, tum ad ſummam puritatem eſt perductus, omnemq; vim venenatam, qua ſcatebat, depoſuit: cuius virtutes tunc immenſa ſunt* tom. 6. pag. 299. *Deniq; certum eſt, ſublimationis artificio argentum vivum ad ſupremũ puritatis ac perfectionis gradum adduci poſſe:* nec ideò tantùm, quòd nigris ſuis fuliginibus ac impuritatibus exuatur: at potiùs quòd illa ſublimatione, ſulphure & igne naturæ imprægnetur à quo cœleſtes & efficaces proprietates, admirandaſq;

daſq; virtutes mutuetur. Unde verè philoſophicus mercurius, & verum acetum metallicum Philoſophorum reddatur ac vocetur: utpote qui Solem & Lunam tunc in primam ſuam materiam revocare, & ex corporeis ſpiritualia, ex mortuis vitália, cum eorum radicalis humoris, ac virtutum ſeminalium, ignis ſulphuriſq; naturæ (quod tamdiu celarunt Philoſophi) conſervatione, reddere poſſit. Ignoſcant autẽ Philoſophi, ſi, quod hactenus miris obſcuritatibus velatum eſt, in gratiam rei literariæ aperire côtendo, & clariora luce preclaris ingeniis & veritatis ac arcanorũ ſtudioſus afferre: quod & jã pridẽ tentavi, & citra ænigmata aut parabolas illis tantũ, non autẽ malignis hominibus & nihil quã invidiã, odia, & ignarã arrogantiã ſpirantibus, quos nihil hîc moror, expoſui.

Elixyr vitæ Mercuriale Paracelſi.

Addo porrò, cum hoc eſſenſificato exaltato mercurio, in aceto philoſophico ſoluto, ubi Sol quoq; ſeorſim ſit reſolutus philoſophica ac debita proportione, ſi uterq; jungantur, poſtea à menſtruo ſeparentur, deinde humidi ſegregatione, arte ſublimationis facta ambo exaltẽtur, tùm mercurium purpurea ſolis veſte exornatum iri, Solis vitam & virtutes in ſeſe transferentem, unde præſtantiſſimum oritur magiſterium, & admirandum vitæ elixir ad ſanitatis conſervationem, & omnium corporum mundificationem perfectam.

Addo & hoc inſuper, internum illum naturæ ignem in illo mercurio eſſenſificato latentem, ſiſtere poſſe, coagulare, conglaciare, & in cryſtallinam duritiẽ, uno momento, propriæ ſuæ aquæ metallicæ ac fluentis juſtum pondus, aut circiter, compingere: à qua viciſſim ille ſic extinguitur ac cõtemperatur, ut ex contrariis utriuſque effectis ne minima quidẽ de ſubſtãtia illorum portiuncula depereat, aut etiã diminuatur: ita ut hoc artificio, qui ante Draco erat omnivorus, lenis ac ſuavis columba reddatur: Aquilaque cœleſtis, cœleſtium ac admirandum virtutum ferax, tum præſertim, quùm eiuſmodi aqua (ut ego quotidie operando experior, qui coctas aquas magis, quã crudas probo ac cõmendo) ex omnibus ſimul junctis Planetis, aut ex uno ſolo, extracta fuerit: vel etiam ex fonte illo uberrimo, cuius ſcaturigo excelſioribus montibus oritur, uſque adeò dulcis ſaccharata ac mellita ut ſimul ac Aquila eũ depaſta eſt liquorẽ, & ad ſatietatem ebibit, hoc eſt, quantũ poteſt haurire (quæ nota eſt plenæ ſatietatis) ea, inquam, Aquila, quod non caret admiratione, agreſtem, acerbã, ferocem, mortiferamq; ſuam naturã, ſtatim & uno momento in benignam, ſuavem, mitem ac ſalutarem commutet: atq; ut paucis dicã, quod fuit antea nõ inferius venenum viperino, in theriacã tamen theriacarum, hoc eſt, in nobiliſſimum omnium ac præſtantiſſimum remedium convertatur: cuius vires ac proprietates ſunt detergere, mundare, rectificare, repurgare, modò per alvum, modò per urinas, totam ſanguinis maſſam: inſtaurans ac corroborans balſamum noſtrum naturalem, cùm naturam etiam balſami-

cam in ſe poſſideat. Hinc idcircò lepræ, ſcrophulis, lui, variolis, morphæis, febribus putridis ac continuis, inflammationibus internis, peſtilentialibus affectibus opportunum auxilium eſt, ac tanquam panacæa omnibus morbis profligandis idonea: cuius ne ipſi quidem infantes, nec gravidæ mulieres uſum refugiant: ut quòd etiam omnis generis hominum tuendæ ac conſervandæ ſanitati conducat, ſcrupuli unius doſi, aut etiam majore, ex aliqua conſerva, aut ex cochleari vini, aliuſvé congruentis liquoris.

Mercurius vitæ.

Hæc medicina cum aquis & mercuriis duorum luminarium parata, Arcanum, magiſterium, elixir ac mercurius vitæ dici poteſt: quibus titulis ipſum inſignit *Paracelſus*, ſic ſcribens: *Mercurius vitæ*, inquit tom. 6. pag. 33. *eſt Arcanum & quinta eſſentia: hic præſervat, inſtaurat & renovat hominem. Idem hominem ita depurat, ut ungues, pilos, cutim & omnem impuritatem tollat:* Eodem tom. pag. 45. Et eodem met to. 6. pag. 51. *Mercurius vitæ*, inquit, *omnia metalla in primam materiam reſolvit & perficit in homine: omnia membra renovat, quæ in ſenibus ſunt abſumpta, virtuteſque deperditas reducit.* Cum auro multis in locis ipſum comparat.

Qui plura videre volet de admirandis virtutibus, quas Paracelſus eidem arcanæ aut vitæ mercurio aſcribit, legat *Archidox. lib. 5. de arcanis cap. de mercurio vitæ.*

Mercurius dulcis.

Alia methodo hydrargyrum præparatur, quando ſcilicet octo partes Mercurii in meteoron redacti, & ſex vulgaris acceptæ comminuuntur, & ad integram uſq; hydrargyri, liqueſcentis mortificationem permiſcentur. Omnia deinde in matracium injici debent, & ignis ſublimationis per ſex horas adhibendus, ut tota materia ſublimetur, & in formam cryſtallinam reducatur: reiterata ſublimatione habebis *Mercurium dulcem* purgativum, de quo, pondere viginti granorum vel amplius exhibere poteris.

Ego ut verum fatear hac in operatione aquis penitus crudis, ut antea proteſtatus ſum, abſtineo: illarum quippe effectus nunquam aquis philoſophicis & metallicis reſpondent. Mercurium præterea in meteoron communiter reductum nunquam in uſum adhibeo, quin imò in quintam eſſentiam revoco, tamque perfecte depuro, ut clarius atq; pellucidius ipſomet mihi cryſtallo reddatur: Utorque eadem met operatione, quam *Arnaldus de Villanova, in ſuo de perfecta Lapidis inveſtigatione libro cap. 5. docet.*

Mercurius dulcis eſſentificatus.

Quomodo Mercurius ab Auctore præparari ſoleat.

Sic ergo præſtantiſſimum fit alexipharmacum, quod omnia è corpore venena ejicit atque exturbat: ut proinde mirificè contra peſtes & lues venereas conferat, ſi præſertim, vel forma, vel ſpiritu, aut auri tinctura imprægnetur. Qua certè ratione, tunc

tunc adeò magnificè & potenter toxica quævis, ut magnes ad ſe ferrum, occulta ſua proprietate, pertrahit.

Ex Hippocratis de celandis myſteriis artis cujuſque. Magna igitur hæc ſunt atq; ſacra myſteria, quæ ne amplius in propatulo exponam, obſtat lex Hippocratica, alibi à nobis hanc in rem allegata. Illa enim brevi quodam compendio comprehenſa cavet, ne res ſacræ, prophanæ ſui publicatione reddantur.

Quomodo Manna purgativū à Mercurio componatur. E Mercurio rurſus manna quoddam purgativum, & oleum conficitur, quod itidem non mediocri pollet purgandi facultate.

Q. Qui fiat quod Mercurius ſublimatus vulgaris ſublimatione (una omnium Philoſophorum purificatione) tantam acquirat malignitatem & vim venenatam? Reſpondebit aliquis fortaſſe, hoc non fieri ſublimatione, qua res omnes purificari certum eſt: ſed *ex admixtis*, reportata ſecum quadam acrimonia. Hoc ergò perpendamus. *Ex libra una* argenti vivi, libra altera vitrioli crudi & tantundem ſalis communis (nō amoniaci, ut *Matthiolus* credidit) omnibus ad blandum ignem rectè mixtis, & ductis diu in marmore, aut mortario, ut bene incorporentur, redactiſque in pulverē, ac *inditis ſublimatorio vitreo*, dando ignem per gradus quatuordecim horarum ſpatio, fit Mercurius ſublimatus. Si ex mixtis veneficam illam vim ſecum reportet, ex ſale & vitriolo, hoc fiat, neceſſe eſt. Salem autem communem & vitriolum, more veneni non officere, ſingulis diebus infiniti experiuntur, qui in cibis ſalem comedunt, & in *thermis*, *aquas vitriolatas* potu hauriunt: quemadmodum & alij per totam Germaniam & Italiam ſpiritu ipſo & oleo Vitrioli ad Elilepſiā, ad calculi & *aſthmatis* curationem, idque magno cum commodo & admiranda utilitate, utuntur.

His ſatis conſtat, quod ratione vitrioli (de ſale enim minus credendum) non ineſt tanta vis venenata in ipſo ſublimato Mercurio: Denique ſi tanta malignitas ipſi ineſſet ratione tum ſalis tum vitrioli, quòd ipſorum ſpiritus ſurſum ſecum ipſe reportet, hæc ipſa malignitas ineſſet mercurio præcipitato; nā aqua fortis cū quo fit, ex vitrioli & ſalis petræ ſpiritib: conficitur, cum quibus vulgarem etiam ſuum Medici parant præcipitatum, quem etiam non aliter præparatum ipſorum multi exhibent: qui quanvis ſui acrimonia, ob ſpiritus incluſos *Aquæ ſtygiæ* violenter corpus ducat, non tamen mercurij ſublimati more officere, infinitis doctiſque hominibus hodiè ſatis notum eſt. Hæc ergò malignitas in mercurio ſublimato reperitur, quanto ſcilicet ipſe hac exaltatione ſubtilior, validiorque redditur, & minimo calore recedens. Aſt in præcipitato non fit idem: mortificatur enim, ac igne illo Philoſophico, nempe ſtygia, ita fixatur, ut etiam ignitionem patiatur. Neque tunc aura illa maligna (ſi quam contineat) poteſt tranſmitti ad ipſum cor, quod omni veneno natura eius promptè petitur, quoniam fumidum illum præcipitatum mercurium, calor nativus reddere non poteſt, qui nulla ignis

violentia etiam evaneſcit, ut certa experientia comprobatur. Fixatio ergò hujus ſpiritus, eſt ipſius, ne qui autaſſumptum aut admotum officiat, vera præparatio. Quod plerique diverſis modis præſtare conantur (de his autem loquor, qui illius præparationem ad Medicinam tantum quærunt) qui quidem putant ſola ſtygia bis aut ter fæcibus ſuis (quas caput mortuum vocant) affuſa; ac iterum diſtillata, veram præparationem tanti medicamenti ſe aſſequi poſſe. Sed non parum falluntur, quòd præſertim de auferenda corroſione ſint parum ſoliciti, aut hoc ipſum præſtare prorſus ignorent. Neque certè præcipitatus mercurius ſatis unquam utile remedium eſſe poterit, quamdiu corrodens vis ab aqua forti accepta, ipſum comitabitur: quæ tamen non communibus, ut multi putant, ablutionibus auferetur, ſed longe aliis præparationibus dulcoramentis, quibus ignotis, nihil perfecti præſtari poteſt. Optimus ergo modus dabitur infra in Turpethi confectione.

Sed ſat ſit de præparationibus dictum, quæ per ſublimationem aut exaltationem fiunt. Quicunque capiet, quæ à nobis modò ſcripta ſunt, varios præparationum modos aſſequetur, qui pro varietate mercuriorum virtutes etiam ac proprietates variant, ut aliæ ſint Solis & Lunæ præparationum virtutes ac facultates, aliæ plumbi, cupri & ferri.

NOTA X.

Præcipitatio.

Nunc verò ad præparationes præcipitati ſuperiorum mercuriorum accedamus.

Qui nos ætate præceſſerunt, parum in anatomia interna mercurij verſati, ipſum primum calcinarunt, aut juxta Paulum præcipitarunt, & in calcem redegerunt:

Alij quidem ſolo ſulphuris vapore, unde genus quoddam artificioſi cinnabrij concinnabant magnæ virtutis, intrò etiam ſumpti. *Præcipit. Mercurii.*

Alij verò ipſum præcipitarunt fortibus aquis vulgaribus, atque hoc præcipitatum dulcorarunt crebris ablutionibus aquarum cordialium & vitæ; unde remedium educebant in curationem luis venereæ, exhibentes ad gr. viij. x. aut xij. aut extrinſecus inducentes ipſum perfectè edulcoratum, vel ſolum, vel aliis mixtum, ut butyro; unde linimentum formabant in omnia phagedænica & exedentia, cacoëtica, virulenta, cancroſa, ac vitriolica ulcera, quod omnia alia virtute unguenta ſuperabat, præſertim in L. V. idque ſine dolore, ſi optimè præparetur.

Iſto remedio utebatur pater meus (piæ memoriæ) ac de re medica apud omnes noſtros non parum meritus, ad delendas colli veſicæ carunculas: cujus remedij, quum mihi veram demonſtraſſet præparationem, eo ſæpius ſum uſus felici cum ſucceſſu ad eundem affectum, & ulcera veſicæ curanda.

Præſertim eius operationes experum

tus ſum in quodam nobili viro utriuſque noſtrum amiciſſimo, qui quum per triennium ex gonorrhœa fœtida malè curata, ulcere periculoſo, in collo veſicæ laboraſſet, tandem poſt tam crebros uſus Gaiaci, (diætam facere dicunt,) & toties reperita remedia & aſſumpta,& injecta hoc ſolo remedio per cereolum impoſito,intra dies quindecim planè curatus fuit.

Ioubertus præcipitatum hunc ad curandá ſclopetorum vulnera præſtantiſſimum eſſe medicamẽtum nuper expertus eſt, ex quo ſuum parat Triapharmacum.

Hujuſmodi præcipitatum ſic elaboratum à quodam celeberrimo Medico *pulvis Angelicus mercurij*, ob egregias ac divinas dotes, quibus pollebat, vocatum eſt. Nimirum factum eſt interdum ut adeo perfecte dulcoratum & ab omni acrimonia ▽ fortis ſeparatum, ut nullum vomitum (ad gr. x. exhibitum) provocarit ſed ſudores tantum & ſedes aliquot horis præſertim meridianis. Quo ſine remedij genere plures etiam contumaciſſima atque inveteratiſſima lue illa laborantes feliciſſimis auſpiciis ſanatos fuiſſe compertum eſt. Mihi tamen hujuſmodi præparationes diſplicent, nec unquam ego mercurij præcipitationes, aquarum fortium vi factas, hactenus probavi, nec adhuc commendo: ſiquidem ejuſmodi aquę noxiæ ſunt ac exitiales, utpote quæ ſalium ſuorum pernicie ac corroſione præcipitatum inficiunt, quod à vulgaribus artificibus emendari, corrigi, ac edulcari nequit ut decet, quo ſalubre fiat & fœlix remedium.

Si idem mercurius cum ſpiritibus vitriolicis ipſius vitrioli, aut ſalis gemmæ, aut ſalis communis, aut ſalis petræ præcipitatus fuerit, qui pene omnes eandem naturam poſſident, eoſdemque ferè aut ſimiles effectus producunt, ſi optimè philoſophico more præparati fuerint: hic inquam mercurius, ſi ex cinnabari artificioſa vel minerali extractus fuerit, ſupplebit mercuriorum corporum metallicorum defectum, quibus caruerit: iſque mercurius præcipitatus ita eleganter artificio dulcoratus reddetur & manſuefactus, ut longè lateque vulgarem viribus ac effectu ſuperet.

Ex eo porrò (loco aquæ fortis communis) ſi ex aqua philoſophica, de qua jam à nobis facta eſt ſuprà mentio (cujus ſpiritus, facilius quam aquæ fortis ſeparantur) præcipitatum feceris, additis fluxibus tartari & nitri, omnia perfectè contemperantibus ac edulcantibus, id bonitate alia præcipitata longè ſuperabit.

Turpethum minerale Querc.

At ſi in eadem aqua philoſophica alterum duorum luminarium intinxeris ac diſſolveris, eidemq; e aquæ mercurios cinnabaris mineralis, aut Antimonii ſeorſim immerſeris ac ſolveris, cum minore elegantis noſtri reguli ſtellati portione addita omnibus deinc rectè permixtis & obumbratis, ſi crebris cohobationibus ac reverberationibus exerceantur; & ex arte edulcorentur, inde turpethum *noſtrum*

Aquila cæleſtis Paracelſi & Phadronis.

ſtrum minerale *naſcetur, vel Aquila cæleſtis Paracelſi ac Phadronis*: quod turpethum, trium, quatuor, quinque aut ſex granorum pondere vino infuſum exhibita ejus colatura admirandos effectus operatur, levi tamen & facili evacuatione, nec moleſta corpus exercens: nec tamen eorundem granorum perierit vis, quorum novæ ſubinde infuſiones iterari & propinari commodè poſſint. Atque hoc præſtantiſſimum, nec ſatis unquam laudandum remedium eſt, adverſus omnis generis lues, epilepſias, paralyſes, nec non hydropes, ut ſic teſtatur Parac. tomo 5. pag. 295. *Arcanam vim habet*, inquit, *auferendi aquoſitates hydropicas, quod nec colocynthis, hermod. eſula, turbith præſtare poſſunt, hæc enim poros non ingrediuntur, ſicuti mercurius.*

Turpethum illud minerale fit hoc modo (ex Spagyr.)

℞. Calcis terræ pellucidæ & fixæ (ſilicum)

Talcis (Tartari) optime calcinati an. ℔ j.

Fiat ex his forte capitellum, cum quo bulliat 7. horarum ſpat. ℔ j. Mercurij aliquoties (5) prius exaltati (ſublimati) ac quaq; vice revivificati, ſ.a. ſicque obtinebis perfectam Mercurij purificationem & fixationis veræ initium ad opera omnia. Nam hæ calces adeo ſunt fixativæ, ut ſublimationibus ſuper ipſas reiteratis, tandem fugatur Mercurius. Hunc præparatũ Mercurium crudum ſolve cum *regali fœtido ac proprio menſtruo*. Salis etiam ſeorſim

Metallinæ Antimonij beneprӕparata Reguli Antimonij ℥ *iij.*

Auri perſtybium præparati ut decet vnj.

Has omnes ſolutiones in matratium vitreum impone, & obtenebrabitur vas, ſepeliantur in Athanore, dãdo lentiſſimum ignem donec clareſcant. Tunc aucto igne deſtilla per roſtratum alembicum aquam ex fæcibus ad ſiccitatem, reponendo ipſam quater ſuper caput mortuum. Tunc novam aquam fixatoriam denuo affunde, quæ ſupernatet materiæ quatuor digitos: fac digerantur per duos aut tres dies, tum demum diſtillentur bis aut ter ſuper fæces, dando etiam ſub finem ignem ſublimationis, ut quæ non ſunt verè mortificata, reſurgant ac exaltentur: quæ reſerventur ſeparatim, non enim inſerviunt noſtro operi. Maſſam illam mortuam cape, quam in pulverem reduc, huncque in vaſe convenienti in ſecundo gradu reverberij per duodecim horas examinato, agitando ac movendo baculo pulverem, donec prodeat in ſalamandram rubicundiſſimam, ex qua acrimoniam omnem ac totum venenum ſic elicies.

℞. *Phlegmatis vitrioli & aluminis an.* ℔ *ij ſemis.*

Aceti diſtillati ℔ *ij.*

Calcis terræ noſtræ pellucidæ ac fixæ (ſilic.) ℥ *iiij*

Salis corneoli criſtallini, Sacchari Saturni ℥ *j.*

Oro-

Ovorum albumina xx.

Diſtillentur bis ſuper fæces per alembicum.

Hujus aquæ miſce *libras tres cum libra una pulveris tui Mercurij*, ut ſuprà, *præparati:* & in alembico diſtilletur aqua à fæcibus quater: ultima vice pelle ad ſiccitatem. Hoc facto, pulverem contunde ſuper marmore, & nova aqua fixatoria iterum affuſa, diſtillētur adhuc quater ut ſuprà: tum demum cum vini alchoole ſupra pulverem quinquies diſtillato, novum ſemper affundendo, fixabis & dulcorabis tuum mercurium, quem præcipitatum, aut turbith minerale, quod viſcidos & craſſos humores expurget, Chymiatri nuncupant. Hujus exhibentur *grana octo cum conſerva betonica, & aqua theriacali*, debitis præcedentibus purgationibus *ad curationem luis venereæ.*

Cum drachmis duabus *extracti Cucumeris agreſtis*, drachma una *extracti hermodactylorum, & ſcrupulo ſemis dicti præcipitati*, fit mixtura, cujus ſcrupulus dimidius miſcetur cum drachmis duabus *aqua theriacalis*, & fit potio, quæ exhibetur *podagricis* quater & quinquies, pro vetuſtate ſive duritie morbi, & ægrotantis viribus, Vere & Autumno. Nam ſine ulla perturbatione, ſeroſa excrementa mirum in modum expurgat, & ex ipſis juncturis educit.

Ad hydropem curandam talis conficitur compoſitio, ſeroſa excrementa purgans & viſcera nutritionis corroborans.

℞. *Præcipitati præſcripti ſcrupulum j.*
Extracti alhandalis & elaterij an. ſcrupulum j.ß.
Extracti ellebori nigri optime præparati, & rhabarbari an. ℈ *j.*
Eſſentiæ corallorum rubrorum, & ſantalorum citrinorũ an. ℈ *ij.*
Spiritus vitrioli ℈ *j.*
Olei maſtichini, & cinnamomi an. ℈ *ß.*

Excipiantur pulvere cubebarum & mucilagine gummi tragacanthi: formentur pilulæ. Doſis eſt, ſcrupulus ſemis aut unus: exhibeatur bis in hebdomada, ſi vires ferant.

Si cum diaphoreticis permiſceatur, ſudores ſolummodo movet, & multis etiam hac ratione affectibus medetur.

Cum butyro ſolus permixtus, cancroſa, & phagedænica, præſertim *luis venereæ ulcera curat, quemadmodum & fiſtulas & calloſitates omnes.*

Ex triapharmaco & prædicto præcipitato fit emplaſtr. quod ſi cum tenui cereo in veſicæ collum imponatur ut decet, *curat ipſius ulcera & carunculam omninò ſine ullo dolore & periculo aufert.*

Aqua fixatoria pro dicto opere fit ex Climia (Tutia ſ. lap. calam,) lapide Sedenegi (Hæmatite,) lapide perlato (Silice, vel Borras,) marchaſitarum ſulphure rubicundo (☿ ij ſulphur aur.) lacerta viridi (flor. æris,) & rubra (colcothar,) halinitro, & ſale aluminoſo: ignis datur more ſtygiæ communis. Inter omnes gradationũ aquas

hæc eſt præcipua, & valdè fixatoria, ſi quis illam verè aſſequatur.

Mercurius corporum præcipitatus.

Mercurij metallici, Solis, Lunę, Veneris, aliorumq; metallorum cum ſpiritu vitrioli aut ſulphuris præcipitatorum: aut ſaltem idq; melius (ſed majore temporis diuturnitate) cũ calcibus ſuis philoſophicis vi ignis: Ejuſmodi, inquam, mercurij ut plurimum ſunt diaphoretici, unam aut alteram tantum ſedem operantes, tantarumq; ea auxilia ſunt virium, ut adverſus peſtes, lepras, lues, contagioneq; ſerpentia morborum genera ac venenoſa, febres, epilepſias, ac alios deſperatos affectus, uſque adeò potentia ac ſingularia præſidia ſint, ut ingenuè fatear ad laudes eorum ſatis celebrandas deeſſe mihi orationem: quæ quidem remedia ſi ritè adminiſtrentur, etſi parva tantum pixide contineri poſſint, ſexcenta tamen alia amplis & magnis vaſis ingenti faſtu concluſa medicamenta, virtutibus ſuperent, & multis longè à tergo ſtadiis relinquant.

Mercurius præcipitatus diaphoreticus.

Mercurius diaphoreticus.

Mercurium quendam præcipitatum diaphoreticum deſcribit *Parac. tom. 6. pag. 288. lib. de morte rerum* in hunc modum: *Mercurius in aqua forti graduata calcinatus, ab eaque quinquies ſeparatus, donec rubedinem elegantem acquirat, poſtea dulcoretur. Denique ſpiritum vini novies ab ipſo deſtilletur, donec mercurius ignem ferat & candeſcat: tum præparatus eſt mercurius diaphoreticus, qui mercurius cum aqua ſaltaberi dulcificatur: & eadem ab ipſo per deſtillationem ſeparata, ſemper novâ affuſâ, donec nulla acrimonia in aqua percipiatur, dulcis vero recedat, tum præcipitatus hic mercurius dulcedine ſaccharum & mel ſuperat, in morbo Gallico, cancroſis ulceribus, aliiſque variis morbis ſupremum remedium, omniaque efficit, quæ Medicus deſiderare poſſit.*

Præcipuum igitur tanti hujus remedij momentum, alibi apertè declaratum, in perfecta ejus dulcificatione poſitum eſt, quæ cũ ea aqua ſaltaberi fit, quam à veris chymicis ignorari eſt nefas, cum ſecus eos callere oporteat, qua in re vera ſita ſit dulcificatio, quibus liquoribus, præ aliis omnibus, inſint vires ac proprietates uno momento edulcandi, quod vel acerrimum eſt, ne hujus rei ignari ad hanc præparationem ſe accingant, alioqui venenum potius, quàm utile medicamentum aut Alexipharmacũ paraturi ſunt: cujus quidem deleteria noxa medicamento ipſi non eſt aſcribenda, ac tota imperiti artificis ignorantia vendicanda.

Mercurius præcipitatus vulgi.

Mercurius prius lotus ac præparatus ex Geberi præſcripto, ſolvatur cum duplo pondere aquæ chryſulcæ communis: deinde quater deſtilletur, ac ſuper fæces toties effundatur: atque ita reducitur in pulverem rubicundiſſimum, ex quo reverberato ad ignem, eliciuntur aquę fortis ſpiritus, qui alioqui ſummos dolo-

dolores commovent. *Satius erit ſi abluatur phlegmate aluminis, & aceto deſtillato & ovorum aqua.* Acrimonia enim hoc pacto eximitur.

Præcip. Mercurius fixus & dulcificatus ad iſta vulnera curanda utiliſſimus. Sed præſtabit iteratis ſublimationibus Mercurium prius præparare, ipſumque redivivum & à terra fæculenta & humiditate ſuperflua depuratum fixare cum aqua, quam in præparatione Turpethi deſcripſimus. Quòd ſi omnes deſcriptionem illam propter artis vocabula ſubobſcura non intelligunt, nō erit incōmodum Mercurium ipſum cum aqua ſtygia vulgariter ipſi affuſa & abſtracta quodammodo fixare, ac in pulverem rubicundum reducere; idque igne ſatis violento, ut acrimonia & venenum menſtrui totū eliciatur. Quod melius multò fiet, ſi ſequens aqua ipſi commiſceatur, & deſtillatione repetita ſeparetur:

℞. *Aceti deſtillat.* ℔ *ij.ß.*
Phlegmatis aluminis ℔ *j.ß.*
Calcis teſtarum ovorum ℥ *vj.*

Deſtillentur omnia ad ſiccitatem. Hujus aquę *cape* ℔ *iij. præcipitati Mercur. ut ſuprà* ℔ *j.*

Omnia optimè ex artis præſcripto mixta, deſtillentur per alembicum, ter aquam fæcibus reddendo. Poſtremo loco depellantur ad ſiccitatem; ac tum remanebit in fundo pulvis, quem ſuper marmore prius contuſum inijcies in alembicum, rurſus affundendo aquam præſcriptam, quā ter à fæcibus deſtillabis ut ſuprà. Poſtremò Mercurius præcipitatus circuletur cū vini alcoole per viginti quatuor horas, *Deſtillato vini ſpiritu ad materiæ ſiccitatem, denuo* novum affunde, circula, & deſtilla, idque quater aut quinquies: ac tum perfectam Mercurij præparationem aſſequere: cujus vires in variis depellendis morbis, præſertim in morbo venereo, ſatis prædicari non poſſunt, ſive per os aſſumatur, ſive locis vulneratis applicetur.

Alius Mercurius præcipitatus, Balſamus Mercurij dictus.

Sublimetur Mercurius toties cum ſimplici calce ovorum optimè præparata, donec omninò ſit extinctus. Huic mixturæ affunde acetum deſtillatum alcoliſatum, ut ſupernatet quatuor digitos. Deſtilletur liquor à fæcibus quater aut quinquies, donec Mercurius in pulverem rubicundiſſimum evadat: quem cum vini alcoole circulabis in pellicano per octo dies. Separato vini alcoole per alembicum, remanebit in fundo balſamus Mercurij pretioſiſſimus & dulciſſimus. Deſperata omnia ulcera, atque etiam caruncula in veſica ſanat & vulneribus ſclopetariis ſummopere conducit.

Mercurius præcipitatus per ſe.

Fit beneficio ſolius Mercurij, in vaſe circulatorio ad id apto concinnantur: in eo enim vaſe diu agitatus, ope ignis, per gradus accenſi præcipitatur, & tandem in pulverem rubeum purpureumque, qui mirificæ ſit virtutis, reducitur.

Mercurius præcipitatus ſolaris.

Citius multò pariter idem Mercurius, mediante igne auri interno, et-

iam ſi eidem materialiter adjiciatur, præcipitari poteſt: At in momento & velociſſimè, ſi cum auro eſſentificato præparetur. Ex illis enim ambobus, ad debitam proportionem permixtis, ſtupenda quædam fit conjunctio, quę nullis non miraculis ſcatet & illuſtratur.

Modus præcipitandi Mercurium cum Sole hic eſt.

Fit etiam ipſius, prius præparati ut decet, cum ſole amalgama, quod inditur matratio oblongo collo, Hermeticè clauſo, atque moderatiſſimo igne, viginti dierum ſpatio præcipitantur, & in pulverem ſubcroceum fixumque reducuntur. Signum perfectionis eſt, quando vi ignis non exhalat, nec in aqua animalis revivificatur. Medicamentum iſtud diaphoreticum eſt, quod exhibetur ad prædictos affectus præſertim ad curandam luem veneream doſ. gr. iij. &c.

N. Et vomitum ciere ſolet.

Virtus Mercurii per artem præcipitati quanta.

At verò, ne quibuſdam in eadem ſoli verſari ſententia videamur, neve primi tanti remedij ſinus præcones & laudatores: quid de illo *Palmarius ad finem lib. ſui de Elephantiaſi*, prædicet, pauliſper audiamus. *Omnium*, inquit, *remediorum elephanticorum vires ſuperat catharticum noſtrum metallicum, acrem omnem, ac ferinam humorum omnium qualitatem ac malignitatem mirè obtundens, ac nihilominus blandè adeo alvum ſolvens, ut pueris & pregnantibus tuto dari poßit. Conſtat ex hydrargyro & auro ſic permixtis atque immutatis longa maceratione, ut vim catharticam aſſequantur. Vna autem & eadem opera, pituitam & craſſos omnes humores expurgat, & calidam ac ſiccam viſcerum omnium conſtitutionem emendat: datur granorum ſex pondere.* Hucuſque Palmarius de ſuo carthartico metallico ex hydrargyro communi & foliis auri, ut ſupponi debet, conflato: eò quod diuturno tempore illud præparari aſſeveret. Præcipitata quippe cathartica quæ cum Mercuriis metallicis fiunt, aut philoſophicis, & auro in eſſentiam redacto, in modum arcani, magiſterij, tincturæ, liquoris, ſulphuris, vel ſalis: momento temporis perficiuntur. Aurum enim, ut ſemel eſt apertum, tam igneæ eſt naturæ, tamque potentis, ut dicto citius ſuam exerat actionem.

Quà ratione cathartica è metallicis composita velociter perficiantur.

Vera Mercurij Præparationes.

Vt vela contrahamus, paratur *Mercurius præcipitatus*;

vel

Cum oleis Solis & Lunæ:

vel

Cum ſolis auri foliis, ſine ulla *alia additione*

vel

Calcinatus, mediante agitatione quæ fit beneficio ſilicum alborum fluviatilium, cum quibus commiſcetur in *matratio colli oblongi*:

vel

Cum ſimplici aqua ſtygia diſſolutus, philoſophicè coagulatus & in ſalis naturam *converſus*.

vel:

Cum eademmet aqua forti, communi modo præcipitatus, reverberatus,

Digitized by Google

ratus, dulcoratus & cum aceto deſtillato eſſenſificatus, atq; ab acetoſis illis ſpiritibus *optimè ſpoliatus.*

Vel

In pulverem album redactus ſolo ſpiritu vitrioli, aut ſulphuris, qui denuò ſeparatur, ablutionibuſq; iteratis dulcoratur, atq; fixus redditur cũ ſale nitro: horum, inquam, mercuriorum ita præparatorum vel paucula grana cum rebus cõvenientibus commixta, nunc ſudores, nunc alvum, atq; urinas movent, & luis venereæ venenum, adhæc peſtis quoque & febrium putridarũ malignitates exterminant. Suntq; hæc, ſi ritè præparata fuerint, vera & ſpecifica remedia purificationis ſanguinis, quem per commemoratas evacuationes purgant, prout natura patientis ad expulſionem fuerit diſpoſita: Idque minori longè perturbatione, quàm ſi vel ipſa manna fuiſſet exhibita.

Has *mercurii præparationes verè angelicas appellare poſſumus, cum multi celebres medici* (ác inter illos Nicolaus Maſſa in ſuo de morbo Gall. L.) *mercurium vulgo præcipitatum pulverem angelicum appellent.*

NOTA. XL.

De Oleis Mercurii.

Tertia mercurii præparationis ſpecies reſtat nobis explicanda, quæ eſt de oleis ſeu liquoribus ſuavibus & potabilibus ab eo expreſſis.

Mercurius ſublimatus, coagulatus & præcipitatus reſolvitur facilè in oleum, inquit Paracelſus tom. 6. pag. 282.

Quinta eſſentia ſeu oleum Mercurii paratur, ſicut quinta eſſentia aut oleum Solis, *tom. 6. pag. 34.* ubi vera loquitur *Paracelſus.* Conſulantur igitur, quæ jam ſuprà de variis quintæ auri eſſentiæ olei & liquoris ejus potabilis modis ſcripſimus ac docuimus: & quiſque ad eorum imitationem (ut repetitionem ſingulorum moleſtam omittamus) ſimili modo, præparationes varias oleorum & liquoris mercurii potabilis aggrediatur, qui mira ſua dulcedine, quam in ſe continet latentem, condiatur, & in uſum intrò aſſumendum, non ſecus ac Saturnina eſſentia, adducatur.

Quod ad proprietates ac virtutes mercurialis iſtius olei dulcis attinet: ſupremum curationis luis gradum occupat, tum intus aſſumptum, tum extrinſecus inductum. Externa enim eius inductione quævis vel deploratiſſima ulcera, ut cancroſa, fiſtuloſa, polypi, gummi ac tartareæ nodoſitates, L. V. prorſus abſumuntur, exiccantur, & planè convaleſcunt, nullum à medicamento dolorem paſſa. Quin & citra ullum dolorem caruncculas veſicæ, aliarumq; partium ſenſiles penitùs conſumit & abſorbet. Denique ut ſcribit Parac. in majore Chirurg. pag. 201. *Argentum vivum in oleum converſum æquiparatur balſamo ſolis.* Addit, *hoc oleum coagulatum per colchotar, cum aqua parthenionis adhibitum reliquos balſamos ſuperat: ſi in crocum aut in florem mutetur, tum ſummam curam in ulceribus omnibus perficit.*

Et alibi, tomo nempè 4. pag. 91. *Oleum & quinta eſſentia mercurii ab*

Digitized by Google

illinunt & applicāt calidè: Hi, inquam perfectiùs judicare poterunt, quantum poſſit vel ea ſola frictio facta in prædictis locis, in quibus magna ſunt vaſa, quæ remedii ſalubris, aut noxii vires abunde cordi & totius corporis ſpiritibus communicare poſſunt.

Quod ſi quis hanc curandi rationem ſectari velit, ſuaſerim ut ante inunctionem accipiat aliquid noſtræ prædictæ antidoti, cum hauſtu hydrotico atq; ſpecifico, cujus antea mentio facta: Sic melius purificabitur maſſa ſanguinea tam per ſudores, quam per urinas, per quas ordinarie repurgari ſolet.

NOTA VII.

Hermetici de Mercurio.

Hactenus de Dogmaticis. Inter Chymicos Philoſophos antiquiores & recentiores, *Paracelſus* præ aliis ſumma cura & induſtria virtutes, qualitates & proprietates argenti vivi excuſſit: cujus varios etiam apparatus, variaq; ac præſtantiſſima adverſus vel deplotatiſſimos morbos conferentia remedia docuit: Cujus idcircò conſilium, authoritatem, & operandi modos potius, quam aliorum omnium ſequemur.

Varia Mercurii conſideratio. Attamen inter alia notandum eſt, mercurium variis modis eſſe conſiderandum, vel crudum & qualem natura procreat: quem ſic adminiſtratum noxiorem, quàm ſalubriorem eſſe duco, ut ſentit idem *Paracelſus*, qui de eo ſic ſcribit *tom. 6. pag.* 61. *Mercurius crudus tremorem & rigorem in homine facit.* Et eodem tom. pag. 65. *Mercurius, niſi optimè paretur, tum eoſdem morbos inducit, ſi intra corpus ſumatur, quos efficit extra corpus:* qui quidem ſunt jam antè expoſiti tremores, aliaq; gravia ſymptomata, ut facile aurifabri ſeu inauratores, & qui in fodinis verſantur, experiri ſolent. Aut conſiderandus eſt Mercurius ſolertis artificis ac Philoſophi manibus paratus, qui arte antiquam pellem exuit, novasq; qualitates ac virtutes induit. Quod idem ſic confirmat *Paracelſ tom.* 5. *pag.* 45. Mercurius, inquit, optimè præparatus eſt naturalis theriaca, &c.

NOTA VIII.

De Viribus Mercurij.

Sed ut de natura Mercurii pauliſper diſſeramus ſunt qui calidiſſimum, alii frigidiſſimum dicant, utrique parti ſuæ rationes probabiles quibus ſuam ſententiam tueatur, Nam

Qui *frigidiſſimum* putant, 1. reſpiciunt ad ſymptomata quæ adfert: cujusmodi ſunt tremor, paralyſis, nervorum refrigerium aliiq; ſimiles, quos à calore proficiſci poſſe pernegant: ſed eorum authorem faciunt ſummam frigiditatem: 2. magis vero etiam urget ſenſus, qui ad tactum frigidiſſimum ſentitur.

Econtra alii, qui *calidiſſimum* ſtatuunt 1. pro ratione adducunt etiam ejus mobilitatem, continuum fere motum, virtutemque impenſè diſſolventem. Horum

ſanè

ſanè rationes, mihi longe manifeſtiores, certioreſque eſſe videntur, quàm priorum. 2. Et confirmari poſſet poſterior ſententia infinitis ac prorſus miſerabilibus effectis, quæ in ſubtili, ac penetrantiſſimo hoc mineralium deprehenduntur ab artificibus, & ſagicioribus eius veſtigatoribus. Mercurius namque ceu ſpiritus quidam ſubtilis, aëreus, & vaporoſus cuncta pervadit, ac penetrat, etiamq; corpora ſolidiſſima metallorum, ut auri, argenti, &c. Qui anatomiam eius internam perveſtigarunt, ſub albedine illa, atque ſuperficiaria, inſignem rubedinem deprehenderunt cum aliquo liquore dulci, atque flagrante, cuius operationes ſunt mirabiles ad diſſolutiones omnium corporum metallicorum. Imò efficacius illud præſtat, quàm quævis aqua fortis, quæ vulgò circumfertur. Hi inquam, qui eo modo, ac ratione eius naturam examinarunt de ipſius qualitatibus verè, ac ſolidè diſſerere poſſunt: non illi qui viderũt tantùm, ac vix fortè ac ne vix quidem tetigerunt. Hi, inquam, ignẽ mercurii internũ cognoverunt. Præcipuam autem ac ſpecificam virtutem habet ad extirpandam luem venereã, etiamque inveteratiſſimam, ut experientia multijuga comprobatum eſt.

Natura Mercurii.

Quicquid ſit, ſpirituale eſt corpus, aut ſpiritus corporalis admirandæ naturæ: aqua eſt frigida & ſicca extrinſecus: calida verò & humida intrinſecus, utq; poſſit liquefacere, ſolvere & amplecti in ſe metallica corpora (prout aqua marina continet in ſe ſoluta ſalina corpora) homogeneus eſt ſpiritus, cuius vel minima pars mercurius ſemper eſt, perinde ac eius totum: ut qui vi ignis poſſit quidem avolare, tanquam ſpiritus volatilis, corpus tamen ubiq; ſuum ſemper retineat volando, utcunque altiſſimè etiam elevetur: nec ullam inde patitur alterationem aut corruptionem, cùm ſummè adæquata ubique in ſua ſomatopſychia elementa habeat, non ſecus ac in Solis pſychoſomatia talia reperiuntur. Quæ quidem elementorum in mercurio adæquatio, tantam illi parit cum Sole analogiam, præſertim cùm uterq; in eſſentiam & ſimpliciſſimam puritatem redactus eſt, quæ prima eorum eſt materia, ut mutuo amplexu avidè ſeſe excipiant, & naturam ſuam invicem communicent, ac in unionem ſummam corporis & ſpiritus vinciantur: ſiquidem alterius ſpiritus ab altero corporalitatem mutuatur: alter verò à ſpiritu, corporis ſpiritualitatem, ut uterq; ſimul fiat & ψυχωμένος & σωματοψύχος, i.e. ſpiritus corpori unitus & corpus ſpiritui copulatum: illud quidem magiſterium non uno vel paucis diebus perficitur at moram temporis abundè compenſat operis admiratio. Hoc quippe modo præſtantiſſimi quique medici & veri philoſophi ſuas univerſales conficiunt medicinas, ad tuendam corporis humani ſanitatem & graviſſimos morbos profligandos, aptiſſimas.

Solis & Mercurii ſympathia.

NOTA IX.

Præparata.

Quocirca ut ad præparationes deſcendamus ſit.

1. Sublimatio, unde

2. Mercurius Philoſophicus.

Mercurius autem ille tribus modis ex vulgari redditur Philoſophicus, ſublimatione, præcipitatione & deſtillatione.

Ex ſupremis Solis in eſſentiam aut tincturam præparationibus, ſuprà didicimus, quòd ex corpore eius ſolari rubedo quædam virtutibus gravida & ſpirituali tincturâ, ſublimatione per alembicum elicitur, relicto in fundo vaſis albo corpore: haud ſecus ex mercurio in veram ſuam eſſentiam ſublimationis apparato, extrahitur artis beneficio Mercurius eſſenſificatus, ut vocant, à quo variis ſublimationibus & mundificationibus (ſi ita libet) nigredo illius mira abſtrahitur, ut tandem verè homogeneus is & ſplendore ac claritate puriſſima, inſtar cryſtalli perſpicuus emicet: atq; ſic puriſſimus redditus, & omni pernicie ac veneno exutus, totus tum rapitur miro Solis amore, ut quàm ocyſſimè ipſi advolet, ſi admoveatur, & promptiſſimè ac firmiſſimè illi uniatur, quaſi vi magnetica & proprietatum ac eſſentiarum ſimilitudine Solem ad ſe attrahens, ac ſibi arctiſſimo matrimonii vinculo copulans & devinciens: cùm alioqui ante eiuſmodi illius præparationem, non ita arctè cum auro conjungi poterat, cruditate ſua interpellatus: quòd cum cocta materia crudum, ut volunt Philoſophi, nullum conſortium habeat.

Mercurius eſſenſificatus.

Sic itaq; mercurius præparatus deſinit eſſe vulgaris mercurius: at verus & Philoſophicus tum vocatur, ut qui veri artificis philoſophica manu talis ſit redditus.

Innumeri præſtantiſſimi Philoſophi multùm huius mercurii præparationi inſudarunt, quam vix aſſequi potuerunt: partamq; variis celarunt figuris & ænigmaticis verbis, tanquam totius operis potiſſimum caput, involverunt, ut profanum vulgus à tanto arcano arcerent.

Arnaldus Villanovanus hoc fundamentum jecit præcipui ſui operis, ut conſtat *ex lib. de perfecta lapidis phyſici inveſtigatione, cap. 3.*

Mercurius eſſenſificatus Paracelſi.

Eſſenſificatus mercurius ex Paracelſi doctrina tom. 6. pag. 298. *fit reiteratis mercurii ſublimationibus ex vitriolo & ſale, ac eius revificationibus. Si idem mercurius novies ſublimetur, & toties reſuſcitetur, tum ad ſummam puritatem eſt perductus, omnemq; vim venenatam, qua ſcatebat, depoſuit: cuius virtutes tunc immenſæ ſunt* tom. 6. pag. 299. *Deniq; certum eſt, ſublimationis artificio argentum vivum ad ſupremũ puritatis ac perfectionis gradum adduci poſſe:* nec ideò tantùm, quòd nigris ſuis fuliginibus ac impuritatibus exuatur: at potiùs quòd illa ſublimatione, ſulphure & igne naturæ imprægnetur à quo cœleſtes & efficaces proprietates, admirandaſq;

daſq; virtutes mutuetur. Unde verè philoſophicus mercurius, & verum acetum metallicum Philoſophorum reddatur ac vocetur: utpote qui Solem & Lunam tunc in primam ſuam materiam revocare, & ex corporeis ſpiritualia, ex mortuis vitalia, cum eorum radicalis humoris, ac virtutum ſeminalium, ignis ſulphuriſq; naturæ (quod tamdiu celarunt Philoſophi) conſervatione, reddere poſſit. Ignoſcant autē Philoſophi, ſi, quod hactenus miris obſcuritatibus velatum eſt, in gratiam rei literariæ aperire côtendo, & clariora luce preclaris ingeniis & veritatis ac arcanorū ſtudioſus afferre: quod & jā pridē tentavi, & citra ænigmata aut parabolas illis tantū, non autē malignis hominibus & nihil quā invidiā, odia, & ignarā arrogantiā ſpirantibus, quos nihil hîc moror, expoſui.

Elixyr vitæ Mercuriale Paracelſi.

Addo porrò, cum hoc eſſenſificato exaltato mercurio, in aceto philoſophico ſoluto, ubi Sol quoq; ſeorſim ſit reſolutus philoſophica ac debita proportione, ſi uterq; jungantur, poſtea à menſtruo ſeparentur, deinde humidi ſegregatione, arte ſublimationis facta ambo exaltētur, tùm mercurium purpurea ſolis veſte exornatum iri, Solis vitam & virtutes in ſeſe transferentem, unde præſtantiſſimum oritur magiſterium, & admirandum vitæ elixir ad ſanitatis conſervationem, & omnium corporum mundificationem perfectam.

Addo & hoc inſuper, internum illum naturæ ignem in illo mercurio eſſenſificato latentem, ſiſtere poſſe, coagulare, conglaciare, & in cryſtallinam duritiē, uno momento, propriæ ſuæ aquæ metallicæ ac fluentis juſtum pondus, aut circiter, compingere: à qua viciſſim ille ſic extinguitur ac cōtemperatur, ut ex contrariis utriuſque effectis ne minima quidē de ſubſtātia illorum portiuncula depereat, aut etiā diminuatur: ita ut hoc artificio, qui ante Draco erat omnivorus, lenis ac ſuavis columba reddatur: Aquilaque cœleſtis, cœleſtium ac admirandum virtutum ferax, tum præſertim, quùm eiuſmodi aqua (ut ego quotidie operando experior, qui coctas aquas magis, quā crudas probo ac cōmendo) ex omnibus ſimul junctis Planetis, aut ex uno ſolo, extracta fuerit: vel etiam ex fonte illo uberrimo, cuius ſcaturigo excelſioribus montibus oritur, uſque adeò dulcis ſaccharata ac mellita ut ſimul ac Aquila eū depaſta eſt liquorē, & ad ſatietatem ebibit, hoc eſt, quantū poteſt haurire (quæ nota eſt plenæ ſatietatis) ea, inquam, Aquila, quod non caret admiratione, agreſtem, acerbā, ferocem, mortiferamq; ſuam naturā, ſtatim & uno momento in benignam, ſuavem, mitem ac ſalutarem commutet: atq; ut paucis dicā, quod fuit antea nō inferius venenum viperino, in theriacā tamen theriacarum, hoc eſt, in nobiliſſimum omnium ac præſtantiſſimum remedium convertatur: cuius vires ac proprietates ſunt detergere, mundare, rectificare, repurgare, modò per alvum, modò per urinas, totam ſanguinis maſſam: inſtaurans ac corroborans balſamum noſtrum naturalem, cùm naturam etiam balſami-

eam in ſe poſſideat. Hinc idcircò lepræ, ſcrophulis, lui, variolis, morphæis, febribus putridis ac continuis, inflammationibus internis, peſtilentialibus affectibus opportunum auxilium eſt, ac tanquam panacæa omnibus morbis profligandis idonea: cuius ne ipſi quidem infantes, nec gravidæ mulieres uſum refugiant: ut quòd etiam omnis generis hominum tuendæ ac conſervandæ ſanitati conducat, ſcrupuli unius doſi, aut etiam majore, ex aliqua conſerva, aut ex cochleari vini, aliuſvé congruentis liquoris.

Mercurius vitæ.

Hæc medicina cum aquis & mercuriis duorum luminarium parata, Arcanum, magiſterium, elixir ac mercurius vitæ dici poteſt: quibus titulis ipſum inſignit *Paracelſus*, ſic ſcribens: *Mercurius vitæ*, inquit tom. 6. pag. 33. *eſt Arcanum & quinta eſſentia: hic præſervat, inſtaurat & renovat hominem. Idem hominem ita depurat, ut ungues, pilos, cutim & omnem impuritatem tollat:* Eodem tom. pag. 45. Et eodem met to. 6. pag. 51. *Mercurius vitæ*, inquit, *omnia metalla in primam materiam reſolvit & perficit in homine: omnia membra renovat, quæ in ſenibus ſunt abſumpta, virtuteſque deperditas reducit.* Cum auro multis in locis ipſum comparat.

Qui plura videre volet de admirandis virtutibus, quas Paracelſus eidem arcanæ aut vitæ mercurio aſcribit, legat *Archidox. lib. 5. de arcanis cap. de mercurio vitæ.*

Mercurius dulcis.

Alia methodo hydrargyrum præparatur, quando ſcilicet octo partes Mercurii in meteoron redacti, & ſex vulgaris acceptæ comminuuntur, & ad integram uſq; hydrargyri, liqueſcentis mortificationem permiſcentur. Omnia deinde in matracium injici debent, & ignis ſublimationis per ſex horas adhibendus, ut tota materia ſublimetur, & in formam cryſtallinam reducatur: reiterata ſublimatione habebis *Mercurium dulcem* purgativum; de quo, pondere viginti granorum vel amplius exhibere poteris.

Mercurius dulcis eſſentificatus. Ego ut verum fatear hac in operatione aquis penitus crudis, ut antea proteſtatus ſum, abſtineo: illarum quippe effectus nunquam aquis philoſophicis & metallicis reſpondent. *Quomodo Mercurius ab Auctore præparari ſoleat.* Mercurium prætereà in meteoron communiter reductum nunquam in uſum adhibeo, quin imò in quintam eſſentiam revoco, tamque perfectè depuro, ut clarius atq; pellucidius ipſomet mihi cryſtallo reddatur: Utorque eadem met operatione quam *Arnaldus de Villanova*, *in ſuo de perfecta lapidis inveſtigatione libro cap. 5.* docet.

Sic ergo præſtantiſſimum ſit alexipharmacum, quod omnia è corpore venena ejicit atque exturbat: ut proinde mirificè contra peſtes & lues venereas conferat, ſi præſertim, vel forma, vel ſpiritu, aut auri tinctura imprægnetur. Qua certe ratione, tunc

Digitized by Google

tunc adeò magnificè & potenter toxica quævis, ut magnes ad ſe ferrum, occulta ſua proprietate, pertrahit.

Lex Hippocratis de celandis myſteriis artis cujuſque.

Magna igitur hæc ſunt atq; ſacra myſteria, quæ ne amplius in propatulo exponam, obſtat lex Hippocratica, alibi à nobis hanc in rem allegata: Illa enim brevi quodam compendio comprehenſa cavet, ne res ſacræ, prophanæ ſui publicatione reddantur.

Quomodo Manna purgativũ è Mercurio componatur.

E Mercurio rurſus manna quoddam purgativum, & oleum conficitur, quod itidem non mediocri pollet purgandi facultate.

Q. Qui fiat quod Mercurius ſublimatus vulgaris ſublimatione (una omnium Philoſophorum purificatione) tantam acquirat malignitatem & vim venenatam? Reſpondebit aliquis fortaſſe, hoc non fieri ſublimatione, qua res omnes purificari certum eſt: ſed *ex admixtis*, reportata ſecum quadam acrimonia. Hoc ergò perpendamus. *Ex libra una* argenti vivi, libra altera vitrioli crudi & tantundem ſalis communis (nõ amoniaci, ut *Matthiolus* credidit) omnibus ad blandum ignem rectè mixtis, & ductis diu in marmore, aut mortario, ut bene incorporentur, redactiſque in pulverẽ, ac *inditis ſublimatorio vitreo*, dando ignem per gradus quatuordecim horarum ſpatio, fit Mercurius ſublimatus. Si ex mixtis veneficam illam vim ſecum reportet, ex ſale & vitriolo hoc fiat, neceſſe eſt. Salem autem communem & vitriolum, more veneni non officere, ſingulis diebus infiniti experiuntur, qui in cibis ſalem comedunt, & in *thermis, aquas vitriolatas* pro potu hauriunt: quemadmodum & alij per totam Germaniam & Italiam ſpiritu ipſo & oleo Vitrioli ad Elilepſiã, ad calculi & *aſthmatis* curationem, idque magno cum commodo & admiranda utilitate, utuntur.

His ſatis conſtat, quod ratione vitrioli (de ſale enim minus credendum) non ineſt tanta vis venenata in ipſo ſublimato Mercurio: Denique ſi tanta malignitas ipſi ineſſet ratione tum ſalis tum vitrioli, quòd ipſorum ſpiritus ſurſum ſecum ipſe reportet, hæc ipſa malignitas ineſſet mercurio præcipitato; nã aqua fortis cũ quo fit, ex vitrioli & ſalispetræ ſpiritib: conficitur, cum quibus vulgarem etiam ſuum Medici parant præcipitatum, quem etiam non aliter præparatum ipſorum multi exhibent: qui quanvis ſui acrimonia, ob ſpiritus incluſos *Aquæ ſtygiæ* violenter corpus ducat, non tamen mercurij ſublimati more officere, infinitis doctiſque hominibus hodiè ſatis notum eſt. Hæc ergò malignitas in mercurio ſublimato reperitur, quanto ſcilicet ipſe hac exaltatione ſubtilior, validiorque redditur, & minimo calore recedens. Aſt in præcipitato non fit idem: mortificatur enim, ac igne illo Philoſophico, nempe ſtygia, ita fixatur, ut etiam ignitionem patiatur. Neque tunc aura illa maligna (ſi quam contineat) poteſt tranſmitti ad ipſum cor, quod omni veneno natura eius promptè patitur, quoniam fumidum illum præcipitatum mercurium, calor nativus reddere non poteſt, qui nulla ignis

violentia etiam evaneſcit, ut certa experientia comprobatur. Fixatio ergò hujus ſpiritus, eſt ipſius, ne qui aut aſſumptum aut admotum officiat, vera præparatio. Quod plerique diverſis modis præſtare conantur (de his autem loquor, qui illius præparationem ad Medicinam tantum quærunt) qui quidem putant ſola ſtygia bis aut ter fæcibus ſuis (quas caput mortuum vocant) affuſa; ac iterum diſtillata, veram præparationem tanti medicamenti ſe aſſequi poſſe. Sed non parum falluntur, quòd præſertim de auferenda corroſione ſint parum ſoliciti, aut hoc ipſum præſtare prorſus ignorent. Neque certè præcipitatus mercurius ſatis unquam utile remedium eſſe poterit, quamdiu corrodens vis ab aqua forti accepta, ipſum comitabitur: quæ tamen non communibus, ut multi putant, ablutionibus auferetur, ſed longe aliis præparationibus dulcoramentis, quibus ignotis, nihil perfecti præſtari poteſt. Optimus ergo modus dabitur infra in Turpethi confectione.

Sed ſat ſit de præparationibus dictum, quæ per ſublimationem aut exaltationem fiunt. Quicunque capiet, quæ à nobis modò ſcripta ſunt, varios præparationum modos aſſequetur, qui pro varietate mercuriorum virtutes etiam ac proprietates variant, ut aliæ ſint Solis & Lunæ præparationum virtutes ac facultates, aliæ plumbi, cupri & ferri.

NOTA X.

Præcipitatio.

Nunc verò ad præparationes præcipitati ſuperiorum mercuriorum accedamus.

Qui nos ætate præceſſerunt, parum in anatomia interna mercurij verſati, ipſum primum calcinarunt, aut juxta Paulum præcipitarunt, & in calcem redegerunt:

Alij quidem ſolo ſulphuris vapore, unde genus quoddam artificioſi cinnabrij concinnabant magnæ virtutis, intrò etiam ſumpti. *Præcipit. Mercurii.*

Alij verò ipſum præcipitarunt fortibus aquis vulgaribus, atque hoc præcipitatum dulcorarunt crebris ablutionibus aquarum cordialium & vitæ: unde remedium educebant in curationem luis venereæ, exhibentes ad gr. viij. x. aut xij. aut extrinſecus inducentes ipſum perfectè edulcoratum, vel ſolum, vel aliis mixtum, ut butyro: unde linimentum formabant in omnia phagedænica & exedentia, cacoëtica, virulenta, cancroſa, ac vitriolica ulcera, quod omnia alia virtute unguenta ſuperabat, præſertim in L. V. idque ſine dolore, ſi optimè præparetur.

Iſto remedio utebatur pater meus (piæ memoriæ) ac de re medica apud omnes noſtros non parum meritus, ad delendas tolli veſicæ carunculas: cujus remedij, quum mihi veram demonſtraſſet præparationem, eo ſæpius ſum uſus felici cum ſucceſſu ad eundem affectum, & ulcera veſicæ curanda.

Præſertim eius operationes expertus

Digitized by Google

tus ſum in quodam nobili viro utriuſque noſtrum amiciſſimo, qui quum per triennium ex gonorrhœa fœtida malè curata, ulcere periculoſo, in collo veſicæ laboraſſet, tandem poſt tam crebros uſus Gaiaci, (diætam facere dicunt,) & toties reperita remedia & aſſumpta, & injecta hoc ſolo remedio per cereolum impoſito, intra dies quindecim planè curatus fuit.

Ioubertus præcipitatum hunc ad curanda ſclopetorum vulnera præſtantiſſimum eſſe medicamẽtum nuper expertus eſt, ex quo ſuum parat Triapharmacum.

Hujuſmodi præcipitatum ſic elaboratum à quodam celeberrimo Medico *pulvis Angelicus mercurij*, ob egregias ac divinas dotes, quibus pollebat, vocatum eſt. Nimirum factum eſt interdum ut adeo perfecte dulcoratum & ab omni acrimonia ▽ fortis ſeparatum, ut nullum vomitum (ad gr. x. exhibitum) provocarit ſed ſudores tantum & ſedes aliquot horis præſertim meridianis. Quo ſane remedij genere plures etiam contumaciſſima atque inveteratiſſima lue illa laborantes feliciſſimis auſpiciis ſanatos fuiſſe compertum eſt. Mihi tamen hujuſmodi præparationes diſplicent, nec unquam ego mercurij præcipitationes, aquarum fortium vi factas, hactenus probavi, nec adhuc commendo: ſiquidem ejuſmodi aquæ noxiæ ſunt ac exitiales, utpote quæ ſalium ſuorum pernicie ac corroſione præcipitatum inficiunt; quod à vulgaribus artificibus emendari, corrigi, ac edulcari nequit ut decet, quo ſalubre fiat & fœlix remedium.

Si idem mercurius cum ſpiritibus vitriolicis ipſius vitrioli, aut ſalis gemmæ, aut ſalis communis, aut ſalis petræ præcipitatus fuerit, qui pene omnes eandem naturam poſſident, eoſdemque ferè aut ſimiles effectus producunt, ſi optimè philoſophico more præparati fuerint: hic inquam mercurius, ſi ex cinnabari artificioſa vel minerali extractus fuerit, ſupplebit mercuriorum corporum metallicorum defectum, quibus carueris: Iſque mercurius præcipitatus ita eleganter artificio dulcoratus reddetur & manſuefactus, ut longè lateque vulgarem viribus ac effectu ſuperet.

Ex eo porrò (loco aquæ fortis communis) ſi ex aqua philoſophica, de qua jam à nobis facta eſt ſuprà mentio (cujus ſpiritus, facilius quam aquæ fortis ſeparantur) præcipitatum feceris, additis fluxibus tartari & nitri, omnia perfectè contemperantibus ac edulcantibus, id bonitate alia præcipitata longè ſuperabit.

Turpethum minerale Querc.

At ſi in eadem aqua philoſophica alterum duorum luminarium intinxeris ac diſſolveris, eidemque aquæ mercurios cinnabaris mineralis, aut Antimonii ſeorſim immerſeris ac ſolveris, cum minore elegantis noſtri reguli ſtellati portione addita omnibus deinde rectè permixtis & obumbratis, ſi crebris cohobationibus ac reverberationibus exerceantur, & ex arte edulcorentur, inde turpethum *no-*

ſtrum

Aquila cœleſtis Paracelſi & Phædronis.

ſtrum minerale *naſcetur, vel Aquila cœleſtis Paracelſi ac Phedronis*: quod turpethum, trium, quatuor, quinque aut ſex granorum pondere vino infuſum exhibita ejus colatura admirandos effectus operatur, levi tamen & facili evacuatione, nec moleſta corpus exercens: nec tamen eorundem granorum perierit vis, quorum novæ ſubinde infuſiones iterari & propinari commodè poſſint. Atque hoc præſtantiſſimum, nec ſatis unquam laudandum remedium eſt, adverſus omnis generis lues, epilepſias, paralyſes, nec non hydropes, ut ſic teſtatur Parac. tomo 5. pag. 295. *Arcanam vim habet*, inquit, *auferendi aquoſitates hydropicas, quod nec colocynthis, hermod. eſula, turb: thi præſtare poſſunt, hæc enim poros non ingrediuntur, ſicuti mercurius.*

Turpethum illud minerale fit hoc modo (ex Spagyr.)

℞. Calcis terræ pellucidæ & fixæ (ſilicum)

Talcis (Tartari) optime calcinati an. ℔ j.

Fiat ex his forte capitellum, cum quo bulliat 7. horarum ſpat. ℔ j. Mercurij aliquoties (5) prius exaltati, (ſublimati) ac quaq; vice revivificati, ſ.a. ſicque obtinebis perfectam Mercurij purificationem & fixationis veræ initium ad opera omnia. Nam hæ calces adeo ſunt fixativæ, ut ſublimationibus ſuper ipſas reiteratis, tandem fugatur Mercurius. Hunc præparatũ Mercurium crudum ſolve cum *regali fœtido ac proprio menſtruo*. Salis etiam ſeorſim

Metallinæ Antimonij bene præparatæ Reguli Antimonij ℥ iij.

Auripetſtybium præparati ut decet ℈ j.

Has omnes ſolutiones in matracium vitreum impone, & obtenebrabitur vas, ſepeliantur in Athanore, dãdo lentiſſimum ignem donec clareſcant. Tunc aucto igne deſtilla per roſtratum alembicum aquam ex fæcibus ad ſiccitatem, reponendo ipſam quater ſuper caput mortuum. Tunc novam aquam fixatoriam denuo affunde, quæ ſupernatet materiæ quatuor digitos: fac digerantur per duos aut tres dies, tum demum diſtillentur bis aut ter ſuper fæces, dando etiam ſub finem ignem ſublimationis, ut quæ non ſunt verè mortificata, reſurgant ac exaltentur: quæ reſerventur ſeparatim, non enim inſerviunt noſtro operi. Maſſam illam mortuam cape, quam in pulverem reduc, huncque in vaſe convenienti in ſecundo gradu reverberij per duodecim horas examinato, agitando ac movendo baculo pulverem, donec prodeat in ſalamandram rubicundiſſimam, ex qua acrimoniam omnem ac totum venenum ſic elicies.

℞. *Phlegmatis vitrioli & aluminis an. ℔ ij. ſemis.*

Aceri diſtillati. ℔ ij.

Calcis terræ noſtræ pellucidæ ac fixæ (ſilic.) ℥ iiij

Salis corneoli criſtallini, Sacchari Saturni ℥ j.

Ovo-

Digitized by Google

Ovorum albumina xx.

Diſtillentur bis ſuper faces per alembicum.

Hujus aquæ miſce *libras tres cum libra una pulveris tui Mercurij*, ut ſuprà, *præparati:* & in alembico diſtilletur aqua à fæcibus quater: ultima vice pellead ſiccitatem. Hoc facto, pulverem contunde ſuper marmore, & nova aqua fixatoria iterum affuſa, diſtillĕtur adhuc quater ut ſuprà: tum demum cum vini alchoole ſupra pulverem quinquies diſtillato, novum ſemper affundendo, fixabis & dulcorabis tuum mercurium, quem præcipitatum, aut turbith minerale, quod viſcidos & craſſos humores expurget, Chymiatri nuncupant. Hujus exhibentur *grana octo cum conſerva betonica, & aqua theriacali*, debitis præcedentibus purgationibus *ad curationem luis venereæ.*

Cum drachmis duabus *extracti Cucumeris agreſtis*, drachma una *extracti hermodactylorum, & ſcrupulo ſemis dicti præcipitati*, fit mixtura, cujus ſcrupulus dimidius miſcetur cum drachmis duabus *aquæ theriacalis*, & fit potio, quæ exhibetur *podagricis* quater & quinquies, pro vetuſtate ſive duritie morbi, & ægrotantis viribus, Vere & Autumno. Nam ſine ulla perturbatione, ſeroſa excrementa mirum in modum expurgat, & ex ipſis juncturis educit.

Ad hydropem curandam talis conficitur compoſitio, ſeroſa excrementa purgans & viſcera nutritionis corroborans.

℞. *Præcipitati præſcripti ſcrupulum j.*

Extracti alhandalis & elaterij an. ſcrupulum j. ß.

Extracti ellebori nigri optime præparati, & rhabarbari an. ℈ *j.*

Eſſentiæ corallorum rubrorum, & ſantalorum citrinorũ an. ℈ *ij.*

Spiritus vitrioli ℈ *j.*

Olei maſtichini, & cinnamomi an. ℈ *ß.*

Excipiantur pulvere cubebarum & mucilagine gummi tragacanthi: formentur pilulæ. Doſis eſt, ſcrupulus ſemis aut unus: exhibeatur bis in hebdomada, ſi vires ferant.

Si cum diaphoreticis permiſceatur, ſudores ſolummodo movet, & multis etiam hac ratione affectibus medetur.

Cum butyro ſolus permixtus, cancroſa, & phagedænica, præſertim *luis venereæ ulcera curat, quemadmodum & fiſtulas & calloſitates omnes.*

Ex triapharmaco & prædicto præcipitato fit emplaſtr. quod ſi cum tenui cereo in veſicæ collum imponatur ut decet, *curat ipſius ulcera & carunculam omninò ſine ullo dolore & periculo aufert.*

Aqua fixatoria pro dicto opere fit ex Climia (Tutia ſ. lap. calam,) lapide Sedenegi (Hæmatite,) lapide perlato (Silice, vel Borras,) marchaſitarum ſulphure rubicundo (♁ ij ſulphur aur.) lacerta viridi (flor. æris,) & rubra (colcothar,) halinitro, & ſale aluminoſo: ignis datur more ſtygiæ communis. Inter omnes gradationũ aquas hæc

hæc eſt præcipua, & valdè fixatoria, ſi quis illam verè aſſequatur.

Mercurius corporum præcipitatus.

Mercurij metallici, Solis, Lunæ, Veneris, aliorumq; metallorum cum ſpiritu vitrioli aut ſulphuris præcipitatorum: aut ſaltem idq; melius (ſed majore temporis diuturnitate) cũ calcibus ſuis philoſophicis vi ignis: Ejuſmodi, inquam, mercurij ut plurimum ſunt diaphoretici, unam aut alteram tantum ſedem operantes, tantarumq; ea auxilia ſunt virium, ut adverſu s peſtes, lepras, lues, contagioneq; ſerpentia morborum genera ac venenoſa, febres, epilepſias, ac alios deſperatos affectus, uſque adeò potentia ac ſingularia præſidia ſint, ut ingenuè fateat. ad laudes eorum ſatis celebrandas deeſſe mihi orationem: quæ quidem remedia ſi ritè adminiſtrentur, etſi parva tantum pixide contineri poſſint, ſexcenta tamen alia amplis & magnis vaſis ingenti faſtu concluſa medicamenta, virtutibus ſuperent, & multis longè à tergo ſtadiis relinquant.

Mercurius præcipitatus diaphoreticus.

Mercurius diaphoreticus. Mercurium quendam præcipitatum diaphoreticum deſcribit *Parac. tom.6.pag.* 288. *lib. de morte rerum* in hunc modum: *Mercurius in aqua forti graduata calcinatus, ab eaque quinquies ſeparatus, donec rubedinem elegantem acquirat, poſtea dulcoretur. Denique ſpiritus vini novies ab ipſo deſtilletur, donec mercurius ignem ferat & candeſcat: tum præparatus eſt mercurius diaphoreticus, qui mercurius cum aqua ſaltaberi dulcificatur: & eadem ab ipſo per deſtillationem ſeparata, ſemper novâ affusâ, donec nulla acrimonia in aqua percipiatur, dulcis vero recedat, tum præcipitatus hic mercurius dulcedine ſaccharum & mel ſuperat, in morbo Gallico, cancroſis ulceribus, aliiſque variis morbis ſupremum remedium, omniaque efficit, quæ Medicus deſiderare poßit.*

Præcipuum igitur tanti hujus remedij momentum, alibi apertè declaratum, in perfecta ejus dulcificatione poſitum eſt, quæ cũ ea aqua ſaltaberi fit, quam à veris chymicis ignorari eſt nefas, cum ſecus eos callere oporteat, qua in re vera ſita ſit dulcificatio, quibus liquoribus, præ aliis omnibus, inſint vires ac proprietates uno momento edulcandi, quod vel acerrimum eſt, ne hujus rei ignari ad hanc præparationem ſe accingant, alioqui venenum potius, quàm utile medicamentum aut Alexipharmacũ paraturi ſunt: cujus quidem deleteria noxa medicamento ipſi non eſt aſcribenda, ac tota imperiti artificis ignorantia vendicanda.

Mercurius præcipitatus vulgi.

Mercurius prius lotus ac præparatus ex Geberi præſcripto, ſolvatur cum duplo pondere aquæ chryſulcæ communis: deinde quater deſtilletur, ac ſuper fæces toties effundatur: atque ita reducitur in pulverem rubicundiſſimum, ex quo reverberato ad ignem, eliciuntur aquæ fortis ſpiritus, qui alioqui ſummos dolo-

dolores commovent. *Satius erit ſi abluatur phlegmate aluminis, & aceto deſtillato & ovorum aqua.* Acrimonia enim hoc pacto eximitur.

Præcip. Mercurius fixus & dulcificatus ad iſta vulnera curanda utiliſſimus. Sed præſtabit iteratis ſublimationibus Mercurium prius præparare, ipſumque redivivum & à terra fæculenta & humiditate ſuperflua depuratum fixare cum aqua, quam in præparatione Turpethi deſcripſimus. Quòd ſi omnes deſcriptionem illam propter artis vocabula ſubobſcura non intelligunt, nõ erit incõmodum Mercurium ipſum cum aqua ſtygia vulgariter ipſi affuſa & abſtracta quodammodo fixare, ac in pulverem rubicundum reducere; idque igne ſatis violento, ut acrimonia & venenum menſtrui totũ eliciatur. Quod melius multò fiet, ſi ſequens aqua ipſi commiſceatur, & deſtillatione repetita ſeparetur:

℞. *Aceti deſtillat.* ℔ *ij.ß.*
Phlegmatis aluminis ℔ *j.ß.*
Calcis teſtarum ovorum ℥ *vj.*

Deſtillentur omnia ad ſiccitatem. Hujus aquę *cape* ℔ *iij. præcipitati Mercur. ut ſuprà* ℔ *j.*

Omnia optimè ex artis præſcripto mixta, deſtillentur per alembicum, ter aquam fæcibus reddendo. Poſtremo loco depellantur ad ſiccitatem: ac tum remanebit in fundo pulvis, quem ſuper marmore prius contuſum inijcies in alembicum, rurſus affundendo aquam præſcriptam, quã ter à fæcibus deſtillabis ut ſuprà. Poſtremò Mercurius præcipitatus circuletur cũ vini alcoole per viginti quatuor horas, *Deſtillato vini ſpiritu ad materiæ ſiccitatem, denuo* novum affunde, circula, & deſtilla, idque quater aut quinquies: ac tum perfectam Mercurij præparationem aſſequere: cujus vires in variis depellendis morbis, præſertim in morbo venereo, ſatis prædicari non poſſunt, ſive per os aſſumatur, ſive locis vulneratis applicetur.

Alius Mercurius præcipitatus, Balſamus Mercurij dictus.

Sublimetur Mercurius toties cum ſimplici calce ovorum optimè præparata, donec omnino ſit extinctus. Huic mixturæ affunde acetum deſtillatum alcoliſatum, ut ſupernatet quatuor digitos. Deſtilletur liquor à fæcibus quater aut quinquies, donec Mercurius in pulverem rubicundiſſimum evadat: quem cum vini alcoole circulabis in pellicano per octo dies. Separato vini alcoole per alembicum, remanebit in fundo balſamus Mercurij pretioſiſſimus & dulciſſimus. Deſperata omnia ulcera, atque etiam caruncula in veſica ſanat & vulneribus ſclopetariis ſummopere conducit.

Mercurius præcipitatus per ſe.

Fit beneficio ſolius Mercurij, in vaſe circulatorio ad id apto concinnantur: in eo enim vaſe diu agitatus, ope ignis, per gradus accenſi præcipitatur, & tandem in pulverem rubeum purpureumque, qui mirificæ ſit virtutis, reducitur.

Mercurius præcipitatus ſolaris.

Citius multò patiter idem Mercutius, mediante igne auri interno, et-

ratus, dulcoratus & cum aceto deſtillato eſſenſificatus, atq; ab acetoſis illis ſpiritibus *optimè ſpoliatus.*

Vel.

In pulverem album redactus ſolo ſpiritu vitrioli, aut ſulphuris, qui denuò ſeparatur, ablutionibuſq; iteratis dulcoratur, atq; fixus redditur cũ ſale nitro: horum, inquam, mercuriorum ita præparatorum vel paucula grana cum rebus cõvenientibus commixta, nunc ſudores, nunc alvum, atq; urinas movent, & luis venereæ venenum, adhæc peſtis quoque & febrium putridarũ malignitates exterminant. Suntq; hæc, ſi ritè præparata fuerint, vera & ſpecifica remedia purificationis ſanguinis, quem per commemoratas evacuationes purgant, prout natura patientis ad expulſionem fuerit diſpoſita: Idque minori longè perturbatione, quàm ſi vel ipſa manna fuiſſet exhibita.

Has *mercurii præparationes verè angelicas appellare poſſumus, cum multi celebres medici* (ac inter illos Nicolaus Maſſa in ſuo de morbo Gall. L.) *mercurium vulgo præcipitatum pulverem angelicum appellent.*

NOTA XI.

De Oleis Mercurii.

Tertia mercurii præparationis ſpecies reſtat nobis explicanda, quæ eſt de oleis ſeu liquoribus ſuavibus & potabilibus ab eo expreſſis.

Mercurius ſublimatus, coagulatus & præcipitatus reſolvitur facilè in oleum, inquit Paracelſus tom. 6. pag. 282.

Quinta eſſentia ſeu oleum Mercurii paratur, ſicut quinta eſſentia aut oleum Solis, *tom. 6. pag. 34.* ubi verà loquitur *Paracelſus.* Conſulantur igitur, quæ jam ſuprà de variis quintæ auri eſſentiæ olei & liquoris ejus potabilis modis ſcripſimus ac docuimus: & quiſque ad eorum imitationem (ut repetitionem ſingulorum moleſtam omittamus) ſimili modo, præparationes varias oleorum & liquoris mercurii potabilis aggrediatur, qui mira ſua dulcedine, quam in ſe continet latentem, condiatur, & in uſum intrò aſſumendum, non ſecus ac Saturnina eſſentia, adducatur.

Quod ad proprietates ac virtutes mercurialis iſtius olei dulcis attinet: ſupremum curationis luis gradum occupat, tum intus aſſumptum, tum extrinſecus inductum. Externa enim eius inductione quævis vel deploratiſſima ulcera, ut cancroſa, fiſtuloſa, polypi, gummi ac tartareæ nodoſitates, L. V. prorſus abſumuntur, exiccantur, & planè convaleſcunt, nullum à medicamento dolorem paſſa. Quin & citra ullum dolorem carunculas veſicæ, aliarumq; partium ſenſiles penitùs conſumit & abſorbet. Denique ut ſcribit Parac. in majore Chirurg. pag. 201. *Argentum vivum in oleum converſum æquiparatur balſamo ſolo.* Addit, *hoc oleum coagulatum per colchotar, cum aqua parthenionis adhibitum reliquos balſamos ſuperat: ſi in crocum aut in florem mutetur, tum ſummam curam in ulceribus omnibus perficit.*

Et alibi, tomo nempè 4. pag. 91. *Oleum & quinta eſſentia mercurii ab-*

Amentia præſervat. Item in eodem met tomo pag. 77. *Amentiam tollit.* Ibid. pag. 88. *Inſaniam curat.* Et pag. 85. eiuſdem tomi: *Oleum*, inquit, *mercurii in ſuffocatione intellectus uſurpatur.*

Spiritus ſeu oleum mercurii fragrans.

Solet ab artis peritis aliter præparari mercurius cum oleo ſalis armoniaci fixi, *vid. Panac. in antimon.* quod ſubitò mercurium reſolvit in ſpiritum (quem ſpiritum mercurii vocant) ſeu liquorem, quavis aqua fontana clariorem: adhæc fragrantem & odoratum valdè inſtar moſchi alicuius.

Vires & uſus.

Intra corpus, & exterius nodis atq; partibus dolentibus impoſitus: nam mira præſtat, gummi namque & tartareas nodoſitates, luem veneream præſertim ſtirpare ſolitas diſſolvere ſolet. Et certè negari non poteſt mirabiles effectus præſtitiſſe mercurium, vel ſuperiùs conſignatis modis præparatum, idque *in ſcrophulis & in lue etiam inveterata, & infinitis deploratiſque ſymptomatis ſtipata.* Sine hoc luem hanc ſanant ſola *palmarum & plantarum pedum inunctione.* Quo remedii genere, nec ulla alia arte, nullaque vi ægris oris fluxum illum ſalivarem movent, (quem magna Medicorum & Chirurgorum pars exiſtimat eſſe ſolam perfectam criſin L. V.) & magno ſucceſſu plurimos reſtituunt. Neque tantis & tam importunis unctionum, frixionum, emplaſtrorum, ſudationumque moleſtiis miſeros cruciant, nec reformidant, qui norunt ac intelligunt prædicti liquoris guſtu dulciſſimi atq; gratiſſimi præparationem. Eundem etiam per os exhibere, ad duas aut tres guttas, cum aqua aliqua convenienti, *mira præſtitiſſe conſtat*, atque præclaros præbet effectus non tantum *per ſudores*; ſed etiam per *urinas atque deiectiones.* Fiunt namque diverſæ vacuationes ab eo liquore abſque violentia: & ſine magna moleſtia, ſed non ſine ingenti ſolatio miſerè conflictatorum, qui, inquam, ſine ulla vi, atque pertinaci conatu, de die in diem levamina præſentiſſima ſentiunt, & tandem abſque omni alio extrinſecus adhibito medicamento, *doloribus immaniſſimis, gonorrhæis acerbiſſimis, puſtulis fœdis, ulceribus obſcenis, atque cancroſis*, turpiſſimis nodoſitatibus ſingulari fœlicitate liberantur.

Ecce quàm diverſimodè transformetur, præparetur que Mercurius, & quomodo ex ſummo veneno fiat ſumma medicina ad huius mali extirpationem. Et ſanè, quomodocunque tandem adminiſtretur, benè aut malè præparatus aut correctus, motus tamen veritate fateri cogor, hydrargyrum, mercurium, ſeu argentum vivum, eſſe ſolum (quod hodiè quidem extet) & ſpecificum luis inveteratæ atque deploratæ remedium.

Idem

Digitized by Google

Idem oleum mercurii ſublimati ex Spagyrica præpar.

Mercurius cum chalcantho & ſale, ut moris eſt, ter ſublimatus, miſceatur ad extremum cum æquali portione ſalis ammoniaci, & rurſus ſublimentur ſimul ter aut quater. Totum illud ſublimatum in oleum reſolvitur, ex quo ſpiritus ſalis ammoniaci eximendus eſt; omnia circulando cum vini eſſentia: ipſaq; tandiu deſtillando, donec oleum fervorem & acrimoniam amittat & ſeparetur.

Reducitur etiam per ſe in oleum lentiſſimo calore Athanoris, longoq; temporis intervallo.

Oleum mercurii corporale ex ſpagyr.

Fac ããã cum mercurii crudi ℥ iiij. Iovis opt. ℥ j. illud ipſum ſuper laminam martis extendito & in humido collocato. Totum in oleum diſſolvetur.

N. Fit etiam cum ſolo mercurio & lamina Jovis.

Mercurius vitæ ſolaris.

Poſtremò in concluſione remediorum variorum, quæ ex mercurio extrahere novimus, eis adjiciemus ſolarem noſtrum vitæ mercurium, qui extremum agmen diriget: tanquam omnium aliorum primarium, aut ex primariis alterum: à quo ſcilicet admirandæ curationes morborum vel graviſſimorum, ac deploratiſſimorum perficiuntur.

Accipiatur igitur liquor mercurialis, qui capite de Antimonio à nobis deſcriptus eſt in noſtri polychreſti Antimonii Antidoto, cui vel tantundem, aut amplius etiam ſudoris hermaphroditi, virilis & fœmineæ naturæ, aqueæ & terreſtris, volatilis & fixæ, adjiciatur, ac omnia digerantur, cohobentur, ac deſtillentur, ut diſſolvens fiat Lunare ac Solare, admirandæ operationis. Vtrumque luminare ſic ſolutum, corpus recipere poteſt, etiam cum proprio menſtruo conjunctum, atque uno momento, nec citra admirationem in pulverem ſiccum reduci, cum liquefactivo & humectivo omnium rerũ primo. De hoc pulvere ad ſummam dulcedinem adducto exhibentur à 5. ad 7. grana ex duabus unciis infuſionis vini albi, aut liquoris alterius congruentis.

Mercurius vitæ vulgaris.

Ex hoc præterea mercuriali liquore, citra alterius diſſolventis ſolaris aut lunaris additionem, fit præcipitationis artificio pulvis etiam candidus, quem nonnulli mercurium vitæ *vocant*: qui optimè præparatus, dulce fit vomitivum & ſolutivum medicamentum: cujus etiam vel unicum granũ, linguæ tantùm admotum citra deglutitionem, vires ſuas ſpirituoſas ſtomacho impertit, leniterq; vomitum provocat: quæ quidem purgatio nõ uſquequaq; clamoribus inceſſenda eſt, ut fit hodie: cum Antiqui eiuſmodi vomitoriis uti ſolerent, & in variorum morborũ curam commendarent: ut qui etiam in hunc finem helleboro albo uterentur, vomitivo quidẽ, ut exiſtimo ego, longè violentiore ac pernitioſiore, omni antimonii vitro, aut mercuriali præcipitato, inter vomitiva potentib⁹, quę tamen ut vulgò parantur, non admitti.

Pulveris à Mercurio vitæ conflati virtus.

vini, aut aqua vitæ Juniperi accenſa circulare & fixare poteris: cujus pulveris quatuor vel quinque grana exhibentur, vel in infuſione, cum aliquo liquore: vel in ſubſtantia cum conſerva roſarum: vomitum & purgationem ſimul operabitur, miroſque tam in curatione omnium, quàm luis Venereæ, & aliorum morborum contagioſorum expulſione præſtabit effectus.

Mercurius vitæ correctus.

Qui pulverem iſtum cum ſolo naturæ ſulphureo ſale fixare noverit, ſpecificum admodum ſine vomitivo purgativum conficiet.

Paulò verò inferiùs rationem ſuo loco docebimus; quomodo ex illo, ſudorificum eximiæ virtutis, & valde Bezoardicum præparabitur.

Magiſterium Mercurii.

Philoſophus hac unica nequaquam contentus eſt præparatione: verùm liquorem gummoſum ſpiritu ſalis ſolaris impregnat, omnia digerit philoſophicè, & in eſſentiam redigit: quæ poteſt metallum ipſum pretioſiſſimum perfectiſſimè diſſolvere, ſua tinctura ſpoliare, vel in liquorem reducere, qui per alembicum traductus, magiſterium ad quævis venena, peſtium, L. Ven. & omnium malorum contagioſorum & aſtralium, ſive illorum, quorum cauſæ nobis ſunt occultæ, expellenda, in minima quavis datum quantitate erit excellentiſſimum.

Aliud ingens & ſpecificum ſudorificum bezoardicum, cum liquore gummoſo ex Mercurio in meteoron redacto & ex Metallina ſtellari cum cæteris planetis ſociata, de qua ſuperius locuti ſumus, comparatur.

Hic liquor gummoſus bene purificatus, cum ſpiritu ſalis omnia animantis permiſceatur, in qua mixtione mira videbis propter duellum inter duos iſtos dracones commotum, qui tandem inter ſe conciliabuntur, & pacem inibunt, in pulverem pretioſum reducti. Hujus autem pulveris effectus ſudorifici & bezoardici, miras edent operationes, quas ſæpius his oculis, nunquam mea fruſtratus intentione, expertus ſum. Ad pondus verò quinque aut ſex granorum exhibitus cum conſ. de Hyacintho ſudorem fortiter movet.

De V. eſſentia auri Algureti.

Interea dum hanc metallicorum remediorum ſylvam complebam, & finem ei imponebam, tot actam variis artificiis ornato, ac tãta liberalitate noſtra cumulatæ ac ditatæ: ut candidus ac æquus lector jam habeat, quod ſatis ſit, medicaq; Reſpub. non mediocriter ſit nobis congratulatura, ac beneficium agnitura; incidit in manus meas cujuſdam intimi mei, non ultimæ notæ, nec levis famæ viri operâ, libellus quidam ex Italico idiomate in Gallicum verſus, ex typographia Antuerpiana, apud Hieronymũ Verduſſen Ann. 1603. profectus, inſcriptus: *Compendium virtutum, naturæ, adminiſtrationis & uſus cujuſdam pul-*

veris, qui pura eſt auri medicinalis eſſentia quinta, recens ab egregio viro, D. Victorio Algureto, Medico ac Phyſico Scholæ Veronenſis, &c. editus. Hunc libellum ubi ſtatim percurri, infinitas eaſque ſublimes proprietates notavi, quæ huic pulveri aſcribuntur, quē ſolarem eſſe ferunt, & fixum auri ſpiritum. Nolo hîc præclaris ejus effectis & virtutib. immorari, nec de iis dubitare, aut quidquam detrahere, cùm tot tantorumq; virorum teſtimoniis, & experimentorū, quæ citantur, fide ex fulciantur ac confirmētur: præſertim etiā cùm metallicorum remediorum admitādæ vires mihi abundè ſint cognitæ ex eorū uſu & adminiſtratione, parva etiam doſi exhibitorū, frequentiq; ſua repetitione mira operantium: quemadmodum modò de noſtro vitę mercurio ſolari deſcripſimus.

Contingit autem, ubi primùm revolverem hunc libellum, quendam cujuſdam ægrotantis honeſti viri & chronico morbo languentis, quem curandū ſuſceperam, amicum ac familiarē detuliſſe apud eum iſtius pulveris famā, virtutumq; ac experientiæ illius fidem, cujus alter vir honeſtus & mihi cognitus periculum feciſſet fœlici ſucceſſu: cumque æger meus conſuleret me, num eo eſſet uſurus, nec ne? reſpondi, ad honeſti illius viri, qui tā promptum auxilium perſenſiſſet, relationē, me ejus uſum nequaquam eſſe reformidaturum: idcircò repentè pulverem iſtum ab illo amico ſuo accerſivit, qui habebat, rogavitq; ſibi dari: quem ab illo accepit ea lege, ut granorum ſeptem uteretur: hunc pulverem vidi candidiſſimum & tenuiſſimum, ut qui amylum in pulverem redactum æmularetur, at qui pondus mercurii non æquaret. Hic pulvis macerandus eſt in unciis duabus generoſi vini albi ad tres aut quatuor horas: deinde ab ejus ſumptione dimidia pòſt hora ſorbendum juſculum datur. Hujus eras ſpero me operationes tanti medicamenti perſpecturum, ut de ejus compoſitione poſtea poſſim certius quid pronunciare. Qui enim ex auro ipſum elici opinantur (qua ratione inſigniunt ipſum ſpiritus auri fixi titulo) falluntur meo judicio.

At in hoc fallitur ipſe interpres, aut ipſe libelli author, cùm ſcribit, antiquitati ignoratam fuiſſe ex uno auro fixo ſpirituum extractionem, omnibusq; hodiernis Medicis adhuc eſſe incognitam: ſi omnes prorſus ab hac cognitione excludit, nec opinatur, ingenia hodie acutiſſima reperiri, quæ in anatomia metallorum interna verſari, poſſint ejuſmodi ſpiritus ex auro, tincturamq; illius prolectare, ipſumq; aurū in eſſentiam potabilem variis modis redigere, prout infinitas illius præparationes jam docuimus, ut ex eo nempè vitriolum auri educatur, ſulphur ſolare, ſolaris mercurius, arcanum ſolis, magiſterium ſolis, quinta eſſentia, liquor, elixir, & innumera alia id genus præſtantiſſima remedia, quæ ex auro parantur, corpore auri in ſpiritum converſo.

Quicunq; autem præter *Paracelſi* ſcripta, *Gebri*, *Lullii*, *Arnaldi*, *Villanovani*, *Riplæi*, *Rogerii Bacchonis*, *Alber-*

Alberti Magni, Rupeciſſæ, ſexcentorumque aliorum commentarios perlegerit, percipiet, ignotam illis nequaquam fuiſſe auri potabilis conficiendi rationem: minuſque iis incognitas illius virtutes ac proprietates, in omnes corporis humani affectus. Quin & auſim vel Chymicorum minimus affirmare, ex quadraginta vel quinquaginta ſpiritus auri prolectandi modis, quos calleo, Dei beneficio, omnes medicinas, quas ex illo ſpirituali reddito extraho, aut citrinum floris calendulæ colorem aut ſubrubrum, aut purpureum, aut papaveris rheas dicti tincturam retinere. In ſumma, vergunt omnes ejuſmodi medicinæ in flavum aut rubrum colorem, utcunque etiam præcipitatæ ſint ex mercurio ſolari, extrinſecus candorem maximum & albedinem referente: quod non ſine admiratione obſervari debet, ut quæ extrinſecus tam album colorem referunt, interna ſcatcant rubedine ac flavedine. Subit igitur mirari hujus pulveris tantam albedinem, ſi auri ſpiritus fixus & conſtans eſt, ut volunt; animadverri tamen in ſecunda libri authoris appendice, mentionem ab eo fieri non auri, ſed marcaſitæ aureæ, aut alterius mineræ, ex qua, aut ex aliqua alia magneſia, aut ſemimetallico alio ſubjecto, quod radicem & primum ens auri eſſe autumat, pulverem illum ſpiritualem extrahit, cùm ſic ſcribit: *Qui quidem noſter pulvis aliud nihil eſt, quàm quinta quadam eſſentia auri ab origine ipſa talis profecta: ſed in fluxibus & caloribus cæleſtibus ac radiis ſolaribus concocta & contemperata: occulta & ſparſa per hanc noſtram mineralem materiam albam artificio ex radice & materia noſtri auri. Quæ quidem materia & radix poteſt etiam aurum purum ſufficere, ſi vario operationum artificio ingenioſè tractetur & exerceatur: Atq; hac auri quantitas ſatis eſt ad patefaciendum huiusce rei veritatem, quod nempè materia illa ſit radix & veluti mater ac origo auri, unde pulvis noſter propriè quintum eſſe auri meritò à nobis dicitur, &c.*

Hîc perſonam Oedipi nolim induere, ut enodem, aut enucleem, quid ſit: veruntamen poſſim ego ex vera magneſia, quæ Paracelſo eſt aliiſque Philoſophis primo auri enti par & æqualis, aliquid ſimile, quod utiliſſimum fuerit, extrahere: imò etiam ex ea potentiores ac præſtantiores medicinæ educi poſſint, quàm ex auro ipſo, vel ſpiritualitatem adepto: utpote quæ materia nondum adhuc ignem ſit experta: atque idcircò metallicis ſpiritibus admodum efficacibus prægnans ac referta turgeat. Ex ea magneſia elicere etiam poſſum liquorem, quem ſpiritu ſolari imprægnare queam, ut potentior & efficacior reddatur, eamque poſſum candidiſſimâ præcipitare, unde fiat præcipitatum, quod lenes vomitus citra moleſtiam cieat: cujus unica doſis poſſit non una vice tantum, ſed pluribus variis operationibus commodare: quod inde apparet, magnum utique remedium & multis ac variis morbis præſentiſſimum eſſe. Nec hujus effectus ab operationibus illius pulveris albi valdè diſſimiles ſunt, ut obſer-

obſervavi in noſtro ægrotante poſt uſum illius, qui corruptos admodum humores bis vomitu expurgavit.

Quæ autem hîc dico, nolim ſiniſtrè detorqueri, quaſi ſtudeam alicui detrahere, aut ſtudia ac piam voluntatem authoris hujus pulveris criminari aut carpere, qui candidè eum publicè erogavit : at majorem ille laudem mereatur, majoremq; animi gratitudinem, ſi ejus conficiendi, obſcuris tamen verbis & velatis, deſcriptionem in eorum gratiam, qui illo digni ſunt, traderet exemplo multorum Philoſophorum, meoq; : qui libenter noſtra aliis non invidemus, certi, non nobis ſolis, ſed partim patriæ, partimq; parētib. nos eſſe natos.

NOTA XIII.

De Cinabrio.

Priuſquam finem faciamus remediorum variorum, quæ ex mercurio parantur, & quæ jam ego in ordinem redegi, ac ſcriptis mandavi: aliquid porrò de cinabrio artificiali factitioq; , nec non de nativo ex mineris, nobis dicendum eſt.

Cinabrii artificiale De factitio quidem, quod aliud nihil eſt, quàm modus quidam ſublimationis per ſulphur factæ (ſicut ſublimatum mercurii, quod vocant, per vitriolum efficitur) per ſulphur quidem, quod liquatur in vaſe terreo vitreato, cuique liquato ſenſim poſtea mercurius affunditur ad dimidium ſulphuris pondus: ubi omnia probè ſpatulâ ferreâ aut ligneâ agitanda ſunt & commiſcenda, dum ſpatula illa tota calce nigra obducatur, quæ tum ſublimationi, in vaſe congruo ad ſublimandum poſita, apta eſt. Hac ratione mercurius ruber elevatur, quod minium aut cinabrium refert: ejuſque eſt doſis pondus granorum trium, quatuor aut quinque, ut fiat medicamentum ad ſudores educendos præſtantiſſimum. Ex eodem fiunt præcipitata candidiſſima cum liquore ejuſdem ſulphuris, ex uno eodemq; fonte hauſta, miræque virtutis in purgando & ſudores eliciendo, variis morbis, imò vel epilepſiis, apoplexiis, paralyſibus opportuniſſima, ſi dextrè, ut decet, à Medico non Empirico, adminiſtrentur.

Nativum Cinabrii. Quod ad nativum & minerale cinabrium attinet, Natura nobis in quibuſdam aurifodinis in Hungaria profert genus quoddam mineralis cinabaris ponderoſiſſimæ, ac longè artificiali rubicundioris : Imò etiam quæ uſque adeò tranſparens ac dilucida eſt, ut non minoris pretii, at majoris etiam ipſo auro æſtimetur : quæ per ſe & citra illam præparationem aliam, quàm qua naturæ coctionibus temperata eſt, remedium eſt nobiliſſimum, & admirandarum virium adverſus minores epilepſias aut analepſias : ſed verum præcipuè eſt ſpecificum vertiginum, tale à multis magnis Philoſophis Chymicis in Germania agnitum, à quibus hoc remediū, tanquam inſigne arcanum, magno habetur in pretio, cujuſque ego beneficio cum Dei gratia, quatuor aut quinq; egregios viros vertigine liberavi, vel unica hebdomada, quatuor aut quinq; ad ſummum doſibus exhibe-

hibe-

Digitized by Google

hibitis, etſi malum hoc vertiginoſum uſque adeò interdum exacerbaretur, ut judicium omne ægris eriperet.

Formulam habes in Pharmac. ſub titulo Tragematis ad vertiginem. Cratonis.

CAP. XI.

De Antimonio.

ANtimonium ad raucedinem uſq; allatrant cenſores, tanquam exitialiſſimum omnium venenum carpentes ac repudiantes: quorum mendacia ut diluantur, rationesq; eorum excutiantur, nunc nobis onus incumbit: oſtendemusq;, quàm à veritate alieni deflectant, ſi extracta ab ipſo remedia, & ut par eſt apparata, varia ac admiranda, in curatione variorum ac deploratiſſimorum affectuum, infinita alia vulgaria ſubſidia multis stadiis poſt ſe relinquere, apertum fecerimus. In eo enim ſunt ſexcentæ proprietates, variæ ac præſtantes, ut præparantes, expurgantes, vomitiones concitantes, & id genus alia, ut nunquam ſatis laudari queat hoc medicamentum. In cujus defenſionem non abs re *Matthiolus*, in hujuſmodi ignaros ac pertinaces Medicos invectus eſt: cui tantæ eſt æſtimationis, ut manum Dei ipſum vocitet, tanquam cœlitus emiſſum, adverſus graviſſimos hominum langvores univerſale ſubſidium.

Inprimis autem videamus, quid antiqui de metallico hoc inviduo ſcripſerint, & quo jure novi iſti Cenſores in venenorum ordinem referant, perpendamusque, quibus facultatibus præditum ipſum veteres dixerint, quas præparationes illius, uſum & adaptationem admiſerint, ut æqui ac judicioſi lectores omnes oculis ipſis notent, quàm externa hujus medicamenti anatomia, ex ſolo ſuo cortice antiquis cognita, præ interiore à veris Medicis nobis tradita, mutila ſit, & prorſus inanis ac nulla.

Dioſcorides *lib. 5. c. 59.* ubi loquutus eſſet de electione ac bonitate antimonii, hæc ſubjicit: *Quod ad facultates eius & proprietates attinet, vim habet aſtringendi, & meatus corporis obſtruendi, refrigerandi, excreſcentias carnis abſumendi, cicatrices obducẽdi, mundificandi oculorum ulcera & ſordes.* Sub finem præparationem remedii attingit, quam *Oribaſius* inter veteres Græcos ex ipſo *Dioſcoride* mutuatus in ſuum opus medicum tranſcripſit, collect. lib. 14. *Crematur ſtibium*, inquit, *cruſta ex farina circumlitum, & carbonibus obrutum, donec cruſta in carbones abeat. Ab igne ſemotum, lacte mulieris, quæ marem peperit, aut vetere vino reſtringitur. Vritur etiam ſuccenſis carbonibus perflatum, donec igne deflagret. Si enim pluſculum uratur, in plumbum tranſit. Lavatur ut cadmia atq; æs. Sunt qui ut plumbi recrementum lavent.* *Veterum opinio de antimonio.*

Atque hæc eſt elegans eorum præparatio, quæ non mihi ſoli, ſed multis aliis riſum præbeat, ni reſponſione mea Antiquitas excuſetur, quæ quod novit, nobis candidè impertita eſt, ultrà progredi minimè habilis.

Qui autem Antimonium fuſione in plumbum mutari autumant, ſatis teſtantur, ſe parum in rebus metallicis verſatos. Potuerunt illi quidẽ

parationes à Baſilio Valentino monacho traduntur. idiomate conſcriptis, quinquaginta remediorum genera ex Antimonio edocet: Unde conſtat, quantam induſtriam olim hic vir, nec non alii politiori ingenio prædìti adhibuerint, in optimorum remediorum perveſtigatione: quæ conſecuti, magni fecerunt, & pretioſi loco theſauri habuerunt.

Eccur igitur nunc Antimonium, tanquam lethale venenum rejiciatur, cum certum ſit, eius uſum in præcipuis veterum antidotis non fuiſſe improbatum? Vide Antidotum è zingibere, à Myrepſo deſcriptam: quæ, juxta eundem autorem, confert plurimum apoplexiæ, maniæ, & quartanæ febri: in hac lapidis lazuli, & lapidis Armenii drachmæ tres: & tantundem lapidis Antimonii, omnia tamen cruda, & impuritatum adhuc plena, ingrediuntur.

Sed audio nonnullos hic inferre, *pro Antimonio artimonium eſſe legendum: Artimonium autem idem ſignificare ac pyrethrum.* Sed quàm præpoſtera & ſiniſtra hæc ſit interpretatio, Leonhardus Fuchſius vir doctiſſimus & celeberrimus, conſpicuè demonſtrat in verſione Myrepſi ultima: qui præterquam quod antimonium, ex ſententia Serapionis, lapidem appellet, nominatim inſuper ſtimium id eſſe, in commentariis addit. Pyrethrum autem, quantum differat à lapide, & ab ipſo ſtimio, nemo non novit. Taceant ergo in poſterum illi, qui vocabulum hoc in alium torquere ſenſum conantur, quàm *Fuchſius*, ſummus ille vir, id acceperit: cum quo hic errare malo, quàm cum nonnullis inferioris notæ benè ſentire.

Quo fit ut non poſſim non mirari nonnullorum Medicorum ingenium, qui ſtibium venenum eſſe mortiferum contendunt. Si quidem ſe medicos eſſe profitentur, miror quidem eos hactenus non obſervaſſe, rara admodum, vel fortaſſe nulla reperiri medicamenta, alvum electivè exolventia, tam priſcis, quam recentioribus medicis uſurpata, quæ venenoſam vim non ſortiantur.

Hactenus de Antim. facultatibus veterum ſcripta vidimus: Recentiorum authoritates non pauciores adduci poſſent, ſed quorſum? Vel ſola enim authoritas *Matthioli* ſufficere poteſt. Hic ubi admirandas aliquot curationes ac effectus vitri antimonii, cujus tunc temporis ſolius cognitionem habebat, deſcripſiſſet, virtutumque hiſtorias aliquas recenſuiſſet, tandem poſt admirandam medicamenti celebrationem addit hæc verba: *Idcirco ſatis mirari non poſſum quorundam Medicorum ſententiam, qui antimonium lethale venenum eſſe autumant. Cum enim medicinam profiteantur, nonne ſatis norunt, nullum dari electione purgans medicamentum, quo & antiqui & neoterici utuntur in purgationibus, quod ſuo careat veneno? En utrumq; belleborum, omnes tithymali ſpecies, pityuſam, elaterium, colocynthidem, euphorbium, thapſiam, ſcammonium, thymelæam, & inter mineralia lapidem Lazuli, lapidem Armenium, æris ſcoriam (quam in uſum quotidianum uſurpabant veteres ad-*

verſus

occurrit *Theodorus Zwingerus*, felicis memoriæ, ſingulare ſeculi noſtri lumen, nec non ſumus ille vir *Felix Platerus*, qui in inclyta & antiqua illa Rauracorum Academia, primarii medicinæ Profeſſoris ſive Archiatri officium maxima cum laude & dignitate geſſit: hic inter alia ſua arcana medica antimonio non poſtremam tribuit locum: quod ad peculiarem quendam modum, non cuivis cognitum, ab ipſo præparatum, & tempore opportuno exhibitum, nullam omninò noxam aut perniciem corpori intulit nec malam in partibus diatheſin, ut falsò quidam cavillantur, poſt ſe reliquit.

Sic veritas temporis filia tandem nobis nata eſt, & hominum ingenia illuſtravit. At tempus eſt, ut indicemus, quàm maturiore judicio, Hermetici, ac inprimis magnus ille chymicus *Theophraſtus Paracelſus*, naturam, eſſentiam & qualitates omnes antimonii expedierint, ac in partes omnes artificioſè diſſecuerint: *in ſalem* nempe ſuum, *in ſulphur & mercurium*, utque longè alias ejus præparationes docuerint, quàm uſtiones & lotiones vulgares, quibus ipſum redderent collyriis, antiquorum more, opportunum.

Quin & indicandum eſt, ut Hermetici in eo alias exquiſitiores virtutes, & ſingulares proprietates obſervaverint ac detexerint: utque aſtrictionum umbratilium loco, contra omnis generis vomitiones lenes, moderatas, & longè illis tutiores, quæ ex helleboris aut ære uſto cientur, minoreque moleſtia vacuantes patefecerint, ac ex eo eruerint: licet illis Antiqui uterentur, & infantibus etiam, ut ſuprà diximus, exhiberent. Quin & oſtendemus, varia in eo, eaque ſuſpicienda, attamen lenia, benigna, & citra nauſeam laxantia præſidia reperta, ut hac ratione catholico, diaphœnico, hieris, tripheris, electuariis, Indis majoribus & minoribus, confectioni hamech, & ſimilibus antecellant. Ex noſtris enim deſcriptionibus & experientia conſtabit, *ſi antimonium purgationi alvi adaptemus, omnibus corruptis ac venenoſis humoribus e'ectivè repurgandis eſſe idoneum: ſiquidem ejus virtute ac facultate tota ſanguinis maſſa declaratur ac repurgatur, citra vehementiorem caliditatem, quam nullam infert*, quùm vel ipſi linguæ ſit inſipidum, aut gratum potiùs palato ac ſuave, quàm ſecùs, leniterque, contra aliorum medicamentorum moleſtiſſimè agentium morem, vires ſuas exerat.

Docebimus præterea varias illius præparationes, ac præſtantes virtutes diaphoreticas, quæ mirabiliores, quàm hydrotica alia omnia Guajacina, aut cætera id genus, effectus producant: imò etiam in diverſas alias figuras commutabimus: in corroborantia nempe medicamenta & alexipharmaca, longè utique aptiora & utiliora ad nectar vitæ noſtræ tuendum, & vires corporis corroborandas, ac venena omnia ab eo excludenda, morboſque peſtiferos, omnibus aliis confectionibus Alchermes, de hyacyntho, mithridatiis &

Digitized by Google

& theriacis. In hoc denique metallico individuo videndam exhibebimus univerſalem medicinam, medicinarum medicinam, & admirandorum aut miraculorum ipſum miraculum, ſeu mirabile mirabilium.

Sed ad rem ipſam jam deſcendamus, & veritatem verborum noſtrorum confirmemus propriis experientiis, tum alienis, quas ex doctiſſimis quibusvis Medicis & Philoſophis Hermeticis, eorumque ſcriptis ac colloquiis, mutuati ſumus, & adhuc mutuabimur, ſuper varias ac admirandas præparationes, remediaque, quæ ex antimonio proliciuntur.

Paracelſus. *Riplæus, Northon, Iſaac Holandus, Rupeciſſa, Baſilius Valentinus ordinis S. Benedicti, & inter alios omnes Paracelſus,* ſuper alia omnia metallica, Antimonium collaudarunt ac celebrarunt: hic adæquans ipſum in ſuis Archidoxis, & libris de vita longa, quamplurimiſque aliis locis, primo enti auri: quod mirum in modum in omnibus ejus partibus, & ubique ſeduló examinavit, nihil unquam ſibi habens ipſo commendatius, at præſertim mercurio ejus & ſulphure. Docet enim ipſum Antimonium ex puriſſimis perfectiſſimiſque mercurio & ſulphure prognatum, ſub vitrioli genere in metallicam formam atque ſplendorem.

Quin & *lib. 3. de vita longa, cap. 6.* de infinitis aliis ac admirandis virtutibus teſtatur, quæ in eo deliteſcunt.

Antimonium, inquit tom. 4. pag. 105. *reſtaurator eſt, & renovator omnium virium corporis.* Et lib. 6. Archidoxorum de magiſter. fol. 36. *Antimonium, ait, curat leproſos, morpheam, ſcabiem, leoninam elephantiam, tyriam, &c.*

Ibidem addit: *Cùm materia antimonii ſit ſpoliativa & mundificativa, hinc fit, ut corporis impuritatem non ſecus abſumat, quàm aurum & argentum ab ipſo depurari videmus. Inprimis autem, præter opinionem, curat idipſum lepram.*

Et alibi, tomo nempe 6. cap. 308. *Antimonium omnes morbos tollit, & vires amiſſas reſtaurat & renovat.* Et eodem tomo, pag. 107. *Quinta eſſentia, magiſterium & primum ens antimonii corpus mundificat à lepra, renovatione & inſtauratione perfecta.* Et ibid. pag. 109. *Primum ens Antimonii tantas habet virtutes, ut omne id, quod contingit, tranſmutet: omnia, quæ ab humore radicali enaſcuntur, ſeparet, & ex fundamento corpus renovet.*

Et tomo 4. pag. 70. *Magiſterium Antimonii eſt confortativum in caduco.* In eodemmet tomo, pag. 356. *Tanta eſt vis antimonii, ut graviſſimum caduci paroxyſmum curet.* Et pag. 84. 85. & 88. *Quinta eſſentia Antimonii curat veſaniam. Eadem eſt confortativum in contracturis.* In eodemmet tom. pag. 104. & pag. 91. *Oleum antimonii præſervat ab omnibus ſpeciebus amentiæ, ut flores bene præparati præſervant à lepra,* tomo 5. pag. 273.

Si omnia, quæ de eo ejuſq; facultatibus ac virtutibus prædicantur, huc

huc vellem tranſcribere, nullus unquam fuerit finis.

Reſtat ut præparationum diverſarum, ac variorum remediorum documenta & artificia aggrediamur, quæ ab ipſo *Paracelſo*, aliiſque compluribus, ante & poſt ejus ætatem, doctis viris edocentur, noſtrumque ipſi ſymbolum ac talentulum conferamus, prout aliquando ipſi manibus paravimus, compoſuimus, & in uſum fœliciſſimè retulimus.

Præparata:

1. Vitrum Antimonii.

Vitrum antimonij etſi laudes ſuas quoque mereatur, quas Matthiolus, ut ſupra relatum eſt, ſummopere deprædicat, qua ratione & Empiricis, Chirurgisque nonnullis notiſſimum, uſitatiſſimumque exeſtit, qui ejus grana, v. vj. &c. in vini hauſtu per noctem infundunt, atque infuſionem decantatam mane hauriendam exhibent, adeoque vomitus ac ſedes concitant: Attamen ob violentiam operationis raro citra correctionem à Medicis in uſum acceſſetur. Unde Author noſter inquit:

Vitrificatio antimonii improbatur. Sanctè teſtari poſſum, me nunquam antimonii vitro uſum fuiſſe. In vitrificatione enim non conſiſtit vera ejus præparatio: quam omnes veri Philoſophi improbant. Scio tamen, infinita remediorum genera ex antimonio præparari poſſe: multosque novi in Germania percelebres medicos, qui vitrificato antimonio, ad vomitum ciendum, felici cum ſucceſſu utuntur.

Verum ab illis interdum ita præparatur, ut *vomitum citra ullam moleſtiam: interdum, ſolam ſalivationem provocet*. Neq; contemnenda eſt illa purgandi ratio, olim *Hippocratis* tempore admodum frequens & uſitata. *Varia antimonii proprietates, pro varia eiusdem præparatione.*

Ex eo porrò varia purgantia parantur, quæ morbum ejuſq; cauſam, citra vehementem corporis perturbationem, radicitus tollunt. Varia quoq; hydrotica, diuretica, imò roborantia & Bezoardica, magnæ virtutis remedia, ex eodẽ conficiuntur.

Nec mirum id videri debet, tot tamque contrarias facultates unico ſubjecto ineſſe. Vera enim ſcribo, & quæ ad oculum, ſi res poſtulet, demonſtrare poſſum. Perinde ac notum eſt omnibus, in Guajaco tres diverſas ineſſe proprietates: diureticam nempe in ſpiritu acido: ſudoriferam in oleo: cujus guttæ aliquot cum vino aut juſculo infuſæ exhibentur: & vim purgantem in ſole: cujus unus vel duo ſcrupuli, cum aqua propria, ſeu liquore acido, pro doſi ſufficiunt. *Tres diverſæ ſubſtantiæ in Guaiaco, non ſecus ac in antimonio.*

Quod ſi antiqui & Anteceſſores noſtri non ſatis comprehenderint, tot diverſas naturarum proprietates in unico contineri ſubjecto: num propterea rei veritas tollitur?

Veteres ne per ſomnium quidem cogitarunt: ipſum antimonium, cum tam nigri coloris, tamq; terrenæ & craſſæ ſit ſubſtantiæ, in vitrum candidum, & pellucidum, inſtar cryſtalli, & rubrum inſtar rubini, ſola calcinatione & fuſione tranſmutari poſſe: neque, opinor, ſuſpicati ſunt unquã, in eo tam inſignem latere purgandi

vim: ſicuti certò conſtat, illud in exigua doſi, 4. tantum aut 5. granorum, in vino vel aqua maceratum, & ſumptum, tanta vehementia corpus turbare, ut tam ſuperne, quam infernè, valentiſſimè purget: ponderis & virtutis quantitate non imminuta, quoties enim idem denuò infunditur, toties novam purgandi vim liquori impertitur, citra virium ponderisq; imminutionem. Hinc liquet ejusmodi operationes planè contrarias eſſe adſtrictioni, quam ipſi attribuunt veteres: qui ab externa anatomia, ejus ſuperficietenus depinxerunt qualitates.

Sed valeat vitrum iſtud: quamvis Empirici in medicorum opprobrium, ſæpè graviſſimos & deſperatos plane morbos eodem ſanent.

1. *Sulphur Antimonii.*

Decoquatur Antim. pulveriſatum cum capitello præparato ex Tartaro calcinato, aut cineribus clavellaris, & calce viva, per horæ unius ſpacium. Tum ſinito illud infrigidari affundendo tantillum aceti & rubor quidam apparebit ſupernatans, quem colliges: poſt rurſus ebulliant per horam unam aut alteram: iterumque refrigerentur ac denuo, quod ſupernatavit, collige, id toties iterando, donec rubor nullus amplius appareat. Eſt enim ſulphur Antim. quod exiccatum igne lentiſſimo ad uſus bonos ſervabis.

N. Paratur itidem ad id opus lixivium ex Tartaro & nitro, aut ex calce viva & cineribus parato.

2. *Sulphur auratum.*

Crocus metallicus (Sulphur auratum) ex Magneſia Saturnina (ſic enim Chymici vocant) conficitur: ex qua Magneſia, prius cum tartaro & ſale petræ pars illius Mercurialis à cæteris ſeparatur, & ſeorſim reſervatur, ut ex illa remedia quædam præſtantiſſima, inferius nobis deſcribenda, conficiantur. Ex fecibus autem ejusdem, lixivium rubicundiſſimum ſola aquæ ebullitione comparatur, quod tanta eſt virtute donatum: ut argentum aureo colore perfundat.

Sulphur ſolare, ex ejuſdem Magneſiæ lixivio, aceti beneficio, ſenſim & guttatim tantum infuſi, ſecernitur, ſecretumque pluribus ablutionibus ita mundatur, ut nihil in illo ſalſedinis remaneat. Sulphur iſtud ad ignem lentiſſimum deſiccatum, calcem auri quadantenus repræſentat, quod ſi præterea ad ſcrupulum unum (ſcrupul.ſ.) exhibeatur, & cum aqua aliqua Bezoardica commiſceatur: ſudores mirificè provocabit, & excellentiſſimum, tam ad præſervationem peſtis, quàm ejuſdem curationem, remedium largietur. *Ejuſdem croci virtus.*

N. Simul movet vomitum.

2. *Crocus Metallorum.*

Crocus metallicus purgativus ex eadem Magneſia conficitur, quem nos alio nomine, poſt Martinum Rulandum, Crocus metallorum appellamus. Iſtud autem metallicum cum æqualibus ſalis ſolius ſulphurei natu-

naturalis partibus permiſceo, permixtumque philoſophicè calcino: ſive ut clarius rem totam adaperiam, ad illius calcinationem nullo alio igne, niſi prædicti ſalis ſulphurei utor: calcinatum demum in materiam redigo, quæ jecoris ipſius colorem referat. Illa autem materia in pulverem quendam rubicundum redacta, Crocum Metallorum idcirco denominatur, quod prædicta Magneſiæ illorum radix, & quaſi primum ens deprehendatur, utque præterea à Crocis aliis, qui tum à Marte, tum à reliquis metallicis educuntur, ſecernatur. Paulò poſt, inferius *capite de Curatione*, præſtantiam remedii prædicti referemus, quod in vino vel aliqua convenienti, ad doſin ſex, aut ſeptem granorum propinatum, purgativum eſt excellens admodum, & ſpecificum contra Peſtem: in eo præſertim; quod dulcem vomitum, ad talis morbi curationem plerumq; neceſſarium, ut ſuo nos loco dicemus; excitat.

Crocus Metallorũ cur ſic appelletur.

In deſcriptione Croci metallorum, qui non modo facile præparatu, ſed etiam utile multum & præſens *contra morbos omnes Epidemicos remedium* ſuppeditat, aliquandiu tradenda immoratus ſum: ad pondus ſeptem aut octo granorum in infuſione, prout ſupra monuimus, nec ſine fructu exhibetur. Quoſdam enim magis per vomitum, alios verò per alvum magis expurgat: id tamen totum ſine ulla fit naturæ perturbatione, imò verò cum magna ejuſdem ope & ſubſidio, *febrem omnem peſtilentialem, & morbos contagioſos expugnat.* Hujuſce meæ aſſertionis fidem faciunt innumera propemodum experimenta, quæ meam nunquam expectationem eluſerunt.

Croci metallorum virtus.

Illuſtriſſimi Herois ac D. D. Ducis de Buillon Pharmacopœus nomine *Fromant*, à me anno tantum elapſo impetravit, ut decem aut duodecim uncias, quas illi meo marte parandas ex eodem Antimonio curaveram, in Turennæ Vicecomitatum, peſte ſæviſſima conflictatum tranſmitterem. Remedium iſtud una cum formula qua foret aſſumendũ ad D. de Vaſſignac, totius regionis & caſtelli gubernatorem, direxit, qui majorem illius partem vicinis circumquaque Chirurgis impertitus eſt. Quid autem præſtiterit hac in re noſtrum metallicum, paucis innuit Epiſtola à prædicto D. de Vaſſignac, ad Pharmacopolam miſſa, quam placuit è Gallico in Latinum commutare, & hoc loco inſerere:

Experientia Auctoris circa crocum metallorum notanda.

Accepi per D. *Fouchet* duas pyxides, quas ad me tranſmittere placuit. Ut ſemel recepi confeſtim partem quandam illarum per totam viciniam elargitus ſum, juxta monitionem in literis, ad felicem illarum uſum docendum, adjectam. Quatuor aut quinque Chirurgi aliquam ex illis partem acceperunt: ex illis duo, ſucceſſus admodum proſperos renunciarunt, & teſtimonium egregium de pulvere ſubflavo reddiderunt: quem, remedium plus divinum quàm humanum, quoniam intra unius rei ſpacium ita quoſ-

dam à febre peſtilenti liberaverit, ut nihil tamen virulenti ex illorum corporibus ſubortum ſit. In aliis vero tabo peſtifer duabus poſt ſumptionem horis innoxius apparuerit. Hujuſque prædictarum literarum tenor.

Antimonium diaphoreticum.

Crocus Metallorum (Magneſia calcinata) in pulverem redigatur & philoſophicè iterum cum eodem pondere ſalis ſulphurei (nitri) calcinetur, ipſaque per tres vices calcinatio iteretur: poſtea ablutiones, ac fixiones ordinariæ per quatuor aut quinque dies in furno Athanoris uſurpentur. Exinde conficies materiam quandam, ad colorem florum alborum proximè accedentem, nullius prorſus ſaporis: cum tamen præſtantiſſimum ſit ſudorificum bezoardicum, ad doſin, viginti aut triginta propemodum granorum, cum aqua quadam accommodata, exhibitum. Et quoniam hoc ſudorificum, ad curationem omnium potiſſimum morborum epidemicorum præſtantiſſimum eſt: propriè bezoardicum id Metallicum appellamus, quod aliquando præterea ſenſim & occultè, non exiguas, in purificando, & inſtaurando naturæ balſamo radicali, præſtat operationes atque virtutes.

Bezoardicum Metallicũ quid ſit.

Flores Antimonii diaphoretici.

E floribus Antimonii rubicundis, remedium quoddam excellens purgativum & vomitivum ſimul extrahitur, quod peſtibus aliisq; morbis quos à ſua origine vomitus comitatur innoxie dari poteſt.

Hoc v. remedium ea ratione non reddetur vomitivum, ſi flores prædicti cum ſale petræ figantur, vel cum ſale communi ſublimentur. *Tunc enim benignè hoc pharmacum expurgat, & in doſi granorum paucorum in vino albo, aut aqua Card. bened. aut alio liquore convenienti maceratorum exhibitum, non parum contra febres peſtilentiales & id genus morbos excellit.*

Oleum Antimonii.

Antimonium ſaccharo & alumine miſceatur, imponanturque omnia in Retort. vitream. Subjicies ignem per 4. aut 5. horas lentiſſimum, quem poſtea augebis. Manabit oleum ſangvinis inſtar rubicundum.

N. *Oleum antim. elicitur multis modis, eaq; omnia ad curanda cancroſa ulcera multum proficiunt.*

Tinctura.

Cape tantum quod eſt purum in Antimonio, hoc ipſum *extolle* ter, dando ignem ſublimationis, quo ſublimetur totum ſine ullo capite mortuo: ſic obtinebis totum ipſius (floris) ſulphur cum proportionato Mercurio, quod verum *lilium* dicitur: iſtud in reverberatorio vaſe hermeticè clauſo decoque, dando gradus ignis donec albefiat, & rubini tandem

tandem color appareat, ex quo cum alcoole glaciati *corneoli*, ut ſupernatet octo digitis, extrahes pretioſam tincturam, quam circulabis in pellicano, ad perfectam uſque graduationem & fixationem.

Vires.

Tinctura illa *expurgat atrum ſanguinem & vitioſos quosque humores*, idque ſine evacuatione manifeſta, ſed ſola pravorum humorum *correctione.*

Antimonij Panaceæ,

Regulus Martis ſtellatus cum ſale ſolari, (i.e. ✱.) prius ter cum ſale martiali (i.e à ♂. ſublimato) exaltato, ſublimetur bis terve, habebis flores rubros, qui edulcentur optimè, & ad lentum ignem exſiccati, à colchotare tertio denuo eleventur.

Hoc facto, jam habes tuos flores ſpiritu Martis & vitrioli impraegnatos, blandè purgantes, & ad febres omnes intermittentes extinguendas, variosq; morbos curandos, conferentes ac ſumme utiles, quos ſerva.

Fixatio ſalis armon. *Inſuper Armoniacum ſalem, cum æquali calcis vivæ quantitate, fortiſſimo igne tribus iteratis vicibus calcina, ſingulis vicibus aqua calida ipſum ſalem ſeparans, idq; per diſſolutionem, filtrationem & coagulationem, reaffundendo ſemper recentem calcem ad unam quamq; operationem, dum armoniacus ſal figatur, & liquabilis reddatur inſtar metalli.*

Hic fuſus ſal in humido ponatur, qui brevi in pellucidiſſimum liquorem convertetur, quem mundificabis, in tribusq; ejus partibus paulatim ſolves partem unam mercurii metheorizati, ac ea ratione eſſenſificati, ut in cryſtallum adducatur, qui Venetianum vitrum æmuletur. Hac diſſolutione charta griſea non conglutinata tota imbibatur: charta ſic perfuſa matratio vitreo includatur, cum ſuo alembico & recipiente: ex qua liquorem mercurialem igne arenæ elicito, quem rectificabis, ut dilucidiſſimus odorisq; fragrantiſſimi ac gratiſſimi moſchum redolentis, exiſtat.

Is tum etiam jam per ſe ſudoribus ciendis in Lue Venerea aptiſſimus eſt.

In eadem aqua aut liquore, unam aut alteram unciam prædictorum florum diſſolve per cohobationes varias: reaffundendo toties recentem aquam, aut novum liquorem, donec totum ſit ſolutum: atque hanc ſolutionem à ſuo menſtruo non ſegregatam ſervabis.

In eodem menſtruo ſeorſim perlarum orientalium ℥j. diſſolvito, cum ℥ß. pulcherrimi ac rubicundiſſimi coralli, quæ facile in eo liquore ſolventur, utramq; hanc ſolutionem demum cum diſſolutione tuorum florum conjungito, ac cohobationibus identidem per quatuor aut quinq; dies repetitis, ſingulis vicibus deſtillando ac reaffundendo liquorem, idq; quater, quarta deſtillatione ad ſiccitatem uſq; facta: donec perlæ & corallia una cum floribus prædictis optimè juncta, inſerta & incorporata in ſubtiliſſimum ac ſpirituoſiſſimum pulverem omnia redigantur.

Huic mixtioni adde tinctura ſolis facta, ut paulò poſt dicemus, ad drachmas duas: ac iis omnibus tandem ſuperfunde vini ſpiritum alcoliſatum, qui cohobationibus per biduum aut triduum iteratis, tandem

ſepar-

ſeparetur, ut panacæa noſtra antimonii fundo relinquatur, admirandis virtutibus ac proprietatibus prædita.

In uſu & adminiſtratione infantibus & parvulis exhibetur trium granorum quantitate, adoleſcentibus & ad ætatem virilem provectis granorum ſeptem: robuſtioribus ad 8. 9. aut etiam 10. adminiſtrari poteſt ex vino albo, aut congruo alio liquore, in quo uno momento pulvis ſolvitur.

Hæc medicina utplurimum inſenſilem operationem exercet, interdum per ſudores tantum, interdum leniter alvum laxando, urinas provocando, omnia citra moleſtiam aut perturbationem præſtans. Sed ſæpius ſola humorum correctione, inſtauratione ac corroboratione balſami radicalis agit, quàm ulla alia aperta vacuatione aut alteratione ſenſili. Atq; ut paucis dicam, univerſaliſſima eſt medicina, omnibus ægritudinibus vel deploratiſſimis etiam, ut epilepſiis, apoplexiis, paralyſibus, omni hydropiſis generi, cachexiis, hyſtericis affectibus, atque id genus aliis.

Juxta morbi gravitatem & magnitudinem per 12. vel 15. dies exhiberi debet: quod vel etiam vitam producere in multos annos poteſt (volente Deo) ſanitatem tuendo, & corpus à variis morbis conſervando, ſi vel ſemel tantum in menſe de ea medicina ſumatur.

Antid. Panchreſtos Antimonij.

℞. *Flores reguli Martis rubros, hos reverbera vaſi vitreo infernum dicto, ac firmiſſimo luto loricato impoſitos, ex quo nihil prorſus expirare poſſit. Maneat vas in Athanoris reverberio ad tres aut quatuor dies. Quo facto, tinctura cum aceto radicato extrahatur, recens ſemper materia reaffundendo & extillando, dum nullum amplius tincturæ colorem imbibat. Separetur menſtruum à tinctura, quæ poſtea vini ſpiritu alkaliſato perfuſa juxta artem extrahatur, citra ſeparationem ſpiritus vini.* Hujus exhiberi poſſunt aliquot guttæ in juſculo aut liquore congruo dilutæ. Totam enim ſanguinis maſſam emundat, morphæam, lepram, ſcrophulas, luem perſanat, inſtaurat & auget nativum calorem, viſciditates ventriculi abſumit, ac corpus omnibus recrementis expedit. Colicis aptiſſima eſt medicina, nec non præfocationibus matricis, ſi reguli Martii loco regulus Jovis ſubſtituatur ad hujuſmodi flores parandos. Poterit etiam à tinctura vini ſpiritus ſegregari, ſi ita videbitur, ad ſiccitatem uſque, eaque variis aquæ deſtillationibus identidem repetitis exerceri & dulcorari, & tandem ſiccari, pulveris doſis fuerit trium aut quatuor granorum.

Antidotus Pantagogos.

℞. *Reguli Martis aut Veneris calcem optimè paratam & calcinatam, ut artis eſt; hanc quàm poteris optimè diſſolves cum ſalis gemmæ fuſibilis mercuriali ſpiritu omnia ad aliquot dies poſtea putrefacta & digeſta per ſingulos ignis gradus, ac tandem per violentiſſimum deſtillentur: quæ craſſum reddent oleum, quod rectificatione attenuandum & ſubtiliandum erit, ac iterum deſtillandum, craſſiores fæces ſegregando à*

puriore liquore. His addes optimum vini ſpiritum, circulando omnia, poſtea deſtillando, ita ut ſemper craßiores faeces amandentur, ac ter aut quater ſic deſtillationes iterentur. Atque ſervetur hic liquor accuratiſſimè, tanquam utiliſſimum omnibus morbis remedium, cuius gutta ad alterandum, vacuandum, alioſque curationum ſcopos complendos potentior eſt centum lagenis herbarum decoctionibus refertis, nec non ipſis de rhabarbaro potionibus: ſiquidem hæc ſanguinem repurgat, appetitum ſopitum excitat, ventriculum aliaq; nutritionis viſcera corroborat: funditùs evellit cachexiarum radicem ac procul amandat, nec non melancholias hypochondriacas: adverſus icterum & omnis generis arquatos morbos ac hydropes ſpecificum eſt medicamentum, leniter purgando, ac urinas provocando: nec majore duarum guttarum doſi ſingulis vicibus opus eſt, ex aliquo convenienti liquore: modò ad aliquod tempus ſingulis diebus, aut alternis eadem doſis propinetur, habita morbi magnitudinis & virium ægrotantis ratione. Poteſt etiam hoc remedium in præcipitatum & calcem albam, rubram, imò etiam flavam redigi, cuius tria aut quatuor grana in doſin ſint ſatis.

Antidotus ζωίφιλος.

Accipe de antimonii minera, quæ ex Vngaria aſportatur, quantum voles: hanc in calcem, ac ſi in vitrum eſſes liquaturus, adurito. Poſtea ut magis attenuetur, & diſſolutioni aptior fiat, cum alba fuligine mercuriali ſublimetur, deinde edulcoretur: ei ſuperfundes, ut creſcat eius virtus, & facilius ſolvatur, acetum philoſophicum ex acido liquore roris ſeu mannæ cœleſtis cum eadem minera per digeſtiones & fermentationes philoſophicas factum & præparatum. Omnia deinceps ponantur in Bal. Mar. ad ſatis diuturnum tempus, ac donec philoſophicum acetum rubicundißimo colore tinctum conſpiciatur, quod ſimul etiam ſenſim, ex interiore ſuperioris mineræ aut magneſiæ Saturninæ ſaccharo, edulceſcet. Huic materiæ tam crebris ac iteratis vicibus acetum recens ſuperfundito philoſophicum, dum nullus reſtet tincturæ color in materia fiat: per deſtillationem ſeparatio ad ſiccitatem uſque. Pulveri jam crebris deſtillationibus ex aqua nubis edulcorato, adde præſtantißimæ aquæ vitæ ex corallis prolectæ q. ſ. ex qua tincta colorem rurſum extrahe pellucidum ac diaphanum, rubini coloris æmulum.

Poſt varias eius cohobationes ac circulationes proprias, & ad attenuationem maioremque ſubtilitatem neceſſarias, omnia igne fortißimo ac vehementißimo urgeto, idq; etiam initio & non obſervatis mitiorum ignium gradibus: tum cum aqua vitæ coralliorum, oleum ipſum antimonii rubrum, ſuave & exquiſitißimum extrudetur, verum vitæ balſamum nunquam ſatis laudandum vel commendandum. Cum ipſa vitæ aqua & in ea relinqui poteſt, citra ſeparationem, ſi lubet: aut ex eo aliquot guttas immiſcere pro doſi, vino aut liquori ei morbo, cui velis ſuccurrere, congruo: quales ſunt liquores lilii convallii, la-

vendulæ & calendulæ pro epilepſiis, apoplexiis & paralyſi: qualis & aqua theriacalis adverſus peſtiferos & contagioſos morbos: nec non ad lepram, morphæam, luem, ſcrophulas, & id genus alios affectus curandos, aquæ fumiterræ & veronicæ: Vera enim eſt univerſalis medicina, quæ ſopitos ſpiritus excitat, roboratque animales, vitales & naturales, mundando totam ſanguinis maſſam, inſtaurando radicalem balſamum, & corpus humanum ita renovando, ut & in juvenilem ſtatum hominem transformet. Tanta deniq; tamq; præſtans medicina eſt, ut laudes ejus ac admirandę virtutes ſatis prędicari non poſſint. Verus enim eſt vitæ balſamus, vero vitæ mercurio æquipollens; de quo verba facit Paracelſus tom. 6. pag. 45. in hunc modum: *Mercurius vitæ corruptiones corporis humani ita tollit, ſicuti ligna putrida ligno amputantur. Hic ſenectutem reſtaurat, & eam in juventutem mutat: non quod novam eſſentiam in homine generet, ſed quòd quintam eſſentiam adhuc reſiduam, incorruptam conſervet: unde poſtea novæ virtutes emergunt. Impurum igitur à ſpiritu vitæ removet, ungues pedum & manuum, item canitiem tollit, juventutem confirmat, ita ut ſenectus non amplius canos poſſit producere.*

Rupeciſſa lib. de quinta eſſentia, cap. 41. de tam exquiſita ac pretioſa loquens Antimonii dulcedine & tinctura, *talem tantumque theſaurum eſſe* ait, *ut nuſquam in toto orbe par occurrat.*

Atqui ex eius aliarumque ſimilium deſcriptione tentabit hanc antimonii tincturam ex crudo, & in pulverem tantùm redacto Antimonio, cum aceto ex vino deſtillato, extrahere, utcunque ſit vinum generoſum & potens, & quantumcunque temporis in digeſtione illius teratur, oleum prorſus & operam perdat. Genuinorum igitur ac verorum eſt Philoſophorum, noſſe diſtinctiones & compoſitiones eiuſmodi menſtruorum autacetorum. Infinita enim eorum genera ex ſexcentis rebus variis varia fieri & componi aut extrahi poſſunt, quæ variantur ex ingredientium varietate, proprietatibus ac virtutibus. Aceta enim ex cereviſiis Anglicanis, Belgicis, Germanicis, vi hordei ut frumenti enata: aut ex pomaciis & piraceis Normanicis expreſſa, virtutes fructuum, ex quibus prognata ſunt, retinentia, longè lateque inter ſe differunt: multoq; magis diſtant ab aceto, quod ex vino omnium vegetabilium principe, & maximè omnium vitriolato conficitur. Quin & inter vini aceta magnum ſtatuitur diſcrimen: ſiquidem acetum ex vino albo extractum multùm à rubelli vini diſcrepat. Et vinorum Creticorum aceta, debiliorum vinorū acetis (qualia ſunt Tigurina) longè multumque virtute antecellunt: ſic oligophorum vinum magno diſcrimine à vinoſo & generoſo vino diſtinguitur: ut inde liceat inferre, aceta cereviſiarum, pomaciorum aut piraciorum, immaturorum ac debiliorum vinorum, nunquam fore rerum metallicarum ſolutionibus apta, nec eò uſq; potentia, ut *Menſtruorum ſpagyricorum varietas.*

aceta

Digitized by Google

aceta hydromelitum vinoſorum, quæ cum manna cœleſti, naturam animalem percurrerunt, & præter vegetalem induerunt, atque ſic ſummoperè rectificata ſpirituales vires & aëreas planè ſibi compararunt: ita ut omnia quævis alia, ſolvendi ac diſſuendi potentia ſuperent. Quod obiter dictum ſit, ut multi diſcant, etſi experientiis veris ac certis polleant, ſe tamen non abs re ſpe ſua cadere, & à ſcopo, quem ſibi propoſuerunt, aberrare, quòd aceta Philoſophorum non norint, eorumq; dicta ex litera, non ſenſu metiantur.

Addo præterea magnum ineſſe diſcrimen inter acetum ſimpliciter deſtillatum, acetum forte deſtillatum, acetum forte dephlegmatum, acetum forte benè rectificatum & alkaliſatum, acetum radicatum, & acetum philoſophicum, quod ſummo virtutis gradu eminet: quodque nos componimus ac conficimus ex mixtione & convenienti proportione, fermentatione ac unione aëreæ aciditatis animalis, & mercurialis acoris aquei, cum vegetabili terreſtri, ut ea tinctura, de qua ſuprà loquuti ſumus, extrahatur, ad noſtram ζωόφιλον antimonii Antidotum concinnandam.

Antidotus ſoterios Antimonii.

Accipe regulum Iovis, ex quo in pulverem trito, hepar aut crocum metallorum cum ſale ſulphureo conficies. Huius hepatis pulvis ruber, citra ſeparationem ſalis, in lixivio ex cineribus clavellatis, & calce viva parata bulliat, donec lixivium ſummum ruborem contrahat, quod in vas per inclinationem effundes, idq; lentè, ne quicquam de facibus admiſceatur. Evacuato lixivio, pulverem vulgari more cum potentiſſimo aceto præcipitabis. Abluantur & dulcorentur omnia: deinde cum vitriolica hydromelitis vinoſi aciditate, alkaliſata proprio ſale, tincturam aut colorem extrahes: à qua tinctura menſtruum ſeparabis, dein illam circulabis ad aliquot dies cum flagrante juniperi ſpiritu. Deinceps per retortam crebris cohobationibus vi ignis ipſam extrudes, à qua demum ſpiritum flagrantem ſeparabis, ſi ita videbitur, ut reſtet in fundo deſtillatoris liquor ſuaviſſimus, omnium affectuum pulmonum æquè ſalutaris medicina, ac balſamus, lac aut butyrum dulce ſulphuris: cuius tres aut quatuor, imò ad ſex uſque guttas ex juſculo vel vino, aut congruis aquis, phthiſicis, dyſpnoicis, aſthmaticis, pleuriticis, peripneumonicis, propinabis. In ſumma ſaluberrimum eſt & potentiſſimum medicamentum quàmplurimis, iiſq; graviſſimis morbis mirum in modum profligandis & extinguendis aptiſſimum.

Antidotus Lyſipyretos Antimonii.

℞. florum rubrorum antimonii ℥ iiij. florum ſulphuris ſublimatorum ad perfectam albedinem ℥ ij. miſceantur cum duplo colchotaris vitrioli Vngarici aut Cyprii, ac ter ſublimentur, habebis flores rubicundiſſimos, ſi benè operatus fueris. Hi cum aciditate vitrioli Veneris primò, deinde cum vero Saturni æthereo ſpiritu

Digitized by Google

eſſenſificentur. Hujus philoſophicæ eſſenſificationis ſi callueris artem, medicinam ſuſcipiendam concinnabis, veram Antidotum Lyſipyreton, omnis generis febres, peſtiferas etiam, ſedantem ac extinguentem, ſi ad iiij. aut v. guttas de ea ex idoneo liquore propinaveris.

Antidotus theodotos Antimonii.

Iunge juſto & debito pondere, menſura, proportione ac ordine ſex inferiores Planetas terreſtres, cum ſublimiori, ſphæra ſtellata Saturnina, tanquam cum cæterorum prima radice, ut unà benè amalgamentur, & philoſophicè calcinentur. Ex hac calce depurata cum ſulphuris montani aqueo ſpiritu, per cohobationes in calido, & macerationes ex arte infrigido factas, tincturam rubeam pellucidam aut diaphanam inſtar granati elicies: à qua nubium aquarum auxilio primum menſtruum ſeparabis, tincturamque ipſam per varias cohobationes, circulationes & rectificationes neceſſarias, puro hydromelitis vinoſi ſpiritu excipies qui eius colorem eruet, qui tingetur rubini coloris inſtar, magno cum ſplendore & perſpicuitate: Atque ſic in ſe ſeptem metallorum veram tincturam ſimul continebit, remedium verè theodoton admirandarum virium & proprietatum, & quod Deus nobis largitur in curationem omnium generaliter morborum, vel deſperatiſſimorum, trium, quatuor, quinq; vel ſex etiam guttarum doſi.

Antidotus theopemptos Antimonii.

Aurum ter per Antimonium examinatorem ſuum trajectum amalgametur cum mercurii antimonii debita quantitate & proportione, ex quibus electrum minus fiet. Ex hac amalgamatione abluta, & nigrioribus fuliginibus repurgata, exquiſitiſſimam tincturam extrahe, cum ſpiritu ſulphureo juniperi, eo modo operans, qui in duabus ſuperioribus præparationibus traditus eſt. Hanc tincturam diaphanam ac pellucidiſſimam, inſtar rubini, variis cohobationibus in circulato minore Parac. exercebis, quod poſtea, ſi voles, ſeparabis, ut tinctura reſtet ſola: Quam ſedulò conſervabis, tanquam pretioſiſſimum donum à Deo hominibus miſſum, adverſus peſtem, lepram, omnis generis morphæam, lues, & alios id genus graviſſimos affectus præſentiſſimum remedium, trium, quatuor, aut quinq; guttarum doſi ex aqua theriacali.

Antidotus panaretos Antimonii.

℞. Mineræ antimonii Vngarici ad albedinem calcinatæ, juxta artem ℔ ß. ſacchari candi in formam ſyrupi cum circulato minore tranſmutati ℔ j. cui paulatim calcem illam antimonii admiſceto. Digerantur omnia per 4. aut 5. dies in B. vaporoſo, deinde per gradus ignis deſtillentur. Ex hac deſtillatione triplex liquoris genus educitur poſt ſeparationem circulati, quod primum omnium egreditur. Primus, qui albus eſt, cancroſis ulceribus & externis morbis

Digitized by Google

morbis opitulatur. Secundus qui flavus eſt, vacuationi per alvum, & per vomitum idoneus eſt. Tertius rubicundiſſimus, inſtar ſanguinis, dulciſque balſamus, qui ſeponendus eſt ab aliis: ſi cohobationibus ternis aut quaternis rectificetur, & abluatur cum aqua roſarum, aut bugloſſi, aut cichorij, quam ſeparabis tincturam & rubicundam & dulcem, quæ admirandas curationes præſtabit, in lepra, morphæa, malo mortuo, ſex guttarũ quantitate exhibita in aqua fumiterræ. Adverſus apoplexiam & epilepſiam doſi duarum aut trium guttarum quãtitate ex aqua centaurij minoris. Adverſus peſtem exhibebitur ad ſeptem guttas, ex aliqua theriacali aqua, unde ſudor copioſus emerget.

Laudanũ Paracelſi. Cum eodem oleo rubro aut tinctura Paracelſus laudanum ſuum diaphoreticum & ſolutivum concinnabat, quod præ aliis omnibus remediis commendatiſſimum, & in ſummo pretio habebat adverſus peſtes, intermittentes febres, adjiciens eſſentias aloës, myrrhæ, croci, ambræ flavæ, & id genus aliorum, unde pilulas compingebat, dimidij ſcrupuli, aut integri, doſi deglutiendas.

Antidotus polychreſtos Antimonij.

Accipe reguli Martis ſtellati ℔ j. mercurij in meteoron redacti & eſſenſificati ℔ j. ß. pulveriſentur & commiſceãtur, retortoque vaſi imponantur cum recipiente, ſubijciendo gradatim ignem & genus quoddam gummi cryſtallini, gravis, ſeſe in frigido coagulantis, & calido ſolventis, extillando: quod una aut altera deſtillatione, fæces ſemper ſeparando, rectificabis. Super hunc liquorem toties ſpiritum hydromelitis vinoſi affunde & cohoba, ut tandem crebris iſtis cohobationibus liquor dulceſcat, ſpirituque ſeparato, reſtet in fundo oleum antimonij exquiſitiſſimum ac pretioſiſſimum, multis curandis ægritudinibus, iisque graviſſimis aptiſſimum. Quin & domitor eſt tertianarum febrium, quotidianarum, ac inprimis quartanarum, ſi tres, quatuor, quinque aut ſex etiam guttæ, habita virium ægri ratione, exhibeantur. Blandè enim vomitum multis concitat, aliis alui ſolutionem citra vomitum, eamque vim habet, ut radices & ſeminaria mali prorſus eruncet ac evellat.

Spiritus hydromelitis vinoſi ſeparatus, ut ſuprà diximus, accuratè ſervatus, & tandem vitriolica aciditate imprægnatus, ſummum eſt diaphoreticum, & longè ab aliis vulgatibus aliud, ſi doſi dimidij cochlearis aut integri ad ſummum, vel ſeorſim, vel vino aut alio liquore dilutum adminiſtretur.

Antidotus Iſochryſos Antimonij.

Regulus Martis cum aquila cœleſti in meteora reducatur, & ab acredine optime abluatur exicceturque: tum cum aqua ſtygia Philoſophorum, ex duobus ſalibus ſpiritualibus, ſulphureo & mercuriali, debita proportione & ex arte compoſita, ſolvatur, digeratur, ac

Digitized by Google

tandem per iteratas cohobationes præcipitetur. Ex hoc præcipitato ſpiritus aquæ philoſophicæ auferantur, in reverberio Athanoris, perpetuò præcipitatum ſpatula ferrea commovendo, donec acquirat flavum aut floris calendulæ colorem: quem ablue cum aqua pluviæ deſtillata. Huic exiccato pulveri affunde acetum Philoſophorum, de quo jam mentionem fecimus, & tamdiu digere, donec menſtruum rubino colore tingatur, relictis quibuſdam fæcibus albis infundo. Menſtruo per cineres ſeparato, remanebit in fundo pulvis leviſſimus, rubri coloris, denuò per duas treſve horas ſub craticula reverberandus: cui tum demum, ſi aquam vitæ juniperi affundas, atque ex orte digeras, ferè totus pulvis in tincturam convertetur rubicundiſſimam & admirandarum virtutum, vel ipſi auro potabili, aut ejus tincturæ æquiparandum. Apoſtemata interna omnia ſine noxa aperit atque curat, ſanguinem concretum diſſolvit, corruptumque purificat: ad lepram, ſcrophulas, luem veneream, peſtem infinitosque alios morbos præſentaneum remedium: imò ipſum hominem renovat, & ſanum diutiſſimè conſervat, doſis guttulæ vj. vij. viij. x. cum vino vel alio liquore bis in die, juxta morbi neceſſitatem.

Antidotus Lyſiponos, ſeu Anodynum diaphoreticum Antimonii.

Acaipe reguli ℔ ß. ſalis nitri cum ſulphure aut floribus ſulphureis, ut artis eſt, purificati & vitrificati ℔ j. reducantur in pulverem, & optimè miſceantur, & crucibulo indita ponantur in igne circulari, ignem augendo per gradus, eumque crucibulo ſenſim admovendo, donec omnis materia fluxerit, inſtar metalli fuſi. Tunc vel ferrum candens, vel carbonem ardentem injice, ut ſal comburatur: Remanentiã exime, dulcifica, exicca, & cũ æquali ſalis prædicti parte ſecũdò uratur, dulcificetur & exiccetur, idem opus tertio repetendo: Relictum pulverem vaſi vitreo fixatorio benè occluſo inditum, per quatuor quinqueve dies in igne fixationis fove, dando ignem per gradus, donec vas tandem igniatur, & pulvis anteà albus acquirat calendulæ colorem: quem tandem cum aqua vitæ juniperi correctiſſima, in vaſe benè occluſo, circulabis per aliquot dies: poſt exime materiam, & affuſa ter quaterque nova aqua vitæ juniperina ſemperque accenſa, à prædicta materia exuratur, ac poſtremò benè exiccetur. Doſis à ℈ ß. ad ℈ j. cum vino optimo vel aqua convenienti.

Eſt hæc antidotus verè λυσίπονος, omnes dolores ventriculi, inteſtinorum, uteri, à quavis cauſa ſubortos ſolvens & ſedans, ſi cum vino vel aqua chamæmeli exhibeatur. Vlceribus renum, veſicæ & uteri: item depravatæ menſium excretioni, fluxuique muliebri admirandum remedium; quod cum vino, juſculo aut alio convenienti liquore miſceri poteſt: vel cum mucilagine gummi tragacanthæ bis terve in die exhiberi. Eodem modo exhibitum peſtilentibus omnibus affectibus, itemque febribus intermittentibus ſumopere conducit. San-

Sanguinem enim per ſudores, & per inſenſilem plerunque tranſpirationē, purificat & repurgat; vitæque noſtræ balſamum balſamica ſua vi inſtaurat, totumque hominem renovat.

Eadem planè methodo, cum regulis ex omnibus metallis, ſive conjunctim, ſive ſeparatim factis & præparatis, itemque cum antimonio crudo, vel ex arte calcinato, vel cum ejuſdemmet floribus, tum albis, tum rubris procedendum eſt, ad antidotũ illam lyſiponum, vel diaphoreticum Antimonij anodynum, remediũ illud admirabile concinnandum ac præparandum: quod à chymico perito tentari ac probari, ad multorum ægrorum ſalutem facillimum fuerit: ſed ab imperito difficillimum, atque id potius pernitioſum, quàm ſalutare.

His floribus Antidotum ſuaviſſimarum Antimonij, contēti erimus, ut in hanc arcam inſereremus, ac quatuor his graviſſimis morbis, de quibus agimus, adaptaremus: qui quidem ubique merentur implantari, ob præſtantiſſimas ſuas virtutes, & adverſus omnes affectus in univerſum efficaciſſimas ac potentiſſimas, (ut jam ſatis ſuperque docuimus.) At hæc remedia ab omnibus utique avidè expetenda eſſent, ut quæ optimè concepta, parata, & adminiſtrata evellere omnia omnium morborum ſeminaria, utcunque graviſſimi & deſperatiſſimi ſint affectus, & radicitùs extirpare poſſint.

Sed hæc ſatis ſint, quæ huc congeſſimus; quadraginta præparationes & compoſitiones ejuſdem antimonij, eaſque elegantiſſimas ac potētiſſimas, addere poſſemus quales ſunt tincturę, quæ ex toto ejus corpore extrahũtur citra ullam divulſionem, ex ſententia *Paracelſi*: Arcana, magiſteria, eſſentię, olea, balſama, & aquæ vitæ omnis generis: quæ varia ac diſtincta ſunt remedia ipſius antimonij, variis etiam & diſtinctis morbis congrua, cum internis, tum externis: methodus mercuriorum ejus educendorum & regulorum. Quin & varia illius ſulphura, ſalia diverſa, flores varij generis, unde infinita parantur remedia purgantia, vomitum concitantia, ſudores movētia, urinas provocantia, corrigentia, revellentia, mundantia, corroborātia, omnibus denique curationum ſcopis inſervientia. Sed hæc ſufficiant.

CAP. XII.

De ſale marino.

ÆQuum erit miros etiam ſalis marini effectus expiſcemur, quo quotidie omnia cibariorum genera condiuntur; nec illo, ad vitam humanam tam neceſſario, quicquam carere poteſt.

Si à ſalis marini dulcibus cryſtallis exordiamur, qui ex materia tam acri ac ſalſa extrahuntur, non dubium eſt, quin ignaris hominibus, rem iſtam ſupra hominis induſtriam eſſe arguētibus, riſum moveamus, quod quidem ſi ad amuſſim legum & normarum philoſophiæ illorum rem iſtam revocemus, utique ridiculum planè futurum eſt: non autem ſi ad incudem veritatis,

Digitized by Google

veritatis, genuinis ac legitimis Philoſophis propè cognitam, & quibus ſolis hæc ſcribimus, referamus. Viſum eſt autem hoc tam ſuſpiciendum arcanum in gratiam illorum enucleare, ea lege tamen, ut ſolis artis filiis, terminorum ejus peritis, ac veræ Philoſophiæ fonte prolutis, non ignaris & ſtupidis hominibus, imò etiam maledictis ac convitiis tantam artem proſcindentibus ac indignè lacerantibus, in cognitionem veniat. Æquum eſt enim, detrectatores ejuſmodi in ſua inſcitia ac cæcitate permanere, ſuesq; ac porcos ab unionibus iſtis procul candis arcere, nedum admittere.

Quibus hæc ſcribantur.

Præparatio.

Solvatur igitur ſal marinus, filtretur, & coaguletur ex arte, cum proprio & naturali menſtruo, idque toties, dum ſummam purificationem ac claritatem acquirat. Hujus ſic emũdati & clarificati ſalis ℔ vj. adjice diſſolventis vitriolati & melliflui ex vegetabili, & animali parati, quod ſufficit ad majorem fermentationem ac corroborationem, ut facta digeſtione convenientę, quam præiiſſe oportet, uſum vehiculi præbeat, ad commodius ſpiritus aqueos, ſulphureos ac vitriolatos, dulces, acidoſque, qui firmiſſimè ſali illi reconditi inhærent, extrahendos. Quod in pixide Waldemburgica, vel quavis alia, quæ ignem ſuſtineat, quales ſunt retortæ Bellovacenſes, ex quibus Lutetiæ aquę fortes exprimuntur, præſtandum eſt.

In hoc verſatur rei cardo, ut gradatim ignis admoveatur: in quam rem ſedulo artifici & in hujuſmodi opere exercitato incumbendum eſt. Nec non & fornax reverberatoria Athanoris requiritur, in qua opus ex norma & menſura dirigatur. Oportet enim vas incãdeſcat purpureo, nõ claro colore, ne videlicet ſal fluat: cujus fluxus ſpiritus retineat, ne copioſius & opportunè, ut decet, extillent. In eo autem adæquato igne cornutam aut retortã immorari neceſſe eſt ad octo dies, quo tempore ſemper recipienti invigilandum erit, quod uſque adeò & ſpiſſum & capax firmiſſimoq; luto obvolutum eſſe oportet, ne quid uſquam expiret: quod & turpidum & ſpiritibus vaporoſis ac albis oppletum animadvertetur, in quibus virtus & primum ens metallorum reſolutum eſt in aquam acidiſſimam. Poſt ſpiritus exhauſtos, tandem ad collum & ſummitatem recipientis, ſub finem deſtillationis ſublimabitur, aut attolletur terra, quæ foliata dicitur, inſtar nivis albiſſima, quæ ei collo adhærebit, qui mercurius aut ſulphur Philoſophorum nuncupatur, quam utramque appellationem meritò & jure ſuo obtinet.

Primum ens metallorum.

Terra foliata.

His itaque peractis & refrigeratis omnibus vaſculis, ut probè omnia conquieſcant, loricis ſuis vaſa erunt exuenda, [conjunctaque per agitationem utraque eſſentia ſalina ac ſpiritualis ſeu liquida, in alembicum effũdentur vitreum, ex qua tria principia ſummè ſpiritualia, ſimpliciſſima ac efficaciſſima ſeu maximè penetrantia,

quæ

quæ in ea continentur, ſeparanda erunt, ut ſeorſim ſingula ſeponantur, ut mox dicetur, quæque deinceps in unum corpus uniantur, quod verè homogeneum eſt, ac nihil heterogenei retinens, ſimpliciſſimum ac penetrantiſſimum efficaciſſimumque futurum eſt.

Alembicus autem & Recipiens firmiſſimè loricata in Balneo vaporoſo collocentur, ſuo quoq; loco ac lētiſſimo calore inſipidum phlegma aquæ tantum inutilis ſaporem referēs, ſeparetur. Quo ſeparato ad juſtam ſatis quantitatem, idque lentiſſimo igne ut dictum, alembicus frigori exponatur, ubi pellucidiſſimi lapilli cryſtallini, guſtuique dulces formabuntur: quibus ſemotis ac ſeorſim ſepoſitis, redditoque denuò Balneo dulci alembico, ut rurſum ad lentum calorem inſipidum phlegma ſejungatur, ſi rurſum alembicus frigori exponatur, concreſcent iterum glaciales globuli, iidemque perdulces. Quæ quidem operatio toties repetenda eſt, dū nulli amplius lapilli emergant, & quicquid reſidui extillabit, nō amplius phlegma inſipidū, ſed aciditatis vitriolatę, quæ mordicationem ſummam linguæ inferat, inſtar acerrimi ſpiritus vitrioli, guſtum inducat. Tunc verò ab operatione deſiſtendum, & in fundo alembici quærendum verum ſalis oleum vitriolatum acidumque à quo omne inſipidum phlegma & inutile extractū fuerit. Chryſtallini verò lapilli, etſi ſapore dulces deprehendantur, admirandæ tamen ſunt virtutis, ut qui ſoli ſeorſim vel cum oleo ſuo ad idoneam quantitatem permixti, ſint verum Solis terreſtris menſtruum ac diſſolvēs, eius proprietates ac virtutes vitales vegetantesq; locupletans ac exacuēs, *quemadmodum cæleſtis Sol in Arietis ſigno domicilium figens, ubi Marti ſedes gratiſſima eſt, exultat, & prapotentes vires, in rerum mundanarum renaſcentia exerit, ſpiritus rerum in penetralibus terræ veluti ſopitos calore ſuo virtuteque excitans, ut ad ſuperficiem terræ attollantur, & individua ſua, ſenſim radicibus corporeis, corticibus & caudicibus, illius viribus aſſumptis, virore, floribus, verno tempore tandem ornata procreent. Quoſ quidem Solis cæleſtis effectus, balſamicus terræ liquor, qualem ex ſalibus erui diximus, quodammodo imitari poteſt. Siquidem nihil natura progenuit, quod idem ars imitatione non effingat, & quæ poteſt Sol cæleſtis naturali proprietate præſtare, eadem & Sol artificialis, chymica induſtria paratus, & ex rebus terrenis aſſumptus, exerere quodammodo valeat. Quod enim eſt inferius, idem eſt ac quod ſuperius.* Liquor igitur iſte balſamicus, ex ſale eductus, hoc ipſum poteſt, ſi ad debitam quātitatem aquæ aut paſſivi liquoris, qui ubique copioſus occurrit, commiſceatur. Iſta enim ſic diluuntur ac contemperantur inter ſe idoneè mixta, ut hac mixtione, roſæ, violæ, aliive flores, vel emarcidi ac ſicci, quique omni odore vitalique virtute, vel longo antè tempore exuti fuerint, perfuſi, ac imbuti, priſtinum virorem & vitales alias dotes recipiant, ac in

Cryſtalli dulces ſalis.

Menſtruum Solis.

Simile.

Roſa, viola, &c. emarcidarū vivificatio artificialis.

in colorem genuinum, ac magis etiam floridum, quo vel diſſolvens ipſum etiam tingetur, redintegrentur, ut nec Majus, ex naturali & verno Sole, tot tamque elegantium florum ſit feracior, quàm hyems ex artificiali noſtro Sole, ad radices herbarum effuſo, fœcunda eniteat.

Hoc igitur modo, qui ſuprà dictus eſt, ſi dulcedo illa cryſtallina ſalis, cum oleo aut aciditate vitriolica propria, debita proportione conjungatur, Solque in eo philoſophice ſolutus, & in quintam ibi eſſentiam redactus, omni ſanguine rubicundiorem (quem colorem ex coctione aut digeſtione proprioque calore ſibi comparat) adjiciatur; *Hinc univerſalis medicina naſcetur admiranda virtutis, quæ vel lepram ipſam tum univerſalem, tum particularem totius corporis, Epilepſias, & id genus indomitos affectus unius aut alterius tantum grani doſi; expugnare valeat.*

Accepimus à docto quodam Medico, *Franciſco Rentzio*, Pomerano, elegantiarum iſtarum chymicarum perquàm ſtudioſo, arcanorumque naturæ indagatore ſolertiſſimo, dicente, quòd *Ioannes Montanus Strigius*, antiquus & magni nominis Medicus, ac ſingularis raræque in utraque medicina eruditionis (quem in magno pretio habebat, cujusque in Catalogo primorum Hermeticorum alibi meminimus) cum ſalis dulcibus iſtis cryſtallis, ſtatim ubi variis ſolutionibus & coagulationibus concreviſſent, oleum ex illis rubicundiſſimum reſolveret, quod in proprio vaſe, Solem in liquorem reduceret, unde præſtantiſſima medicina oriretur, coctione omnium colorum diſcrimina experta; cujus ad granum unum aut alterum pro doſi admiranda auxilia adverſus ſuperiores morbos præberentur.

Aliud Oleum ſeu ſpiritus ſalis.

Fac muriam ex ſale, in quam iniice calculos ignitos, ut ipſa imbibantur: eos autem ſic imbutos indas retortæ, & dando ignem per gradus prodit oleum ſalis ferventiſſimum.

Multi vulgares Medici, qui externam tantum rerum anatomiam rimantur, nec interiora illorum viſcera penitius introſpiciunt, quique bona ex parte, de rebus ex linguæ & palati guſtu judicant, atque ex eo qualitates ſuas derivant, ſibi nequaquam perſuadeant, in ſale uſque adeò ſapore acri & ſalſo, hinc quidem tantam ineſſe dulcedinem, totque & tàm ſuſpiciendis effectis præditam: illinc verò liquorem educi vitriolicum, eumque acerrimum, qui tam variis etiam, & potentibus effectis, rerum videlicet omniũ ſolutionibus & coagulationibus elaborandis congruat, prout abundè alibi docuimus. Hoc ſaltem coronidis loco notetur in hoc vitali principo rerum, quarum mare locuples & fæcunda eſt minera, immenſum arcanorum & mirabilium virtutum pelagus deliteſcere.

Cap.

CAP. XIII.

De Vitriolo.

A Præſidiis illis, quæ Hermetici ex ſale communi eruunt, progrediendum eſt nobis ad ea, quæ ex vitriolo privatim extrahuntur.

Eſt autem genus ſalis, inter alia naturalia, non infimè corporeum, ut conſtare poteſt eſt ex eo, quod nobis ſemper Martis & Veneris, hoc eſt, ferri & cupri ſpeciem videndam exhibeat, quæ vel omnium chymicorum minimus novit ex vitriolo extrahere, nec non per vitriolum ipſum intra paucas horas Martem in Venerem convertere. Vnde Poëtæ Philoſophi anſam arripuerunt, de amoribus Martis & Veneris dicendi ac ſcribendi, quorum proles Cupido, Deus amorũ (hoc eſt, magnus ille conſenſus & ſympathia, ſtudiumque res omnes inter ſe colligans, ac ſummo effectu devinciens) eſſe fingitur, genuinuſque Veneris filius, quam fingunt ex ſpuma maris enatam, unde ab iiſdem Poëtis ἀφρογενὴ καὶ ἀφρογένεια dicta ſit, eamque naturæ parentem eleganter ac verè dixerunt, ſi internum illorum ſenſum capiamus. Sic enim figmentis arcana ſua myſtica involvunt & obtegunt, ut ſolis ſublimioribus ingeniis, non idiotis pateant. Vitriolum extrinſecus viride, interiorem tamen rubedinem continere; ac præ omnibus aliis ſalibus, acetum terreſtre poſſidere, quod omnium terreſtrium fermentationẽ, cum aqua mixtum (quale fermentum farinæ aqua dilutæ exhibet) inducat. Ejuſmodi enim putrefactione & maceratione utriuſque inter ſe juncti elementi, acetum iſtud naturæ intrinſecus ſpiritu ſuo fermentante, attollit & excitat paſtam illam naturæ, unde tranſmutationes, productiones conſuetæ & individua quæque procreantur. Ac primo loco ex ejuſmodi fermentatione omnis mineralis ſubſtantia ortum habet, ex cujus ſpiritibus tinguntur poſtea vegetabilia, quorum eſſentia animalia deinceps paſcuntur & foventur, ut alibi diximus, etſi obſcurius. Hujus enim rei lucem clariorem in librum illum noſtrum de Recondita rerum natura differimus, ex qua ſtudioſus lector magnum fructum ac voluptatem ſit reportaturus.

Sympathia Martis & Veneris à Poëtis deſcripta.

Signatura vitrioli.

Fermentatio naturæ.

Vegetabiliũ tincturarum origo.

De vitriolo autem quid ſentiat *Galen.* libro ſuo de ſimplicibus, & quid de ejus tranſmutatoria virtute ſcribat, licebit ex *ipſo Galeno* audire, quum refert: ſe ex mineris Cypri, terreum quendam carbonem, Miſy vocatum, attuliſſe, quem in angulo quodam muſei repoſitum, ſucceſſu temporis, in ſory converſum fuiſſe, deinceps in chalcitidem, hoc eſt, vitriolum, ac tandem in chalcanthum, quod idem eſt ac venus ſeu cuprum.

Gal. ſententia de vitriolo.

Vitrioli multæ ſpecies.

Multa autem habentur vitriolorum genera. Quod ex Anglia & inferiore Germania advehitur, cærulei colo-

virtutibus vitriolum polleat, & quàm varijs uſibus ſit aptum ac idoneum, non minùs quàm aquæ metallicæ vitriolatæ, ad quas invicti morbi ac deplorati ablegantur, eluceſcat.

Q. Vnde ſpecifica virtutes vitrioli?

Si autem quæritur ratio, cur eiuſmodi vitriolum, aut quæ ab eo educuntur remedia, quatenus Lunarem, Martialem ac vitriolicam naturam poſſident, propria ac ſpecifica ſint cerebri ac renum ægritudinibus? reſpondebimus, perinde rem in illis ſe habere, ac in ſalvia, betonica, quæ cerebro congruunt: in floribus bugloſſi, boraginis, aliiſque, qui cordiales habentur: in eupatorio, quod jecori dicatum eſt à natura, & ſcolopendrio aut ceterach ſpleni eiuſque affectibus deſtinato, infinitiſque aliis ſimplicibus, quorum occultæ ſunt adhuc virtutes, ut quæ ex qualitatibus elementaribus, calidis aut frigidis non pendeant, ſed ſola experientia nitantur.

Sed cùm hoc ſilere ſit potiùs, quàm reſpondere, dilucidiores rationes annectemus, quibus demonſtretur, quàm verum, proprium ac genuinum, ſpecificumque epilepſiarum ac apoplexiarum remedium ſit, ſpiritus ex vitriolo abſtractus, ſingulari ſua proprietate id genus morbis facilè reluctans ac abigens.

1. Spir. vitrioli ob ſummā ſuā ſubtilitatē ſubito cerebrum ac cor ſubit.

Ac primo quidem loco, hoc ex eius ſumma ſubtilitate, ac, ut ita loquar, ſpiritualitate proficiſci certum eſt, cuius prompta virtus uno momento fertur in cerebrum ac in cor, quæ in hoc morbo præcipuè laborant & premuntur. Ut enim videmus eum, qui deliquium animi patitur, & ſyncope proſternitur, facilè vini ſpiritu aut aqua vitæ ori infuſa, vel labiis ac naribus admota, nec non aceti odore vitriolicæ naturæ, quòd ſtatim cor feriant, longè magis recreari, at promptiùs erigi, quàm ſi quavis gelatina, aut delicatiſſimo, ac maximæ nutritionis reſtaurante, ac conſummato cibetur: quòd hæc ſpirituali virtute careant penetrante, & ſpiritibus noſtris, ſolis vitæ noſtræ authoribus, analoga ac communicabili: quæ vini & aceti ſpiritui uſque adeò ſubtilis & penetrans inhæret, ut vel ſolo odore ſuo vitriolico, conſopitos etiam ſpiritus noſtros ac ſenſus excitet & redintegret.

Hinc inferre licet, quanta ſit, ut ita loquar, ſpiritualitas ac ſubtilitas, virtuſque attenuans, penetrans, & inſtaurans, ſpiritus vitrioli; qui ita inſigniter, prompteque cerebrum ferit, ut ſolo ejus odoratu ſternutatio confeſtim excitetur.

2. Ferocientes ſpiritus coagulat.

Præter ejuſmodi tenuitatem ac ſpiritualitatem eſſentiæ, qua ſeſe facilè cum malignis, melancholicis ac vitriolatis vaporibus miſcet, quibus jam antea præcipuas horum morborum cauſas arrogavimus, varios alios effectus exerit ſpiritus iſte vitriolicus, ut abundè ac apertè demonſtratum eſt alibi: utpote qui, cùm ſit magnum ac validum coagulans, facilè fumos, vapores & ſpirituoſos halitus, ac malignos, qui ex inferioribus partibus ad

De ſign. verū interna.

Digitized by Google

ſuperiores feruntur, coagulare poteſt, virtute iſta, qua præditus eſt, coagulandi; ut ſic eorum effectus, ac fructus, quos in ſumma ſua exaltatione producunt, interpellentur.

3. Craſſa incidit, attenuat, diſſolvit.

Veruntamen ſi cauſa efficiens morborũ craſſa materialis ac obſtruens fuerit, hic idem ſpiritus contrarias partes ſuſtinet, ut ſcilicet craſſa illa diſſolvat, extenuet, ac liquefaciat, ut ſic quoq; naturam adjuvet, quo facilius ea extrudat ac diſſipet.

4. Attrahit, domat, evincit melancholicos vitriolicos ſpiritus idque vi magnetica.

Addam tamen & aliam rationem, ea nempe eſt magnetica quædam virtus, in acido ſpiritu deliteſcens metallico, qui ad energiam aut activitatem ſimplicitatemque, elementaris naturæ propiùs accedens, ſua ea virtute magnetica, vim habet attrahendi, domandi, evincendique acidos illos melancholicos ac vitriolicos animalis ſpiritus, quos ſupra horum morborum diximus eſſe authores ac artifices. Nec abſurdum fuerit refricare, hanc eſſe rationem, qua magnus ille Dictator Hippocrates ſcripſerit loco jam citato: *Melancholici comitiales facilè fiunt, & comitiales melancholici*, eò quòd magna ſit cauſarum analogia & conſenſus utriuſque morbi, melancholici nempe & comitialis. Quin & in hunc finem

De ſign. rer. inter.

ſatis dilucidè alibi demonſtravi, veræ melancholiæ atræ qualitates aſcriptas longè meliùs convenire, ſi vitriolici humoris appellatione inſigniantur, ut ſuis rationibus omnia comprobavimus.

Talis magnetica vis in aliis qui-

Magnetica autem illa virtus, quam appello, longiùs diffunditur, quàm quæ in Magnete vulgari & ferro

buſdam naturæ individuis quoque cernitur.

attractio eſt. Hac attrahente virtute, Arſenicum ſummum venenum, multis è corpore attrahendis venenis idoneaaptaque fit medicina: aut præparatum ab eo oleum, ſi extrinſecus etiam inducatur, ſummo uſui ac præſentiſſimo remedio eſt, curãdis nempè cancroſis, & arſenicalibus ulceribus omnibus. Huiuſce dicti etiam noſtri apertè veritatem indicant, ſerpentum axungia adverſus ſuos morſus, oleum Scorpionis adverſus ſuos ictus, & mel contra apum infixos aculeos, ac ſexcenta alia id genus exempla arguunt ac confirmant.

Chymici de Vitriolo.

At ſingulares dotes, quas quidam ex Medicinæ ſpagyricæ coriphœis vitriolo arrogat, audiamus: nec non varias eius præparationes ac exquiſita remedia, quæ ex illo eruit, & eruenda docet, videamus: quæ ad varias curationum indicationes, nec non ad profligationem morborum etiam graviſſimorum deploratorumque, quibus humanum corpus proſternitur, reſtitutionem reſpiciunt: ita ut in uno hoc metallico individuo appoſitè ac exquiſitè apparato, & in internas vitaleſque partes omnes dextrè diſſecto, integram Pharmacopœi officinam comperire liceat.

Omnis generis remedia ex vitriolo educuntur.

Sive enim præparandi ſint omnibus modis humores, ſive quæ craſſa & tartarea ſunt, attenuanda ſint, tenuia incraſſanda, impura expurganda, ſupervacanea per urinas, ſudores, alvi excretionem, vomitum, vacuanda,

cuanda, ſive obſtructa, penetranda ac reſeranda ſint, ſive fuerit omnibus modis naturalis calor inſtaurandus; in hoc eodem vitriolo auxilia rimari liceat: quin & idem ipſum verum omnis generis doloribus ſedandis opportunum *anodynum* deprehenditur, omniumq; venenorum ac exitialium humorum *alexipharmacum*, nec non omnium *inflammationum ardorumque febrilium extinctor* ac moderator fit.

De eo ipſo hæc ſunt verba Paracelſi, tom. 2. pag. 72. *Vitriolum (inquit) in ſe continet laxativum ſummum, quod omnes corporis partes penetrat, easque mundificat: Secundò continet conſtrictivum: Tertiò ſi ipſius frondes præparentur, tunc in caduco eſt arcanum: Quartò ſi flores ipſius ſeparentur, tùm ſummum eſt penetrativum: Denique ſi fructus decerpantur, ſummum caloris nativi inſtaurativum fuerit. Vitriolum enim habet vim renovandi & inſtaurandi, tom. 6. pag. 308.*

Et eodem tomo pag. 77. *Vitriolum, inquit, eſt purgativum ſpecificum, ad omnes humores præter naturales.* Præparatio illius remedii ibidem deſcribitur.

Alibi: *Aer vitrioli,* inquit, *aut ex ſicca exhalatione, aut decoctione paratus, ſubtiliſſimam vitrioli eſſentiam in ſe continet, & in cerebro, pulmonibus & ventriculo eaſdem, quas ſal, virtutes perficit: præterea alia arcana in ſe habet, videlicet ad icterum, abundantiam bilis, deiectam appetentiam, nimiam obeſitatem, ad calculum. Item purgat pulmones, curat pleureſin, caducum, arthritidem, ſpaſmum, &c.*

Et alibi: *Vitrioli virtutes, inquit, intra corpus & extra illud apparentes ſunt præſtantiſſimæ. Intra corpus curat icterum, calculum, febres, vermes, caducum, obſtructiones alvi. Extra corpus curat ſcabiem fixam, lepram, &c. Sed hæc omnia non niſi præparatum præſtat, crudum enim nihil prodeſt.*

Si quis varia remedia, quæ ex eo Paracelſus in omnes febres intermittentes, quartanas, tertianas & quotidianas elicit, videre cupiet, nec non, ut ea cum ſale abſynthii commiſceet, conſulat tomo 3. pag. 329. eiuſque in omnis generis *peſtes, igneas, aereas, aqueas & terreſtres,* uſum videat *eodem tomo, pag. 82. 84. 85.*

Atque quàm aptè phthiſi ac verminationi congruat, legat eiuſdem *tom. pag. 360. & pag. 387.*

Quantum adverſus omnis generis *manias* conferat idem vitriolum, legat *tom. 4. pag. 91. 100. 104. 109. 110.* Quod ipſum, ut ſit omnium *tartarearum ægritudinum, calculi* nempe, *arthritidis*, & id genus aliarum auxilium, junctum etiam cum ſale aut ſpiritu tartari (unde fit vitrioli magiſterium) conſulat *tom. 5. pag. 226.* *Magiſter. vitrioli.*

Ecquid denique non amplius præſtat vitriolum? En & ex eo ipſo præſtans elicitur remedium, adverſus *oculorum dolores & affectus, ſuffuſiones, ungues, maculas & id genus alia:* quorum remediorum formulas ac compoſitiones elegantiſſimas qui noſſe

qui noſſe cupiet, diſcat ex *tom. 6 pag.* 236. 237. 238.

Quæ quidem remedia quàm ſint ab antiquorum formulis ac præparationibus aliena, quibus nec vis, nec anatomia ipſius vitrioli intrinſeca, externis tantùm coloribus & materiæ elementari affixis, cognita fuit, ex ſuperioribus locis à nobis citatis, ſatis ſuperque liquebit: nec non ex ipſorum veterum uſu.

Non aliter *Actuar. lib. 2. method. med. cap. 5.* calchanto utebatur, quàm aduſto & poſtea loto in oculorum affectibus.

Celſus quoque *lib. 5. de re medica cap.* 10. non aliter vitriolo utebatur ad ſanguinem ſupprimendum, quàm craſſa eius in formam topicam materia adminiſtrat.

Galenus 9. ſimpl. poſtquam calchantum fortè fortuna in calchitim tranſire conſpexiſſet, ipſumque medicamentum ex Cypro magna copia aſportari ſcripſiſſet, hæc addidit: *Caterùm mirari ſubit de hoc medicamento, quo pacto vehementiſſima adſtrictioni admixta eſt caliditas non ignava. Conſtat ergo* (addit) *quòd omnium maximè condire ſervareq́ carnes humidas poteſt, nimirum caliditate humiditatem abſumens, atq́ aſtrictione ſubſtantiam contrahens ac conſtipans.*

Eadem ſcripſerunt, cum *Galeno, Paulus Ægineta* lib. 6. de re medica, *&* *Oribaſ. med. collect. lib.* 15. ut hinc videre liceat, quàm gravi Coryphæus ille Dogmaticorum admiratione fuerit raptus, dum in vitriolo tantam aſtrictionem, cum tanta caliditate animadverteret.

Sed quid mirum, cùm ille, cum multis aliis ſuis ſectatoribus, externis tantùm elementis attentus, vivæq; rerum anatomiæ ignarus, & interiores medullas parum ſcrutatus, quantæ fuerint vitrioli virtutes, planè ignoraverit, eiuſque adminiſtrationem, non magis quàm antimonii (de quo mox dicturi ſumus) calluerit?

Vix enim veteres vitrioli uſum agnôrunt, quàm in topicum & externum medicamentum applicatione: unde *emplaſtrum* concinnarunt, quod ex ejus nomine *diacalchantum* nuncuparunt, ineptè à Pharmacopœis *diacalchiteos* nomen inſignitum, quibus ignotum eſt, quod ſtatuit *Gal.* diſcrimen inter calchitidem & vitriolum aut calchantum: quod tanquam baſis eſt ipſius emplaſtri.

Sed admirationis illius Galenicæ nodum ſolvit interna vitrioli anatomia. Quòd enim interius in eius occulto continetur, id exhibetur per artem ſpagyricam manifeſtum.

Hanc igitur internam rerum anatomiam ſi calluiſſet *Galenus* duas præterea qualitates planè contrarias, ſub eadem vitrioli aciditate deprehendi conſtat (quod periti norunt artifices) quarum una corpora ſolida & dura, veluti lapides, & alia huius generis diſſolvit: altera contrà ſpiritus volatiles, ut aquam vitæ ſive ſpiritum vini, & ſpiritales ſubſtantias, quæ nullo frigore externo vel violentiſſimo conſtringi aut condenſari poſſunt, coagulat. Unde liquido conſtat, eadem vi, ab eo in corpore huma-

Digitized by Google

humano diſſolvi arenulas & calculum, & contrà, ſpiritales fumoſoſque vapores coagulari: à quibus aliâs varia producuntur ſymptomatum genera, niſi coagulationis fræno, tanquam ſummo illorum remedio, compeſcantur.

Quod ſi *Galenus* vir ille ſummus reviviſceret hodie, quanta haud dubiè admiratione, quantoque deſiderio & amore amplecteretur tam ſublimem ac rarã Philoſophiam! quę nõ in frivolis conſiſtit diſputatiunculis, nec in dubia opinionum fallacium fluctuatione; ſed certiſſimo potius & tutiſſimo experientiæ fundamento inconcuſſa nititur, & iis tandem acquieſcit, quæ oculi vident, & manus tenent.

Dioſcorides vitriolo crudo nõ tantùm ad externos, ſed ad internos etiã affectus utitur: cujus drachmã unam cũ melle exhibet contra aſcarides & vermes, & ad ciendum vomitum iis, qui ex nimio fungorum eſu torquentur.

N. *Myrepſus, libro ſuprà citato*, inter varii generis antidotos, quarũ compoſitionem ingrediuntur chalcitis, miſy, & alumen, quæ naturam vitrioli obtinent, unam *cap.* 157. Chryſippo attributam: alteram Eclogam, hoc eſt, ſelectiſſimam dictam, deſcribit: Hanc imprimis prodeſſe docet cruentæ ſpuitioni, & hæmorrhagię. Chalcitis item compoſitioni Theriacæ additur. Quæ omnia eum in finem à nobis dicũtur, ut conſtet, veteres quoq;, mineralia ejuſmodi, vel cruda & impura, imò plumbũ ipſum, ſolummodò uſtum (ut in Mithridatii compoſitione à *Myrepſo cap.* 412. deſcripta videre eſt) uſurpaſſe: tantum abeſt, ut illa contempſerint aut odio adducti, ex remediorum albo deleverint: ſicut nonnullos hodie factitare videmus. Sed ut liberè dicã quod ſentio eorum ego uſũ in medicina probare nõ poſſum, priuſquam ſecundùm artẽ optimè præparata fuerint. *Oleum vitrioli*, cujus tanta eſt acrimonia, ut corium & pannum corrodat, Mathiolus tanquam ſummum remedium ad calculi comminutionem & urinæ ſuppreſſionem, ad aſthma item, & ſpirandi difficultatem, cum convenienti liquore exhibet: & quorundam admixtione, vim ipſius acerrimam corrigit. Sed vulgares ſunt ejuſmodi correctiones. Verus Philoſophus, pernicioſam illã acrimoniam omninò tollit, eamque cum liquore ſalis tartari, quantumvis acriori, ſubdulcem reddit, ut non ſecus ac ſyrupus limonum, per os exhiberi poſſit. Pauci his fidem adhibent: ſed veritatem dictis ineſſe, norunt illi, qui in perveſtigandis naturæ ſecretis, dies noctesque conſumunt.

Mineralia non niſi præparata in medicum uſum vocanda ſunt.

Præparationes.

Atque ut præcipua remedia ex vitriolo parata patefaciamus, ſit

1. Phlegma vitrioli.

Vitriolum contuſum imponatur in cucurbitam & ſubjiciendo ignem ſecundi gradus, exiſtit aqua acida, quæ phlegma vitrioli dicitur.

2. *Oleum*.

℞. Colcothar, ſive caput mortuum contunde ac ſilicibus permiſtis igne violentiſſimo, oleum rubicundum emanabit.

Aliter.

Fiat etiam cum ſimplice colcothare pulſo igne violentiſſimo, trium dierum ſpacio: ac prodibit oleum ferventiſſimum qui dulcificatur circulatione cum vini ſpiritu tartariſato, vel ſimplice.

Vires.

Febribus putridis, cum aqua cichorii aut ptiſana exhibetur. Aciditate enim putredinem arcet, quemadmodum & ſyrupus è ſucco limonum, & obſtructiones pellit partium tenuitate. Quapropter ad delendas viſcerum obſtructiones, hepatis nempe & lienis, valde efficax eſt. Miſcentur aliquando, hujus guttæ aliquot cum conſerva cichorii, fitque gratiſſimi ſaporis medicamentum, ad extinguendam ſitim immodicam.

Dulcoratio ſpiritus vitrioli.

Vitrioli uſum reſpuunt, quòd ipſius ſpiritus ſit acidiſſimus, oleum valdè acre, atque idcircò adurens & cauſticum, ut volunt. Subſiſtant illi paulisper, expoſituri ſumus rationem ac modum ſpirituum oleorumque vitrioli nempe edulcorandorum, ac non minùs ſuaviter, citra mixtionem, ſorbendorum, quàm ſyrupi limonum, aut de aciditate citri quotidiè propinantur. Nimirum vel ſola digeſtione (omnia dulcorante & contemperante) vel cum proprii phlegmatis, vel ſpiritus vini additione & circulatione, vel olei tartari admixtione facta (licet acre ſit ipſum tartari oleum, & cum acri oleo vitrioli jungatur) hoc ipſum tamen oleum illis admiſtionibus atque digeſtionibus opportunis, dulciſſimum & potabile redditur.

Spiritus vitrioli viridis.

Hunc præ aliis omnibus remediis ſpecificum eſſe epilepſiis opportunum omnes Hermetici cenſent. Fit autem hoc modo:

Spiritus vitrioli cum ſuo virore extractio.

Accipe vitrioli optimi, ſive Hungarici, ſive Romani, quantum voles, ex eo phlegmate educito, dum ſpiritus deſtillatione egredi incipiant: tum mutetur recipiens, & aliud recens ſubſtituatur, in quod ſpiritus omnes traducantur. Quo peracto, *novum accipe vitriolum*, ex quo phlegma rurſum ſpirituſque ſeorſim prolicito, qui ſeponantur ſeparatim, tantamque vitrioli quantitatem extillato, quæ phlegmatis & ſpirituum copiæ, quam deſideras, ſatis eſſe poſſit, hoc eſt, ex utriſque ℔. ij. aut etiam amplius.

In phlegmate macerentur, in B.M. ad quatuor aut quinque dies, *ſeminæ hyperici & pæoniæ, viſcus quernus, flores lilii convall. tiliæ, calendulæ, roſmarini, hyperici, & raſuræ eboris, cornu cervi & cranii humani pro lubitu*: quorum poſtea fiat expreſſio, quæ deſtilletur. Hac deſtillatione *tres aut quatuor recētis vitrioli Vngarici* libras imbuito, quas quater aut quinquies fæcibus reaffundito, ſingulis vicib. liquorem in B. M. fer-

fer-

Fervente extillando, ut ſic vitrioli corpus melius reſeretur: cui tandem ſpiritum ipſum aſſervatum adiiciés, componendo omnia matracio ſatis capace, tubis vitreis longis inſtructo, quorum ultimi extremitas in latum diffundatur, in formam infundibili, cui alembicus adapteturfirmiſſimè iunctus, vaſe in B. M. fervente locato: ſic, ſi benè opereris, ſolus ſpiritus cum virore elicietur, uſq, adeo ſubtilis ac penetrans, ut vini ſpiritū potentiâ aquet. Cujus etiam ſolius ſi guttulæ xv. vel xx. exhibeantur, tutiſſimum comperiatur eſſe *epilepſiarum* remedium, ſive Inſultus ipſe epilepſiæ fuerit expugnandus, ſive venturus arcendus, eo modo, quo utendum eſſe docebitur.

NOTA I.

Si phlegmate antepilepticis remediis, ut ſuprà, impprægnato (vitrioli Ungarici loco) vitriolum Veneris imbuatur, ut ſit in extrema operatione, tunc præſtantius multò ad omnes epilepſias curandas remedium habebitur: quo utendum fuerit per menſem à paroxyſmo, aut ad morbi ipſius interitum uſque. Hujus doſis erit duodecim aut quindecim guttarum, cum aliqua theriacali aqua iſti morbo congrua ac ſpecifica, aut alia ejuſmodi idonea.

NOTA II.

Atque hîc notandum, ſi ſpiritus centrum ipſum aut minerã morbi pertingat, futurum paroxyſmum, ſi quis adhuc expectetur, longè mitiorem, ac indies faciliorem acceſſurum eſſe: tuncq; temporis, cum vis morbi incipiet minui ac deſinere, ad ſanitatem integram pergentis, æger aliquas tantum vertigines, ſed citra convulſiones lapſumq; experietur; citra etiam ſpumæ rejectionem, ac judicii & mentis privationem: quæ quidem vertigo tandem ſuavi quodam ſomno ſtipata prorſus evaneſcet. Nec tamen intermittenda curatio eſt, donec perfecta conſequuta ſit ſanitas. At primis curationis initiis utetur æger ſpecificis purgationibus, ac ea victus ratione, quæ congrua ac opportuna ſit, ut à nobis paulò poſt dicetur.

NOTA III.

Si Epilepſiæ *hyſterica* occurrant, *ſuffocationibus* matricis ſtipatæ, ſpiritui vitrioli addenda erit tinctura ex granis actes aut ſambuci maturiſſimis chymicè extracta: in quibus hyſtericis affectibus, ut omnia felicius ſuccedant, ſi res præſertim cum mulieribus ditioribus ac potentioribus nobis ſit (vitrioli Veneris loco) uſurpandum præcipuè fuerit Jovis vitriolum: cujus vel ſoli flores, vel ſal promptiſſimum, tutiſſimum ac ſpecificum ſuffocationum ac hyſtericarum epilepſiarum auxilium per ſe eſt.

NOTA IV.

De uſu hujus itidem ſpiritus viridis refert *Author in Defenſ. c.* 11. E metallicis eſſentiis, inquit, unus ſincerus vitrioli ſpiritus, cum dulci acore virorem ſuum retinens, ſive in ſyrupum, citra quicquam aliud cum ſaccharo peculiariter redigatur, ut fieri poteſt: ſive Syrupo Violarum

violaceo immiſceatur, quem purpureo vini colore jucundiſſimè tingit & evomat, indendo ſimul acidulum quendam ſaporem, eumq; gratiſſimum: ſive etiam per ipſum ſpiritum, colores ac Tincturæ florum roſarum rubearum, violarum, cichorii & bugloſſi, una cum eorum aquis, aut conjunctim aut ſeparatim extrahantur, usq; adeo in ſingulare & ſpecificum remedium evadit, ſedandis ac extinguendis ardoribus, inflammationibus v.g. Epatis aptiſſimũ, idq; confeſtim, ut vix in tota medicamentorum officina ſimile ullum occurrat.

4. Spiritus vitrioli Mercuriſatus.

Fit: Si aqua in qua ☿ cum vitriolo ſublimatus (*vid. de ſignaturis internis*) priſtinum ſtatum recuperavit quæque inde aciditate Tart. imprægnata ſit, exhalet, ut reſtet tantum liquor acidus ſimilis ſpiritus vitrioli. Hic liquor eſt quovis ſpiritu vitr. excellentior ac vere ſpiritualis. Sic pro magno veneno quod admixtum erat Mercurio (quod tum nihil erat quam quidam quaſi ignis terreſtris corroſivus) nunc habetur verus ſpiritus vitr. cujus major pars eaq; melior evaporat, conſumitur aut deperditur, ſi modo & ratione, qua ſolent vulgo, igne illo magno & violento per Retortam extrahatur. Talis ſpiritus ea ratione, qua dictum, præparatus, ingens eſt ſpecificum, ſolus domator Epilepſiæ, ſi non ab ignaro empirico, ſed à Medico, ut par eſt, cum liquore aliquo appropriato adminiſtretur.

5. Spiritus Vitrioli microcoſmicus.

Excellens eſt remedium ad gangrænas & omnia ulcera cancroſa & phagædenica, niſi ſuſpectum ſit, quod intra corpus aſſumatur propter urinam ingredientem.

Accipe urinam pueri, aut adoleſcentis vinum bibentis, bonam quantitatem: depuretur ſecundum artem: cui adde vitrioli Romani, aut Hungarici (his enim melior fiet operatio) duplum. Pone, ad digeſtionem in B. M. tepido per ſex vel octo dies, in uno, aut diſtinctis alembicis vitreis. Nam multa opus eſt materia. Hac digeſtione peracta augebis ignem balnei, ut bulliat aqua. Mox impoſito capitello, adhibitoq; recipiente deſtillabis aquam. Ac ea quidem, quæ primò exibit erit inſignis aqua ophthalmica. Secunda priori paulo acrior, ad *dolores podagricos* tepidè cum linteolis applicata confert. Eſtque hæc una antipodagricarum mearum. Perge ita urgendo calorem balnei, aut etiam per cineres calidos, donec materia in alembici fundo reſtet inſtar mellis. Quam poſtea infundes in vas ferreum, & adhibito igne ſpatula ferrea continuò agitabis, ne adhæreat: hocque eouſque continuabis, donec omnis liquor vi ignis exhalarit, & reſideat ſolum ſal vitrioli, atque urinæ in fundo ſiccum, & in maſſa quadam. Hanc pulveriſatam in cornutam benè lutatam immittes adhibito amplo recipiente optimè ſignato, ne ſpiritus exhalare poſſint: admove ignem vehementem, quali opus eſt ad parandam aquam fortem, aut ſpiritum vitrioli. Sed tamen ita moderandus eſt ignis per gradus, do-

nec

Digitized by Google

nec ad ſummum perveniat, uti ars poſtulat. Et videbis tandem recipientem impleri ſpiritibus albidis undique, qui in ſummo illo calore, tanquam in nubibus aëris, congelabuntur in glacies quaquaverſum per recipientis capacitatem dependentes. Haud ſecus ſanè ac præ ingenti frigiditate hyemis, & aëris, nubes, atque vapores in nivem glacialem ſeu ſquammulas congelatas arboribus adhæreſcentes conſpicimus: ita ſpiritus hi ſalis, ignis non frigoris vehementia, concreſcunt in glaciales illas particulas, & quaſi in media etiam flamma. Sic duo hi prædictorum ſalium, vulgò philoſophis pro calidiſſimis habitorum in glaciem congelantur per virtutem coagulativam ſalis armoniaci acidi naturæ, quem in ſe continent. Hæc glacies adſervari poteſt in modum ſalis nitri.

De qua, ſi ſcrupulum unum, aut dimidium exhibeas in juſculo, vino, aut liquore convenienti, ingens erit remedium ad omnes obſtructiones hepatis, atque lienis provocat urinas, & eſt ſpecificum remedium ad diſſolutionem calculi.

Eadem glacies redacta in aquam (nam convertitur facilè in humido) *inſigne atque præcipuum eſt remedium ad inflammationes & gangrænas, quas ſubitò extingvit.*

6. *Spiritus vitrioli antepilepticus Paracelſi.*

Paracelſus veterum Medicorum chymicorum opinionem ſecutus, isque, præ aliis omnibus coævis acæqualibus, in interna rerum metallicarum antimonia verſatus, longius progreditur, ac infinitos hujuſdem vitrioli apparatus ac remedia docet; idque trium principiorum ſeparatione, mercurii nempe, aut ſpiritus, à ſuo oleo vel ſulphure & ſale: quæ vel ſeparatim vel in triade conjunctim unitatem conſtituente adminiſtrantur: quorum trium principiorum varios affectus ac diverſos uſus indicat, ſingula ſingulis morbis ex natura ſua & proprietate adaptans, ſalem videlicet & oleum craſſiora, ad mundificandum, expurgandum, vacuandum ac expediendum ventriculum, aliaque nutritioni inſervientia viſcera, ægritudinibus tartareis à craſſiori materia genitis: Spiritum verò morbis aſtralibus, ut apoplexiis, epilepſiis, de quibus nunc agimus, accommodans ac adminiſtrans, Sic enim ille tom. 4. pag. 362. 363. *Summum arcanum*, inquit, *pro caduco eſt in vitriolo, non in oleo, ſed volatilitate, ideſt, ſpiritu vitrioli: ideò volatilitas non eſt reiicienda, ſed cum oleo tertio aut quarto igne fortiſſimo deſtillanda, pellicananda aut retortanda. Tum enim oleum acquirit naturam volatilem. Sola namq; volatilia aſtris imperant.* *Tria vitrioli principia.*

Nec non alibi dicit: *Quicquid caducum debet curare, oportet ut ſit penetrativum, & totum corpus permeet, centrumq; morbi inquirat. Verum cum oleum ex colcbotare deſtillatum naturam habeat terreſtrem, & ultra eam regionem, cui exhibetur, non egrediatur. Hinc eò minus cura caduci ab eo perficitur.*

In eo igitur ſpiritu ſolo vitrioli,

Digitized by Google

ad epilepſias curandas, eliciendo, magna cautione & induſtria opus eſt, cui appendices congruæ, ac domando tanto malo ſpecificæ adjiciantur.

Idem *Paracelſus* antiquorum methodo, in ſolo vitrioli phlegmate deſtillatione ad ſiccitatem uſq; proliciendo, poſita, non contentus, ulteri⁹ progrediebatur, colchotare nempe rubeo reddendo ſuum phlegma, idq; toties cohobando, hoc eſt, novies aut decies reaffundendo ac deſtillando, dum ſpiritus omnes humidi & ſicci ſegregarentur ab ipſo colchotare, unde longè potentius ac efficacius reddebatur remedium.

Modus deſtillandi. Is igitur, ut ſubtilius vitriolum attenuaret Cyprium, ex Ungaria aſportatum, vel Romanum (quo potius, quàm alio, ſemper utebatur) in opus præſtantiſſimum, primum phlegma deſtillatione educebat, ipſumq; toties capiti mortuo reddebat, dum eo colchotar penè prorſus imbueretur: quibus peractis, optimum vini ſpiritum accipiebat, quem cum colchotare, phlegmate ſuo ac ſpiritu imbuto, commiſcebat: commixtis & ad digeſtionem ac concoctionem unum aut alterum diem, vaſiq; vitreo lutato, ut dicunt, & firmiſſimè loricato, repoſitis, deſtillabat omnia in recipiens, nudo & ſimplici igne gradatim adaucto, dum ſpiritus omnes & humidi & ſicci deſtillatione expirarent, & in liquorem reſolverentur. Deinde hunc liquorem in B.M. putrefaciebat ac dirigebat, ut à ſpiritibus fæx ſeu ſedimentum quoddam ſegregaretur. Poſtea theriacalis aquæ camphoratæ quartâ parte adjunctâ, denuò omnia bis aut ter extillabat.

Vſus.

Antepilepticum remedium admirandæ poteſtatis & effectus creabatur, ſi durante paroxyſmo, ad ægrum excitandum, exhiberetur, & in morbi præcautionem continuè, ac per idoneum temporis intervallum ſcrupuli ſemis doſi cum liquore aliquo congruo adminiſtraretur.

Spiritus Vitr. aurificatus Paracelſi.

Aliquando eidem vitrioli ſpiritui auri folia adjiciebat (quæ in eo ſolvi ſolent, ſi optimè paratus ſit) ex quibus ſpiritum ſuum vitriolatum correctũ & aurificatum concinnabat, qui utiq; *eidem morbo congruentisſimus eſt, ut ipſe teſtatur tom. 4. pag. 162.*

8. Sp. Vitr. antepilept. compoſitus.

Quinetiam interdum huic ſpiritui addebat viſci querni eſſentiam & extractum pæoniæ, ſalis cranii humani & ſimilium, omnibus cum vini ſpiritu, & ſecalitii panis biſcocto mixtis, deſtillatis, riteq; cohobatis: cujus remedii commodè & magno fructu ſcrupulus exhibetur ex aqua idonea, lilii convallii, florum tiliæ, & id genus aliorum.

9. Aliud Antepilepticum Paracelſi.

Idem præterea *Paracelſus tom. 3. pag.* 374. elegantem aliam compoſitionem *epileptico morbo* aptiſſimam, cujus baſis vitriolum eſt, deſcribit in hunc modum:

℞. *Vitrioli Romani vel Vngarici* ℔.xv.
Liquoris pæoniæ
Camphoræ
Raſuræ eboris,

Spodii

Spodii an. ℥ß.

Deſtilla per retortam in colchotar.

℞. *Hujus liquoris* ℔ iij.

Alcool vini correcti,

Aquarum meliſſæ,

Valerianæ, an. ℔ ß.

Colchotaris ℔ j.

Reduc denuo per retortam.

℞. *Hujus liquoris* ℔ j.

Colchotaris recentis ℔ ij.

Deſtilla demum per cornutam totam diem & noctem, & exibit phlegma, liquor & oleum: poſtea in Bal. M. ſeparabitur phlegma, & per cineres liquor, ſeu mercurialis ſpiritus: per arenam verò, fortiori igne, oleum extrahetur.

Phlegmatis doſis infantibus eſt ℥ j. ante paroxyſmum. Liquoris in adultis eſt ℈ j. iis qui quadrageſimum annum ſuperant, dantur *olei gr. aut guttæ* iij. *cum aqua chelidoniæ, vel maioranæ.*

10. *Tinctura Vitrioli Querc.*

℞. *Vitrioli* (ſi fieri poteſt Cyprii, vel) Ungarici ſaltem viridiſſimi non cærulei (quale Germanicum eſt) quantum voles. Si enim aliud uſurpetur vitriolum, vix operatio ſuccedat, quam expectamus. Ex eo in igne cinerum, per alembicum, quicquid phlegmatis & ſpiritus extrahi poterit, educatur, ac eorum magna quantitas colligatur. Super ſubſidens autem colchotar in pulverem attritum, affunde iſtius phlegmatis tantum, quantum quatuor digitorum altitudine ſuperemineat. Acri frigido ut reſidcant, exponantur ad aliquot dies, ſemel aut bis quotidie commovendo dum tinctura vitrioli viridi calore imprægnetur, quæ elegantiſſimum ſmaragdi colorem æmuletur. Quod certiſſimè accidet, ſi optimum vitriolum ſumatur. Hunc virorem ſenſim, ne quid turbetur, per inclinationem ſegregabimus, ac denuo fæcibus recens phlegma affundemus, quod recentem etiam tincturam ac colorem proliciat. Si phlegma ante plenam ac perfectam tincturæ ex colchotare extractionem deficiat, à tincturis prioribus jam extractis, deſtillatione illud erit ſeparandum ad conſiſtentiam mellitã: quo facto in fundo ſubſident cryſtalli uſq; adeo elegantes & pellucidi, ut ſmaragdos elegantia æquent, qui ſeorſim aſſervandi ſunt. Phlegma autem illud extillatum fæcibus reaffundetur, ut ſmaragdino illo virore denuo imprægnetur: idq; toties & in hunc modum iterandum dum nulla amplius extrahi poſſit viriditas. Ab ejuſmodi ſmaragdino virore phlegma (quod ſemper aſſervandum eſt) per deſtillationem ſeparetur ad mellitam conſiſtentiam, quæ in frigido expoſita cryſtallos exhibebit ſmaragdinos, qui cum prioribus jungendi erunt & miſcendi.

Atq; ut eorum ſufficiens quantitas habeatur, xij. aut xv. libræ vitrioli erunt initio operis deſtillandæ ex diverſis alembicis.

Collectis hujuſmodi cryſtallorum, eorumque acidiſſimorum, quatuor aut quinq; libris, præſtantiſſimus vini ſpiritus erit adjungendus, omniaque in Pellicano Hermetice clauſo

circum-

circulanda, ne quid expiret: deinde ex alembico vitreo, arenæ immerſo, igne per gradus adminiſtrato extillabit cum ſpiritu vini, vitrioli ſpiritus. At colchotar ſuo adhuc oleo rubro ac gravi imbutum, in fundo ſubſidebit. Huic colchotari attrito, & jam cornutæ aut retortæ optime loricatæ impoſito, ſpiritus vitrioli cum ſpiritu vini conjunctus affundatur, ignisque per gradus admoveatur ad quatuor dies, qui tandem eo uſq; intendatur, ut una cum prædictis ſpiritibus totum rubicundum oleum ac exquiſitiſſimum extrudatur; à quo vini ſpiritum per Bal. Mar. primo, tum proprium ſuum ſpiritum per cineres ſeparabis, ut oleum in fundo reſtet acido dulce ac ſuaviſſimum, ſanguinis inſtar rubicundiſſimum, admirandarum virium adverſus omnes ægritudines, in craſſiore materia ſedem habentes.

Quod oleum (ut in magiſterium reducatur, magnumque ex eo comparetur epilepticum remedium) cum ſuo proprio vitriolato ſpiritu, qui antea extractus eſt, conjungendum eſt, ſimulq; circulanda in Pellicano omnia ad pluſculos dies, *unde remedium dulce ac ſuaviſſimum, nec ſatis unquam laudandum, adverſus epilepſias, aſtraliſq; omnes affectus alios, reſultet*: idque præcipuè, ſi calcinatum philoſophicè aurum, & perfecta ſolutione philoſophica reſolutum, adjectum fuerit. Doſis una aut altera ſaltem gutta erit, nec plures, cum aqua idonea.

Hac utiq; medicina tanta eſt virtutis & energia, ut non epilepſiis tantum, ut apoplexiis etiam, paralyſi, vertigini, maniæ, ecſtaſi, ſyncopæ aut deliquiis animi, ventriculi imbecillitati, cachexiæ, hydropiſi, calculo & omnibus hyſtericis affectibus ſuccurrat.

11. *Elixir ſeu lapis vitrioli.*

Ut autem ex hujuſmodi tinctura fiat elixir & lapis, aut univerſalis medicina ad ſanitatem & mundificationem omnium corporum, ſequenda eſt methodus & operandi ratio:

Caput illud mortuum, in fundo relictum poſt ſeparationem ſpiritus & olei, calcinetur in igne reverberii athanoris, ex quo cum proprio phlegmate ſal extrahatur; qui variis ac iteratis ſolutionibus, filtrationibus ac coagulationibus ad perfectionem depurandus eſt; huic ſali (debita proportione & menſura philoſophica obſervata) adde ſpiritum vitrioli reſervatum, ut ſupernatet duobus digitis, digere ac deſtilla, novum ſpiritum affundendo, ac totum hoc opus reiterando, donec pars volatilis ſuperet partem fixi, poſſitq; prædictus ſal, per viam ſublimationis, in aquilam cœleſtem exaltari, omni talco & unione pellucidiorem. Tunc ſalem hunc armoniacum ſeu mercurium Philoſophorum, juſta & philoſophica menſura ſeu pondere, cum proprio glutine ſulphureo imbibe & incera reiterato: hancq; tandem triadem matrimonio junctam in toro furni ſecreti, veris Philoſophis noto, ad tempus idoneum ac præfixum coque, donec unitatis documenta conſpiciantur, omnesq; tranſcurrant colores, ſupremusque ac deſideratus, purpureus nempe tandem emicet;

Sic

Sic fiet elixir, lapis ſeu medicina univerſalis, fluens ſummè penetrans ac permanens: veraque Salamandra fixa, nullis gradibus ignis ſuperabilis, cujus vel granum unum ad curationem deploratiſſimorum corporis humani morborum ſit ſatis.

Menſtruum univerſale ex vitriolo.

Qui per ejuſmodi fulmen ac æthereum ignem, ſolem fulminare, incinerare, philoſophicè verèque calcinare, ac in primam ſuam ſubſtantiam, radicem & elementa (etſi corpus ſit fixiſſimũ ac compactiſſimum) revocare & reducere norunt (quæ reductio non minore labore & induſtria, ut volunt Philoſophi, quàm ejus generatio perficitur) hac fulminatione & fermentatione admiranda miracula conſpecturi ſunt, ut qui hac ratione aurum tanquam mortuum & inane, vitalibus virtutibus, ac efficaciſſima vegetatione donaturi ſint: indeque majora, quàm fas ſit dicere vel ſcribere, præſtare poſſunt.

Putrefactio. Hujuſmodi reductio (ut ſcribit alicubi Paracel.) fit per putrefactionẽ, quę omnia, quę per radices generãtur & procreantur ad ipſas reducit: ita ut quod terra eſt, tempore certo in terram redeat: aqueum in aquam vertatur, & ſic de aliis elementis.

Putrefactio ejuſmodi non fit niſi per humiditatem, in qua conſiſtit & operatur, & per calorem ac corroſivum, quod ſibi habet proprium, vel alienum. Sic corroſio frangit ſemen in agro, & ad perfectam putrefactionem deducit, ipſius corpus per omnia penetrans, & occupans ac ſolvens. Quod ut fiat, deducendũ erit corroſivum dictum de potentia in actum, idq; non niſi per calorem ſibi innatum. Sic fimus, qui non eſt niſi ſal excrementorum in ſtabulis reſolutus, terram reddit ſalſam & calidam, qua ſalſedine, quo calore, ſemina ſolvuntur, ac ad putrefactionem deducuntur, quam ſequitur regeneratio, ac multiplicatio ſpeciei.

Hujuſmodi naturæ ſal apertè (ut ex calcinatione conſtat) in omnibus rebus conſpicuus eſt, cujuſcunq; generis: imò in ipſis aquis etiam inſipidis, licet occultè, immorans. At præcipuè in vitriolo, tanquam in primo ſuo ente, eluceſcit, quod vel ex omnibus metallis elici poteſt, & in quod metalla omnia reduci poſſunt, ut alibi diximus: Hinc fit, ut ex eo (vitriolo inquam) totamq; præſentia remedia eruantur ad varios effectus conferentia. *Alia* enim *coagulationi* ſpirituum, alia *corporum ſolutioni* inſerviunt, alia *operationibus* congrua. Vitriolum enim Leo ille viridis *Ripleiest*, cujus admirandæ poteſtates ſatis enumerari non poſſunt, nec celebrari. *Regeneratio.*

13. *Colcothar dulcificatum & creta vitrioli.*

Colcothar ſi ſolvatur in calida & rubor per ipſum diffuſus ſeparetur, quod exhalatur, remanebit colcothar ſubdulce. Quod remanet abſtracta omni rubedine *Creta vitrioli* dicitur, quæ (ut & Colchotar) adhibetur ad ulcera exiccanda & ſanguinis profluvium.

14. Sal & Sulphur narcoticum.

Præter perartificioſam hanc diſſectionem, ſeparari ex vitriolo poſſunt

1. Sal, *citra moleſtiam vomitum ciens: perque ſudores & urinam purgans.*

2. Sulphur dulce ſeu narcoticum, quod verũ *anodynum eſt ad quosvis dolores mitigãdos, cõtra ſtuporẽ*; qui aliâs vulgaria illa opiata & narcotica plerunq; comitari ſolet, quodq; baſis Nepẽthis.

N. Hujus deſcriptione reticuit Author, unde de ejus enucleatione plurimi fuere ſoliciti: *D. Martin. VValtherin Epiſtol. Chriſtiani*: Crocum martis cum vitriolo extractum, cum ſpiritu vini circulatum & denuò à vino liberatum pro ſulphure vitrioli vẽdicare videbatur. Sed male. *Videſis dicto loco.*

Alii miſcent vitriolum cum ✻, flores rubros ſulphure vitrioli gravidos, ſolvunt in ▽. & cum ſpiritu vini extrahunt ſulphur.

Alii vitriolum in aqua ſolutum præcipitant cũ oleo Tartari, ochrãq; colligũt, uti Quercet. *vi. ſuprà c. 2. N. 2.*

Alii digerunt vitriolum cum ſpir. vini, ut extrahatur ſulphur, hinc decantatum ſpiritum, ſulphure vitrioli narcotico, gravidum cucurbitæ immittunt, ſpiritumque vini leni calore ad oleoſitatem abſtrahunt.

Iſnardus author quidam Gallus, ænigmaticas Quercetani deſcriptiones peculiari quodam ſcripto Gallico haud ita pridem enucleavit. Is cum aceto deſtillato digerendo & per Retortam cohobando ſulphur id elicit, quod poſtmodum leni M.B. calore à ſpiritu aceti liberat.

Cap. XIV.

De Nitro.

Nitrum eſt ſal ſulphureum ex terris deſertis ac pinguibus, veluti ſunt, terræ cœmeteriorum, ſtabulorum &c. elixiviatum.

Conſtat ex ſpiritu volatiliori ſeu ſulphureo, qui ſub ſpecie fumi rubei aſcẽdit. 2. ex ſpiritu fixiori & mercuriali, qui priorem ſubſequitur & ſale fixo.

De hoc multa paſſim in authore noſtro inſerta deprehẽdes, veluti ejus elaborationem, Anatomiam, atque reductionẽ in menſtruum peculiare. Verum plurima hujuſmodi non de ſale nitri vulgari, ſed philoſophico intelligas velim.

Præparata ex nitro vulgari.

Ex nitro vulgari author noſter, præter ſalem Prunellæ dictum, nil ex profeſſo conſcripſit, cum tamen & ſpiritus non minus vulgaris ſit, & hujus elaborationem ſubjungere placet.

Spiritus Nitri

Fit ut ſpiritus ſalis comm. Nitro cum argilla impaſtãdo ac in globulos formando, eoſque exiccatos ex Retorta pellendo, ac tandẽ rectificãdo.

N. 1. Alii miſcent cum cum ſabulo.

N. 2. Author per ignem philoſophicum nonnullibi exprimit vel ignem balſamicum naturæ v. g. in præparatione bezoardici mineralis.

Vſus ejus medicus rarus eſt, commendatur præcipuè in doloribus colicis.

Sal prunellæ plurimi Chymicorum, non mediocriter in ſua Obſervatio

randa circa ſalem prunellæ: cur ita nominetur.

arte peritorum, Anodynum Minerale vocant. Hoc autem ſal prunellæ, talem nactum eſt nuncupationem, ob febrem ardentem & peſtilentialem in Pannoniis frequentem, cujus præcipua indicia ſymptomataque ſunt ariditas, nigredo, & ardor linguæ, gutturisque totius, quæ non multum à prunis diſſimilia ſunt & aliena. Hinc nimirum hujuſcemodi febribus, *Prunellæ Hungaricæ*, appellatio imponitur, Germanicè die Präune/eodemque præterea nomine remedium ad talem ardorem & incendium mitigandum conſentaneum, ſal prunellæ, dicitur.

Quomodo conficiatur.

Modus præparandi

Fit, è ſalepetræ claro, apprimè purificato, quod in cruſibulo diſſolvendum ad ignem reponitur, ut liquefacto poſtmodum, flores ſulphuris paulatim adjiciantur, donec ritè ſpiritu ſulphuris acido imprægnetur, Modò illud benè depuretur, clarificetur, & in formam vitri pellucidiſſimi, ſupra marmor injecti reducatur. Doſis illius eſt ad ſemidrachmam, imò verò uſque ad ſcrupulos quatuor, ea tamen adhibita cautione, ut cum aqua fontana puriſſima, aut alio liquore frigidiore commiſceatur. Verum quoniam guſtui & palato hoc remedium eſt aliquantulum, ob amaritiem, ingratum: prædicta amaritudo corrigi poteſt, eidem immiſcendo tantillum ſacchari violati, atque roſati, ut inde Julepus, delicatulorum ergò, præparetur.

Hoc ſal prunellæ, excellentisſimum eſt ad mitigendas omnes inflammationes interiores, quales ſunt Pleureſes & Peripneumoniæ: & virtute inprimis refrigerante præditum eſt.

Illius proprietates excellentiſſimæ, ſive intrò ſumatur, ſive exterius applicetur.

Hujuſce meæ aſſertionis veritas, vel ex eo comprobatur, quod linguæ impoſitum, majorem ipſa glacie hyemali producat frigiditatem, urinas, & ſudores intrinſecus aſſumptum provocet: ſi tamen miſceatur, & diſſolvatur ad quantitatem ſemidrachmæ, vel amplius, cum aliquo liquore frigido conveniente.

Si verò illud ipſum remedium, exterius, in liquore aliquo accommodato diſſolutum adhibeatur e mitam ſimul ſortitur efficaciam, *ad ſopiendos quoſvis dolores*, qui inflammationes tam exteriores quàm interiores, pro germanis ſuis cauſis agnoſcunt. Tot demum tantæque admirationis experimenta ex hoc remedio producta, non ſolum in Hungaria, ſed etiam in Germania univerſa conſpicere licuit, noſque ipſi revera adeò feliciter, & proſpero ſucceſſu conſpeximus: ut fieri non poſſit, quin pro excellenti nobis non habeatur remedio, *ad febres omnes, Peſtilentiales præſertim, curandas, quas ardor, atque ſitis ingens ægris non toleranda, concomitatur.*

Hoc autem in loco non pigebit obſervare, quod, ut conveniens hiſce malignis febribus Medicina adhibeatur, hoc ſal prunellæ cum aqua pura fontana, eaque frigidiſſima atq; abundantiſſima, ita permiſceri poterit: ut ad doſin vaſti cujuſdam calicis propinetur.

Uſus aquæ frigidæ copioſus in febribus ardentibus commendatur, teſtimonio Æginetæ.

Antiqui verò in hujuſmodi febribus ardentibus atque peſtilentialibus, uſum aquæ frigidæ ſolius, ad extingvendos prædictos ardores, imò verò ignes, ſi quando exterius manifeſtantur, commendaverunt.

Æginetæ lib. 2. de re Medica, cap. 36. ubi de febri pertractat peſtilentiali, poſt Rufum Epheſinum, hunc in modum loquitur: *Si verò etiam ardore æſtuet æger, & flamma ad pectus uſque aſcendat, non alienum fuerit, & frigefactoria pectori adhibere, & frigidæ potum exhibere, non paulatim (plus enim exurit) ſed acervatim, ut flammam extingvat.*

Hippocratis.

Ipſemet præterea *Hippocrates* id genus remedii videtur approbaſſe, quando ſcripſit *lib. j. Epidem. cap. 7.* ea, quæ ſic à Cornario interprete transferuntur: *Metonem febris vehemens corripuit, lumborum gravitas doloroſa, poſtridie ubi aquam bibiſſet, ſatis multum ab alvo copioſè probeque rediit.*

Rhaſis & Avicennæ.

Rh. cont. 3. tract. 13. cap. 2. Avic. 4. can. 1. de peſtilenti febre.

Duo inter Arabes præcipui Doctores & Coryphæi, *Rhaſis & Avicennas* eandem frigidæ potionem in magna quantitate propinatam, *ad febres ardentes, & peſtilentiales ſedandas*, his verbis jampridem comprobarunt: *Aqua frigida plurima ſubito eſt juvativa valde, pauca autem conſequenter exhibita, fortaſſis excitat caliditatem.*

Illi igitur non parum hallucinantur, qui in febribus hujuſmodi ardentibus, ægris ſuis potu interdicunt: vel eundem certè parca manu largiuntur; cum tantùm abeſt, ut ea ſolamen aliquod ratione percipiant, quin imo magis ac magis ignis exæſtuans accendatur inde & invaleſcat. Cujus rei obvium nobis exemplum, vel ipſi fabri ferrarii ſuppeditare poſſunt, qui aqua pauciſſima, ignitos carbones irrorant, ut ſic amplius inflammentur. Quapropter illud in primis hac in parte cavendum erit, ne potus ægrotis denegetur: modò tamen mediocritas, quæ cunctis in rebus conſideratur, ſuas hoc loco partes obtineat, omnisque exceſſus nunquam non morbis periculoſis contrarius, evitetur.

Si quis porrò hac in re *Rhaſis* conſilium tueri velit, liquores quoſdam acetoſos cum frigida permiſcebit.

Atque demum Fracaſtorii.

Fracaſtorius laudatum ejuſdem aquæ frigidioris uſum, in hujuſmodi febribus, perſonis robuſtis, ætateque florentibus commendat, verum ſyrupum acetoſum, aut ſuccum limonum eidem commiſcet.

Sal tamen prunellæ omnes hujuſce generis mixtiones longo ſuperat intervallo: aut aciditates noſtræ metallicæ illius vices facilè occupabunt, ſi quando de ardoribus febrilibus extingvendis agetur. Tantum ergo remedium longo experimento confirmatum, nequaquam impræſentiarum, ubi de curatione tractabitur, omittemus: cùm illud mirum in modum, ſitim quamlibet, & ariditatem extremam temperare potis ſit, quæ tamen ſymptomata, velut individuas comites, febris omnis peſtilentialis agnoſcit.

Cap. XV.

De Alumine, Sale Armoniaco & Borrace.

ALumen. Quercetano nonnunquam dicitur *Salſugo terræ*, ſicut apparet in deſtillationibus axungiarum, ubi addere jubet ſalſuginem terræ exiccatam, i.e. alumen uſtum.

Paratur exindè

1. *Phlegma aluminis.*

Fit ut illud vitrioli.

2. *Arcanum aluminis.*

Præparatur: Si quinquies phlegma illud capiti ſuo mortuo aut fæcibus, ex quibus elicitum fuit affundatur & deſtilletur: ultimoque ad ſiccitatem omnem pellatur.

3. *Spiritus aluminis.*

Fit per Retortam ex alumine calcinato.

De Sale armoniaco.

Salarmoniacum, ſal ſolare, maximam vim obtinet incidendi, extinguendi, corpora diſſolvendi, ac ſpiritus coagulandi.

Flores. *Vide in antimonii Panaceа.*

S. Armoniacum fixum. *Vide ibidem.*

De Borrace.

Dioſcorides inter Venena *Borracem* recenſet, aſt errat. Etenim illius uſus in medicina eſt non rarus ad *ciendos & vacuandos mulierum menſes, partumq; adiuvandum, ac ſecundinas extrudendas, nec non ad varios alios affectus, vel in nitro etiam aſſumptus.*

Cap. XVI.

De Sulphure.

SVlphur cum ſit ſiccitate & aciditate interiori, velut duabus ſatis patentibus qualitatibus præditum: putrefactionibus impediendis vel ipſius vulgi judicio ſine ulla præparatione famulatur.

Scio tamen multos tantopere id genus remedii improbare, ut vel ſolo ipſius ſulphuris vocabulo offendantur, illudque velut monſtrum quoddam horrendum concipiant.

Nimirum quia facilè inflammatur, à multis calidiſſimum & prorſus igneum judicatur, & idcirco è remediorum ordine excluditur. Sed quomodo id ſequatur, non ſatis perſpicio. Camphora enim, quæ vel in aqua ardet, communi omnium conſenſu frigida potius quam calida cenſetur. Accedit quod & eadem, ſapore ſatis acri ſtipetur: ſulphur autem omnis acrimoniæ expers ſit.

Cur verò hodiè abrogatur & damnatur id quod veteres olim uno ore comprobarunt? In eodem enim Myrepſo viginti plus minus ſeſe offerunt antidota: quorum alia ſpecifica putantur remedia contra febres & inflammationes internas: in quibus tamen ſulphur vivum, & planè crudum, tanquam præcipuum inter alia ingrediens non prætermittitur: Nimis longum foret, ſingula minutim hic recenſere: præcipua igitur tantum pro aſſertionis noſtræ confirmatione, in medium huc adferam. *Sulphuris uſus veteribus non improbatus.*

Dioſcorides lib. 5. c. 83. de virtutibus & qualitatibus ſulphuris, ſic ſcribit:

Sulphur ſi cum ovo vel ſolo odoratu percipiatur, contra tuſſim valet, nec non illis prodeſt, qui anhelitus difficultate laborant, & qui tuſſiendo aliquid emittunt purulenti. Et paulo poſt idem: *Sulphur contra ictus ſcorpionum auxiliari illiusq; ſuffitum* (quod nihil aliud eſt quàm illius ſpiritus acidus) *lethargicos excitare & ſangvinis fluxum, undecunq; proveniat, cohibere, ſubiungit.* Quæ certe virtus aliunde dimanare non poteſt, quam ab illa qualitate condenſativa & coagulativa, quę illi inhæret & copulatur.

Cap. 220. In Antidoto Pauli, quam *Myrepſus ad Aphoniam*, ſpirandi difficultatem, aſthma, dyſenteriam, & colicos dolores conferre ſcribit, ſulphur non omittitur.

Cap. 228. Sic in Antidoto, *Panacea appellata*, cui adſcribit vim, febres, aliaq; infinita mala ſanandi, ſulphur ingredientis locum habet.

Cap. 223. Idem ſulphur ingreditur compoſitionem perſicæ antidoti: quæ inſigne creditur remedium eſſe contra omnis generis morbos, contra cephalalgiam, icterum, & febres intermittentes omnes. Imò in eadem compoſitione tanti ab illo æſtimata, adduntur etiam Arſenici crudi drachmæ quinque. Sic *in antidoto, cap. 303.* Muſæ Apollonio adſcripta, idem Arſenicum ingreditur: quam tamen Antidotum omnibus hepatis affectibus utiliſſimam eſſe affirmat. Sed abſit, ut ejus uſum comprobare auſim.

Arſenici uſus in quibuſdam veterum antidotis.

In aliis antidotis, eidem *Apollonio, cap. 301. 302. 303.* adſcriptis: quarum ultima Aphraſtos nominatur (tanquam res pretioſiſſima, nec temerè cuivis communicanda, ſed per aurem tantum clam inſuſurranda ſit) ſulphur quoque additur. Sed optarem inter alia hujus antidoti ingredientia, majuſculis conſignari literis *ſtercus bovillum.* Ecquid enim lautius aut jucundius excogitari poſſit pro delicatulis? in quorum, ſcilicet gratiam ſolum id forſan additum eſt.

Denique ſulphur in tanto olim uſu, pretioq; fuit, *ut Myrepſus* plures Antidotos à ſulphure tanquam illarum præcipuo ingrediente appellarit: ut eſt antidotus de ſulphure vel oxopyretos, & aliæ, uti videre eſt *cap.* 339. 358. 359. Quæ, juxta eundem authorem, omnes conferunt ad tuſſim inveteratam: febrem tertianam & quartanam: contra ipſum quoq; morbum caducum.

Cum igitur ſulphur crudum, & multis adhuc impuritatibus inquinatum, veteribus olim adeò uſitatum fuerit, quî fit, quod hodie ejus uſus damnetur in iis, qui ſingulari artis induſtria, ejus cruditatem & impuritatem tollunt, ex eoq; ſumma & optima præparant remedia? 1. Flores enim albi: 2. nec non lac ſive butyrum dulce, arte præparatum, *multo ſunt præſtantiora remedia contra tuſſim, aſthma, phtiſim, & ceteros thoracis affectus,* quà ſulphur crudum exhibitum. Sic balſamum rubicundiſſimum, inſtar rubini, Philoſophicè extractum, & ad guttas aliquot cum juſculo aut alio convenienti liquore exhibitum, *iiſdem affectibus, & imprimis pulmonum ulceribus prodeſt,* cujus viribus longè impar eſt ſulphur vulgare.

Proprietates florum & butyri ſulphuris.

Balſam. ſulphuris.

Acidi-

Aciditas Sulphuris.

Aciditas ſulphuris extracta, & ab oleaginoſa illa & aduſtibili qualitate ſeparata, *febrilem calorem* penitus *extinguit*, tantum abeſt ut eundem foveat, augeatve.

Sulphur tamen externis affectibus tantum mederi veteres credidiſſe viſi ſunt, ipſumque trahendi vim obtinere, & calidi eſſe temperamenti, atque eſſentiæ tenuioris, *Galenus & Æginetaa* ſcripſerunt. Atque id ipſum adverſus pleraque virulenta animalia conferre, præſertim turturem marinum, & draconem, vel ſiccum inſperſum, vel admixtum. Videtur tamen *Galenus* probare uſum ſulphurearum aquarum. j. ſimpl. his verbis. Tum aqua inter cutem laborantibus, adverſiſſimum eſt & poculum & lauacrum aquæ dulcis, nitroſarum vero & ſulphurearum bituminoſarumq; omnium, perutile.

Galen. 9. ſimpl. cap 36. Æg. l. 7.

1. Flores Sulphuris.

Sulphuris flores hunc in modum præparantur. Sulphur in pulverem redactum cum æqualibus vitrioli calcinati ſeu colcbotaris (ſic enim vocant) partibus miſceatur, & ſecundum artem, bis aut ter ſublimetur. Quidam iterum illud ſublimant, usque ad tres vices, ultimo cum ſaccharo candi, indeque flores conficiunt *præſtantiſſimos ad medelam aſthmaticorum, phthiſicorum, & omnium putrefactionum.*

2. Lac, cremor vel Butyrum.

Lac, vel butyrum ſulphuris, ex eiſdem floribus præparatur: modo diſſolvantur in oleo quod ex reſolutione ſalis ſulphurei, ex principali vegetabili tartaro, ſcilicet vini, conficitur: in quo ſi diſſoluti prædicti flores fuerint, illico in lac, vel butyrum candidum reducuntur, ea tamen cautione, ut paulatim acetum album minimè deſtillatum ſuperaffundatur. Dum vero acetum iſtud affunditur, fit magna confeſtim ebullitio, cum fœtore conjuncta, quæ lac illud in fundo vaſis facit ſubſidere. Qua ebullitione peracta, lac deinceps erit edulcorandum, & à ſalis prædicti ſalſugine, & ab aceti acredine, plurimis lotionibus ſecundum artem factis depurandum.

Et ſic lac aut butyrum ſulphuris præparabitur, quod eſt germanum pulmonum balſamum & excellens admodum contra omnes putrefactiones præſervantrum. Illud etiam non parum prodeſt, adverſus febres omnes peſtilentiales, & morbos epidemicos: quod ſic propter ſuam albedinem & dulcedinem ſimul, denominatum eſt.

3. 4. Balſamus ſulphuris & Tinctura ſeu Rubinus ſulphuris.

Si florum ſulphuris ℔ j. admiſceatur duabus aut tribus olei therebinthinæ, in calore ſicco ſolventur flores in oleum rubicundiſſimum: tum ritè & artificioſe ſeparato menſtruo

ſtruo, ſulphuris rubinus circuletur cum vini alcoole per octo dies: & habebis oleum ſulphuris, quod *naturalis balſami vires obtinebit.*

Hujus guttulæ 3. aut 4. exhibentur cum aq. hyſſopi, ſuſpirioſis & purulenta extuſſientibus. Excellentiſſimus itidem eſt balſamus contra phthiſin & ulcera pulmonum: exhibitus cum quodam liquore congruo, tunc cum ſeparatus eſt à ſuo diſſolvente.

5. *Oleum ſulphuris linatum.*

Sulphur præparatum decoquatur cum oleo lini, lentiſſimo igne ſubjecto: & fiet concreti ſanguinis inſtar. Refrigerata materia injiciatur in retortam, & ſubjiciendo ignem deſtillabit oleum ſulphuris rubicundiſſimum.

N. Fit etiam ſi ſulphuri furfur commiſceatur & deſtilletur.

6. *Oleum ſulphuris vitriolatum.*

Cape ſulphuris vivi p. j. cum quo miſceas, lento igne, liquefacti vitrioli puri tantundem, ut unum fiat corpus. Hoc depellatur per deſcenſum: & oleum rubicundum in receptaculum deſcendit.

7. *Oleum ſulphuris acidum.*

Acidum autem ſulphuris oleum fit ipſo accenſo, & ſuperpoſita campana, aut vitro ſatis capaci, ad retinendos vapores, qui in oleum illud acidum convertuntur.

Vires.

Eſt in affectibus dentium remedium utiliſsimum, ulcera etiam cancroſa curat.

Intrinſecus nullum eſt aliud præſtantius remedium *contra quævis hæmorrhagias, dyſenterias & fluxus hepaticos*: quam acidus ille liquor ſulphuris, cujus aliquot guttæ ſyrupo permixtæ miros præſtant in malis narratis effectus. Quinimo, quod mercuriali ſulphuris aciditate, aut vitriolato liquore acidulo, naturæ aliarum ejus partium aut proprietatum diſſimilis, in eo præſertim, quod numquam flammam concipiat (quod ſulphuris maximè proprium eſt,) at potius à *conflagratione pulverem bombardicum arceat, in variis ægritudinibus & utilius & efficacius dici aut exigi poteſt?* Quam feliciter enim is indies variè ægrotantib. exhibeatur, infinitis experientiis compertum eſt, ut nulla non etiam febris hoc tam nobili remedio jugulari, nullus non ardor ac incendium corporis extingui poſſit.

Ut hinc quam imperite ac iniquè nonnulli calumnientur, quaſi ignem igne, & incendium incendio augentibus, abunde liqueat. Hinc imperitia eluceſcit quod citra ullam veræ vivæq; ſulphuris anatomiæ cognitionem ac rationem nos damnent, eo quod cortices tantum rerum oculis eradant, interiores verò medullas nulla animi ſolertia rimari poſſit, non ſatis edocti, quod occultum eſt in receſſu cujusvis rei, illud eſſe prorſus contrarium manifeſto, ut hinc liceat

liceat arguere, quantò faciliùs exteriora ſulphuris ardeant, interna eius viſcera, hoc eſt, occultam quandam eſſentiam in illo latentem, quæ arte tamen ſagaciter extrahi poteſt, omnibus ardoribus ac incendiis reluctari, eiuſque viribus illa emori ac extingui. Nec quicquam facit inepta ratio, qua aſſeritur, ſulphur pinguedinem eſſe terream concipiendæ flammæ idoneam, & igneæ eſſe proprietatis, cum ea ſua mole cadat, nulliſque fuleris muniatur, imo iiſdem Medicorum Arabum axiomatibus infringatur, ac deſtruatur, quibus camphoram volunt eſſe frigidam, quæ tamen flammam facilè concipiat, eoque etiam ardentiùs excandeſcat ac promptius incendatur.

Sed jamjam excutiamus, quomodo Antiqui vivo ſulphure, ac citra ullam præparationem, in ſuis remediis uſi ſunt. Oſtendimus jam id plus ſatis ex ſuperiorioribus antidotis, quibus metallica excipiuntur ex veterum arte, quibus etiam conceſſus eſt locus in pluſquam viginti aliis compoſitionibus, quæ hoc nomine quàm maximè commendantur, & adverſus varios affectus celebrantur, inter quas & ſequentes, addemus ad majorem veritatis fidem, Antidotum nempè Symphonos dictam, quòd convenienti efficacia prædita ſit ad curandos affectus, quibus dicata eſt, congruit enim tuſſibus, & tabidis opitulatur. Hanc deſcribit *Galenus lib. 7. de compoſitione medic. local. cap. 2.* quam crudis huiuſmodi ingredientibus veteres concinnarunt.

Addemus & antidotum *de baccis lauri*, nec non innumeras alias adjiceremus, niſi ſatius eſſet Lectores ad deſcriptiones earum, ab *eodem Myrepſo* accuratè traditas, relegari, quas pervidere omnibus liceat.

Cap. XVII.

De Præſtantia ſpirituum acidorum.

Q. Vtrum aciditates extractæ ex mineralibus præſtens iis quæ ex vegetabilibus? Aff.

Ut quod hac de re ſentio, citra ulla verborum involucra aperte & planeprofiteor: dico, inter dictas aciditates vegetabiles ac minerales, quoad ipſorum bonitatem & excellentiam, tantam intercedere diſcrepantiã; qualis inter ſimplex exiſtit formale atque cœleſte, & terreſtre materiale ac compoſitum.

Ac metallicæ quidem aciditates, cum ad primum ens ac ſimplicitatem elementarem longè propiùs accedant, quàm vegetabiles; his quoque longè perfectiores tum in bilis ardoribus extinguendis, tum avertendis corruptionibus, effectus producunt. Huc accedit, quod obviæ vegetabilium aciditates, non levem inſuper patiantur imperfectionem; dum videlicet intenſiori paulò frigore congelantur

Quod aciditates arte chymica depromptæ, cæteris multò præcellant.

lantur, humiditate aëris exceſſiva ſitum contrahunt, aut intenſiore calore, aliam qualitatum patiuntur alterationem: eò quod, cum de heterogeneis naturis participent, deſtructionis ſuæ cauſas in ſemetipſis contineant.

Aciditates verò balſamicæ, ex ſale, ſulphure, ac vitriolo, ſecundum artem extractæ, ad tantam ſpiritualitatem (ut ita loquar) elevantur, ut nec frigus, nec calorem, nec humiditatem, nec ſiccitatem, pertimeſcant: in ſumma nullam naturæ ſuæ alterationem patiantur, ſicque incorruptibiles exiſtant. Quod verò per ſe ipſum incorruptibile exiſtit, à corruptione aliud longè facilius præſervabit, eò quod ab extrinſeco ſui perfectionem, ut alterum, non deſiderat.

Hinc *Lullius & Rupeciſſa*, ſtudiorum ſocii, in libro de quinta eſſentia, egregiam hanc, terminis licet aliquantum barbaris, peritè proponunt ſententiam, *Velle præſervari per rem putridam ac citò corruptibilem, & reformari per rem fœdam & deformitati ſubjectam, & facere rem perfectam per rem deficientem, & infirmum curare per rem infirmam: eſt inane.*

Meritò itaque à nobis primæ partes tribuuntur aciditatibus mineralibus, vereque affeveramus, ſi pari cum vegetabilibus quantitate adminiſtrentur, aciditates vel ſalis, vel ſulphuris, vel denique vitrioli (quæ quidem unius eiuſdemque naturæ exiſtunt) longè faciliùs ac felicius illis, deſideratos producturas effectus.

Quamcunque igitur dictarum aciditatum mineralium aſſumpſeris: eius certè pars unica plus efficiet, quàm reliquarum quacunque etiam ratione præparatarum partes viginti. Ut maximas hoc loco cum hiſce mineralibus conjunctas præteream proprietates: quod videlicet ſemel paratæ per totam hominis vitam conſerventur incorruptæ, tum quod quovis tempore & loco parari, ac in diverſorum remediorum formas (ad eundem tamen ſcopum tendentium) levi quadam adjectione adaptari queant, cuius rei certiorem fidem faciunt tincturæ, ſeu Extractiones florum v. g. roſarum, violarum, &c. fructuum, & ſimil. ut videre licet in Pharmacopœa. *Excellentia aciditatū mineraliū, quanta.*

Verum enim verò, non me latet quoſdam eſſe medicos, quorum nominibus doctrinæ, & experientiæ plurimum tribuo: qui nulla ratione induci poſſunt, ad ſubſcribendum huiuſce generis remediis, illorumque uſum comprobandum. Quæ res autem tantoperè in ſua ſententia illos confirmet, hæc eſt: quod credant huiuſmodi remedia nimis eſſe ignea & ardentia, prout illis apparet ex eo, quod lingua in illis ſolummodò delibandis excorietur. Quod linteola, & papyri, vaſa quibus continentur occludentia, ab illis aliquando comburantur, & velut in cinerem redigantur. Quodque demum idem præſtet ſolus ſpiritalis antedi-

tedi-

tedictorum liquorum metallicorum vapor; unde neſcio quâ Logicæ conſequentia inferunt, eoſdem effectus in noſtris corporibus ab illis produci poſſe.

Hæc tamen, velim, advertant. Primum tales liquores ſolos non exhiberi ſed cum aliis ſyrupis, liquoribus, hydromelitis, juribus, atque decoctionibus copulari, & ſenſui guſtus plurimùm acceptos reddi. Deinde verò attentius mecum perpendant: quod guſtus non eſt ſufficiens hujuſce quæſtionis arbiter: utrum, ſcilicet, hæc remedia eo nomine ſint præſertim rejicienda, quod guſtando linguam acriter afficiant, & quaſi comburant. Sunt enim res propemodum innumeræ, valde comburentes, flagrantes, acres, atque pungentes, quibus guſtandis nec ipſa lingua par ſit & idonea: quæ tamen reipſa frigidæ, nec parum utiles judicentur. Unam in medium produco *Camphoram*, quæ certè ſpecie tenus ſit calidiſſima & ardentiſſima: & illius nihilominus effectus experientia diuturna comprobati, nos iterum atque iterum reddunt certiores, eandem alterius eſſe virtutis & qualitatis, ac illius quæ guſtu ſolo deprehendatur, & exterius ſolummodo exhibeatur. Idem ſimiliter de oleo vel ſpiritu vitrioli, & aliis acetis montanis, imò & de reliquis aciditatibus metallicis dici poteſt: de quibus nos ſupra quædam diſſeruimus. Quin etiam pro iſtis ratio fortior, quàm pro camphora militat, quæ naturæ eſt ſulphureæ, & acrimoniæ calidiſſimæ, illius pene linguam, qui deguſtat, comburentis: cùm tamen prædicti liquores, ob ſuam quam guſtui offerunt aciditatem, ſatis ſuperque teſtentur, ſi modò præceptis Medicinæ fidem adhibeamus, eos aliquantum de frigiditate participare.

Plurima remedia natura calida, & tamen effectu frigida comperiuntur.

Ut tamen magis ac magis mea confirmetur ſententia, in medium proferam Cratonis authoritatem, quæ magni certè ponderis eſſe debet, non ea præſertim de cauſa, quod potentiſſimi Imperatoris fuerit ἀρχίατρος: ſed quod eximiis ſuis ſcriptis, & curationibus, ingentem nominis celebritatem adeptus ſit. En igitur, quæ verbis conceptis de oleo vitrioli pronunciarit: *Vituperant multi oleum vitrioli, quia verum illius uſum ignorant: qui verò eo uti ſciunt, feliciter in magnis morbis, non tamen omnibus adhibent. Eadem enim vi, qua camphora, propter partium tenuitatem prædita eſt, ſic oleum vitrioli cum refrigerantibus datum refrigerat: cùm calefacientibus eorum calorem auget, atque in univerſam corporis ſubſtantiam minori noxa, quàm camphora, quæ humido radicali inimica eſt, permeat.*

Quanta ſit olei vitrioli excellentia.

Crato apud Scholzium.

Verùm ulterius ego ipſe quàm Crato progrediar, nec aſſignabo ſimplici tenuitati partium olei aut ſpiritus vitrioli, & aliarum aciditatum metallicarum præcipuam, qua pollent, qualitatem: imò eandem

Digitized by Google

dem referam ad integram illarum acidos & fermentativos: qui quidem omnia corpora diſſolvere, & omnes ſpiritus quantumvis calidos, ut ſpiritus aquæ vitæ & urinarum noſtrarum coagulare poſſunt: prout jam libro præcedente demonſtravimus, & claro quotidie comperire licet experimento, ut nullus dubitandi locus relinquatur. Hæc autem ſpirituum coagulatio certiſſimum eſt indicium internæ, imò magnæ ſpiritus vitrioli frigiditatis. Cum juxta vulgatum philoſophorum axioma, virtus quælibet condenſativa è frigore ſuboriatur, atque procedat.

Virtus acetorum metallicorum authoritate celebrium Doctorum confirmatur.

Sed quænam clarior probatio, aut ſpirantior deſideratur, cui par non ſit hoc quod à multis jam annis conſtitit & nunc etiam conſtat experimentum, quo videmus, nullum aliud eſſe promptius aut præſentius, tam ad calores bilis mitigandos, & omnes ardores febris interiores extinguendos, quàm ad omnia venena, & corruptiones prorſus exterminandas: ſpiritu vitriolico, & acetis metallicis remedium.

In luculentiorem huiuſce meæ aſſertionis confirmationem, teſtes advoco utramque Germaniam, ſuperiorem ſcilicet & inferiorem: in quibus, non ſecus ac in multis Galliæ noſtræ provinciis, talia ſic hodie vigent & invaleſcunt remedia, ut nihil magis ſit in uſu, quàm ſyrupi acetoſi, limonum, granatorum, berberis & ſimilium.

Sin autem quorumnam id fiat conſiliis, inquiratur: reſponſio eſt obvia, id non fieri vana quadam quorundam Empiricorum perſuaſione: ſed innumerorum penè, quibus ſcatet Germania, Medicorum, atq; Doctorum in primis celebrium, matura deliberatione atq; decretis.

Quoniam verò illorum ſeriem, quos ſplendida noſtrorum temporum lumina meritò nuncupaveris, aliis meis in operibus intexui, tam eorum quos vultu atque literis cognitos habeo, quàm aliorum qui ſuis mihi lucubrationibus innotuerunt ſupervacaneum eſſe duxi eorum nomina hoc loco recenſere.

Huc etiam aliorum quorundam modernorum Medicorum, qui diverſis in regionibus ſua eruditione & celebritate floruerunt, adſciſcam authoritatem, ut Mercurialis, Saxoniæ, Maſſariæ, atque Jordani, qui non modo uſum olei vitriolici probant: verùm etiam miris laudibus, ad peragendam plurium eorumque graviſſimorum, & jam deploratorum morborum curationem, extollunt.

Olei vitriolici commendatio à diverſis authorib. petita.

Geſnerus vir apprimè doctus & celebratus, id inter alios *de oleo vitrioli* refert, *epiſtola 2. & 3. lib. 2. Epiſtolarum.* Eos nimirum indignos videre nomine Medici, nec hanc benè poſſe perſonam ſuſtinere, qui huiuſmodi uſum minimè ſibi putent neceſſarium.

Heurnius peritiſſimus in ſuo de peſte tractatu, cap. 90. ubi de cura eiuſdem

Digitized by Google

juſdem differit, inter alia præſentia, miræque virtutis remedia, primas defert oleis & liquoribus vitrioli, & ſulphuris, quorum communis eſt invicem natura & qualitates.

Tot tantiſque illuſtrium ſapientumque Medicorum auctoritatibus, qui non ita pridem floruerunt, antiquorum ego calculum adjungam, qui in ſale, ſulphure & vitriolo, ingentia multa, mirandaque remedia contra venena, corruptiones omnes, morboſque deploratiſſimos compererunt. Quod ſi tantas vires iſthæc in ſua craſſa & materiali ſubſtantia exercere poſſunt: quanto magis eorum ſpiritus formales idem, ſine comparatione præſtabunt, & efficient?

Salis marini proprietates ex Dioſcoride.

Verum ut id ipſum clarius omnibus innoteſcat: à ſale marino, quo omnes paſſim utimur, ducemus exordium. Non eſt enim cur tam excellens remedium prætermittamus, quod tantopere ad vitæ conſervationem conducit: quoque non ſolum carnes, ſed etiam piſces, ut ab omni corruptione præſerventur, in more eſt condire ſolitum. *Sal*, inquit Dioſcorides lib. 5. cap. 85. *à putrefactione præſervat, contra ſcorpionum, ſerpentum, ſcolopendræ, crocodilorum, & aliorum id genus animalium venenatorum ictus & offenſas plurimum juvat: & ſi cum aceto mixtum hauriatur, illis qui opium & fungos venenatos deguſtaverunt, non parum opitulatur.*

Idem Dioſcorides libri jam citati cap. 83. dum de virtutibus & qualitatibus ſulphuris loqueretur: hæc ſcribit, *Sulphur ſi cum ovo vel ſolo odoratu percipiatur: contra tuſſim valet, necnon illis prodeſt qui anhelitus difficultate laborant, & qui tuſſiendo aliquid emittunt purulenti.* Et paulo infra idem, *Sulphur contra ictus ſcorpionum auxiliari illiuſque ſuffitum* (quod nihil eſt aliud quàm illius ſpiritus acidus) *lethargicos excitare, & ſanguinis fluxum, undecunque proveniat, cohibere ſubjungit.* Quæ certè virtus aliunde dimanare non poteſt, quam ab illa qualitate condenſativa, coagulativa, quæ illi inhæret & copulatur. Sic etiam *nullum eſt aliud præſtantius remedium contra quaſvis hæmorrhagias, dyſenterias, & fluxus hepaticos:* quàm acidus liquor ſulphuris, ſive mavis, ſolus illius fumus & vapor, qui beneficio campanæ aut operculi Alembici retinetur, & in liquorem acidum reſolvitur: quem impropriè oleum ſulphuris appellant, cujuſque aliquot guttæ cum aqua plantaginis, aut aliquo ſyrupo permixtæ, miros præſtant in malis ſupra narratis effectus.

Sulphuris proprietates ex eodẽ auctore.

Vitrioli proprietates ex Dioſcoride.

Spiritus vitrioli iiſdem pollet virtutibus, ut facilè ex iis perſpici poterit quæ de eodem metallico veteres tradiderunt. *Dioſcorides* igitur eodem libro 5. cap. 74. hæc habet. *Vitriolum ad drachma pondus manducatum, vel cum melle aſſumptum, vermes ventriculi latiores interimit: cum aqua potum, non parum juvat eos qui fun-*

Digitized by Google

gis venenatis uſi ſunt. Verum quanam idipſum ratione præſcribit *Dioſcorides* ? & nunquid materialiter, & in ſua craſſa ſubſtantia? cum ſupra idem plurimum reſtringere, calefacere, imò verò aduſtionem imprimere dixerit, dū de illius proprietatibus diſſereret. Hoc à me Deus avertat, ut aliquando tale remedium ſine ulla præparatione adhibeam. Tunc enim, præter quod plurimum lædit ſtomachum, ut vomitus indicat, quem nedum ad pondus drachmæ, ſed etiam in paucis granis datum, excitat, atque producit: adeò guſtui eſt ingratum, ut nunquam à Medico quovis, in ea ſententia, præſcribetur, ſicut nullum præterea in firmum eſſe mihi perſuadeo, qui tam infeſta uti velit potione. Illud tamen remedium non parum eſt antiquum, quod etiam nunc multi contra peſtem adhibent.

Virtus vitrioli præparati. Videamus iterum quid de eodem ſcribat *Matthiolus Dioſcoridis interpres*, ſuo in caput de vitriolo commentario. *Mirum videri non debet*, inquit Matthiolus, *ſi Dioſcorides vitriolum exhauſtum aut manducatum, contra vermes latos ventriculi, & contra fungos venenatos valere putaverit, licet virtute præditum ſit corroſiva & ulcerativa. Etiam nunc enim vitriolum, non ſolum in potu, contra eadem ſymptomata, nec non tempore peſtilentiæ, adhibetur: ſed etiam eaſdem vires, illius ſine noxa oleum poſſidet, quod Alchymiſtæ ignis beneficio ex vitriolo eliciunt. Expertus ſum, iterum ſubjungit ille, idem vitriolum tanquam excellens alexipharmacum, ad pondus dimidiati ſcrupuli, cum aqua agrimoniæ dari, iis qui calculo laborarent, vel ad ciendam urinam iis quibus retardaretur. Idem etiam utiliſſimum eſt aſthmaticis, & hernia oppreſſis, modo illis cum decoctione herbæ caballinæ, aut hyſſopi exhibeatur.*

Ex ſupradictis ſatis conſtare poteſt, antiquos minus veritos fuiſſe vitriolum in ſua dare ſubſtantia, licet multum ſit eroſivum & vomitivum. Deinde conſtat etiam, quomodo temporibus ſubſequentibus, ut ſcribit Matthiolus, qui annis abhinc ſexaginta floruit, oleum quod ex illo elicitur, feliciter propinabatur. Sed aliud eſt loqui de vitrioli ſpiritu, de quo nunc mea inſtituitur oratio, quemque verus philoſophus ad libitum ſuum poterit ſola digeſtione, & partium paulò craſſiorum ſeparatione, ita dulcorare, & guſtui acceptum reddere, ac ſyrupum limonum: cùm tamen in eo nulla qualitatum, & proprietatum ſupradictarum deſideretur. *Spiritus vitrioli efficacia quanta.*

Hoc præterea remedium, non ſine quodam voluptatis ſenſu perceptum, nullam non modò perturbationem ſtomachi, aut nauſeam pariet: imo dicto penè citius omnes violentas vomitiones mirificè compeſcet, diarrhæas, & lienterias ſedabit, & ipſiſmet etiam dyſenteriis opem ferret præſentiſſimam. Quæ omnia certè clariſſima ſunt remedij præſtantiſſimi indicia.

Hæc

Digitized by Google

Cur diuturnius in laudibus liquorū acidarum author immoratur.

Hæc ingens vitrioli excellentia non ſecus, ac aliorum liquorum acidorum, qui è ſale marino, & ſulphure oriuntur, ejuſdemque ſunt naturæ, & proprietatis, me impulit ut longiorem de illis ſermonem, quàm par eſſet, texerem: cum mihi præſertim perſpectum fuerit, talia remedia primas partes obtinere, contra omnes corruptelas, & putrefactiones quæ poſſunt in corporibus noſtris ingenerari, aut jam reipſa ingeneratæ ſint. Eadem quoque remedia plurimum valent ad humores æſtuantes temperandos, & magnas quaſcunque commotiones, ex impetu vaporum, & halituum ſpiritualium excitatas, refrænandas: necnon ut quis à peſte ſartus tectus conſervetur, vel jam infectus ſanetur. Demum quod parvi non eſt faciendum, ea ipſa in primis commendantur, quod longo tempore in phiala vitrea conſerventur, quodque ad illorum uſum, paucula tantum guttæ, ſyrupis, vel aquis nonnullis cordialibus, aut certè juribus admiſcendæ ſint: quæ certè præparatio, nec celeritate, nec voluptate, nec emolumento vacare poteſt.

Prolepſis adeos qui aciditatibus metallicis detrahunt.

Quiſquis verò ille fuerit, qui rationibus à me ſupra citatis refragādo, & ſuæ nimium inhærendo opinioni, omnes aciditates metallicas, & cætera quævis è familia metallorum educta, ut interius aſſumantur, remedia perget traducere, & condemnare, tanquam à noſtro nimium remota temperamento atque proprietate: ille inquam poterit paulìſper animadvertere, quod eadem prorſus via atque ratione, omnes Thermas, & aquas medicinales vituperet, quas Deus ſingulari ſua benignitate variis terræ regionibus impartitus eſt, ut nullus non iiſdem uteretur. E quibus tamen innumerabiles ſingulis diebus educuntur effectus, in eorum præſertim morborum curatione, qui deplorati credebantur, quibuſque reliqua in caſſum adhibita fuerant remedia. Quanta porrò hæc eſt veſania, iis palam reluctari, quæ quotidie circa effectus aquarum acidarum, & vitriolicarum, quales ſunt Spaenſes & Pougueſes, ſenſibus patent atque percipiuntur? Quod ſi quis mihi opponat in contrarium, naturam has ſpirituum metallicorum cum aqua moliri mixtiones, quas ars ipſa nunquam valeat imitari, nedum conſequi: meras illud nugas eſſe dicam, hoc eſt, objectiones iſtas nullis prorſus inniti rationum fulcris atque momentis. Quotus enim quiſque eſt, qui vice verſa quotidie non videat, nedum medicamenta ſed ipſa quoque alimenta, tot & tantis artis egere beneficiis, ut ſine illis natura prorſus manca & inutilis remaneret.

Quantum ars ipſi naturæ præſtet adjumenti.

Natura quidem omnia nobis remediorum genera ſuppeditat: at niſi ars ad illorum præparationem manus ſuas admoveret, venena ſæpius ſalubrium pharmacorum loco experiemur. Natura ſegetes & racemos velut præcipua nutritionis humanæ firmamenta, germinat: verum ſi quis

ſi quis ſegetes crudas, quales à natura producuntur, aſſumeret: vitam procul dubio minus vitalem ageret. Panem igitur è frumento conficere, hoc eſt, è granis farinam extrahere, è farina furfurem ſeparare, eandem cum aqua permiſcere, permixtam ſubigere, ſubactam fermentare, & fermentatam demum in formam panis decoquere: magnum eſt, quod ſoli tamen arti debetur, magiſterium. Idem de vino dici poteſt, de aliis rebus innumeris: idem quoque de medicamento, ſentiamus, oportet. Vnde certè colligitur, ut inſtitutum ſermonem proſequar, quod ſi jus aliquod pingue, vel aqua accommodata, cum præſtante quodam vitrioli, aut ſulphuris ſpiritu per me reddatur acidula: tantam inde utilitatem ſubſequi, ac ſi in magna quadam, & jam tamen uſitata quantitate, aquas Spanſes & Pougvenſes, quæ ſunt indubie vitriolicæ, alicui propinandas exhiberem. Effectus qui ad ciendas urinas à talibus aquis eliciuntur, meo certè judicio ad ingentem aquarum, quæ ſorbentur, copiam referri debent. Quod ſi non ita prompti ex liquoribus acidis deſtillatis conſequantur effectus: eoſdem tamen temporis proceſſu licebit proſpicere, nec non cum minore periculo, quàm ſi ſimul & ſemel, tanta aquarũ congeries, vel invitis obtrudatur. Quæ certè non niſi magnum corporibus noſtris inferre poterunt nocumentum, ſi obſtructionibus divexentur. Id liquido patet in hydropicis, quorum nonnulli ſæpius uſu talium aquarum, licèt huic ſymptomati dicatarum, magis ac magis intumeſcunt: cum tamen è contra magnam utilitatem nanciſci poterunt, & alleviationem, hujuſmodi ſpirituum acidorum beneficio: ſi modo certa quadam proportione & *ἀναλογίᾳ*, cum jure, vel aqua quadam convenienti permiſceantur.

Spiritus vitrioli eadem praditus, qua aqua Spanſes & Pougnenſes facultate.

CAP. XVIII.

De Arſenico.

INter ſeptica medicamenta, quæ ſumma caloris acrimonia inſitum nobis calorem aut diſſipant, aut in igneum convertunt, ſimulque qualitate maligna primogenium humidum diſſolvunt, & omnem partis ſubſtantiam tabefaciunt, putredinemque inducunt cum fœtore, Medici numerant *Arſenicum, ſandaracham, & auripigmentum:* Ideoque valdè periculoſum horum medicamentorum uſum in Chirurgia cenſent, neque aliquo modo neceſſarium, cum lethifera & naturæ noſtræ adverſiſſima ſint.

Hoc equidem meritò dixerint, ſi veras ipſorum præparationes ignorarint, quibus ad multos externos curandos affectus probatiſſima redduntur. Hæc enim medicamenta, lethifera exiſtere dicuntur qualitate maligna & acrimonia. Prava illa qualitas in ſpiritu ſive in aura illa fœtida & atro fumo, quem minimo calore emittunt, conſiſtit, at acrimonia in ſolo ſale. Hic fumus ater & venenatus,

Prava Arſenici qualitas.

tus, naturali etiam calore, cum excitatur, materiam partis labefactat, ipſam corrumpit, & ſæpius, ac ſiquis venenum hauſiſſet, interimit, ſi non procul à principibus partibus illa apponantur, vulnerata præſertim cute. Quod mulieri cuidam accidiſſe, idque ſe vidiſſe, teſtatur *Fernelius* Medicorum noſtri ſeculi facilè princeps. Cum igitur in fumo illo atro, qualitas illa maligna exiſtat, prorſus fixanda eſt: fixatione enim, ut diximus, *capite de Mercurio*, venenum omne ex ſpiritibus, ut Arſenico, Mercurio, Auripigmento, & reliquis adimitur: *acrimonia* verò pellitur, ſalis extractione. Quod propriis ablutionibus fieri etiam ſuprà diximus. Qua ratione Arſenicum non nocebit, quinimò pro topicis multum proficiet ad vulnera venenata, ad lupos, fiſtulam, cancrum & gangrænam, ſi decenter præparetur, fixetur videlicet & dulcoretur. *Simp. 5. cap. 71.* De qua vera præparatione videtur tacitè loqui *Dioſcorides*, cum de illa metallica ſandaracha, quam initio capitis, ſulphur etiam redolere ſcribit, hæc profert, *Datur ex mulſo purulenta extuſsientibus: addit, ſuſpirioſis cum reſina, catapotio optimè exhiberi: Non præparatam enim Sandaracham exhibere eſſet exitioſum*, *lib. 9. ſimpl. cap. 53.* cum teſtetur *Galenus* ipſam urentis eſſe facultatis: cujus opinioni etiam Dioſcor. aſſentitur *ſimpl. 6. cap. 29.* Ergò præparato Arſenico, aut ſeptico quovis alio medicamento, in Chirurgia potiſſimum uti non erit abſurdum aut periculoſum.

Arſenici præparatio talis eſt, unde

1. Butyrum fixum.

Arſenicum ter ſublima cum ſale præparato, & lacerta rubra (colcot.) & *ſtomomatis ſquamate* (*limat. vel ſquā.* ♂) ut ipſum purifices: quod deinde cum terrea muria (ſale nitri) fixabis, dando ignem per gradus, viginti quatuor horarum ſpatio, fietque maſſa nive candidior, & perlarum referens colorem, quam in calida ſolves, ut alkali inde extrahas: remanebit autem in fundo pulvis albiſſimus. Pulverē illū exſiccatum fixabis cum æquali pondere olei incerativi ex talco (Tartaro) confecti, eaque omnia in reverberio colloca per diem integrum: rurſus in calida ſolve, ut remaneat pulvis albiſſimus, fixus, & dulcis, qui fluet in humido in oleum pingue, butyri inſtar, anodynum.

Vires.

Quemadmodum Arſenicum, ſi non præparetur, dolorificum eſt, & qualitate ſua maligna venenum: ſic contrà fixatione hanc amittit, & doloris eſt prorſus expers, ac venenatis curandis vulneribus ac ulceribus conducens medicamentum, ſi hujus admiſceatur uncia una cum duabus unciis olei myrrhæ.

N. Eundem proceſſum deſcribit Quercetanus alibi hoc modo.

Aliter.

Cryſtallinum Arſenicum quidam ter ſublimant cum calce fixa, & colchotare, idque diſſolvunt in aqua ſtygia fixatoria & convenienti, diſtillantque aquam à fæcibus multoties, tum demum caput mortuum reverberant: quod prodit in pulverem albiſſimum & fixum, à quo extrahitur alkali cum vini alchoole, & ſic dulcoratur.

Vires.

Hujus medicamenti uſus eſt ad fiſtulas & cancros curandos.

Aliter: Butyrum arſenici fixum.

Magnam in butyro arſenici fixo diximus eſſe vim ad venenata & maligna ulcera curanda: fit autem hoc modo:

Cryſtallinum Arſenicum prius ſublimatum cum ſolo colcothare (quod venenum ipſius retinet) commiſce cum æquali pondere ſalis Tartari, & ſalis petræ, omnia intra duos urceolos impoſita fixentur, ſubjiciendo ignem xxiiij. horarum ſpatio, primò lentiſſimum, tùm ſummi gradus. Invenies materiam fixam albiſſimam, & perlarum referens colorem, quam in aqua calida ſolves, ut inde alkali extrahere poſſis. Pulverem qui ſubſederit, imbibe oleo Tartari, vel, quod melius eſt, Talci, & exſicca ad ignem; idque ter facias. Rurſus materiam in calida diſſolve, ut ſalem eximas, & remanebit pulvis candidiſſimus & fixus, qui in loco humido reſolvetur in oleum pingue, butyri inſtar anodinum.

3. Sublimatum dulce.

Illud igitur metallicum primum per ſe ſublimetur, deinde aceto albo optimo, duarum horarum ſpatio decoquatur: ſic enim ſua nigredine & farina quadam levi atque corroſiva ſpoliatur. Poſtea cum ſquamma æris iterum ſublimabitur, quæ venenum illius craſſius atque nigrius retinebit: tandem bis aut ter cum ſale communi præparato ſublimatum, perfectè dulcoretur: & media iſtius ſublimati ſubſtantia, in infuſione, ad pondus quinque, ſex, ſeptem, aut octo granorum ſecurè dari poteſt.

Vires.

Tantum enim abeſt, ut aſſumentibus noceat, quin imò illos benignè & ſine ulla perturbatione ab iis venenis expurgat, quæ ab aliis catharticis nullatenus purgari poſſint.

NOTA I.

Illius perfectio tunc maximè ex eo cognoſcetur, quando metallis injectum, candorem illis conciliat & indit perfectiſſimum: qui remanet etiam in iis poſtquam ignita fuerint: cum tamen Arſenicum crudum eadem nigrefaciat, atque fumo quodam infecto, quem oculus & olfactus non ſine noxa & incommodo ſentire poſſunt, contaminet & inficiat.

NOTA II.

Novi multos qui ad lepras univerſales & particulares expurgandas, catharticis *Quænam remedia.*

metallica ad peſtem arcendam aptiora.

tharticis & ſudorificis quibuſdam ex Arſenico conflatis potiſſimum utantur: ego vero remedia illa quæ ex Mercurio & Antimonio eliciuntur, ad peſtem profligandam potentiora eſſe judico, necnon ad Luem Veneream, & ſimiles morbos contagioſos exterminandos. Præterquam enim quod illa graviſſimo doctiſſimorum virorum judicio comprobantur, magis etiam in uſum quotidie adhibentur; nec uſus ſui fructum mediocrem, me ſæpius experiente præbuerunt.

4. *Pulvis ad cancros & ulcera.*

Pulvis qui temporibus noſtris ad extinguendos omnes cancros ulceribus conjunctos adhibetur, ex prædicto fit Arſenico, radice Aronis, atque tantillo fuliginis: quod licet remediũ ſit ſatis vulgare, tanta tamen præſtat certitudine & efficacia, ut una tantum vice applicatum, nihil non mirum dictu operetur. Qui de hujuſce rei veritate dubitat, ſenſibus ipſis bellum indicit, ad quos ſuprema hujuſce litis componendæ ſpectat auctoritas atq; juriſdictio.

5. *Amuletum contra peſtem.*

In præcautione peſtis dictum Arſenicum in forma Amuleti uſurpavimus, quod ſuper regionem cordis apponeretur. Remedium iſtud primus omnium, Iacobus Carpenſis adinvenit & expertus eſt: expertum Fallopius comprobavit, & iterum tanto auctore comprobatum, ita Philippus Ingraſſias & alij Medici extulerunt, ut nihil in eorum ſcriptis celebratius reperiatur. Hoc eodem fultus alexiterio Adrianus Papa VI. à graviſſima peſte vindicatus fuiſſe perhibetur.

Quis primus amuletum ex Arſenico contra peſtem invenit.

6. *Arſenicum fixum.*

Expertus etiam Philoſophus ex Arſenico quod maximum eſt Venenum, purgativum excellens efficiet, quod adverſus omnis generis peſtes, non ſecus ac cancros mire vires ſuas exercet, quos à ſale quodam ſeptico & arſenicali generatos, ſolum, ut inquit Arnaldus à V. N. arſenicũ expugnat. Venenum quippe à Veneno pellitur, prout luculenter apparet in illis qui à ſerpentibus icti, nullum aliud præſentius inveniunt alexiterium, quam illud quod à feris illis venenatis componitur.

Fit autem ſimili modo, quo crocus metallorum & exinde antimoniũ diaphoreticum: Cum ſale nitri aliquoties efflagrando ac ſemper aquâ edulcorando.

CAP. XIX.

De gemmis, lapidibus, minus precioſis & terris.

I. *De Gemmis.*

EX variis lapidibus varia præparantur medicamenta ſaluberrima, præſertim ex pretioſis, qui & ſecundũ totius ſubſtantiæ proprietatem, & ſecundum qualitates effectrices, ſyncopen tollere, putredinem ſiſtere, corroborare, ipſumque ab omni veneni labe tueri ab omnibus Medicis creduntur, qua ratione ægris præſcribũ-

tur in affectibus peſtilentibus, continuis & ardentibus febribus, *Electuaria Analept. Nicol. Myrep. Dyamargarit. Antidotum è gemmis: Confectiones Hyacinthi & Alkermes.* Quæ Margaritæ, Sapphirus, Smaragdus, Granati, Hyacinthus, Sarda, id eſt corneola, Iaſpis & Corallus ingrediuntur: qui quidem lapides meritò cæteris præſtare dicuntur, propter ipſorum & temperantiam, & ſplendorem ſummum, qui nec corrumpitur, *nec aliquo ignis ardore deperditur*, propter ſpirituum ſolam fixationem, quæ in ipſis ſatis percipi poteſt: qua ratione etiam auri vires quodammodo æmulantur in curatione morborum; dicunturque inter reliquos lapides pretioſi, quemadmodum & aurum pretioſius dicitur cæteris omnibus metallis.

Horum autem lapidum facultas quanvis ſit cardiaca, propriam tamen unuſquiſque habet vim & particularem, ad diverſos curandos affectus.

Sapphirus potus, ſpeciatim *ictos à* ſcorpione juvat.

Hyacinthus quoque virulentarum beſtiarum ictibus medetur, & ſomnum conciliat.

N. Hyacinthum extollit Avicennas ſupra aurum: vide Aurum.

Smaragdus non potus modò, ſed & collo appenſus melancholicis affectibus confert, & cum comitiali morbo, tanquam cum hoſte, præliatur.

Iaſpis vel collo appoſitus, modò et ventriculi attingat, vel annulo geſtatus ſtomachum adjuvat, cujus rei *Gal.* ſcribit ſe feciſſe periculum: cōfert etiam ad accelerandum partum ſecundum *Dioſcoridem*. *Galen. 9. ſimpl cap. 26.* *Lib. 5. cap. 107.*

Margaritæ ſyncopen tollunt: coralli aſtringendo ſtomachum roborant, & ſanguinis rejectiones magnopere ſiſtunt.

Præparatio vulgaris.

His omnibus pretioſis lapidibus, in pulverem tenuiſſimum redactis, ut alcool, ſine alia ulla præparatione Medici utuntur, ad prædictos illos omnes affectus: quanvis ſanè vel quàm minimum proficiant, præſertim ad cordis corroborationem, ſi ex ipſis purior eſſentia prius non eliciatur.

Hic fiunt

℞. Magiſteria Gemmarum, Coralliorum & perlarum.

Calcina ſeu diſſolve gemmas, Corallia ac Perlas philoſophicè i.e. cū balſamico ſalis ac ſulphuris naturæ ſpiritu, lis philoſophica hac ſolutione ſolutis, ſepara menſtruum cæleſte opera cujuſdam ſalis vegetabilis (tartari) & ſtatim præcipitabitur magiſterium ad vaſis fundum.

N. Querc. Ad ingredientia illorum magiſteriorum calcinanda & diſſolvenda, nulla realia utimur, quā ſolo mēſtruo, extracto ex ſpiritibus balſamicis ſalis & ſulphuris naturæ, quod in terræ chaos, omnibus obvio & paucis noto deliteſcit: ex quo chaos verus philoſophus æque facili artificio extrahit ſalem illum balſamicum & precioſum, quā vulgaris artifex nitrarius,

ſalem

ſalem ſuum petræ ex terra pingui & communi. At differentia non exigua eſt inter hos duos ſales, licet in pluribus magnam invicem habeant ſimilitudinem: ſiquidem ex eadem matre & radice producti ſint ambo. Sed horum unus eſt frigidus & humidus volatilis, fœminæque naturam referens: alter v. calidus, ſiccus, fixus, hermaphroditus, tam maſculi quam fœminæ naturam participans; ſimulque eſt mercurius, ſulphur & ſal: cuius mater eſt virgo quædam, virtutibus tamen primi entis rerum bezoardicarum ditata & impræguata: hanc inprimis quærunt, & ſeligunt philoſophi, ſuumque inde ſulphur philoſophorum eliciunt. Crede mihi veriſſime loquenti hanc rem tam occultam nullo modo poſſe dilucidius aut apertius explicari.

2. Tinctura Coralliorum & gemmarum.

Fit ex eorum magiſterio (parato cum ſpiritu ſalis & ſulphuris naturæ.) Ex quo extrahes Tincturam cum eodem menſtruo aut ſulphure bezoardico in matracio H. ſigillato igne cinerum in Athanore digerendo. Menſtruum poſtea ſeparabis. Ex Pharmacop.

Extrahitur etiam coralliorum tinctura, ut ſequitur, quę non tantùm ad uſus prædictos exhiberi ſolet: ſed ad purificandum totum ſanguinem, ad morphæam, herpetes, & affectus omnes matricis curandos.

Tinctura Corallorum.

Calcina corallos rubros & electos in igne reverberii, dando tamen ignem ſecundi gradus, ne tinctura ipſorum, ignis violentia exhalet: Calcinatos, pulveriſato ſuper marmore tenuiſſimè, eoſque indas matratium vitreum, deſuper infundendo menſtruum cœleſte, deſtillatum cum proprio ſuo ſaccharo, ut ſupernatet 8. digitos: putrefiant omnia in B. vaſe hermeticè clauſo per 10. dies, donec menſtruum totam tincturam ſibi aſciverit: ſeparato menſtruo per B. remanet pretioſa tinctura in fundo, cuius exhibetur guttula altera cum aqua cichorii aut fumariæ.

N. 1. *Menſtruum* illud cœleſte omnium gemmarum eſt verum menſtruum, quas vera ſolutione ſolvit, & inde vera eſſentia elicitur. Hancque omnes docti medici corporibus magis ſanandis proficere judicabunt, quàm ipſarum ſolus pulvis.

N. 2. Id etiam menſtruum *Adamantem* (qui contra multorum opinionem venena etiam omnia irrita facit) mollem reddit & ſolvit, ſi ipſis ſuperinjiciatur ſal extractum ex ſanguine hircino, & ſimul diſtillentur reiterata deſtillatione ter ſuprà caput mortuum.

Eſſentia ſeu magiſterium Margarit.

Margaritas ſolues vera ſolutione cum prædicto menſtruo: ſed ſi eo careas, utêris acido menſtruo alcoliſato cum debita proportione vini ſpiritus etiam alcoliſati, ſucco etiam limonum, & berberis depuratis, fil-

tratis, & præparatis ut decet, eadem enim præſtant. Ablutionibus auferes ex Margaritarum anima aciditatem ſi aliqua remanſerit ratione menſtrui.

Exhibentur autem huius eſſentiæ grana duo aut tria cum juſculo competenti, quod ſtatim lactis inſtar dealbatur, ad cordis corroborationem & vires reficiendas: Earum etiam eſſentia putredini cor obſidenti, peſtique & venenis obſiſtit.

Eſſentia aliarum gemmarum.

Eadem ratione ex prędictis aliis gemmis eſſentiam propriam elicies, veramque ipſarum præparationem poteris aſſequi ad multos curandos morbos.

3. *Aqua vitæ ſeu ſpiritus menſtrualis coralliorum, gemmarum, &c.*

Fit ad eundem modum, quo ex Saturni ſaccharo, mercurius, ſulphur ac ſal eliciuntur ac in unitatem rediguntur.

Atque hac ſcaturigine veri Medici Hermetici, univerſalia ſua ac ſuprema remedia in Epilepſias, Vertigines, Apoplexias, nec non in Elephantias, Cancros & id genus graviſſimos ac invidos morbos expiſcari debent, ut humano generi feliciter conſulant.

1. De Corallio.

Corallium marinus eſt fructus, oculis vegetabilis, ac in arboris formam excreſcens: quod præ aliis omnibus fructibus, quos mare progignit plus ſalis nitroſi aut ſulphuris flammam concipientis continet, ex quo uſque adeo flagrans liquor eſt, ut non minus aqua ardente ex vino prolecta, flammæ & incendio ſubjiciatur. Quod experientia patebit, ſi vel calcinationem etiam in pulverem comminuatur & diſſolventis acuti ac acidi virtute, quemadmodum docuimus in plumbi operatione, in ſalem redigatur, in quem magna pars abit & convertitur: ex libra una huius ſalis exiccati & à menſtruo optimè ſeparati, Chymicus Philoſophus, vel 6. uncias ſpirituum vi ignis poteſt educere, qui facile in liquorem ſpiritualem flammæ concipiendæ aptum, reſolvatur. Ex quo liquore idem expertus Chymicus & mercurium cœleſtem ac æthereum, tincturam rubram ſulphuream, nec non ſalem poteſt excernere & ex iis mercurium philoſophorum elaborare, qui cum ſua aqua vitæ conjunctus ac mixtus ſingulare per ſe auxilium præbet: cuius virtus & bonitas centuplo augebitur, cum apta diſſolvendi arte aurum in eo ſolutum fuerit, ut à perito Philoſopho fieri poteſt.

Et hoc experientia nititur.

Aliter.

Corallum frutex eſt metallicus, ex ſaxis marinis exurgens, vitamque à ſpiritu ſalis vegetantis poſſidens, ut qui etiam totus naturam ſalinam præ ſe fert, cùm totum penè eius corpus in ſa-

in ſalem redigi poſſit, mediantibus illis diſſolventibus, quæ alibi attigimus, quibus evaporatis, & exiccata coralli ſubſtantia ſalina, ex eo pariter aqua vitæ ardentiſſima educitur, quæ, inſtar quoque eſſentia vini, flammam concipit, cum rubra, ſanguinis inſtar, tinctura, quæ circulationis aut rectificationis beneficio aquæ innatat: quæ quidem aqua tinctura, ſi probè inter ſe uniantur, jam tum antidotum præbebunt adverſus epilepſias & apoplexias præſtantiſſimam, ſi aliquot eius guttæ ex aqua aut liquore congruo aſſumantur. Quod tamen artificium, ſi eodem modo perſequamur, quem obſervavimus in menſtruo Saturni deſcribendo, aut Lunaria minore, aut opere vegetabili Raymundi Lullii, quas operationes alibi in tractatu de medicina univerſali deſcripſimus: certiſſimum ac ſupremum diſſolvens educemus, (quod veris omnibus Philoſophis factu facillimum eſt,) ſit redacturum.

2. *De margaritis.*

Similis aqua vitæ ex perlis & unionibus ex eodem, cum corallis, fonte productis, extrahi etiam poteſt. Reperiuntur enim perlæ in conchis marinis, variis coloribus inargentatis. Quos quidem varios colores à ſalis ſpiritibus proficiſci exemplo docuimus, *in tractatu de medicina univerſali*, cùm de ſale petræ loqueremur, cuius ſpirituum penetratione totum alembici corpus variegatur ac tingitur, colorem opalæ, *hoc eſt*, omnigenæ picturæ, referens.

Etſi autem vel ſolæ ipſæ aquæ vitæ aut eſſentiæ perlarum aut coralorum, per ſe ſatis & ex ſeſe inter præſtantiſſimas antidotos cor mirè recreantes ac refocillantes cenſeantur: ſi tamen ulterius procedatur, *diſſolvens inde ſolare & lunare admiranda & incomparabilis virtutis, adverſus epilepſias ac deſperatos omnis generis affectus, extrahetur ac elaborabitur: ut nemo non ſani judicii tantam medicamenti vim & efficaciam ubique teſtetur, nec niſi obliqua ac perverſa raptus mente fateri erubeſcat.* *Cordialia.* *Vera Solis & Lunæ menſtrua.*

Si quis autem de *operationum* longitudine ac diuturnitate, nec non caritate tam laborioſi medicamenti conqueratur: ſciat ille, magnis potentibus ac divitibus ſolis etiam eſſe dicatum, & à nobis in illorum uſum proponi, qui nullis parcunt ſumptibus, ut huiuſmodi arcanis vitæ ſuæ conſervandæ conſulant, & tam gravibus ac horrendis malis ſeſe expediant. Præterea in hunc finem etiam hæc à nobis exponuntur, ut pateat oculis, quàm admirandas vires, proprietates & effectus vitales concluſos in ſe, ſales vel metallici habeant, & quàm ſolerti ac ſagaci artificio in aquas vitæ, præter multorum etiam magnorum Medicorum & Philoſophorum, qui ſibi omnium rerum ſcientiam arrogant, opinionem ac fidem tranſeant ac reſolvantur. *Occupatio.*

3. *De Gemmis.*

Ex rubinis, ſmaragdis & hyacynthis cum floribus kibric, ex arte ter calcinatis igne reverberii, ut artis eſt, tandem cum ſalis ſpiritu vitriolato eliciuntur eſſentiæ ſeu tincturæ, ad morbos profligandos, perutiles. Smaragdorum & rubinorum eſſentiæ cum aqua lilii convall. exhibentur ad epilepſiam & vertigines; at hyacynthorum tinctura cum aqua calendulæ exhibita paralyſi & contracturæ ſummum eſt remedium, ſi poſt generales evacuationes, per quindecim dies continuos uſurpetur, harum tincturarum doſes ſunt iiij. v. aut vj. guttulæ, vel cum proprio menſtruo conjunctæ exhiberi poſſunt uſque ad unum cochlear cum vino, aut aliquo alio liquore convenienti.

Gemmæ.

Gemmæ ac pretioſi lapides iiſdem trium illorum principiorum virtutib. ac qualitatibus præditi ſunt: utpote ex quorum igne ac ſplendore eorum mercurius pro ſua homogeneitate ac puritate refulgeat, ſali ſuo fixo firmiter, nec non eiuſdem naturæ ſulphuri adhærens, unde ſecreta omni heterogenea ſubſtantia, puriſſimus lapis, conſtantiſſimus ac omnis temporis purgationiſque expers, diuturnitatis auri æmulus exurgat ac efformetur.

Tinctura Adamantis.

Huiuſmodi eſt firmiſſimus, ac conſtantiſſimus adamas, cui bonus ille ſenex Saturnus plumbeum ſui mercurii purioris colorem, nec non fixos ac conſtantes purioris ſui ſulphuris ſpiritus impertitus eſt, ſalemque cryſtalliuum uſque adeò affirmavit, fixiſſimeque compegit ac conglaciavit, ut omnium factus ſit lapidum ſolidiſſimus ac duriſſimus, ex arctiſſima videlicet trium principiorum unione ac cohærentia, quæ nulla arte ſeparationis in ſolutionem principiorum ſuorum ſpiritualium disiungi queat. Atq; hinc factum ut nullius in Medicina uſus fuerit apud antiquos, quod nuſquam atteri, aut in primam ſuam materiam ſolui potuerit.

Nec putandum antiquos ab eius uſu ſuperſediſſe, quod natura venenum eſſe crederent: ut nonnulli falsò judicant, qui quùm ſit homogeneæ ac ſimpliciſſimæ naturæ, totus cœleſtis eſt, ac puriſſimus, proindeq; innoxius: ſed quòd attritus tantummodo, nec uſquequaque idonea præparatione aptatus, in ventriculum ingeſtus, atque ibi duritie ac ſoliditate ſua incoctus permanens, temporis diuturnitate, ſenſimque tunicas eius erodat ac dilaceret, unde ex viſceris corroſione mors tandem pedetentim inducatur.

Tinctura carbunculi & rubini.

Auri eſt, ſulphure ſuo, carbunculos tinctura rubea, nec non rubinos ac granatos inficere: nec colorum eorum diſcrimen aliunde naſcitur, quàm ex mercuriorum & ſalium cryſtallinorum diſſimili defæcatione: quæ prout perfectior, aut imperfectior eſt

erumpit

erumpit color alio præſtantior vel deterior, nobilior aut ignobilior.

Tinctura Sapphyri.

Etſi autem luna extrinſecus alba eſt, nihilominus intrinſecum ſovet azurinum ac cœruleum colorem, quo *ſapphyris* tincturam ſuam exhibet.

Tinctura Smaragdi.

Venus externa ſuperficie ruborem referens, interno potitur virore, ut viride æris ex ea conflatũ teſtatur: quo *ſmaragdus* viridi colore inficit.

Tinctura Hyacinthi.

Mars intrinſecus rubeus, ut crocus ejus apertè indicat: ſed longè diſſimili ſulphure ab eo rubore igneo, quem ſol in intimis ſuis partibus occultat, colore *hyacinthos* imbuit.

Tinctura opalæ.

At terrenus Jupiter, naturæ tamen cœleſtis particeps (quem etiam, ut jam diximus, fingunt aeris regem, quod aereos omnes colores, eoſque varios apud ſe contineat) variis ac diverſis coloribus *opalas* tingit ac imbibit.

Ex his lapidibus omnibus ab experto Chymico non ſecus cum menſtruo eorum cœleſti ſuper proprio ſaccaro cohobato ac extillato extrahi poteſt ſuus color:

Ut autem Philoſophi ac Medici Cabaliſtæ liquores ac tincturas ſapphyricas vitriolicaſque cerebri affectibus ſpeciatim adaptarunt, Auri verò *cordis defectibus*, Jovis *pulmonibus* adſcripſerunt, Mercurii *hepati*, ut Saturni *lieni*, Martis *renibus*, & Veneris *genitalibus membris*, generationi dicatis haud ſecùs gemmarum ac lapidum ſulphura tincturæque, iiſdem partibus, prout ex ſuis planetis conſtant lapides, inſerviunt, ac conducunt: quibus præterea innata eſt vis, ut generatim radicali noſtro balſamo corroborando ac reficiendo idonei ſint.

2. De Lapidibus minus precioſis in genere.

Tinctura ſeu eſſentia lapidum.

Fieri poſſunt eodem modo, cum menſtruo cœleſti, quo tincturas gemmarum parari dictum eſt. V.G. Eſſentia ſpongitis, lapidis Judaici, Lyncis, Cryſtalli: *ad lapillos renum conterendos.*

1. De Cryſtallo.

Cryſtallum præſtantiſſimum eſt & perutile, *ad omnes etiam delendas viſcerum obſtructiones, adeoque ad febrim quartanam.*

Paratur exinde ſal & oleum nimirum:

Calcinatur in reverberatorio, ex reverberato extrahitur ſal, ex cujus reſolutione in humido fit oleum illud præſtantiſſimum.

2. De Talco.

Oleum Talci.

Ex Talco ritè & artificioſè calcinato elicitur anima cum aceto deſtil-

Digitized by Google

deſtillato : hæc ipſa reſolvitur in oleum pretioſum, humido in loco collocatum.

3. *De Magnete.*

Magnetis præparatio.

℞. *Succi Ariſtol. rotundæ & ſabinæ an.* ℥ iiij.
Serpentariæ ℥ ij.
Spiritus vini ℔ j.

Circulentur prius xxiiij. horarum ſpatio, dum deſtillentur. Hujus. aquæ cape ℔ j, magnetis electi in pulverem redacti ℥ iiij. Circulentur ſimul , & aqua à fæcibus deſtilletur: idque ter reiterabis. Atque hoc pacto magnetis præparationem aſſequêre.

III. De Terris.

Eſſentiæ terrarum parari poſſunt ad eundem modum, quo lapidum, ſc. cum menſtruo cœleſti v. g. Eſſentia boli armenæ , terræ Lemniæ, &c. *Mirum in modum conficiunt peſtilentibus affectibus; mortiferos quoque & venenatas potiones nocere prohibent.*

N. Quod ſi ad ſupprimendum ſanguinem his utaris, nulla egent alia præparatione , cum terræ ſit proprium condenſare & adſtringere, quemadmodum & eſſentiæ vivificare.

Sic de Lapide Hæmatite & Cornalino.

Bolus armena præparata.

Bolus arm. in pulverem tenuiſſimum redacta, diſſolvatur in phlegmate acido aluminis : tum ſeparetur phlegma per M. B. & aliud ſupra affundatur. Id ter facito. Tum in maſſam olei craſſi inſtar convertitur, igne lentiſſimo exiccatur & in pulverem reducatur ad cohibendum ſanguinem undecunque prorumpentem aptiſſimum.

CAP. XX.

De Lapide Armeno & Lazuli.

Quid de lapide Armeniaco Hippocrates & Galenus ſenſerint.

Hippocrates nunquam proprietatē lapidis Armeni cognovit , nec etiam *Galenus*, qui *libr.* 9. *ſimpl.* nihil aliud huic lapidi tribuit, præterquam levem quendam cum acrimonia extersionem, nec ullum illius uſum, niſi externum in oculorum affectibus, & aliis id genus receptum eſſe cupit. Quid tamen de lapide prædicto *Trallianus* author inter Græcos non parum commendatus ſcripſerit: hæc verba ſequentia è Græco fideliter expreſſa ſignificant.

Quid deinde Trallianus.

Quod ſi Hiara data, melancholiæ imaginationes nihilominus infeſtare videantur , tunc ſine ulla cunctatione lapidem Armeniacum dare feſtino. Novi enim ex veteribus , antiquiores ad Veratrum album properaſſe , ubi affectum ab aliis purgationibus nihil planè imminui conſpicerent. Verùm ergo lapidem Armeniacum veratro præfero. Atque licet utentem ipſo, experientia cognoſcere , quomodo , præterquam quod efficaciter etiam ſine moleſtia , purget : [illegible] album habere novimus.

E[illegible] [illegible]ic Trallianus ite-

iterum pergit, magnas virtutes ejuſdem lapidis evacuativas, tam ſurſum, quàm deorſum, *per vomitum ſcilicet & alvi dejectionem* commemorare, idemque Medico conſulit, quod ſi advertat morbum hac utraque evacuatione indigere: de eodem ſine ulla præparatione, ſive mavis, ablutione, uſque ad res quatuor ſcrupulos, plus vel minus, ſecundum ægroti vires, & humoris evacuandi quantitatem exhibeat. Quod ſi ſolam purgationem ſine vomitu neceſſariam eſſe judicet; tunc eundem lapidem ipſemet *Trallianus* per duodecim vices aut ultrà lavari jubet, & ex eodem in aqua tepida, ad quinque vel ſex ſcrupulos propinari. Quin imo pro iis qui à potionibus penitus abhorrent, pilulas ex eodem componit, quas dicit ad purgandum humorem atrabiliarium omnium perniciosiſſimum accommodatiſſimas: nec idcirco parum eis profuturas, qui maniis, & aliis id genus affectibus melancholicis, quibus nihil atrocius corpus humanum experitur, divexantur.

Lapis Armeniacus ad expellendum humorem atrabiliarium aptiſſimus.

De Lapide Lazuli.

Cæterum *Lapis Lazuli*, eandem purgandi humoris melancholici nactus eſt, quam *Lapis Armeniacus* proprietatem: non ſecus ac in iiſdemmet mineris ambo reperiuntur, & adoleſcunt. Non mirum igitur videri debet, ſi iiſdem gaudeant proprietatibus, quæ tamen *Dioſcoridem* & alios antiquiores fugerunt, aſſignantes ſolam lapidi Lazuli virtutem corroſivam atque putrefactivam. Quod nimirum in cauſa fuit cur *Fuchſius in ſuis paradoxis* pilulas ex eodem à pharmacopolis præparatas penitus improbaverit: cum tamen frequenter in officinis veneant, & à nonnullis, mirum in modum, ad purgandum humorem melancholicum celebrentur: imò ipſis Helleboris tantopere ab antiquitate in hanc curam uſurpatis, ut antea ex *Tralliano* patuit, præferantur.

Præparatio.

Lapis Armenus & Cyaneus candentes extingvantur ſexies in aqua ardenti, poſteà reducantur in tenuiſſimum pulverem, quo facto pulvis hic abluatur aqua fontana, ejiciendo terram, & quod aquæ ſupernatabit, hocque fac pluries: demum ablue relictum pulverem prius exſiccatum aqua meliſſæ aut bugloſſ.: evapora aquam à pulvere igne lentiſſimo: quo exſiccato, cum cœleſti noſtro menſtruo & ſpiritu vini digerantur in Bal. & circulentur per xx. dies ad ſummam graduationem: ſeparato menſtruo coagulentur igne lentiſſimo, adde pro correctione eſſentiam margarit. coral. & croci cum oleo cinnamomi & Caryophyl. *Melancholicis omnibus affectibus, mania, vertigini, epilepſia, cephalalgia quartanariis, & cancro conducunt, doſis eſt ſcrup. j. ß. cum aqua meliſſa aut bugloſſ. Purgant enim atram bilem & quicquid craſſum & tenax ſangvini eſt immixtum.*

Lapis cyaneus ſic præparatus

 poterit

poterit commodius multo exhiberi in confectione Alkermes, Medicis omnibus commendata, ad cordis tremorem, ſyncopen, mæſtitiam, ad ſpiritus omnes roborandos, & ad arcendum quodvis Venenum.

Cap. XXI.

De aquis mineralibus artificialibus.

Thermæ & aquæ mineral.

SOlent Medici ægros ſuos *ad thermas & minerales aquas ac metallicas* ablegare: quas natura in dies variis Europæ locis, videtur nobis liberaliter & profusè elargiri. Ex quibus aptè uſurpatis & congruè adminiſtratis, in diverſorum affectuum varias curationes, ab expertis doctiſque Medicis, varios & admirandos effectus produci videamus. Quos quidem effectus, ex variis vacuationum generibus, quas ſingulæ ſpecificas habent & proprias (utpote quæ aliæ ſudoribus, aliæ urinarum provocationibus, aliæ per alvum purgationibus, aliæ vomitibus, aliæ tranſpiratione inſenſili medicantur) præſtari certum eſt. Alias verò aliis dotibus præditas videre eſt, quibus citra ullam apertam vacuationem, morbis appoſitè mederi ſolent, idque viſcera nutritioni inſervientia obſtructionibus ſuis tartareis & mucilaginoſis impuritatibus inhærentibus expediendo, vel optimam illis temperiem, à qua deſciverunt, reſtituendo, ac totam illorum depravatam œconomiam corrigendo & inſtaurando.

Earum effectus.

Sed quæram libenter ex iis, qui tantoperè in auxilia metallica, aut ex metallorum ac mineralium familia petita (in quorum albo cenſemus lapides, ſuccos terreſtres, ſive ſales ſint, ſive ſulphura) invehuntur & eis adlatrant, cur tentatis omnibus aliis ſubſidiis, & eorum imbecillitate cognita, in graviſſimis ac deploratiſſimis morbis, ad thermas minerales, aut medicamentoſas aquas confugiunt, ſi illis virtutem omnem detrahunt, & mortua prorſusque inertia eſſe contendunt? Nunquid hoc eſt, contra ſuas injuſtas querelas agnoſcere, ſubſtantiam quandam metallicam, eamq; efficaciſſimam iſtiuſmodi aquis ineſſe, cujus virtuti tantorum malorum curatio arroganda ſit? Quæ quidem vis & efficacia, ſi iſtis aquis deeſſet, ex mineralibus eſſentiis, quid aliud quàm humectare & refrigerare poſſint aquæ thermales? Apage igitur perverſam illam & contortam eorum de ſubſtantiis metallicis opinionem, qua vitali omni principio eas carere falsò imaginantur, & ratiocinari pertinaciter geſtiunt. Non minus abſurdè aut temerè diſputant, ac negant ullam eſſe metallorum ſubſtantiis cum hominis natura analogiam ac communicationem; quum hujuſmodi aquarum virtutibus tot tantiſque malis hominem liberari & reſtitui indies cernant, ac fateri cogantur, ſive id fiat impuritatum deterſione, vel vomitibus, vel dejectionibus, vel per urinas, præſtita: ſive etiam contrà ejuſmodi ſymptomatis, adſtrictionibus aquarum, & virtutum metallicarum.

Galeni omnibus ſuis deſtituti remediis ad mineralia confugiunt.

Gal. de mineralibus perperam ſentiunt.

rum coërcitis, & ad naturalem habitum reſtitutis: ſive etiam catharris omnibus, nec non omni hæmorrhagiæ aut profluvii cujuſvis generis ſedatis, & curſu ſuo violentiore interceptis ac compoſitis. Ex quibus etjam thermalibus aquis, atque etiam metallicis ſubſtantiis & virtutibus, omnis generis febriles, ſive ex pituita, ſive ex bile ardores, non refrigerante aliqua tantum qualitate, ſed longè alia præſtantiore ac nobiliore potentia, modò extinguuntur, modò frigida quæque, non calida qualitate, ſed potentiore efficacia, ad ſuam temperiem revocantur. Sic omnes œdematoſæ ac pituitoſæ frigiditates corrigi ac temperari cernuntur, ſexcentique alii admirandi effectus iſtis thermalibus aquis in omnis generis morbos producuntur, pro varietate ſubſtantiarum metallicarum, quibus dotatæ ſunt & prægnantes.

Quis jam negetex tot tantisq; virtutibus ac effectis, oculis ipſis perviis vitalia eſſe metalla, omnique (niſi mente captus, & talpa cæcior) ſpirituum vitalium robore deſtitui auſit aſſerere? Quis analogiam & conſenſum hujuſmodi remediis cum hominis natura, temperamento & complexione, ut vocant, nunc detrahat? & tàm arctam conſpirationem ac concordiam, quâ ſeſe mutuò juvant & complectuntur, deneget? Tot itaque agendi poteſtates tot virtutes, tot miracula, quæ præſtari in tam gravium & invictorum morborum curationem quotidie perſpiciuntur, *Vnde tot tantaque mineralium actiones proficiſcantur* ſatis amplam demonſtrandi fidem faciunt, quàm potens & firma ſit ejuſmodi ſpirituum metallicorum tinctura, vitaliſque impreſſio (nedum ut nulla ſit) omniumque aliorum auxiliorum vim & energeiam ſuperans, ut nulla alia probatione, quàm quâ oculis fides habetur, vel apud ipſos cæciſſimos, ſit opus.

Mineralia hiſce affectibus appropriata & ſpecifica. *Thermales* igitur *inter aquas*, quæ acidæ ſunt ac vitriolatæ (quales Spaenſes & Pogeæ, ſexcentæque aliæ hujus generis habentur, quas natura variis in locis profundit) morbidis affectibus congruentiſſimæ ſunt ac aptiſſimæ, cujus rei rationem ſuprà reddidimus, à cujus repetitione hîc ſuperſedebimus. Secundum à vitriolatis locum occupant ferreæ. Harum vis eſt potiſſimum, ſi morbus ex partium nutritioni inſervientium, vel matricis vitio oritur. *Vitrioli cum Marte conſortium.* Siquidem vitriolum, quod venereum eſt, & veluti primum cupri ſeu veneris ens; magnum cum Marte, qui ferrum dicitur, conſenſum habet, ſiquidem unum in aliud facilè transmutatur, alteriuſque naturam induit, ut vulgò notum eſt. Unde Poëtæ, Veneris & Martis amores myſtico quodam ſenſu confinxerunt, rationem ex Philoſophis & naturæ arcanis expiſcari, unde mutuam utriuſque concordiam & conſenſum didicerunt.

Antimonialium aquarum facultas. Inter vitriolatas, antimoniales etiam aquæ recenſentur. Antimonium enim, ut ſcribit *Paracel. lib. de Aurora*, de ſtirpe eſt & gente vitrioli. Hæ autem tertio loco collocantur in curatione affectuum, præſertim, ſi ut

ſæpè fit, ex materia quadam putrida & verminoſa oriantur, ex qua peſtiferi vapores ac venenati in cor cerebrumque efflantur, epilepſiamque ut plurimum excitant. Quæ quidem virulentæ materiæ ejuſdem aquis expurgantur, & dejectione ſæpius deturbantur, nonnunquam tamen etjam vomitione, ſed rarò, extruduntur. Si in illis infuſum argenteum numiſma maceretur aliquandiu, aureum coloremexilliscontrahet, quod certiſſimum eſt antimonialis aquæ cognoſcendæ ſignum. Hæ miros etiam effectus edunt.

Generatio aquarum mineralium.

Aqua in viſceribus terræ, mineralia corpora percurrendo & alluendo, illorum virtutes & proprietates trahit. Natura verò ſagax & provida, per omnes terræ partes, aquarum iſtarum ramos diſpertita eſt, ut illarum beneficio homo, in cujus gratiam productæ ſunt, frueretur.

Sic arte imitante naturam, vel aquâ vel vino, aliisve liquoribus aptis virtutes extrahuntur mineralium, ex iiſque pro diverſa morbi natura, varia quoque & diverſa præparantur remediorum genera. v. g.

Aquæ ſive thermæ quæ ferri qualitates, obtinent: jecur roborant, & cæteris partibus, nutritioni inſervientibus, proſunt; cachexiam præterea, cauſam hydropis, juxta *Avicennam & Aurel.* antecedentem tollunt. Vinum noſtrum chalybeatum iiſdem planè dotatum eſt virtutibus: nec non pulvis ille, in quo ferrum ritè præparatum, baſis locum tenet: quorum mirabiles effectus in hiſce & ſimilibus morbis ſeſe indies manifeſtè produnt.

Præter ſuperiores aquas & thermas, varia etiam lutorum, genera, ſulphureorum, bituminoſorum, quæ ſalium quorundam naturam ac proprietatem frigidis affectibus, ut paralyſi & id genus aliis congruam, poſſident, Natura ex divite cornucopia ſua ſuperaddidit, ne quid de parſimonia tam benignæ matris, conquererentur liberi.

Sunt & Balnea ex quibus derivantur ſtillicidia.

Sed de his ſatis.

QUER-

Digitized by Google

QVERCETANI REDIVIVI PHARMACOPOEÆ PHYTOLOGICÆ.

Cap. I.

De principiis Vegetabilium.

P*Hytologica eſt, quæ medicamenta ex plantis ſeu Vegetabilibus proponit.*

Principia Vegetabilium primaria ſeu Eſſentialia ſunt ſpiritus vegetabilis, vita vegetativa & corpus.

2. *Hypoſtatica ſunt itidem ſal, ſulphur & Mercurius.*

3. *Elementaria: Terra, Aqua, & Aer.*

Mercuriales ſpiritus in foliis & fructibus ſeſe oſtentant: *Sulphurei* in floribus, ſeminibus & nucleis. *Sales* in lignis, corticibus & radicibus: ita tamen ut ſingulæ illæ tres arboris aut plantæ partes diſtinctæ, etſi aliæ ſpiritui mercuriali dicatæ, aliæ ſulphureo, aliæ ſalino; ſeorſim tamen in tria illa principia adhuc reſolvi poſſint, nec ſine iis conſtare queant, utcumque ſimpliciſſimæ ſint: omnis enim rerum eſſentia, qualiscunq; ſit in rerum natura, his tribus conſtat & perficitur principiis. Quod autem aliæ *mercuriales* dicantur, aliæ *ſulphurea*, aliæ *ſalina* idcirco fit, quod mercuriales plus mercurii, ſulphureæ plus ſulphuris, ſalinæ plus ſalis, quàm aliorum in ſe contineant.

Plantæ Sulphureæ.

Ex plantis enim integris nonnullæ *ſulphureæ ac reſinoſæ* magis conſpiciuntur, *quales inter arbores eſt abies, pinus*, aquæ perpetuo virent, vel in ipſis montib: rigidiſſimis; quod ſulphureo principio abundant, præcipuo vegetationis inſtrumento admodum vitali. Nonnullæ enim aliæ ſunt plantæ, ut *laurus, malus aurea aut medica*, & id genus aliæ, quæ quidem diu vireſcunt, at frigori tamen obnoxiæ, quod earum ſulphur ſit volatilius, ac minus facilè diſſipari poſſit, quam abietum, quæ reſinoſæ ſunt ac mucilaginoſæ, atque idcirco fixioris ac conſtantioris vitæ arbores, adverſus temporum iniurias munitæ. Denique *aromata* omnia, *omnesq; herbæ fragrantes ac odoriferæ*, ſulphureæ ſunt: ut tamen ſingularum herbarum ſingula ſint, & admodum diverſa ſulphurea, quæ propemodum varietate ſunt infinita, ut hic de iis plura dicere non ſit locus.

Plantæ

Digitized by Google

Plantæ Salinæ.

Aliæ ſunt plantæ, quæ ſalem reſipiunt, ut quæ guſtu etiam tales deprehendantur, qualis eſt *chelidonia, urtica, aron, raphanus, ſinapi, allia, porum, perſicaria.* Quæ etiam virtute ac copia ſui ſalis temporum iniuriis reluctantur.

Plantæ mercuriales.

Rosſolis, ſic dictus, inter Mercuriales plantas mercurio abundat, ut & *boraria & cerealia omnia.* Quod tamen principium, cum ſit admodum volatile ac ſpirituale, niſi ab alio aliquo magis corporeo retineatur, nempe ab aqueo aut aereo liquore, omnem conſpectum effugit externum. At Chymica arte diſſectum & enucleatum, interiore ſua anatomia, cum aliorum principiorū ſeparatione ſecerni etiam ac deprehendi ſenſibus poteſt, ut Mercurius ex omni re primo in diſſectione aut ſeparatione extrahatur in vaporem aqueum, ſulphur in oleaginoſum. Tertio ex fæcibus reſiduis rerum, & in cinerem redactis, ſal per propriam aquam prolicitur, qui albiſſimus & tanquam cryſtallinus ſalis acerbi, acris ac pungentis, aut alius id genus ſaporis, guſtum referat, unde verum eſſe ſalem deprehendatur, qui in aqua, ſalium vulgarium more, ſolui poſſit, tantum à cinerib. reliquis diſtans, quantum vita à morte: cum fæces ab eo relictæ terra mortua dicantur, hic vero actionibus planè vitalibus ſit refertus.

Denique in omni plantæ genere, eiusque partibus omnibus, inhærent tria hæc principia, variis proprietatibus ac facultatib. pro plantarum varietate inſignita: quibus etiam peritus Medicus varie utitur, ut ſingula ſingulis, & congrua congruis adaptet, iuxta ſcopum, quem ſibi proponit attingendum.

Hinc patet internæ rerum anatomiæ neceſſariam eſſe cognitionem, quæ ex ſignaturis rerum proprietates ac virtutes earum facile indicat, quas experientia confirmare liceat. Sumantur, verbi cauſa,

Olea.

Oleum aut ſulphur buxi perpetuo virentis & vitriolati, cujus ingrato odore ſulphur narcoticum, quod continet, nobis exhibetur. Eius inquam buxi oleum, etſi facilè cremabile, maximum tamen dolorum omnium lenitivum eſt, utpote ſulphuris narcotici vitriolati naturam ac proprietatem æmulans, æque cum vitriolo epileptico etiam morbo ſpecificè conferens.

Si proprietates principiorum camphoræ ſpectemus, perſpicuum erit (etſi in aqua ardeat) ex ingrato eius odore, proprietatem illi ineſſe refrigerantem & narcoticam:

Haud ſecus ex ſeminibus papaveris, cucurbitæ, melonis, cucumeris, & id genus aliis frigidis, extrahi poſſunt olea flagrantia ac ardentia: quorum tamen operationes calorem non inducent, quin potius quietem ac refrigerium.

Liquor

Liquor Mercurialis.

Cum ſpiritibus ſulphureis vegetabilium mercuriales ſpiritus ſæpenumero conjuncti ſunt:

Ex reſinis.

Ita ex ipſa therebinthina ferè tota ſulphurea, ut & ex *pice & reſina* ſpiritus mercurialis, acidus liquor arte elici poteſt vim habens aceti diſtillati inſtar diſſolvendi etiam ſolidiſſima ipſa corpora. Quinimo in doliolis in quibus pix imponitur mercurialis, ille acidus liquor ab ipſa pice ſeparatus reperitur eademmet diſſolvendi facultate præditus.

Ex lignis.

Ex raſura lignorum & corticum viridium arborum ac vitriolatarum, præſertim quales ſunt *Iuniperus*, *Buxus, Quercus, Guajacum, &c.* idem acidulus mercurialis liquor igne lento primò exillat ad diſſolutionem corallorum, perlatum idoneus. Ex quibus mercurialibus acetatis liquoribus varia quin etiam concinnari poſſunt remedia tùm humoribus fermentandis, digerendis atque attenuandis apta: tùm ſudoribus, uriniſque movendis, calculiſque atterendis & comminuendis, variiſque aliis affectibus mercurialibus, (præſertim) curandis idonea ſeu ſpecifica.

Salia.

A ſulphuribus & mercuriis ad quorundā ſalium anatomiam tranſeamus. Diximus ea in genere expurgationi ac evacuationi univerſali corporum inſervire: ſive ſedes moveant, ſive urinas, ſive vomitum, ſive ſudores proliciant, ſive detergant, incidant, aperiant, aut quacunque ratione obſtructiones expediant.

CAP. II.

De Exiſtentia ſeu figura externa vegetabilium.

Exiſtentia vegetabilium quodammodo analoga eſt animalium.

Haud vanè à Platone, ejuſque ſectatoribus mirabile illud, & prima fronte παράδοξον viſum pronunciatum: *Plantam* eſſe *hominem inverſum*. Hæ ſiquidem, ſi rem ipſam exactè, & oculo attento, ſagaci, atque curioſo, hoc eſt, philoſophico, intueamur, magnam, non tantùm cum homine, ſed cæteris quoque animantibus habent ſimilitudinem. Quinimò ſi ad naturæ illam ἀναλογίαν rerum conſiderandarum ductricem oculos, & mentem attenderimus, ex iiſdem, aut certè non uſque adeò abſimilibus plantas cùm homine habere quandam proportionem animadvertemus. *Planta homo inverſus,*

Quid enim, quæſo, aliud eſt, *truncus* plantæ, aut arboris, *à Theophraſto & Botanicis* appellatus, quàm id quod in homine anatomici truncum quoque, vulgò philoſophi & ipſi quoque ſtatuarii ſtaturam appellitant? quid aliud rami quaqua verſum expanſi, quàm brachiorum ac pedum: *Truncus.*

Quid ſurculi aliud, quàm digitorum, atque extremitatum vices gerunt.

Digitized by Google

Lignum. Quid veriùs in arbore *lignum*, quàm id, quod oſſa in homine?

Medulla Spina. Jam verò *ſpina*, atque *oſſium medullam* cum ipſo cerebro, atque corde repræſentat medulla plantarum.

Fibra. *Fibra* nervos, venas & arterias: quippe per quas (φλέβας vocat Hippocrates, qua voce tanquam generali, omnia tria prædicta vaſa complectitur, & alimentum, & ſpiritus, & calor, è terræ viſceribus exhauſta in univerſæ plantæ œconomiam diſpenſantur, atque diſtribuuntur.

Radix. Sic plantæ *radix* oris & ventriculi munere fungitur, hujus verò fibræ, venarum portæ, quæ mox per majores, tanquam venam cavam, hujuſque ramos, tanquam per canales, & tubulos diffundunt nutrimenta.

Cortex. *Corticis pellicula exterior*, cuticulam, *interior*, eaque *craſſior*, *carnoſior*, atque *fibroſior*, veram cutim repræſentat.

Folia. *Folia* verò, quæ floris, & fructus præludia quædam, non uſque adeò malè cum carnoſo muſculóſoque genere contuleris:

Internodia. *Sic internodia*, *inſertiones ramorum*, cum articulis, ac ligamentis: ea, quæ proximè cortici ac ligno interjacet & fibrata tunica, membranæ comparari poteſt.

Flores. Sed quid de *floribus* dicemus; atque *fructibus*? nimirum illi quandam quaſi vitæ actionem, ſeu, ut veriùs loquar, effectum repræſentant: illa enim arbor, illa planta maximè vigere atque vivere exiſtimatur, quæ plurimum floret.

Fructus. Fructus verò, ſeu *ſemen* naturaſis, atq; vegetantis facultatis, τῆς γονῆς Hippocratis atque τοῦ σπέρματος Ariſtotelis uberrimum præbet exemplar. Nimirum illud eſt, & totum quidem illud & ſolum, quod ad ſpeciei plantarum conſervationem, propagationemque primariò, per ſe & quatenus tale eſt comparatum. Ut non minùs legitima demonſtratione concludas: *ſemen eſt ergo principium, & facultatem in ſe continens* generationis, propagationis; ipſiuſque adeò *ſpeciei conſervationis*. *Semen.* Quam ſi dicas ſperma, ſive γονὴν, ſeu genituram (quam ſolam procreationis nomine meritò dignantur ſummi illi Atlantes) ideoque principium hominis verè ac demonſtrativè concluſeris.

Quid ampliùs? nondũ equidem hoc ſatis ad exactã comparationem: ſed *humores*, ſed *efflorescentia*, ſed ipſa quoque *excrementa* in plantis ſunt, atq; ſtirpibus: nec minùs ſanè, ac in homine. *Excrementa.* Argumenta ſunt *nodi*, *tophi*, *verruca*, *fructus luxuriantes*, *liquores*, *lachryma ſeu reſina*, *muſci*, atque *lichenum genera diverſa*. *Muſcii.*

Morbii. At *morbis* etiam denique vexari ſanationem admittere, & rurſus integra frui valetudine ſtirpes æquè atque homines, pleni ſunt Geoponicõrũ libri. Theophraſtus imprimis; itemq; Cato, Varro, Columella, Palladius, &c. poſt hos Plinius multam hujus rei obſervationem multiplexq; artificium in ſcriptis ſuis conſignarunt.

Mores. Jam ſi naturam utriuſq;, hoc eſt, *mores*, & vitæ regimẽ ſpectes in multis illud ſimul obſervabis. Plantæ ſe cortice & frondibus ab æſtu ac frigore tuxan-

rutantur. Id animalia præſtant, pilis, pennis & pellibus.

Sympathia & Antipathia. Odio perpetuo ſe proſequuntur, braſſica, vinea, olea. Aliæ *mutua converſatione* gaudent, ſalix cum vinea, utraque enim madore delectatur, ſpinoſa ſpinoſis, & oleracea cum oleraceis, coronaria cum coronariis. Quid dicam ? aliæ ſe mutuo perimunt, hædera arbores plurimas, unde nominis, ab exedendo, argumentum promanavit.

Armatura. Atque ut animalia *dentibus, cornibus, ungvibus, atque aculeis* à natura armata ſunt, quibus ad pugnam animantur: ſic ſtirpes Echini ut Eringia armantur aculeis aſperitatibuſq; improvido, ac importuno attractui noxiis. Hoc patet in Carduis, Eringiis, fruticibus ſpinoſis : quorum plura genera ab herbariis recenſentur, Acacia, Zyzipha, Rhamnus, oxyacantha utraque, una criſpa, leo, draco, ſcorpius, phœnix, Acarna, Acantha, aliaque plurima, quorum magna pars ab aculeis & armis, quæ cum animalibus habent ſimilia, denominata ſunt. Immò ipſum quoque triticum, atq; cerealia ferè omnia præcipuo hominis nutrimento à natura genita, ariſtis ceu ſpiculis quibuſdam obvallata ſunt, ne temerè, aut promptè ab avibus, aut quavis beſtiola, vermiculove invadantur. Sic roſæ pulchritudinem horridæ ſpinæ comitantur. Unde adagium illud celebre, In roſis ſpina, & viciſſim in ſpinis roſa, ut ex natura etiam pateat, difficilem eſſe acceſſum pulchrorum: juxta illud δύσκολα τὰ καλά. Difficilia quæ pulchra.

Sexus. Eſt quoque in ſtirpibus diſtinctio *ſexus*, nec nominis tantum, ſed & rei. Mares infructiferi magna ex parte : Fœminæ fructum concipiunt, & pariunt.

Nec ſexus diſtinctio, in eo tantum, ſed in ipſis quoque *organis*. Argumento ſunt mercurialis, mas teſticulis donatus, & mercurialis fœmina iiſdem carens. Idem & Cynocrambe ſeu mercuriali ſylveſtri, quam ex nominis etymo braſſicam caninam appellare licet. Hanc differentiam eximiè mōſtrat Phyllon Theligonon, & Phyllon arenogonon nuperis dictum. Totque ſunt arborum, fruticum atque plantarum maris & fœminæ differentiæ, ut eas nunc hoc loco referre pigeat, cum pleni ea de re ſint herbariorum libri.

Cap. III.

De Potentiis ſeu facultatibus Vegetabilium & primum de dignotione earundem.

POtentiæ ſeu facultates ſimplicium ſeu Vegetabilium, non minus ac rerum reliquarum diverſæ ſunt: aliæ enim ipſum individuum reſpiciunt, ut ſunt potentia vivificativa, nutritiva, ex his ſubſervientes ſenſitiva ac imaginativa: de quibus è recentioribus nonnulli peculiariter tractarunt, veluti Campanella, lib. de ſenſu rerum; uti & Helmentius in tractatu

ſuo de peſte, ad quos curioſum lectorem brevitatis ſtudio remittimus, aliæ ſpeciei conſervationem concernunt ut generativa: aliæ alieno ſervitio deſtinatæ: in quibus excellunt potentiæ ſeu facultates medicamentales, alterantes ſc. & purgantes. Harum dignoſcendarum methodum, jam libare initio æquum eſt.

NOTA I.

De ſignis quibus in cognitionem proprietatum medicinalium devenitur. Tum de dignotione veteribus uſitata.

De Dignotione veterum.

Media quibus in cognitionem rerum medicamentalium devenitur, ſunt ſignaturæ, quibus res naturales notatæ ſunt, quibus addi poſſunt rei ætas, ſexus, locus natalis, tempus collectionis, experientia, &c. de quibus pluribus egi in Pharmacopæa mea medico-chymica.

Hoc loco filum authoris inſequemur, qui primò dignotionem ſimplicium veteribus *Theophraſto* ſc. *Dioſcoridi*, quin & *Hippocrati* uſitatam, recenſet, mox ſecundo modum inveſtigandi qualitates primas & inde dependentes, ætati poſteriori à Galeno receptum examinat. Tertio Recentiorum modum inculcat, facultates ſpecificas, ex ſignaturarum ſimilitudine indagandi. Quarto Hermeticorum rationem ad interiora penetrandi indeque proprietates rerum dijudicandi edocet.

N. *Quin natura illa univerſalis in rerum cognitionem nos deducat, nullum eſt dubium. Etenim ſi docuit vel bruta à quibus homines non pauca didicerunt: quanto magis nos, qui medici & eſſe & haberi volumus ad notas & ſignaturas rerum reſpicere debemus, quas illa rebus peculiariter impreſſit, ut nos qui ſenſu & ratione præditi ſumus, eaſdem diſcernere, earumq; beneficio neceſſitatibus noſtris ſubvenire queamus.*

Dignotio veteribus uſitata.

Cõnſuetum erat primis illis ſeculis uti ſola illa medicina univerſali ex unica & ſola materia deprompta. Poſterior ætas deinde longa inveſtigatione adinvenit balſamum illud radicale medicamentalibus facultatibus activum in pluribus, & deprehendit in aliis plus, in aliis minus de eo ineſſe.

Quicquid ſit, notum eſt veteres ſimpliciſſimis remediis eſſe uſos, nec curabant tantam compoſitionum mixtionumque farraginem, quibus hodie paſſim Pharmacopæorum officinæ ſunt farctæ. Et ſane ſi paulo diligentius attenderimus ad ea, quæ *Theophraſtus & Dioſcorides*, aliique priſci nobis de medicina & ſimplicium medicamentorum viribus ſcriptis reliquerunt, advertemus ſimpliciſſima medicandi ratione uſos eſſe, *nec tantopere reſpexiſſe ad activas vel paſſivas qualitates caloris, frigoris, ſiccitatis & humiditatis*, ex quibus tot mixtionum confuſionumque ortus proceſſit. At illos ſuis ſimplicibus *hanc illamq; proprietatem* tribuiſſe conſtat

vel ea ratione, quod ſibi aliis ita communicatum fuerat, vel per traditionem magiſtrorum ſuorum in medicina facienda verſatiſſimorum, vel deniqueper experientiam atque per ſignaturas, formas & figuras eorundem ſimplicium.

NOTA II.

De Dignotione poſterioribus uſitata per ſapores, odores & colores.

Poſteriores uti morborum conſtitutiones ſecus ac veteres, in qualitatibus primis ac inde pendentibus ſecundis fundarunt, ita & his indagandis incubuerunt, idque præcipuè guſtu ſeu ſapore ſolum ſuperficiario; hinc odore ac colore.

Querc. Apud poſteriores judicii temeritas eo proceſſit, ut de medicamentorum facultatibus etiam ex saporib. odoribus & coloribus decreverent, indeque primas, ſecundas & tertias qualitates conſtituerunt; quibus poſtea omnis virtus dictorum ſimplicium fuit attributa.

Sic ſolent Gal. ut virtutes ac facultates medicamentorum aut alimentorum rimentur ac inveſtigent, eas ad normam corporis temperamento juſtitiæ prædìti, hoc eſt εὐκρατότατα revocare. Quod enim temperatum calorem, vel in ſenili etiam corpore iſti ætati parem & congruum impertitur, id εὔκρατον eſſe dicetur medicamentum.

Quod ſi immoderatius & cum naturæ moleſtia agat, hoc eſt naturalem noſtram temperiem caloris exceſſu ſuperet ac perturbet, tunc medicamentum iſtud calidum dicitur non temperatum.

Hujuſmodi autem calidæ qualitatis gradus quatuor Medici conſtituunt. *Primum* quidem, qui ſenſibus vix percipitur. *Secundum* qui ſenſum ferit ac afficit; calidum enim tactu eſſe deprehenditur. *Tertium* quem vix ſenſus citra inſignem offenſionem ferre poteſt, qui tamen non ſit urens. *Quartum* & poſtremum qui cauſticas & adurendi vires habet. Idem judicium eſt de gradibus frigidi, humidi & ſicci.

Singulæ autem iſtæ qualitates variis proprietatibus inſignitæ ſunt: Atque juxta eorundem Medicorum ſententiam, inter eas aliæ ſtatuuntur *ſimplices*, quæ ſeu alimentorum ſeu medicamentorum facultatibus inhærent: aliæ verò *compoſita*: quarum etiam aliæ *intenſæ*, aliæ *remiſſæ* dicuntur, quarumq; compoſitio, vel in unum & eundem effectū tendit contemperamentum, vel in oppoſitos effectus. *Simpl & compoſitæ.*

Quæ quidem omnia, tum in ſuccis terræ & plantarum, tum in animalibus comperiuntur, quorum tanta eſt copia ac varietas, ut ſingula quæq; excuti nequeant. Senſibus tamen pervia ſunt octo ſaporum ſuorum generibus, ut volebat Plato, cujus celeberrimi quique Medici ſententiam amplexi ſunt & ſequuti. Hujuſmodi ſapores ſunt *auſterus*, quem adſtringentem vocamus, *acerbus*, *aci-* *Cognoſcuntur.* *Saporibus*

dulus, nitroſus , amarus, ſalſus, acer & dulcis. Quibus Theophraſtus Ariſtotelis diſcipulus *pingvem & oleoſum addidit.* Atq; hæ ſunt qualitates propè omnes, quę ſenſui guſtus innôteſcunt Ad quas omnes aliæ, ſiquæ diſſimiles utcunq; occurrunt, revocari poſſunt, & debent. *Aquoſa* enim *dulcedo*, qualem olera, herbæ, fructus, atq; radices quædam repræſentant, & quæ vix ſenſum afficiunt, ſaporis dulcis ſenſu comprehenditur. Talis & eſt frumentacea qualitas, quæ in ſeminib. ciceribus ac leguminib. atq; id genus aliis deguſtatur. Quæ quamvis nullam propemodum qualitatem ſenſui explicet, attamen cùm ſit noſtræ naturę familiaris, ac grata guſtui noſtro ſapore ſuo, eodem etiam ad dulcedinem nempè, cujus ampla eſt latitudo, referri debet. At *vinoſa qualitas*, qualitatum variis modis coeuntium miſtura, Medicis dicitur, quæ differentias etiam innumeras admittit, ut modò hanc, modò illam qualitatem ſaporis ac guſtus repræſentet. Sed nullus unquam fuerit finis, ſi ſingula quæq; excutere eſſet animus. Qualitatum enim ejuſmodi, quæ ab elementorum mixtione proficiſcuntur, infinitus etiam eſt earum numerus.

Auſterus ſapor & adſtringens, quum de natura terræ participet, terreus etiam ac craſſarum partium eſt ſuæ molis compage : frigidus verò qualitate, Hinc fit, ut ejuſmodi auſtera ac pontica incraſſandi vim habeant, laxaq; membra contrahendi ac corroborandi, nec non refrigerandi ac exiccandi & terreſtri illa ac craſſiore materia, qua conſtant.

Acerbum, quod craſſitie & terreſtriore ſubſtantia ponticum ſuperet, vi etiam refrigerandi ac exiccandi vincit.

Acida, etſi tenuiorum ſubſtantiæ partium ſint: frigida tamen qualitate paria ſunt adſtringentibus. Tenuium autem illa eſſe partium hinc fides fit, quod in ſenſilibus partibus velox ſit operatio, & ſaporis affectus: qui acerborum & adſtringentium tardus eſt, acidaq; omnia in profundum corpus facilè penetrent, & vires ſuas illius tranſmittant, cum ab acerbis ſuperficies tantum corporis efficiatur.

Salſa & nitroſa terrea ſunt, calida & ſicca, ad quæ proximè accedit amarus ſapor. Qui quidem tres iſti ſapores, etſi terreo, calido & ſicco temperamento ſint, non obſcurum tamen eſt inter eos diſcrimen : quod amarus à caliditate & ſiccitate magis ſit attenuatus, utpote ſalſum abſtergendi facultate vincens. Proinde etjam ſalſa & amara attenuare ac incidere craſſos viſcidoſq; humores ſolent : nec non putredinem arcere, quæ idcircò cadaveribus in balſamũ aptantur, ut ea à putredine diu tueantur ac conſervent. Sic quoq; videre eſt, nullum in illis putrilaginem, nec verminationem generari, prout omnibus terræ radicibus, herbis & fructibus humidioribus aſſolet. Humiditas enim calore ſtipata corruptionem inducit, qua carent amara & ſalſa, utpote calidiora & ſicciora. Unde ſcripſit Hippocrates, ſiccum ſano eſſe propinquius.

Acria autem omnium maximè calida

Google

calida & ſicca habentur, ſuntque partium tenuium. Hinc fit ut facile penetrent, & intima corporum penitiſſimè attenuando, incidendo, & impedimenta omnia ſive obſtructiones expediendo, nec non etiam urendo, introeant.

Dulcis ſapor ex ſubſtantia omnium temperatiſſima, ac qualitatib. medio criter calidis conſtat: quo fit, ut hujuſmodi dulcib. nutriamur ex Ariſtotelis ſententia: nec tamen eam dulcedinem, quæ in ſaccaro eſt, melle & id genus aliis ſemper intelligimus: ſed alias quaſq; omnes, quæ in albo dulcedinum cenſentur, etſi à ſuperioribus diverſæ. Talia enim ſunt panis, vinum, & omnia quævis alimenta, grato ſapore guſtui noſtro arridentia: Ea enim dulcia etiã dici poſſunt, præſertim cum ea coctionem adepta ſunt quæ perfectam maturitatem vel proprio ac ſingulis reb. inſito calore, vel altero extrinſecus à Sole cœlove allato, vel artificiali vulgaris ignis coctione, ſolarem æmulante, eis conciliaverit. Sic enim omnia dulceſcunt temperato videlicet hujuſmodi calore, ut videre eſt in uvis ex omphacib. ad maturitatem perductis: quæ ad perfectionem decoctæ dulces ſunt, ac palato gratiſſimæ, quum ſecus omphax, alioqui immatura, plane acida ſit, auſtera, ac acerba, ſenſum guſtus vellicans, nec ita arridens, ut alii maturi fructus. Hi enim perfectam coctionem à Sole aſſequuti, non tantum ori delitias præbent, ſed magnæ ſunt etiam ad nutriendum poteſtatis. Haud ſecus alia fructuum genera, quæ acrem ac acerbum ſaporem habent, cum nondum aſſequuta ſunt à natura perfectam coctionem, artificioſa ignis lenti coctione dulceſcunt.

Cujuſmodi ſunt carnes, quæ crudæ, linguæ & palato moroſæ ſunt: coctione vero, hoc eſt elixatione aut aſſatione congrua miteſcunt ac ori fiunt gratiores. Quæ etſi ſaccarinam non aſſequuntur dulcedinem: à dulcis ſaporis numero nequaquam tamen excluduntur.

Quæcumq; enim temperamentis corporum quæ aluntur ſimilia ſunt (inquit *Aetius*) citra cocturam & præparationem jam dulcia apparent: Quæ vero diſſimilia, omnia iniucunda ſunt, prius quam præparentur. Oportet autem calida caſtigare frigiditate, frigida vero calfacientium condimentorum mixtura & igne. Eodem modo per humiditatem emendantur, quæ terrea ſunt, & ſicca magis quam convenit: ſiccitate vero, quæ plus humida & aquoſa.

Quo igitur alimentum minus dulce, maturum & coctum, minus etiam calidum eſt. At quod perfectiorem attigit maturitatem & dulcedinem, plus caloris etiam obtinet: ut ſi maturitatis ac dulcedinis, juſtæq; coctionis gradum ſuperavit, & ad nimiam aſſationem devenerit, tanto plus caloris aſſequetur, quanto magis exceſſerit, atque ex grata dulcedine amaritudinem & acrimoniam ingratam conſequatur, ut in melle & aliis id genus dulcibus, plus juſto coctis & aduſtis licet experiri.

Quæ pinguia ſunt, naturale re-

tum

rum dulcium temperamentum ac qualitates æmulantur: ſub quibus etiam quæ oleaginoſa ſunt, comprehendimus, cuius naturæ ſunt rerum omnium ſemina, tum frigida, tum calida.

Etſi de ſimplicib. medicamentorum qualitatib. verba feciſſe videbimur: nihilominus, etiamſi ſenſu ſimplices iudicentur naturam compoſitam habent: atque ex diſſimilib. inter ſe particulis conſtant: ac proinde diverſiſſimas quoq; in ſe facultates continent: ut aperiendi, incraſſandi, excernendi & ſiſtendi, pluresq; id genus alias oppoſitas ac inter ſe repugnantes, ut in cinnamomo eiuſmodi diſſidium partium videre eſt. In quo & reſerans & obſerans facultas conſpicitur. Et in rhabarbaro purgandi ſimul & conſtringendi virtus: In aliisque multis id genus, quæ & calefaciendi & refrigerandi, exiccandi & humectandi vim ſimul obtinent.

Ut autem in omni corpore particulis ſimilibus conſtante qualitates primæ, calidum nempe, frigidum, hudum & ſiccum, ſingularum rerum differentias efficiunt: ſic in iis, quæ ex diſſimilibus compoſita ſunt, ſecundæ qualitates, quæ ex illis primis prodeunt, acidum videlicet, acerbum, ſalſum, amarum, acre, dulce, pingue idem præſtant. Quæ quidem compoſitæ qualitates tot inter ſe diverſas effectuum differentias habent, prout compoſitiones ſortiuntur, quot ex ſimplicium qualitatum variis permixtionibus oriuntur variæ poteſtates ac proprietates. Ita ut infinitus ſit earum numerus, quæ inter ſe varias ac diſcriminatas ut cum *Auctuar.* loquar, qualitates obtineant. Quæ ſi quis accuratius perpenderit, opportuno horum uſu, contrario etiam modo affectis, iis mederi poſſit.

Atque hæ ſunt tum ſimplices, tum compoſitæ qualitates omnes, quæ in alimentis, medicamentisue comparent: quo bona pars dogmaticorum Medicorum facultates omnes rerum revocant. Quod à nobis ex iis quæ dicta ſunt, ſatis concipi poteſt: quod etiam diſerte fuſius explicare voluimus, præter celebrium etiam dogmaticorum Medicorum ſententiam, plauſibilibus ac ſpecioſis rationibus utcumq; laruatam.

De Odoribus.

Hæ omnes, de quibus diximus, qualitates ex ſaporib. hauriuntur: quanquam illi nonnullas ex odorib. & colorib. peti velint, quarum exiguus eſt numerus. Putant enim odores eſſe calidos, aut à calore proficiſci. Atq; ex eo calore variè in re naturali mixto, diſtinguunt odores ſuaves, ac iucunde fragrantes, ab ingratis & fœtidis halitibus. Ac quemadmodum inter ſapores, qui ſeſe linguæ offerunt dulcis eſt acceptiſſimus ac gratiſſimus, quorum tamen variæ ſunt ſpecies, quæ ex æquo illi non arrident; ſic inter odores halituoſos, qui ſympathiam ac analogiam cum ſpiritu animali cerebri ventriculis inſito magnam habent, nō omnes ipſi arrident: at juxta ſpecierum eorum differentias alii aliis acceptiores ac optatiores occurrunt. Sed odorum diſcrimina longe à

ge à ſaporum differentiis, numero ſuperantur: quo factum ut tot nominibus, quot ſapores, non inſigniantur. Etenim dicitur quidem acidus odor, acetoſus, vinoſus, quod halitu ſuo ſaporem aceti, vel vini repræſentent. At odorem amarum, ſalſum, auſterum, acerbum non dicimus, ut in ſaporibus occurrunt eiuſmodi qualitates.

Iſtæ enim qualitates ex craſſis & terrenis ſubſtantiis oriuntur, cum alioquin odores merè ſint ſpirituales qui tale quid expirare nequeant. Hinc liquet ex ſaporibus potius, quam odoribus, de rerum facultatibus judicium eſſe petendum.

De Coloribus.

Ex coloribus pariter iidem Medici indicationes quaſdam de rerum proprietatibus conjectura augurantur, ut ex hoc vel illo colore rem judicent calidiorem, aut minus calidam ſic enim ſemper huiuſmodi qualitatibus affixi ſunt.

Hoc modo Vina alba frigidiora rubris autumant, cœpamq; albam rubra minus calidam.

Cenſura Querc.

Atque hæc ſunt quib. Dogmatici de medicamentorum facultatibus ut plurimum decreverunt indeq; primas, ſecundas & tertias qualitates deduxerunt.

Quoniam autem non ſemper & in omnibus univerſalem deprehenderunt hanc regulam, ſed fallere deprehenderunt hanc regulam, ſed fallere: [ait Fernel.] Iccircò quidam ad proprietates occultas, à forma, totaque ſubſtantia promanantes confugerunt.

Hæc & ſimilia ſubterfugia nihil aliud cauſarunt nobis, quàm magnam incertitudinem in dignoſcendis noſtris bonis.

Quot enim quæſo res ſunt guſtu *amaro*, quæ tamen ſecundùm edictum illius regulæ neutiquam ſunt calidæ? Cuiuſmodi inter alia eſt opium, cichorium aliaque multa.

Ruiſus quot *acida* exiſtunt, quæ vel ſecundùm proprium illorum judicium ſunt calidiſſima, ut ſpiritus acetoſi, nitri, atque ſulphuris: cum illamet interim regula acida dicat frigidiſſima?

Quot *dulcia* ſuperficie tenus ſunt, quæ interna ſua ſubſtantia nequaquam ſunt contemperata?

Quot *inſipida* extrinſecus, primoque guſtus occurſu, quæ intrinſecùs, & facultate ſunt acerrima, & mordicantia? Mel ſanè, caſſia, atque saccarum, interna ſua ſubſtantia tam ſunt calida, violentaque, ut ex iis etiam parentur talia diſſolventia, qualia ex aqua forti, aut regali præparari ſolent, quæ aurum, & argentum pari cum promptitudine diſſolvere poſſunt. Plumbum linguæ nullum impertit guſtum: at interior eius ſubſtantia nihil aliud eſt, quàm infatuatus quidam ſaccarinus dulcor. Si cuprum quoq; extrinſecus inſipidum eſt, & colore rubro: at viride illud, in quod permutatur, acerrimum eſt.

Talibus, & infinitis propemodum exemplis ſimilibus demonſtrare poſſemus nec omnino nec temerè fidendum, inten-

dumq; eſſe guſtui, qualitatibuſvé, ac temperamentis rerum exterioribus.

Nam ſi interiùs, atque exactiùs, quàm ſuperficiaria illa guſtandi, aut experiundi ratione examinentur, interioraq; ſedulò anatomizentur (placet enim voce hac artis uti, licèt minùs latina) longè aliæ, atque diverſæ ſæpenumero deprehendentur, non tantùm in guſtu, ſed etiam odore, colore, totaque illarum ſubſtantiâ. At ſi fiat ſeparatio trium principiorum hypoſtaticorum, tum innoteſcet vera, & legitima ſaporum differentia. Quippe *una eademque ſubſtantia in ſe continere poteſt ſapores diſtinctos, ut ex his non ſatis tutò eius proprietates colligas atque vires.*

Ut exempli cauſa proponamus Guajacum, ex cuius ſimplici guſtu vires & proprietates diverſas quæ in ipſo inſunt, haud facilè dignoſces: neque cauſam de certo adferre poteris, cur ſit diaphoreticum, aut ſudores provocare poſſit: quod ex ſeparatione prædictorum principiorum facilè aſſequeris: nam reperies in ſua mercuriali acetoſitate, & oleoſa ſeu ſulphurea, & tenuiori ſubſtantia vim illam ſudorificam, quæ ineſt & in Juniperino, & in buxo, in quercu, in fraxino, & in lignis vel corticibus ferè omnibus, ut & in quamplurimis aliis rebus: cauſam autem, cur ſubſtantiæ illæ acetoſæ & ſulphureæ ſudores ipſas provocent, docebimus poſtea: Sed & ex ipſo Guajaco ſubamaro ſalem quintetiam elicies purgationi, & humorum evacuationi aptum.

Sic de cinnamomo & reliquis rebus ferè omnibus dicendum. *Cinnamomum* enim aperiendi, & adſtringendi facultatem habet: Vis aperiendi conſiſtit in ſulphurea, oleaginoſa, & tenui ſua ſubſtantia, qua ſeparata ex ipſius fœcibus, ſubſtantiam de natura aluminis mirè adſtringentem reperies.

Item quod opium ſit amarum, illud ſit ratione ſalis, ex quo ſeparato à ſuo oleo, ſeu ſulphure narcotico, purgans ſit, haud minùs ſanè, quàm ex omnibus amaris, ut gentiana, centaurio, & ſimilibus, ſeparato nimirum dextreque præparato eodem ſale. His ſalibus amaris inditum eſt nomen ſalis geminæ, ad differentiam reliquorum ſalium, quorum magna eſt ſpecierum diverſitas, ut fuſiùs & clariùs docebimus ſuo loco. Nunc autem tribus tantùm verbis dicam, ut ſalia quædam ſunt amara, ita alia ſunt dulcia, alia acida, acerba, auſtera, acria, pungentia, atque ſalſa: quorum particularis facultas meritò tribuitur ſubſtantiæ propriæ, eiuſdem ſalis, quàm alteri cuidam qualitati, quæcunque tandem ea ſit: ſed de his alibi.

Hæc dicta ſint obiter, tantùm ut conſtet, ea ratione, qua adhiberi ſolet guſtus, ad dijudicandas rerum proprietates, quàm ſit dubius, atque fallax: ſimul ac ut pateat ei non temerè fidendum, ſed ulterius progrediendo internas rerum ſubſtantias, atque eſſentias examinandas eſſe.

NO-

NOTA III.

De Dignotione Recentiorum videlicet ex Signaturis externis:

&

Primum de Signaturis internas hominis partes repræſentantibus.

Recentiores ulterius progreſſi, proprietates rerum ac præcipuè plantarum ex ſignaturis, earumque ſimilitudine ſeu analogia judicarunt, qua ex ſe res alias mentiantur, &c.

Plantarum hæ ſignaturæ, non tantum deſumuntur ex figuris atque ſimilitudinibus, quas vel in radicibus, vel in caulibus, foliis, floribus & fructibus habent nobiſcum, hoc eſt cum corporis noſtri partibus interioribus aut exterioribus, aliave re quadam ſive animata ſive inanimata, communes: ſed æſtimantur etiam illæ ſignaturæ ex illarum, coloribus, odoribus, ſaporibus, aliiſque plurimis circumſtantiis, quarum exempla quædam notatu digniora afferemus. Ex quibus conſtabit naturam fidiſſimam illam magiſtram non tantum nobis ſuppeditare, ſed etiam nos docere remedia: idque abſque omni uſura & ineffabili quadam liberalitate.

Eſt enim planta veluti homo inverſus conſtans trunco, ſurculis; (digitis) ligno, (oſſib';) medulla (medulla) fibris (nervis, venis, arteriis) cortice (cuticula) internodiis (articulis) &c. uti pleniùs in pharmacopœa recenſetur.

Hæc & ſimilia, mihi credite, non vane à natura in mundi hocce theatro ſunt producta: Namque, ut veriſſimè habet axioma, *Deus & natura nihil faciunt fruſtra.*

Non itaque exiſtimandum fruſtraneas atq; fortuitas eſſe iſtas ſignaturas, ſed in certum aliquem finem à natura productas. At in quem potius alium productas illas ſignaturas dicamus, quàm in finem hominis? In bonum, inquam, imaginis divinæ, cuius gratia cuncta creata, cuncta producta ſunt, cunctaque perenni ſucceſſione propagentur atque conſervantur? Et certè videtur nobis natura eo ipſo, ceu ſpeculo quodam ob oculos ponere, cui quæq; appropriata, propria atque utilia, & in quem finem ſingula ab ea producta ſint. Nihil enim, uti dictum, facit fruſtra. Cui igitur ſimile potiùs comparabis, quàm ſuo ſimili? *A quo remedia deſumes, quàm ab eo, quod parti affecta, atq; ipſi adeò natura eſt ſimilimum?* Non abſurdè itaque philoſophati ſunt, qui plantas reſque omnes à natura ſignatas, animantibus brutis: hæcque rurſus omnia, cùm illis, creaturarum perfectiſſimo, nobiliſſimoque homine naturæ, viriumque quadam ſimilitudine ſtatuerunt.

Quid impedit igitur quo minùs concludamus *occultas plantarum proprietates æſtimari, ac judicari ut plurimùm ſignaturis, hoc eſt, ex ſimilitudine formæ atque figuræ, cùm animalium, tùm inanimatorum?*

Bbbbb 2 Dica-

Dicamus ergo, *plantas, quæ repræſentant vel ipſa animalia, vel animalium partes, valere ad propellendos morbos, qui ab ipſis animalibus ſuboriri poſſunt*: Serpentaria major, quæ ſerpentem repræſentat: Rhamnus, aut ſpina alba in qua acutæ ſpinæ habent ſimilitudinem dentium ſerpentis, morſum ſerpentis perſanant. Sic orchidis illa ſpecies, quàm à floris ſimilitudine Neoterici eleganter orchin *μυώδη* vocitarunt, apum ictibus confert. Pſyllii ſemen, quod pulicem ementitur, fugat pulices. Quæ caudam ſcorpii repræſentant, ut ſcorpionidis varia genera Telephium, flos heliotropii, & his ſimilia, magnas virtutes ad ſcorpionum plagas ſanandas obtinuerunt. Sic ſemen Calthæ, quæ habet brachia cancro ſimilia, medetur cancro, quemadmodum & ipſemet cancer, animal de genere cruſtaceorum.

Plantæ oculos animalium figurantes, oculis ſalubres habentur, ut Euphraſia.

Quæ *uterum* referunt ad partum valent, ut Ariſtolochia, Cyclamen, quarum radix rotunda eſt atq; cava.

Quæ *veſicæ* ſimilitudinem habent, ad veſicæ affectus conducunt, ut ſolanum Halicacabum, quod barbara voce Alkekengi vocant, ſtaphylodendron, ſeu nux veſicaria.

Quæ *lienem* exprimunt, ad lienis ſeu ſplenis affectus proſunt, ut Aſplenium, Hædera, & ſimiles.

Iecur oſtendentes, jecori proſunt, ut lichen, (quæ hepatica dicta) & ficus, & eſt fumus terræ jecoralis planta æquè ac lienaris: eius ſignatura eſt; quod radice ſua ſcirroſa utramque dictorum viſcerum figuram quodammodo effingit.

Quæ *pulmones* repræſentant, pulmonibus, ut pulmonaria, quæ arborum trunci, fungi, aut muſci, ſeu potiùs integumenti alicuius adhæret, atque Cynogloſſum, & huic ſimilis pulmonaria maculata.

Quæ *cordis* figuram referunt, cordi conferunt, ut malum citrinum, fructus anacardi, radices anthoræ, nardus, meliſſophyllon, quod folium habet cordis circumſcriptione, mirificè ad cordis affectus valent. Item cardiaca, myrobalanum, mala Cydonica, &c.

NOTA IV.

De ſignaturis externas partes repræſentantibus.

Hæc de plantis *internas partes quodammodò* figurantibus: ſed & externis partibus multas etiam aſſimilatas videmus. Nam ſunt quædam plantæ capitatæ, hoc eſt, quarum pars aliqua in capitis figuram extuberat, ut Scilla, quam iccirco ad comitialem ſeu caducum morbum, epilepſiam medicis dictam commendant. Item pœoniæ flos antequam excludatur, qui cranium cum ſuis commiſſuris repræſentans, comitiali ſpecificum eſt & remedium.

Dentibus inciſoriis, ſed magis caninis appellatis ſimiles ſunt nuclei pini, itemque herba dentaria, cuius

radix

radix velut ex meris dentibus compacta videtur, hæc omnia dentibus proſunt. Quæ articulos, nodos aut topſios exprimunt, valent ad podagrã, chiragram, gonagram, omnemque arthritidem.

Plantæ *genitalia* repræſentantes laudantur ad generationem, ut fabæ, piſa, ciceres, lupinus, orchides, ſatyria, &c. Item phallus quem *Hadrianus Iunius* doctiſſimus medicus peculiari libello in hunc eundem commendavit. Præterea tubera terræ, ſolanum tuberoſum neotericorum, & fungi genera plurima.

Pingues plantæ ad impinguandum, ut oleoſæ arbores omnes, & oleoſum fructum proferentes: Nux juglans, avellana, amygdalus, nuclei pini, radiculæ tarſi, tantopere in eum finem ab Italis celebratæ.

Macilenta corpora pinguia emacerant ut ſalſa pariglia. Carnoſæ plantę carnem gignunt, & augent, ut bulbi, caules, carduorum ſcapi. *Vertebrales herbæ*, ut cyperi, & junci genera diverſa, præſertim odorata, vertebrarum affectibus proſunt.

Nervoſæ nervis conducunt, & cartilaginibus, ut linum, cannabis, quę contractos nervos emolliunt. Item inter animalia, vermes, & potiſſimum lumbrici terreſtres (Plinius interanea terræ vocat) qui nervos referunt, nervis medentur.

Plantæ lactuoſæ, ſeu fructus, lactis generationem promovent, ut ficus, lactucæ genera, hordeum, amygdala. At in plantis lactuoſis diſcrimẽ eſt adhibendum. Nam ex his aliæ ſunt ſeroſæ, itaque ſeroſos humores expurgant, ut Tithymalli genera diverſa, quæ purgant aquam intercutem, ut ſcribit Meſues. Lathyris quoque, quia abundat lacte aquco, aquas potenter cit. Ejuſdem generis ſunt Tymelea, eſulæ ſpecies, & Scammonium, ex quo ſuccus in officinis ad purgandum uſitatiſſimus paratur.

Lactuoſa quinetiam ſemina, ſemen genitale augent, ut ſemen paſtinacæ, amygdala, avellanæ, nuclei pini, nuces recentes, &c. *Quarum plantarum ſuccus lac cogit in caſeum, illa quinetiam ſemen* augent, & ad prolem procreandam haud parum facere creduntur, ut carduus ſpinoſus, ſcolimos tam domeſticus, quam ſylveſtris, galion. At econtrà, quæ lac diſſolvunt, genituram perdunt, ut menthæ folia, quæ in lac demerſa, impediunt ipſius coagulationem. Mammis quinetiam applicata, lactis grumos diſſolvunt, quod quotidiana experientia compertum habetur. Sed potentius lac in mammis concretum diſſolvunt ruta per ſe tuſa, aut cum aceto: item cyminum itidem cum aceto tuſa, & applicata intra paucas horas tanquam incantamento quodam lactis proventum arcet, & jam generatum expellit: quod per tranſennam dictum ſit.

NOTA V.

De analogia colorum.

Nec partes *tantum plantarum ſed ipſi quoque colores partium ſuas quoque ſignaturas habent. Ergo ex plantarum diverſis coloribus, diverſarum virium conjectu-*

jectura atque indicia ſumuntur. Sic plantæ floribus *albis* prædıtæ, vt plurimum ad pituitoſos morbos conducunt, ut brionia, ſambucus, ebulus, thimelea, chamelea, lilium album, lilium convallium, & ſimilia, quorum magna pars pituitam purgat.

Plantæ *flavi* coloris vel ſucci, ad *flavam* bilem conferunt, ut Rhabarbarum, Rhaponticum, rhabarbarum monachorum dictum, radix gentianę, centaurij, & cætera id genus quæ bilem flavam purgant: Chelidonia quæ ictero, ſeu morbo regio ex bile exorto plurimum conducit.

Habent enim plantæ ſuccos cum humoribus noſtri corporis analogos: flavi flavis, albi albis, nigri nigris, rubri rubris, cæterique ſuis ſimilibus magna ex parte reſpondent.

Radices & herbæ, quæ decoctum *rubrum ſeu ſanguineum* reddunt, eædemque ſanguinem haud parum mũdificant; ut radix Chinæ, Filicis, agrimonia Chamædris rad. acetoſæ &c.

Plantæ *glauci coloris* urinas movent, ut abrotanum Siriacum, crocus, ononis.

Plantæ *ſubrubræ*, aut etiam *coccinea*, atque in univerſum igneum atque adeò flammeum referentes colorem, extinguendis inflammationibus internis ferè proſunt. Exemplo ſunt: papaver rhæas cujus aqua & pulvis pleuritidi & peripneumoniæ plurimũ conducit, ut & Syrupus qui ex ejus ſucco paratur, quem infrà deſcribemus. Item anagallis, Chryſocomę, ſeu ſtœchas citrina, quæ pulmonum inflammationi conferunt, Itemque ex cortice avellanarum rubrarum & corallo rubro fit pulvis qui drachmæ unius pondere exhibetur cum aqua pap. rheadis tanquam ſpecificum remedium ad pleuriſim.

Miſti plantarum colores miſtos humores trahere putantur. Iridem ſanè variegatam, non tantum ſerum ſed mixtos humores purgare obſervatum eſt.

Porro major eſt *colorum varietas* in floribus, quàm in foliis, quòd folia ut plurimum participent ſolo mercuriali liquore: unde fit, ut ex his nunquam ferè aliud, niſi id quod mercuriale eſt, per deſtillationem elicias. Liquorem, inquam, ſeu humidum illud quod per deſtillationem effluit. At flores continent nitroſulphureum liquorem ſeu oleũ ut dicemus poſtea.

Flores igitur *albi & lutei* pituitam & bilem purgant, ut flores arthemidis, partheniumi;

Rhabarbarum luteum & rubrum, pituitam, & ſanguinem.

Iris pituitam, & bilem.

Melancholicis affectibus herbæ *atri coloris* ſubveniunt, ut recentiores multi herbam Paridis ad id imprimis commendarunt.

Plantæ quinetiam nonnullę *rubra, & aſtringentes* ſanguinis eruptionem ſiſtunt, ut ſunt vulnerariæ, morus, polygonum, ſanguinaria, androſæmon, biſtorta, amaranthus, fragaria: & inter lapides Hæmatites, corallium rubrum: inter metallica crocus Martis, &c. Ita diſtinguendæ ſunt ſignaturæ,

NOTA VI.

De συνδρομῇ ſignaturarum.

Majoris vero momenti ea habentur quæ multum conveniunt, hoc eſt, in multis ſignis conſentiunt alicui parti humani corporis, ut figura, colore & ſimilibus, ut ex præcedentium aliorumque inductione colligere eſt.

Plantæ *motu, colore, & aliis figuris, ſimilitudines ſyderum gerunt & imitantur*, quorum etiam virtutes aliqua ex parte ſibi vendicant.

Solares herbæ, *quæ videntur radios undique emittere, non tantum foliorum in orbem digeſtorum poſitu veluti radij, ſed proprio colore*, ut ſolſequia ob id ſic appellata, quòd florem ſemper ſoli obvertat, atque ita curſum ejus imitatur: item flos maximus Peruvianus, qui omnium manifeſtiſſimè id præſtat, & flores minores ſolis dicti, omnes ob eandem rationem: Item Calendula, Crocus, &c. Cordiales ferè ſunt herbę.

Lunares herbæ *ſunt albiflora, & cerebro opitulantur*, ut œnanthe, dictamnus, lilium convallium, lilium candidum: atque eæ quæ plenum orbem lunæ repræſentant, ut chamemeli genera. Item quæ habent folia ſinuata velut in cornua, ut lunaria minor botrytis dicta; & quæ creſcendo, & decreſcendo ad lunam alludunt, hæ omnes cerebrum roborare exiſtimantur, participatione quadam virtutis lunaris. Nā ut aurum flammicolor inter metalla cordi, ſic luna cerebro favet: Illud nāque magis cor, hæc magis cerebrum reſpicit. Hyacinthus inter lapides cordi, margaritę cerebro familiares. Amethiſtus vini referens colorem, ebrietatem arcere creditur. Ætitem, qui velut prægnans alios cōtinet in ſe lapillos (ut ex ſono percipitur, aut apertione, & diſtractione) cōfirmare uterum tradūt, ſi brachio ſiniſtro adalligetur. Contrà fœmoribus alligatum parturientibus conferre. Has ſanè virtutes his lapidibus ineſſe ſola ſignatura indicavit: quā demum multa experientia confirmavit. Sed ad plantas revertamur, & rem brevius expediamus.

Herbæ *perforatæ*, & quarum expreſſio eſt ſanguinolenta, ut in florib. Hyperici eximiè id patet, ſi digitis atterantur, ad vulnera recentia conducūt. Huc referunt etiā gentianellā, & ulmū. *Ex Analogia figura.*

Ad fiſtulas valent fiſtuloſæ plantæ, ut gentiana, ſymphytum, lupinus, &c.

Quartanam quadratos caules curare poſſe, ſunt qui ſtatuant: ejuſmodi plantarum immenſus eſt numerus.

Experimentis opus eſt ut ſignaturæ fides adhibeatur: quæ, ut hoc ſemel dicam, phyſico & medico non cauſa, ſed occaſio quadam eſſe debet ad dignoſcendas plantarum, & rerum virtutes: vel potius ſigna quadam σημεῖα Græcis dicta, ſeu εἰκότα: futura etiam τεκμήρια, hoc eſt certa, & indubitata, ſi experienti rerum omnium indubitata magiſtra, confirmentur, pari cōjectura ſtatuunt tertianas trigonas, ſeu triangulares caules curare. *Experientia præ aliis neceſſaria.*

NOTA VII.

De reliquis ſignaturis.

Iſtud majoris exiſtimationis, herbas *maſculas viris: fœminas mulieribus magis appropriatas eſſe.* Et maſculinas potētiores eſſe volūt fœmineis. Mercurialis ſanè fœ- *Ex Analogia ſexus.*

perus, ex cujus baccis optimum remedium ad vitæ tutelam paratur. Item pinus: nuclei enim pini vitam nobis prorogant, vel eo potiſſimum, quòd balſamum noſtrum vitæ quodammodo augeant. Item palma cujus fructus dactyli dicti, ſunt amici ſenectutis, diciturque palma immunis eſſe à ſenio. Certè ad ſummam, & plurium centenorum ætatem pertingere cognitum eſt. Aloe quoque perpetuum habet virorem: ex qua, ſicut & ex prædictis, optima remedia parantur ad conſervationem ſanitatis, vitæque prolongationem: Quemadmodum etiam ex helleborino, Chelidonia, & reliquis, quæ ob abundantiam ſalis perpetuò vireſcunt.

Arbores reſinoſæ etiam, quia multo balſamo radicali abundant, ut myrrha, thure, maſtice, & ſimilibus, cum balſamo noſtro non contemnẽdam habent affinitatem.

Porrò ut ex plantis, ita quoque *ex animalibus longævis* ad vitæ propagationem valent, ut cervus: qui dum ſentit ſe gravari ſenectute ſerpentum pabulo reparatur. Serpens namque quotannis renovata pellem ſeu exuvias deponit: quoniam ſub terra tegens, veſcitur balſamo illo radicali naturæ, quo ſingulis annis quaſi renovatur, reſtauraturque. Hinc fit, ut qui viperarum carnibus veſcuntur, ſenectutem producant, atque in longum protrahant, ut ſcribit Dioſcorides. Hæc eſt cauſa, cur theriaca ab ea nomen deprompſerit: cur veteres experientia comprobaſſent viperam ad lepram conducere, variiſque venenatis, & vitæ noſtræ inſidiantibus potenter reſiſtere.

Arbores & fructus, *qui vermiculantur, & vermium materiam repræſentant* vermes in noſtris corporibus generant, ut ficus, pyra, mala dulcia, & inter herbas ocymum. Contrà, qui vermiculos non patiuntur, ſed ipſa enecant aut eorum generationem impediunt, contra vermes proſunt, ut inter reliqua *Hypericum*, cum quo ſi caſeum involvas, nunquam verminculi in caſeo generabuntur. Hypericum eſt etiam ſpecificum ad vermes in ventriculo, in formam cataplaſmatis appoſitum, & in juſculo exhibitum. Fit etiam ex ipſius ſucco vel decocto ſyrupus noſtræ deſcriptionis, ad vermes ſpecificum medicamentum.

Plantæ *maculatæ* maculis hominum detergendis proſunt, ut flores fabarum, cyclaminus, ſemina ricini diverſa, quorum pulcherrima ſpecies nuper ex Indiis importata: Proſunt quinetiam contuſis vulneribus, ut perſicaria maculata, ex qua præſtantiſſimum ad omnes contuſiones paratur remedium.

Plantæ *quæ lapidoſum quiddam proferunt*, ad calculos multa experientia commendatæ habentur, ut milium ſolis, quod à ſemine lithoſpermon, hoc eſt lapideum ſemen, propter duritiem nuncupatum. Item oſſicula fructus meſpili. Item ea, quæ petris innaſcuntur, & ſaxorum rimis, eas, ceu vi quadam pervadentes, quarum plura genera habentur. Saxifragia nomine, & re primas tenere putatur: præ-

præterea quorum radices in globulos diviſæ.

Iam ipſi quoque *lapilli*, *qui in diverſis animantium* generibus, diverſiſque eorum partibus gignuntur, eaſdem vires lapidem vel calculum frangendi habere creduntur. Lapillos qui in ventriculo bovis menſe Majo reperiuntur, in vino diſſolutos atque exhibitos, lapidem in renibus diſſolvere ajunt.

Lapilli quinetiam *ſpongiarum*, *lapis item Iudaicus* dictus, qui omnes ſalis naturam repræſentant, quorum proprium eſt diſſolvere tartarum, ſeu tartaream materiam.

De Aſpectu.

Pulchras, & aſpectu *jucundas plantas*, vel foliis, vel floribus naturæ gratas eſſe, præter aſpectum, ipſe quoque docet *odor*. Exemplo ſunt roſa, Cariophylli, quibuſdam betonicæ dictæ, violæ, Hyacinthi, præſertim orientalis: Narciſſi, maximè ille quem miro aptè tamen, compoſito nomine doctiſſimus vir Pœna, noſtri ordinis amicus, & medicus regius leuconarciſſoliriam appellitavit in ſuo herbario.

Deformes vero tetri odoris ferè, & quædam etiam venenatæ deprehenduntur, ut Aconitum, cicuta, quarum, ut & papaveris odor, ſed magis vulvariæ, vel dictu faſtidiendæ herbæ naturæ quodammodo adverſatur.

Tales & ſimiles ſignaturæ propemodum infinitæ, quæ veteres ad rerum cognitionem, ceu per θαυμασίαν quandam rei viſibilis excitarunt, hoc loco adduci poſſent. Sed vel nimium etiam his inhæſiſſe videmur: voluimus tamen generali iſta enumeratione lectori quaſi ob oculos ponere quid & veteres & nuperos quoſdam magni nominis philoſophos ac medicos cõpulerit ad harum ſignaturarum perveſtigationem. [*Ripleus, Iſacus Holandus, Parar. & inter nuperos Io. B. à Port. Neapol. de his ſignaturis multa ſcripſerunt.*] Nam cum viderent aliquid quod ſimilitudine quadam cum corporis noſtri partibus participaret, illico ſagaci quadam animadverſione ſimilitudinem rei, & quandam veluti συμπάθειαν ſubolfecerunt: quam experimento comprobarunt uti dictũ, ex conjecturali fecerunt certam, atque ſcientificam. Harum ſignaturarum quaſi fons alter & ad rerum virtutumque earum cognitionem acquirendam, fuit ſenſus: maximè autem ſapor, & color. De quibus quædam in præcedentibus attigimus. Nec opus eſſe duximus hoc in loco pluribus ea de re agere, cum *Galenus* eius rei (uti æſtimatur) clariſſima documenta, experimentaque in ſcriptis ſuis, & maximè in libris de ſimplicium medicamentorum facultatibus reliquerit. Tranſeamus nunc ad ſignaturas internas philoſophorum, & medicorum Hermeticorum.

NOTA VIII.

De dignotione Hermeticorum ex Principiis hypoſtaticis.

Hactenus libavimus, quomodo perveſtigandis rerum facultatib dogmatici

matici Philoſophi uſi ſint. Qui ad ſignaturas externas. & qualitates intrinſecus incurrentes, maximè vero ad guſtatiles, viſibiles atque olfactiles reſpexerunt. Præterea ad qualitates primas, calidum & frigidum, humidum & ſiccum, quas harum principia conſtituerunt., atque facultatum ſeu virtutum prima fundamenta. Priores meræ ſunt accidentariæ: quippe quarum baſis atque fundamentum nihil eſt aliud quam forma ſeu figura extrinſecus apparens, ut ex præcedentib liquet. Poſteriores etſi à ſuo ſubjecto quodammodo promanent, tamen aliam penitiorem in eodem ſubjecto baſin, quam idcirco principia, cauſas & fundamenta virtutum cum Hermeticis Philoſophis dixeris.

Hermetici itaque ſicuti morborum generationem ex principiis illis ſale, ſulphure, & mercurio derivant, ita & curationem ſuper iiſdem fundant, ideoque hic inquirendis unice incumbunt, utpote quibus cognitis, & vires non ignotæ ſint.

Porro uti regnum minerale, & in hoc natura illa ſalina reliquorum, videl. vegetabilium ac animalium baſis exiſtit, ex qua nutrimentum ſuum illa immediatè, hæc mediatè eliciant; ita ſecundum numerum ſalium, claſſes facultatum conſtituunt, quibus inſiſtentes indicant, ea quæ pollent natura ſalis gemmę, prędita eſſe facultate evacuante, purgante, tergente: quæ natura aluminis; ſtiptica & adſtringente: quæ vitrioli, aſtrictoria, quæ ſalis communis, incidente, abſtergete; quæ ammoniaci; coagulante, diſſolvente, fermentativa.

Varia namque atque diverſa ſalium genera ſtatuunt, quæ ut in natura ſeorſim, ſic & in omnibus corporis mixtis reperiuntur. Nempe ſal cõmune, (quod ipſum mare per ſecretos & intimo canales toti terræ communicat) itemque Sal gemmæ, alumē, cujus plures ſunt ſpecies, vitriolum, ſal armoniacum, & ſal nitrum, quod ſal petræ vocant. Inter hæc ſalia duo ſunt volatilia, atq; duobus liquorib. in ſenſibili quadam ratione permixta: nitrũ nempe ſive ſal petræ, & ſal armoniacũ naturæ: Nitrum quidem de ſulphure, oleoſoque rerum liquore participat, Armoniacum de mercurio ſeu humore rerum mercuriali.

His itaque indagandis proponet author noſter modum duplicem 1. ex proceſſu generationis.

2. Ex ſignaturis principiorum illorum interim ſenſibilibus.

De Dignotione ex proceſſu generationis.

Hæc prædicta ſalia, (quæ in ſubſtantia terreſtri atque metallica reperiuntur) communicantur etiam vegetabilib. idque beneficio radicum, quæ cum ſemper exiſtant in terra, naturam potiſſimum ſalis fixi retinent. Et ea quidem ratione perveſtiganda eſt in radicib. ſolis fixi natura. Nimirũ radices quod ex ſale fixo nutrimentũ capiant, integræ ſemper virenteſq; conſervan-

vantur: Ideoque validius & æſtatis ardori tabifico, *& hyemis frigori mortifero reſiſtere poſſunt.* Adde quòd & ipſarum radicum maxima pars altius terram penetret, quò facilius externas injurias perferre, ac propulſare queat.

Inſtante autem verno tempore, cum cœleſtis calor, ſive Sol ſeſe nobis appropinquans, arietis ſignum ingreditur, radiiſque ſuis vivificis tellurem feriens, hanc excitat, ſinumque ſuum aperire cogit, ex quo tandè duo illa liquida principia (de quibus ſuprà verba fecimus) profundit affatim. Liquor quidem, ſeu vapor mercurialis, qui cum ſale armoniaco naturæ volatilis (admirabili quodam naturæ deſtillandi modo) elevatur ſurſum per radices, truncumque ſub cortice aſcendens (quo quidem tempore facilis fit decorticatio) ſtirpes iam flaceſcentes, ac penè mortuas exuſcitat, vivificat, foliiſque viridibus adornat.

Alia verò ſalis volatilis ſpecies nitro-ſulphurea, ſulphuri, oleoque naturæ volatiliori permixta univerſam terram undique diverſis pulcherrimiſque floribus inveſtit, atque exornat. Flores enim & folia plurimum participant de duobus ſalib volatilib. quæ cum ſint ejuſmodi, facile evaneſcunt & pereunt, cum flores & folia flacceſcere & exiccari percipiuntur.

Neque tamen propterea exiſtimandum eſt vaporoſum unum liquorem, qui ex terra procedit, alterius non eſſe participem, cum ſulphureus liquor mercuriali, & mercurialis ſulphureo non careat. Atque hæc eſt cauſa, cur in natura vegetabili, alias citius folia, alias flores, alias denique folia & flores ſimul & unà afflore ſcere percipiamus.

Et magna ſanè prudentia illa principia in res omnes diſpenſata ſunt à natura. Experientiaque docet alias magis, alias minus de hoc vel illo participare. Neque enim facilè ex foliis oleum elicias, ſed mercurialem liquorem abundè ex omnibus, at ex pauciſſimis aliquid ſulphurei, ſeu oleaginoſi. Ratio eſt, quia mercurius in iis dominatur, & eorum potiſſimum eſt nutrimentum, principium atque fundamentum, ut diximus. *Horum verò proventum urget liquor ſulphureus, ſed hic non ſolus, & purus, ſed cum portione aliqua mercurialis liquoris, ſalis vero minimo immixtus: unde ex floribus & mercurium elicias, & ſulphur, ſeu oleum magis volatile & ſalis minimum. At ex ſeminibus plurimum ſulphuris fixioris, mercurij & ſalis ferè nihil.* Cauſa eſt, quod ſeminibus, etiamque iis, quæ in magnis, herbis mercurialibus, atque carnoſis fructibus, ut pomis, pyris, cucurbitis, &c. latent, ortum & conſtitutionem potiſſimam præbuerit non ſulphur volatile illud nitroſum & aëreum, ſed ſulphur verè oleaginoſū, & pingue, quodq; medium tenet inter fixum & volatile. Sal verò in his quidē omnibus conſiſtit, quippe maximè fixum, & neceſſarium principium eſt ad conſtitutionem & compactionem omnium corporum. At

At in ligno, atque radice potiſſimum ſal ipſum reſidet; non tanquam in ſuo centro, ſeu propria ſede fixum (in terra enim principium eius radicatum eſt) ſed quia primò ei, atque copioſiſſimè communicatum. Hinc poſtea multum in ſurculos & folia, minimum in flores, & fructus diſpenſatur. *Vnde ex foliis pleriſque ſatis magnam quantitatem ſalis elicere licet. At ex floribus, & ſeminibus quàm minimum ad proportionem cæterorum.*

Patet itaque, qua ratione tria hæc principia, vegetabilia omnia conſtituant, tanquam principia hypoſtatica, eaque producant, conſervent, vegetent, & viribus diverſis inſtruant. Patet etiam omnia quidem prædicta tria principia rebus ineſſe, ſed de alio plus, de alio minus, ut jam in exemplo vegetabilium oſtenſum eſt.

Nullum autem ex tribus illis principiis ſimplex, atque ſolum reperitur, quod non participet quoque de alio. Sal enim beneficio dictorum duorum ſalium, nitroſi & armoniaci, continet in ſe ſubſtantiam oleaginoſam, & mercurialem: ſulphur ſubſtantiam ſalſam & mercurialem: & mercurius ſubſtantiam ſulphuream, atque ſalſam. Sed nomen unumquodque retinet ejus de quo plurimum participat. Si tamen rem exactè conſideremus, deprehendemus cætera *omnia à ſale tanquam principio firmo, atque conſtanti promanare.* Cujus ſanè natura meritò oculos noſtros attollat in cœlos, cum vel hinc & in inferioribus iſtis & naturalibus dilucidè admiranda, venerandaque illa Trinitas in unitate lucens innoteſcat, & eluceat.

Cùm itaque principia illa hypoſtatica ſint, atque inveniantur in naturæ rebus omnibus, nequaquam exiſtimandum eſt ſine ullo effectu, aut omni prorſus virtute ſpoliata ineſſe, quin potius contrarium ſtatuendum, firmiterque credendum ex his potiſſimum promanare omnes rerum proprietates, qualitateſque virtuales.

NOTA IX.

De Dignotione Principiorum ex Signaturis internis ſeu intrinſecus inhærentibus.

Prædicta hæc Salia, quomodo penitius ex Signaturis ſuis internis, ſapore præcipue hinc & colore, proprietatibus atque effectibus cognoſcenda ſint; patebit ſequentibus.

Itaque.

Quicquid ſapore præditum eſt, ii ſi fuerit amarum, erit à Sale gemmæ. Talia itaq; Virtutem habent tergentem, evacuantem ſeu purgantem.

Sic reliqua omnia quæ amaritudinem continent talia eſſe deprehenduntur, ut ab iſta ſalis ſpecie illud habeant, & huius beneficio inter medicamenta tergentia, atque purgantia referuntur: cuiuſmodi ſunt herbæ amaræ omnes, earumque ſucci: item omnia fella. Immò ſine his ne excretio quidem ritè in corporibus obitur. Natura enim perductum cho-

lidocon, quem vocant, ſubinde aliquid fellis in inteſtina egerens, expultricem excitat, ac ad excretionem ſtimulat, ipſumque per ſe etiam terget, purgat, atque evacuat. Quod niſi fiat, quaſi ſepulta, & obruta expultrix jacet, nec quicquam boni inde ſeparandum eſt: ſuccos autem amaros (ut & ipſa fella) eſſe de natura ſalis, facilè vel inde colligi poteſt, quòd fel ſæpiſſimè in propria veſicula in lapillos, aut ſal fixum congeletur. Ex amaris quoque herbis, ut abſinthio, centaurio minore, quod non malè fel terræ dixerunt Botanici, plurimum ſalis elicitur, uti norunt artifices. Ex fellibus animalium etiam fel amarum elicitur mirificè purgans. Quorum humiditas ſi evaporetur, aut diſſipetur, ut craſſiora evadant, ſubſiſtit in veſicula, & ductu bilario offarcto hæret, nec naturam ſtimulat. Sic ſal quoque eſt in urina, quod ſanguinem per venas emulgentes in renes, & inde per ureteres in veſicam, & inde rurſus per canalem ad id dicatum expurgat. Sed quid iſtis inhæreo tanquam notis? In opio ipſo amaro quod tam inſigniter ſtupefactivum, & frigidum eſſe clamitant omnes, ineſt ſal amarum & nitroſum, quod ſi à ſulphure ſuo fœtido (cuius ſolius beneficio narcoticum eſt) ſeparaveris, inſigne purgans efficies. Ita ex centaurio, gentiana, ruta, fumaria ſeu fumo terræ, & ſimilibus omnibus egregia purgantia elicere norunt periti.

Sal aluminoſum ſaporem rebus reddit acerbum: Vitriolum adſtrictionem, ſeu ſtipticitatem: armoniatum aciditatem.

Eorundem porrò ſalium diverſa mixtio diverſos parit ſapores: & id potiſſimum beneficio duorum ſalium volatilium, quæ omnium optimè commiſcentur propter ſubtilitatem, atque ſpirituoſam ſuam ſubſtantiam.

Armoniacum, quod acidum, copioſius ineſt *vitriolo* rebuſque vitriolatis, quàm ulli alteri ſubſtantiæ ſalſæ, aut metallicæ. Sal enim illud acidum, ſeu aciditas illa, naturæ eiuſdem eſt fermentatio, & coagulationum diſſolutionumque rerum omnium cauſa, ut jam ſuprà paucis attigimus, & pluribus, atque manifeſtiùs declarabimus infra.

Ergo *quæ ſunt ſtiptica, atque extrinſecus colorem viridem, ſeu vitriolatum habent cum interna aciditate, & rubore quodam,* ut apparet in granatis, berberis & limonibus, *certum eſt ea id habere à vitriolo, & à ſale armoniaco acido natura*: vitriolum enim extrinſecùs viret; & intrinſecùs ſi artificioſa anatomia facta inſpicias rubet.

Sic quoque ex cortice prædictorum fructuum utpote granatorum extrahere licet ſubſtantiam quàm proximè ad vitrioli naturam accedentem.

Et liquor qui ex illorum granis rubris elicitur aut ex limonum aut fructuum berberis ſucco, habet vim diſſolvendi perlas atque corallia perinde ac ſpiritus vitrioli: Hocque fit virtute ſalis

ſalis armoniaci acidi naturæ, & per naturam mixti: ſed ita mixti, ut induſtria artificis ſeparari poſſit, ita ut tandem ſale illo armoniaco elicito, liquor ille fiat dulcis & potabilis, ſalque ſeparatim remaneat, quod tamen denuò cum aqua fontanâ vel quavis inſipida mixtum, illam reddat acidam.

Aciditas illa ſeu ſal armoniacum ſpirituale non tantùm reperitur in vitriolo, ſed in ſale communi, in nitro, immò in ipſo etiam ſulphure, ut & in omnibus rebus.

Namque illa aciditas illud ipſum eſt, quod ſulphur coagulat, quod copioſè in eo reperiatur. Nam ſine eo ſulphur ipſum non unitum cohæreret, ſed fluidum eſſet, uti reliqui liquores oleaginoſi. Idem *ſal armoniacum naturæ* nobis manifeſtatur per extractionem illam olei acidi, quod ex ſulphure elicitur: cuius natura longè eſt alia quàm dicti ſulphuris: tantum enim abeſt ut flammam concipere poſſit, ſed è contrà impedit etiam vel ipſummet pulverem pyrium alias ſclopetarium dictum, ne & ipſemet ab ignis contactū inflammetur, ut jã ſuprà dictū eſt, adeoq; liquor ille æquè, atq; vero haud minùs, ac ſuccus limonum, berberis, aliuſvé eius naturæ diſſolvit perlas, atque corallium, idque virtute diſſolutiva eiuſdem ſalis armoniaci naturæ quod continet.

Idem, & ſimili prorſus ratione præſtat *acetum*. Quippe *vinum* (quod ſupra reliqua vegetabilia eſt de natura vitrioli, uti monuimus ſuprà) *plurimum continet prædicti ſalis acidi naturæ.*

Hæc qui exactè perpenderit, promptè, & ex veris fundamentis diſſolvet quæſtionem de vera & genuina aceti qualitate, quæ quæſtio plurimos medicos doctiſſimos divexavit. Virtus quippe diſſolvens quæ in aceto apparet, vel ex eo quoque quòd terræ injectum velut bulliat, arguit eius naturam eſſe prorſus calidam. Alii contrà frigidum exiſtimantes acetum, ſummum ſtatuunt remedium ad extinguendas, reprimendaſque inflammationes externas. Item ex guſtu acido, quem omnino effectum frigiditatis autumant, atque adeò ex eo, acetum frigidum eſſe concludunt. At verò hæc controverſia facillimè tolli poteſt ab iis qui habent cognitionem perfectam ſalis armoniaci naturæ, quod acetum continet in ſe. Hoc enim ſal, vera eſt cauſa virtutis eius diſſolventis. Quoniam autem idem ſal vim habet coagulandi ſpiritus, & diſſolvendi corpora, iccirco efficax eſt, atque remedium ſingulare ad inflammationes tum internas, tum externas. Etenim coagulat exhalationes (ſpiritus) nitro-ſulphureas, quæ inflammationes illas excitant, adeoque curat febres.

Quod ſi maniſeſtiùs cognoſcere voles vim corroſivam, atque inflammantem dictorum ſpirituum, reſpice ad aquas fortes communes, (quæ nihil ſunt aliud, quàm ſpiritus nitri atque vitrioli) quas videbis diſſolvere argentum aut aliud quodvis metal-

Digitized by Google

metallum ſolidiſſimum. At ſi vel centum libris vitrioli, & nitri, (ut ſunt in ſua natura, atque corpore) addas unicam tantum unciam argenti, hoc tamen non diſſolvent unquam. Patet igitur vires ejuſmodi violentas ineſſe tantùm ſpiritibus à corpore ſuo ſeparatis, evaporatis, vel diſſolutis. Has vires nullo medio tutiori auferes, atque ſupprimes, quàm ſi rurſus ſpiritus illi incorporentur ac coagulentur. Hoc autem præſtat ſal illud armoniacum acidum naturæ, quod in aceto ut & in omnibus rebus aciditatem habentibus ineſt.

At ſunt fortè, qui proprio nos jugulaturos gladiò exiſtimantes, eodem exemplo à nobis allato inferent, eiuſmodi eſſentias à Chymicis paratas ferè omnes eſſe ſpirituales, & per conſequens remedia violentiora naturæ, quàm par ſit: nec ſatis tutò proinde poſſe exhiberi. His ita reſponſum velim: Non eſſe eandem rationem, ac proinde concluſionem ineptam. Nam ſi vel ſpiritum vitrioli, aut ſalis petræ aſſumamus, qui verè ſunt ſpiritus participantes de igne terreſtri: eos tamen aut dulcorari, atque familiariores naturæ reddi poſſe aut certè miſceri cum juſculis, aut liquore aliquo convenienti. Tum gratiſſimos futuros, hoc eſt, ſapidiſſimos, atque benignos, non ſine inſigni interim virtute, atque efficacia. Quin ipſe quoque limonum ſuccus per ſe ſolus copioſè exhibitus ſtomacho nocere poteſt. Quapropter vel cum liquore aliquo, vel cum ſaccharo commiſcere, & in ſyrupum, vel julepum redigere ſolemus, ventriculo non minùs utilem, quàm gratum. Sed notior eſt hodie virtus ſpiritus vitrioli, atque à probatiſſimis diverſarum regionum medicis commendatus, quàm ut eius dignitati ac laudi quicquam detrahere poſſint ignari. In Gallia præſertim noſtra jam paſſim audio celebrari à pluribus ad ardores, & febres extinguendas. Et meritò ſanè. Eſt enim & ad has, & ad alias plurimas etiam contumaciſſimas ægritudines ſingulare remedium, uti ſuo loco tradetur, ſed à medico experto exhiberi par eſt: non ab empirico, aut tali aliquo qui mortes (ut cum Plinio loquar) per ſua experimenta facere conſuevit.

Porrò ſpiritus acidus ex ſolo nitro, aut ſulphure (inter ſalia metallica) elicitus, eiuſdem eſt naturæ, atque proprietatis. Nam & hi haud minus, quam *ille* conducunt ad extinguendas cuiuſcunque generis febres, idque virtute ſua coagulativa, qua ſulphureos, & excandeſcentes illos noſtri corporis ſpiritus domant, atq; coagulant.

At rurſus nos multa reprehenſione dignos judicabunt alii, quod ſuprà diximus, unum idemque ſal armoniacum acidum eſſe virtutis diſſolventis, atque coagulantis: qui cum effectus ſint contrarii, ab una eademque cauſa procedere neutiquam poſſunt, juxta commune dogma philoſophorum.

R. Sed rectè iſtud à nobis dictum eſt: & ita dictum volumus: Ac dicimus denuò ſal iſtud armonia-

cum

cum naturæ acidum, de quo loquimur, & diſſolvere corpora, & quod magis eſt admirandum, coagulare ſpiritus: immò, quod omnem prorſus ſuperet admirationem, in media etiam flamma. Ac de diſſolutione non maximoperè à nobis iſtud probari neceſſe eſt, cùm illud conſtet vel mulierculis harum rerum ſtudioſis. Spiritus namque vitrioli (ut hoc addam propter ignaros) aut ſulphuris aut nitri acidus, benè præpararus, atque ab omni terreſtreitare ſeparatus, vel in vola manus, diſſolvit corallos, atque perlas. Ex qua diſſolutione inſigne remedium paratur ad fluxus heparicos, lientericos, dyſentericos, ubi hepar opus habet prompta corroboratione. Sed ritè parentur neceſſe eſt ſecundùm formulas infrà à nobis deſcriptas. Eadem planè diſſolventia parantur ex ſuccis limonum granatorum, berberis, ribes, debitè, ac convenienter depuratis à fœcibus ſuis terreſtribus, quæ diſſolventem facultatem non parum impedire ſolenr. Nec minùs idem præſtat acetum optimum deſtillatum. Hæ namque omnes ſunt aciditates armoniacæ, ſeu vitriolatæ, ac perinde vim habent diſſolvendi iiſdem rationibus uti dictum eſt.

Cura fluxionũ.

In ſuc. veget. acidis.

Sed de contraria hujus aciditatis facultate, contrarioque priori effectu coagulante, (quem harum rerum ignari mirabantur) nunc à nobis verba fieri tempus ſuadet, & rario. Quamvis nec in his magno opus ſit ingenio, aut multijuga veſtigatione. Nam vel mediocriter in arte ſpagyrica verſati, atque vix ſemeſtres quidam Chymici, aut ipſi etiam vulgò pharmacopœi iſtud norunt, & videnrunt in præparatione (quam vocant) mercurii, ſeu argenti vivi vulgaris. Cujus liquorem ac fluidam naturam nulla frigiditas exterior, nullum gelu elementale, quantum quantum tandem fuerir, congelare poteſt, aut fixum reddere. At ſi cum ſolo vitriolo mediocriter calcinato ſublimetur, fiet, ut mercurius qui coagulationem, tanquam perfectionem ſuam appetir, virtute quadam magnetica (ſicut apicula roſcidum illum liquorem ex floribus, ut inquit Ripleus) attrahat in ſe illud ſulphur, aut ſal armoniacum naturæ acidum fitque ejus beneficio ex fluido, ſolidus, ut & facillimè manibus contrectari poſſit. Qua in forma conſtitutus vulgò ſublimatum appellatur. Sed ut perfectior evadat artifices majorem curam adhibentes, addito huic novo vitriolo, reiterant ſublimationes, ut denuò ejus ſale armeniaco naturæ imprægnetur. Ita tandem ſolidus evadit, & lucidiſſimus inſtar vitri alicujus Cryſtallini. Venetorum Philoſophi Spagyrici hunc mercurium ita præpatatum, poſſunt rurſus exuere ſuo coagulato, ſeu ſale armeniaco naturæ acido. Nam aquæ injectus eam omninò reddet acidam, quod proprium eſt omnium ſalium. Quo facto, mercurius ſuo acore coagulante ſpoliatus, redit in priſtinum ſtatum, fitque rurſus ex fixo mobilis, & fluxus: Sed perfectè depuratus: nec ampliùs mercurius, ſeu hydrargirum illud

Probatur coagulatio aciditate.

illud vulgare, ſed mercurius philoſophorum.

Jam verò,ſi aqua prædicta exaletur, ut reſtet tantùm liquor acidus ſimilis ſpiritus vitrioli habetis liquorẽ quovis ſpiritu vitriolato excellentiorem ac verè ſpiritualem. Sic pro magno veneno,quod admixtum erat mercurio (quod tum nihil erat, quàm quidam quaſi ignis terreſtris corroſivus) nunc habebis verum ſpiritum vitrioli, cujus major pars eaq; melior evaporat,conſumitur,aut deperditur, ſi modo, & ratione,qua ſolent vulgò,igne illo magno,& violẽto, per retortam extrahatur. Talis ſpiritus ea ratione, qua dictũ præparatus, ingens eſt ſpecificum, ſolus domator epilepſia.

Cura epilepſia.

Atque hæc eſt una probatio virtutis coagulantis mercurii.Eadem ejus vis coagulativa manifeſto apparet in præparationibus,quas præcipitationes vocãt,quæ fiũt cũ ſpiritu acidis vitrioli, atque ſulphuris,quorum beneficio in pulverem redigi poteſt, quod non facile fit ab igne. Sed ut conſtet hanc coagulandi poteſtatem armoniaci acidi naturæ non tantum eſſe mercurium (in quem hanc vim exercere poteſt neutiquam verò in ſpirit⁹ nitroſulphureos corporis noſtri, cum quibus argumentis vivum nullam habet ſympathiam atq; cõvenientiam oſtendemus.Illud alia quadam ratione manifeſta atque veriſſima in deſtillatione vitrioli cum Urina (vide ſpiritum vitrioli microcoſmicum.)Ex qua liquet,quod duo illi ſpiritus prædictorum ſalium vulgo philoſophis pro calidiſſimis habitorum, in glaciem coagulantur,idque non vi ignis aut figuris vehementia, ſed per virtutem coagulativam ſalis armoniaci acidi naturæ, quem in ſe continent.

Cap. IV.
De Vegetabilibus alterantibus primariis.

Vegetabilia porro ſecundum potentias ſeu facultates ſunt *tum alterantia,tum purgantia.*

Alterantia ſunt, *vel elementali* facultate alterantia,*vel hypoſtatica*, vel ſpecifica:Suntque primaria: videlicet *Herba,Radices, Flores, Semina, Fructus, Cortices,Ligna & Viſca, Aromata*: *vel* ſecundariæ.

De horum præparationibus ſpagyricis actum eſt paſſim in pharmacopœa generali, nihilominus non abs te erit diſcrepãtes aliquo modo ab iiſdem elaborationes ſecundum authorem noſtrum adducere.

De Herbis officinalibus: hæ ſunt,

Abrotanum.
Abſynthium pontificum.
vulgare.
Acetoſa.
Acetoſella,Alleluja.
Agrimonia.
Alchimella.
Alſine.
Althæa.Biſmalva.
Anethum.
Anſerina;Potentilla.
Antirrhinum.
Ariſtolochia long.
Artemiſia.
Auricula muris;Piloſella.

Baſi-

Digitized by Google

Baſilicum
Becabunga
Betonica
Branca urſina
Burſa paſtoris
Calamintha
montana
Capillus veneris, adianth. nigr.
Carduus benedictus
Mariæ.
Cerefolium
Ceterach.
Chamædrys: iva moſchata.
Chamapitys: iva arthetica.
Chamæmelum. Camomilla Romanum.
Chelidonium majus
Cichorium
Cochlearia
Conſolida regalis
Dictamnus creticus
albus
Endivia
Equiſetum
Eupatorium
Enphraſia
Farfara
Fœniculum
Filipendula
Fragaria
Galega
Geranium
Hedera terreſtris
Hepatica alba
nobilis
fontana. lichen.
ſtellaris, matris ſylva.
Herniaria
Hyoſcyamus
Hypericum
Hyſſopus
Lactuca
Leviſticum
Linaria
Lothus
Majorana
Malva
Marrubium alb. Praſſium
Matricaria
Meliſſa
Mentha
criſpa
Mentaſtrum
Mercurialis
Millefolium
Mororum folia
Naſturtium aq.
Nepetha-cattaria
Nicotiana
Nummularia
Nymphæa alba & lutea.
Origanum
Parietaria
Perfoliata
Perſicaria
Petroſelinum
Pimpinella vulgaris
italica. Sanguiſorba
Plantago major
minor
Portulaca
Pulegium
Pulmonaria arborea
maculoſa.
Pyrola
Quercus folia
Roſmarinus
Rubi Cimæ.
Ruta
muraria

Digitized by Google

Sabina
Salicis folia
Salvia
Sanicula
Satureia
Saxifragia
Scobioſa
Scolopendria
Scordium
Serpillum
Solarium
Succiſa
Thymus
Tormentilla
Valeriana major Phu
minor.
Verbaſcum
Verbena
Vermicularis
Veronica
Vinca pervinca
Violaria
Virga aurea
Vitis folia
Urtica mortua

De Radicibus officinalibus.

Hæ ſunt.

Radix

Acetoſæ
Acori vulgaris
veri cal. aromat.
Alii
Althææ
Angelicæ
Apii
Ariſtolochiæ longæ
rotundæ
fabaceæ
Armoraciæ
Aſparagi
Bardanæ
Biſtortæ
Borraginis
Bruſci. Ruſci
Bryoniæ
Bugloſſæ
Cardopatii. Carlinæ nigræ
Caryophyllatæ
Chelidon. min.
Cichorei
Conſolidæ maj.
Curcumæ
Cyperi long.
rotund.
Dictamn. alb. fraxinell.
Endiviæ
Enulæ campanæ
Eryngii
Filicis
Filipendulæ
Fœniculi
Gentianæ
Glycyrrhizæ.
Graminis
Hyoſcyami
Imperatoriæ
Iridis Florent.
Juniperi
Lapathi
Leviſtici
Lilior. alb.
Malvæ
Mandragoræ
Meu.
Nymphea
Ononidis
Paſtinacæ ſylv.
Pentaphylli
Petaſitis

Petro-

Petroſelini
Peucedani
Pœoniæ: maſc. & fœminæ
Pimpinell. vulg.
Italic.
Plantaginis
Pirethri
Rapa
Raphani domeſtici
marini
Rubiæ tinctorum
Satyrii
Scabioſæ
Scyllæ
Scorzoneræ
Scrofulariæ
Sigilli Salomonis
Taraxaci
Tormentillæ
Valerianæ maj. & min.
Urticæ

Flores officinales,
Hi ſunt

Flores
Acaciæ
Amaranthi purp.
Anthos
Aquilegiæ
Baſilici
Betonicæ
Borraginis
Buglosſæ
Calcatrippæ
Calendulæ, Calthæ
Caprifolii periclymeni
Centauri min.
Chamæmeli
Cheiri
Cichorei
Cyani
Geniſtæ
Granatorum, Balauſtia
Hepaticæ nobil.
Hyperic.
Lavendul.
Liguſtri
Lilior. alb.
Lil. alb. antheræ
Malvæ hort.
Meliloti
Nympheæ alb.
luteæ.
Pœoniæ
Papav. errat. Rhæad.
hortenſ.
Perſic.
Primul. veris. Paralyſ.
Roſar. alb.
rubear.
Salviæ
Sambuci
Saxifragiæ alb.
Scabioſæ
Scœnanthi
Spicæ nardi
Stæchados arab.
citrinæ.
Tanaceti
Tiliæ
Tunicæ
Tuſſilaginis
Verbaſci
Violarum mart.

Semina officinalia,
Hæc ſunt

Semen
Acetoſæ
Agni caſti, viticis
Ammeos
Anethi

Aniſi
Aquilegię
Baſilici
Cannabis
Carvi
Cinæ. ſancti Santonici
Coriandri
Cucurbit.
Cydonior.
Cumini
Dauci comm.
cretic.
Erucæ.
Fænicul.
Fœnugræci
Fraxini. linguæ avis.
Lactucæ
Lini
Melonum.
Milii
Napi
Naſturtii.
Nigellæ
Pœoniæ grana
Papaveris albi.
Plantaginis
Saxifragiæ alb. i. e. radix.
Seſelios
Sileris montani
Sinapis
Staphidisagriæ
Sumach.
Violarum martiar.
Urticæ maj.

Fructus officinales Hi ſunt

Fructus

Acaciarum. Pruna ſylv.
Alkermes. grana
Alkekengi. grana
Amygdalæ dulces, amarę.
Anacardia
Avellanæ.
Aurantia acida, dulcia.
Been. grana
Cappares
Ceraſa acida
Citrea poma
Coculæ.
Cydonia poma
Cynosbati
Dactyli
Ficus. Caricæ.
Granata mala
Jujubæ zizypha
Juniperi baccæ.
Limones. Limonia mala.
Meſpila
Nux aquatica
Cupreſſi
Indica
Moſchata
Juglans
Olivæ.
Papaverum capita
Paſſulæ Cibebæ.
majores
minores: Corinth.
Pineæ nuces
Piſtacia. Fiſtici
Prunella.
Pruna Hiſpan.
Ungarica.
Sambuci baccæ.
Sebeſten. Myxæ.
Siliquæ ceratiorum
Sorba exicc.
Tamarindi

De Corticibus officinalibus. Hi ſunt

Cortices

Aran-

Arantiorum
Citri
Glandium.cupulæ
Granatorum. Malicorium

Ex arboribus & radicibus

Acaciæ
Capparum è radicib.
Frangulæ
Frax ni
Guajaci
Sambuci
Tamariſci
Tiliæ

De Lignis & viſcis officinalibus. Hæc ſunt

Lignum

Aloes. Agallochum
Aſpalathus
Buxi
Colubrinum. Serpentinum
Coryli
Guajacum
Juniperi
Nephriticum
Rhodium
Santalum album
 citrinum
 rubrum.
Saſſafras
Tamariſcus
Viſcum corylinum
 Quercinum
 Tiliaceum.

C A P. V.

De Aromatibus.

1. *De Caryophyllis.*

CAryophyllorum hiſtoriam, *vide in Diatetico.*

Oleum ſtillat. *Vide ibidem & in Pharmacop.*

2. *De Cinamomo.*

Et hujus vires ac hiſtoriam habes *in Diatet.*

Paratur inde

1. Oleum: *de quo in Diatet. & Pharmacop.*

2. Aquæ Cinamomi, *vide in Pharmac.*

3. Antidot. Diacinamom.

N. Cinamomum vi pollet aperiendi ac adſtringendi. Illa reſidet in parte ſulphurea i. e. oleaginoſa & tenui: hæc in terreſtribus fecibus, ex quibus elici poteſt ſubſtantia naturam aluminis imitans. Inſigne enim medicamentum exhibet in alvi fluxibus. Præcipuè ſi in ſpiritu ejus corallia diſſolvantur.

3. *De Croco.*

Croci itidem hiſtoriam *Vide in Diatet.*

Croci Eſſentiam ſeu Extract. v. per ſpirit. V. *v. Pharmac. Gen. c.* 32.

Croci Eſſ. cum aqua limon, V. *Pharm. Gen. c.* 31. *ſub deſcript. Laudani.*

4. *De Nuce Moſchata.*

Hujus vires *exhibet Diatet.*

5. *De Pipere.*

Et hujus differentias viresque Diæterica tradit.

Oleum ſtill. *V. ibidem & in Pharmacop.*

Antidotos. *Vid. Diat.*

6. De

Quapropter ejuſmodi ſpiritus acidos ejicere ſoleo ex guajaco, junipero, vitriolo, ſulphure, atque ex omnibus hydroticis ſpecificis ac diverſi generis morbos, & ſanè hos ſpiritus longè conducibiliores eſſe ad ſanitatē corporum deprehendi, quàm decocta multa, quæ vulgò parari ſolent, à quib. (pro humorum conſumptione, quæ ſperatur,) magna ex parte catarri movētur priorib. infeſtioresq; ſanguinem ejuſdemq; officinā, calefaciēdo ſublimationi reddāt aptiorē.

Unde fit, ut aërea microcoſmi regio (cerebrum, inquam,) vaporibus refertum, pluviolum fiat, & catarrhoſum. Præter jam dictam aciditatem, quæ vis eſt mercurialis, pars quoque ſulphurea tenuior, maximèque ſudorifica guajaci exhalatur per communes illas decoctiones: hoc norunt vel obiter verſati in arte deſtillatoria, qui ut *oleum ſpirituale ex guajaco* extrahant, primum illud minutiſſimè & in pulverulenta ſegmenta torni beneficio comminuunt: tum pro libra ejuſdem ſcobis, affundunt ſex vel octo libras aquæ, mox deſtillant per alembicum aut retortam, ſic cum aquæ effluit pariter ſubſtantia ſulphurea, aut oleaginoſa, quæ maximè eſt ſpiritualis, & aquæ extillatæ innatat.

Oleum guajaci.

Hi itaque duo liquores ſpirituales, nempe mercurialis acidus, (qui ſemper primus exit) & ſubſtantia illa oleaginoſa itidem ſpiritualis, & per conſequens ejus virtus quæ maximè eſt ſudorifica exhalantur, & neceſſe evaneſcunt in decoctionibus illis, quæ à vulgaribus pharmacopœis parantur. Hoc ne eveniet, ars chymica feſtiviſſimè cavere docet, modúq; tradit prædictas duas ſubſtantias, quæ in guajaco ſunt, atque reperiuntur, ſeparandi, ſimul ac conſervandi rationem inſinuat.

Vera guajaci praparatio.

Ergò ſcobs guajacina indita in retortam atque affuſa aqua quod ſufficiat, aptandum eſt recipiens amplum, hermeticè obſignandum, ne quid exhalet. Tum admoto igne vel cinerum, vel ſolius tantùm balnei mar. vaporoſi deſtillabitur aqua, & cum ea extillabit pariter & acetoſitas mercurialis ſpiritualis, adeoque etiam ſpirituoſior portio ſulphurea, ſeu oleaginea ejuſdem guajaci. Sic nec quicquam amittitur, aut deperditur. Et erit hæc demum vera, & artificioſa Guajaci decoctio, & hauſtu gratiſſima: de qua ℥ ij. vel ℥ iij. plus efficient, quàm vel libra integra decocti vulgi modo parati, quale & nauſeam facilè ciere compertum eſt.

Poterit deſtillari tantùm ad medias & cum decocto quod remanſit prius tranſcolato, permiſceri.

Supra reſidentiam denuò majorem aquæ copiam affuſam, atque per duodecim horas digeſtam denuò deſtillabis ut prius: & effluet *liquor potui inter paſtus gratiſſimus*: quem aromate aliquo, ut cinnamomo, atque ſaccaro ad majorem gratiam condire licet. Omni ita aqua deſtillata, humiditateque mercuriali ſeparata, ſi admoveas ignem validum, exibit *oleum rubicundum*, ſed fœtidum; cui tamen fœtor facilè adimi poſſit, ut fiat excellens remedium ad gummata,

cancros, ulcera ſordida, cancroſa, & phagædenica *luis venereæ*.

Ex fæcibus reſiduis redactis in cinerem ſecundùm artem, cum aqua ultimæ decoctionis deſtillatæ, elicies ſal, quod mixtum cum prima deſtillatione, eam magis efficiet ſudorificam, & quæ præterea bis vel ter alvum ciere poſſit, & ſoleat.

Hac demum præparatione guajaci extraordinaria, (quam nemo cādidus, & in rebus naturæ æſtimandis verſatus non probabit) lues venerea, etiam confirmatior perfectè perſanabitur, ſi ritè omnia fuerint præparata & ex artis præſcripto adminiſtrata.

Alia decocta ex *Guajaco* eorumque uſum potiſſimum in lue Ven. *videſis in Pharmacop.*

Extractum ſive gummi ejus. *vide in Pharmac.*

Eſt ſudativum, diureticum, corruptiones emendat.

Sal ſpecifica proprietate ſolutivus eſt.

Mercurius aciditate, quàm poſſidet fermentationem ac attenuationem atteſtatur.

Oleum aut ſulphur, vim diaphoreticam attinet.

Elixir ſeu lapis, fit ex trib. prædictis principiis, ſi ſulphur ac mercurius ceu duo principia ſpiritualia ac magis ſimplicia ex artis decreto proliciūtur, fixū verò, h. e. ſal extrahatur & ſeparetur, deinde in unū corpus cōtrahatur.

Sudorificū, alterans, concoquens, ac purgans ſimile eſt medicamentum. Qui triplex motus ac operatio, ex una eademque eſſentia, ex tribus unita proficiſcitur, auxilium certiſſimum præbēs, loco argenti vivi (ſi uſus ipſius reformidatur ad verſus luē veneream)

2. *De Buxo*.

Lignum buxeum vim quandā narcoticam & ſoporiferū ſulphur abunde continet, unde fœtorē contrahit, quemadmodū cicuta, ruta, mandragora, omniumque papaverū genera, quam ingentē odorem expirant, qui narcotica ſint, h. e. narcotico ſulphure nimium tincta & infecta. Adde etiam in perpetuo virore ligni buxei & ejus ſaxoſis ac montanis locis delectatione ac origine, ubiq; partium illius vitriolatam planè naturam internæ ejus ſignaturæ, eluceſcere.

Quin etiam cùm ex ejus raſura extollatur aqua major acidi liquoris irritantis ac pūgentis ſolventiſq; ſpiritus vitriolati inſtar, quam alius humoris copia extrahatur. Quemadmodum etiam vitriolū alia omnia mineralia narcotico ſulphure ſuperat: ſic ſimplex hoc naturæ illius prorſus fit particeps, eamq; induit, ſpiritus ejus ex locis montanis & petroſis, ubi libenter naſcitur, creſcit & luxuriat, exugendo, atq; hinc fœtidiſſimū ſulphur contrahendo, quod vi ignis in oleum putore graviſſimū extorquetur. Cujus narcoticæ virtutis magnū eſt argumentum, quòd ea quilibet, vel graviſſimus dentiū dolor, omnes alios dolores ſuperans, uno momento ſedetur, ſi dentiſcalpium oleo ejus intinctum in radicem dolentis dentis immittatur, quæ vix eo attingitur, cùm ſtatim miraculi & incantationis inſtar dolor prorſus avolat & opprimitur. Præſtantiſſimum igitur eſt, inter

inter omnia ſimplicia, mitigativum auxilium, nec non adverſus omnem virulentiam & verminationem, ut ita loquar, quæ ut plurimum epilepſiarum cauſas inducunt, præſentiſſima antidotus : quale inter mineralia, narcoticum vitrioli ſulphur habetur, primamque ſedem occupat in curatione hujus morbi, prout ſuo loco fuſius docebimus.

Addemus & hic noſtras huius olei buxei experientias, quod tanta virtutis reipſa eſſe experti ſumus, ut omnes generis dolores edomet, corruptiones & putrefactiones corrigat, vermes enecet & expellat, malignosque vapores, ex quibus ſymptomatica epilepſia procreantur, quæ facilè tandem in Idiopathicas tranſeunt, arceat & abſumat.

Quid ſit oleum ligni Heraclei Rulandi.

Præter has rationes uſu & experientia à nobis confirmatas, vir quidam Germanus, magni nominis Medicus, ſcriptis ſuis certò teſtatus eſt, oleum ligni Heraclei Mattini Rulandi, quo Rulandus ipſe in ſuis centuriis tot epilepticos ſanitati reſtituiſſe, & dentium dolores ſedaſſe affirmar, oleum hoc ligni buxei deſtillatione extracti fuiſſe, non guajacini, ut antea opinabatur. At licet fides eorum dictis detrahatur, experientiis tamen meis ſatis confirmor, in hoc buxeo ligno magnam vim anodynam, & Herculem quendam hujuſmodi tàm gravium affectuum domitorem, deliteſcere.

Si autem Heracleum illud tanti pretii lignum, cedros etiam Libani, ob tam inſignes ejus virtutes ſuperans, publicum fugit medicinæ theatrum, liceat de noſtro ligno, buxo inquam, periculum facere, & virium ejus experientias tentare, quacunq; libuerit præparationis facie. Sive enim decoctionem ejus uſurpes, ſive liquorem aut oleum, miros ejus in curatione morborum ob rationes commemoratas, affectus experieris.

Extractum ejus *vide in Pharmacopea.*

Eſt ſudorificum antepilepticum, lumbricis & putredini adverſatur.

Oleum narcoticum. *Vide de oleis.*

Sunt quoq; uſitata

3. *Lignum Saſſafras, cuius*

1. Decoctum. Pharm.
2. Extractum ſeu Gummi pharm.

4. *Lignum Aloes.*

Hujus

Extractum ſ. Gummi. *Vid. Phar.*

5. *Lignum Iuniperi ac cortex.*

Hujus

Spiritus, vid. Præpar. Guaiac.
N. Solvit itidem corallia, perlas.
Decoctum fit ad modum Guajaci.

Extractum ſ. gummi Pharmac.

6. *Lignum Quercinum.*

Hujus

Spiritus. *Vid. in Guaiaco.*
N. Solvit corallia & perlas.
Extractum vid. Pharm.

7. *Lignum Rhodinum.*

Hujus

Decoct. vide decoct. Chinæ.
Prodeſt in calculo.

Digitized by Google

Extract. *Pharm.*

Eſt cardiacum.

8. Lignum Santalum.

Hujus

Extract. vide Pharmac.

Huc referri poſſunt & radices lignoſæ veluti.

9. China.

Cujus

Decoct. vid. Pharm.

10. Radix pomorum.

Cujus

Extract. vide Pharm.

Cap. VII.

De Scylla.

SCylla radix eſt exotica quidem, uſitatiſſima tamen officinis, non modo ob trochiſcos inde nomen ſortitos, qui & Theriacam ingrediuntur, ſed etiam propter compoſitiones alias, quas ſcylla exornat, v. g. oxymel ſcylliticum, Loch de Scylla, acetum ſcylliticum, &c. Non igitur abs re erit illius conſiderationibus pauliſper immorari. Itaque

Prima conſideratio in Scyllarum decoctione conſiſtit. Aliæ enim aliis ſunt pernicioſiores, unde & idcircò à *Meſuao*, & *Arabibus* inter ipſa venena relatæ. Hujuſmodi ſunt, quæ non cum aliis conſitæ, ſed ſolæ in locis ſtagnantibus, fœdis ac fœtidis naſcuntur. *Scillæ Hiſpanicæ*, foliis ſuis, aloes foliis reſpondentes, utpote craſſiores, & melius ob calidiorem illam regionem coctæ, bonitate ſua ſuperant vulgares noſtras, quæ iſtis inefficaciores ſunt & impares, tam quoad materialem craſſitiem, quam ad formalem qualitatem.

Secundò tempus quo *colliguntur*, obſervandum. Antiqui autem omnes, eas colligi jubent in perfecta ſua maturitate, foliiſque & caulibus ſiccioribus: quod plerumque accidit circa meſſis tempora in æſtate: non autem reſervatas, ſed recentes, hoc eſt, ſimulac collectæ ſint, in uſum transferendas præcipiunt: ſunt nonnulli, qui neſcio quos ſcrupulos, qui hic injici poſſint, prætendant: quorum tamen opinio tanquam frivola nihili nauci que eſt facienda: inferunt autem illi quod poſita hac lege, corruant ceteræ, in quibus plus momenti ſitum ſit. Trochiſci enim viperarum, authoritate & ſententia antiquorum celebriorum authorum, præparari debent tempore vernali, ſimul ac animalia illa è latebris ſuis prorepſerint, & parati ſtatim in uſum transferri. Ex quibus clarè patet, theriacæ compoſitionem procurari debere ſub finem veris; trochiſcos autem de ſcillis eſſe adhuc imparatos, hoc eſt, eos nondum, ut res poſtulat, exſiccatos eſſe, circa finem videlicet æſtatis, ſed quomodo ſcrupulus iſte facilè eximatur, non provideo. Ut autem libere dicam, quod rationi magis conſentaneum ſit, mihi illorum opinio erronea & abſurda videtur, qui trochiſcorum de ſcillis compoſitionem, in inſtanti ſimul ac collectæ ſint, aggrediendam enunciant.

Salvis enim & integris illarum

ſuccis,

ſiccis, & ſubſtantia, per totam hyemem adſervari queunt. Temporis præterea interventu magis coquuntur, edulcantur, & meliores evadunt, & ita nimiam ſuam amaritudinem & acrimoniam exuunt: quæ ratio ad trochiſcos hos conficiendos longè commodior in medio verè habenda eſt: quo ipſo tempore & trochiſci de vipera commodiſſimè præparari poſſunt, utpote qui magnæ hujus compoſitionis primarii ingredientis, & fundamenti vicem obeunt, in quorum præparatione inprimis temporis ratio ſpectanda eſt. Accedit inſuper veterum authoritas, qui theriacam ſub veris finem tanquam tempus accommodatiſſimum, componendam judicant, ut æſtatis inſequentis calore melius fermentari poſſit, quod hic, ſi quid aliud, omnium maximè notari debet. Jam verò, ſi contrariæ opinioni locus daretur, tempus iſtud jam præterlapſum eſſet; ſiquidem juxta eandem trochiſci circa Auguſti finem præparandi eſſent. *Tertio in ſcillarum coctione* quædam obſervanda veniunt. Interdum enim coquuntur inter carbones aut in clibano, vel argilla, vel quod melius paſta involvuntur donec probe coctæ ſint. Alias enim plurimum noxæ adferrent juxta *Dioſcoridem*: qui ad incommoda ejuſmodi propulſanda, eas coquit in pluribus, & diverſis aquis, donec, judice guſtu, deponant ſuam amaritudinem, & acrimoniam.

Vltimò & quartò expendenda eſt illarum mixtio, & compoſitio: quæ fit cum cæpæ hujus parte interiore, molli, & optime cocta, trita, & cum ervi, vel orobi, ut pharmacopœi vocant, farina permixta: Hic tamen authorum quædam occurrit diſſenſio in quantitate farinæ addendæ: cujus alii æquas partes, alii tertiam tantum ſumendam ſtatuunt.

Sed ut de his, quæ hactenus enarrata ſunt, meam liberè exponam ſententiam, hujus ſecreti componendi ratio, nimis craſſa mihi videtur, ac materialis, adeo ut mirandum ſit, quod tot labores in re tam vili, & exili deſcribenda, multi hactenus egregiæ notæ authores inſumpſerint, nempe in cæpæ duntaxat præparatione, cui inſuper in magnæ theriacæ compoſitione primum ingredientis locum vendicare non veriti ſunt. Non tamen interim abnuo, cæpas ejuſmodi, quæ in maritimis locis, iiſdemque ſalſis naſcuntur, ſingulari vi ac virtute incidendi, attenuandi, penetrandi, deoppilandi, & detergendi præditas eſſe. Sed opus habent exquiſita præparatione, alias, ut ait *Avicenna*, omnes ſcillæ, vel etiam ſelectiſſimæ ſunt venena. Uſus enim illarum diuturnior, exulcerat viſcera: Et, ut ſcribit *Dioſcorides*, ſcilla habet virtutem acrem & exurentem. Ut igitur rectè præparentur, ſola hæc illarum coctio in igne, vel aqua bulliente, non mihi ſufficere videtur. Non equidem ignoro, omnia igne dulceſcere, ſic enim cæpæ com-

Lib. ſect. 17.

Lib. 2. c. 167.

Digitized by Google

communes in quotidianum ciborum uſum dulcorantur: Sed hoc pacto vel imperfectius coctæ, noxiam qualitatem, de qua ſupra dictum eſt, non deponunt, vel nimium coctæ, & edulcatæ, omni virtute attenuandi, incidendi, & detergendi privantur, inutileſque, & prorſus inefficaces redduntur, ita ut difficillimum ſit, hujus coctionis mediocritatem adeo exactè ſervari poſſe, quin alicubi vel in defectu, vel in exceſſu delinquatur. Alias ad ſcillæ exurentem & exulcerantem vim & acrimoniam corrigendam, additur farinæ ervi, & orobi media vel tertia pars, quæ inſignis eſt amaritudinis: & ſangvinis fluorem inſuper tam per veſicam, quàm per anum, non ſine maximis torſionibus prolicit, ut *ſcribit Dioſcorides*. Id ipſum *Galenus* confirmat dum *in libr.* 8. *ſimpl. & lib.* 1. *aliment.* ſubiungit, ejuſmodi farinam non hominum uſui deberi, tum propter tetrum ejus ſaporem, tum quod ſangvinem generet vitioſum. Unde meritò & optimo jure, hanc mixtionem in trochiſcorum ſcilliticorum præparatione, craſſam nimis & agreſtem eſſe cenſemus: ita ut mirum ſit, eam hactenus excultam, nec ex codicibus proſcriptam & relegatam fuiſſe, ſicut aliæ plurimæ jàmpridem exularunt, licet utiliores & præſtantiores, imò hodie adeò exploduntur, ut ex omni ferè hominum memoria deletæ videantur, ſed trochiſcos hos ſuperſtites adhuc eam ob cauſam videmus, quod principem teneant

Lib. 2. c. 102.

locum, in admiranda hujus theriacæ compoſitione, quam antiquitas miraculosè excoluit, ſicut, & eandem hodierno adhuc ſæculo, multò majori in precio habetur, quàm cetera quævis alexiteria.

In horum trochiſcorum correctione, ſequenti hac progrediar methodo. Primò præparatione omnem ſcillæ tollerem acrimoniam & adurentem facultatem, conſervatis interim ejus viribus integrè valentibus, Hiſpanicaque præ ceteris, tota adſervatas hyeme deligerem: jam *ſuprà cap. de vinis & oxymelitibus* ubi de aceto, & melle ſcillitico egimus, præparationem quidem ſcillæ, ſed communem tantum edocuimus. Suaderem deinde iis, qui iſtis in regionibus commorantur, ubi recentes haberi poſſunt, ut è locis maritimis, eas in hortos transferrent, & in terram bonam, & excultam tranſplantarent, ibique per tempus aliquod, ſedula adhibita cultura, & induſtria, ſinerent, donec vim ſuam venenatam omnem exuerent. Eadem methodo ſæpenumerò uſi fuimus in helleboro nigro, aliiſq; ſimplicibus venenatis emendandis: cum adhuc vicini eſſemus montibus, & ſic omne venenum illorum ſuſtulimus, Magni & admirandi ſunt tranſplantationis effectus, cujus beneficio innumerorum ſimplicium acris, amara, & infeſta qualitas cum dulci, & ſuavi commutatur, prout in carduo ſive herba cinare, in cichorio, & ſimilibus pluribus evidenter innoteſcit. Quibus autem occaſio

Malignitatis in ſcilla artificioſa correctione.

occaſio iſta & commoditas denegata eſt, hanc ſequantur praxim.

Accipienda eſt ſcillæ pars media, & optima, & tenerrima, quam cor vocant, ea minutim incidenda, Solique exponenda eſt, donec molleſcere, & fere in liquorem redigi incipiat: ea videlicet ratione, qua *Galenus* ſcillas præparare, & viribus ipſarum integris ſervatis, ad ſolem æſtivalem coquere ſolebat. Quibus vero tantum otii non ſupereſt, ut æſtatis tempus huic coctioni, ob intenſiſſimum ſolis ardorem, dicatum expectent, hanc ſequantur formulam.

Fæcula ſcillæ.

Recip. Eandem ſcillæ partem optimam, cor vocatam, hanc minutim inciſam injice in matracium, aut vas vitreum cum collo longo, ita ut ad mediam impleatur partem.

Hoc vas minimè, vel leviter tantum, ſi velis, clauſum, nullo affuſo alio liquore, ponatur in Baln. Mar. fervens per unum aut duos dies tantum, aut donec ſcilla redigatur in pultis formam, aut liquorem ſpiſſum, edulcatum, omnibuſque ſuis viribus inſignitum, qui ſolus ſine quavis alia admixtione idoneus eſt ut recipiatur in theriacæ compoſitionem: vel ſi placet, poſt temporis aliquod ſpacium, eundem adhuc calentem tranſcola per ſetaceum, & exſicca, aut ad ſolem: aut ad ignem lentum cinerum, & erit inſtar fæculæ, aut amili ſicci, quod ſervabitur diu omnibus ſuis virtutibus dotatum. Adde, ſi velis, tantillum gummi tragacanthi, aut amili, & inde forma trochiſcos: tantillum, inquam, gummi & amili additum incidendi, detergendi ſcillæ vires minime obtundet: hæcque eadem magis familiaria, & amica ſunt naturæ noſtræ, quam farina erui. Sed hanc de induſtria addi quidam contendunt, ad ſcillæ nimirum vim incidentem, & detergentem actuoſiorem reddendam; ſed hoc ſimpliciter negatur. Farina enim in tanta quantitate addita potius obſtruendi & oppilandi vim exeret. Ad hæc, cum eiuſdem vi detergendi, ut & ſupra notavimus, perniçioſa ſimul atq; adeo noxia coniuncta eſt facultas, ut ſanguinis fluxum provocet, tam per ventrem, quàm per veſicam.

Fæcula ſcillæ in trochiſcos redigi poteſt, qui dicentur trochiſci fæcula ſcillæ.

Quod ſi velis, ſcillam paſta involutam, juxta craſſam communemque viam, in furno quodam coquere, ita, ut nullæ in ipſa nocendi vires remaneant, licet minus cocta ſit, & incidendi vi acrique qualitate abunde adhuc vigeat: Scilla probe trita per ſetaceum trajicienda eſt, cujus uncias quatuor injice in octo, vel decem uncias ſacchari, in tantillo aceti ſcillitici diſſoluti, & ad perfectionem cocti: recoquendo totum adhuc ſupra ignem, agitando & probè miſcendo cum ſpatula, donec amplius non adhæreat vaſculi fundo: ita facies ſaccharum ſcilliticum excellentiſſimum, ex quo formare poteris trochiſcos, rotulas, ſeu cuiuſcunq; formæ aliæ: tum ad theriacæ, tum ad quoſvis alios uſus, quibus ſcilla deſtinata eſt: cujus venenum per hanc ultimam coctionem, & ſac-

Saccharum ſcilliticum.

& ſacchari admixtionem penitus ſecernitur.

Extr. ſcill.

Optima, emendatior, certior & ſecurior præparatio ſcillæ eſt, ſi ea in extracti formam redigatur ut ſequitur. Recip. optimam ejus partem ſive cor, ut ſupra, hanc craſſo modo inciſam injice in vas vitreum aptum, ſuperaffundendo acetum roſatum, ut duos digitos materiam ſupernatet: omnia in infuſione ſtent in loco frigido per 24. horas: deinde effunde acetum per inclinationem, quo cæpa fermentata, omne venenum deponet: dein adde lac vaccinum, vel ovillum optimum, & recens mulctum: omnia ſinantur in Bal. M. bulliente, donec liquefacta ſint; colentur per linteum: dein ad ignem lentum cinerum fiat evaporatio, & reductio in extractum ſiccum, cuius uſus erit, ſi velis, loco trochiſcorum in dicta theriaca, & in doſi debita.

Videbimur fortè ultra modum, hoc argumentum de unius cepa preparatione pertractaſſe. Sed multa in ea fuerunt conſideratione digniſſima, qua nullo modo intacta praterire voluimus; nec quicquam à nobis dictum putamus, ex quo non percipi poßit magnum emolumentum.

Cap. VII.

De Allio.

De alliis ſive de Theriaca Vaſconia, qua vul-

ALlia tantopere nonnullibi adamantur: ut vulgus nullum magis aſſiduum & quotidianum cibum agnoſcat; iiſdem in omnibus pene utatur condimentis & obſoniis, atq; demum non ſolum appetitum dejectum inſtauret, ſed etiam vires, illorum uſu frequentiore, conciliet.

gus paſſim utitur.

Alliorum proprietates quanta, ex authoritate

Nec id ſanè mirum videri debet, cum Allia ipſi etiam Medicinæ plurimum inſerviant, ea potiſſimum de cauſa, quod omnis ſint corruptionis & infectionis inimica, antidotos præſtent, contra venena quælibet, ſingulares, & plurimis iterum proprietatibus, eximia quadam naturæ benignitate, prout jam jam dicturi ſumus, prædita ſint & glorientur.

Diſcoridu.

Dioſcoridem, ſi placet, Alliorum præconem & encomiaſten audiamus: *Allium*, inquit, *commeſtum vermiculos ventriculi expellit, urinas ciet, contra morſus viperarum, & inprimis ſerpentis hæmorrhoidis, ſi quicquam aliud, pravalet. Si cum vino ſæpe contritum & maceratum hauriatur vel comedatur, aut ſaltem applicetur: præſens atque obvium contra morſum canis rabidi eſt remedium.*

Aëtius Dioſcoridi, eo præſertim nomine ſuffragatur: quod latos *ventriculi vermiculos abigat, quod ſanguiſugis, quas forſan inſcij & incauti cum aqua mixtos abſorbuimus, quaque mille noxiis corpus humanum afficiunt nocumentis, adverſetur, eaſdemq; cures exterminandas.*

Celſ.

Celſus in ſuo *de re Med. libro, cap.* 12. *Allia ante moleſtos febrium intermittentium, imo quartanarum paroyſmos, ad illarum rigorem, & malignitatem edomandam, præſcribit.*

Allia

Digitized by Google

Allia obſtructiones aperiunt, & flatus omnes diſcutiunt, juxta *Æginetæ*, *lib.* 1. *de re Medica; cap.* 76. ſententiam atque decretum.

Æginetæ.

Mira conglutinandi virtute pollent allia.

Experientiâ ipſa docente, non ſemel comperimus allia tanta virtute diſſolvendi atque diſcutiendi pollere: ut fragmentum vaſis figulini, modo reliquis ejuſdem partibus aptè leviterque adjungi poſſit, ipſimet vaſi tam firmiter, ſi allii ſucco confricetur, adhæreat: ut continendis etiam ipſis, qui deſtillantur, ſpiritibus inſervire poſſit. Uſque adeò partes confractas invicem allium conſolidat, atque compingit. Quo certè experimento ſatis apertè colligitur, idipſum ad reſolvendum, comminuendum, atterendumque calculum, non parum juvare.

Allia præterea mirum in modum *vires collapſas reficiunt atque inſtaurant*, prout ex eo conſtare poteſt: quod ruſtici qui terram multo cum ſudore ſubigunt, & ipſi triremium remiges, illis, nec aliquando ſponte, utantur: quando magnus aliquis labor eſt ſubeundus, & claſſis è magno quodam periculo remigando eripienda.

Quibus populis uſus alliorum familiaris.

Uſus verò *Alliorum* regionibus frigidis eſt magis familiaris, nec non accommodatus. Quocirca *Galenus* peritè memoriæ mandavit: Gallos, Thraces, & alias nationes, quæ ad Septentrionem vergunt, alliorum eſu, minimè eſſe privandas.

Græci antiquiores, ex alliis unà cum oliva nigra permixtis, obſonium quoddam parabant *Myttoton* nuncupatum: cuius non ſemel *Hippocrates* meminit, nec *Dioſcorides lib.* 2. *cap.* 146. oblivioni tradidit.

Verum Allia viſui officiunt.

Plinius verò qui ſalutares Allii proprietates deſcribendo, noxias pariter quaſdam affingit: inter alia recenſet, frequentem illorum comeſtionem oculis & viſioni officere. *Hippocrates* tamen, cuius authoritas Plinianæ opinioni multis momentis præponderat, aliud de Alliis ſentit, *in fine ſectionis* 5. *lib.* 2. *Epidem.* Ubi Allia cum maza ad oculorum curationem edenda præbet.

Odorē alliorum Leopardi & Panthera ferre non poſſunt.

Sed ut magis ac magis Alliorum excellentiam in lucem proferamus: tanto ſolus illorum odor gaudet privilegio, ut feræ ſylveſtriores, quales ſunt, Pantheræ, & Leopardi, eum ſuſtinere nequeant. Cùm igitur hæc planta hujuſmodi virtutem obtineat, ut *omnibus adverſetur corruptionibus*, atque *magnum ſuppeditet contra beſtias venenatas alexiterium:* mirum certe videri non debet, ſi illam Vaſconiæ Theriacam vocitemus. Si enim *Galenus ipſe*, Allia ruſticorum Theriacam appellet, juxta id, quod à Poëtarum Latinorum principe refertur:

Allia ſerpyllumq; herbas contundit olentes.

quidni eadem quoq; Vaſcorum Theriaca nominetur, qua illius provinciæ populares nuſquam non uti comperiuntur.

Quod ſi ad authorum profanorum numerum, pios ſimul & religioſos inſeramus: in medium, ſi libet, beatus procedat *Ambroſius*, qui hæc de Alliorum commendatione *lib. 7. hexam. exaravit*. Mirum eſt Allio delectari homines, quod fugit Leopardus, nam ſicuti litu parietes infeceris, exibit ſtatim, nec reſiſtit: cuius odoratum venenata fera non patitur, nos internis viſceribus infundimus. Sed doloribus, dicet aliquis, medetur: ſit ergo medicamentum, non cibus.

Allia olim pro vitando periculo commeſta.

Brierinus, eidem cui B. Ambroſius ſubſcribit opinioni, *in ſuo de re cibaria tractatu*.

Quid plura: *Allium* non ſolùm pro medicamento olim ſupremo exhibebatur, ſed etiam pro vitando quovis infortunio. Singulis quippe matutinis illud antiqui ter deguſtabant, ut huius libationis tricies repetitæ beneficio, ab omnibus periculis, licèt ſuperſtitione quadam inveterata, eiuſdem diei curriculo vindicarentur, ut hiſce verſibus *Perſius* meminit:

Incuſſere Deos inflãtes pectora, ſi non
Prædictum ter mane caput guſtaveris alli.

E propoſito longiùs in explicandis Alliorum virtutibus, hac præſertim de cauſa ſumus immorati, ut hanc è multorum cerebro opinionem diſturbaremus, qui errore quodam populari abducti, Allii uſum penitus noxium, & in omnibus arbitrantur, ſive illud alimenti vicem, ſive medicamenti retineat.

Vulgus ad præſervationem peſtis utitur: inter alia enim, Allium horis matutinis deguſtatum primas ſibi partes vendicat.

Quidam Allia in aqua, vel ſubcinerib. decocta comedunt, ſic enim plurimum nativæ amittunt acrimoniæ: quod & *Hippocrates* ipſe his verbis teſtatus eſt: *Allium coctum debilius eſt crudo*.

Alia quadam vaſcena ad peſtis præſervationem Theriaca.

Eſt præterea nonnullis communis ad peſtis præſervationem Theriaca, quæ *cum tribus ficubus maturioribus, quinque avellanis, duobus aut tribus ſcordii foliis, drachma ſeminis rutæ & cardui benedicti componitur, cui deinde tria aut quatuor ſalis grana ſuperadduntur, ut ſic totum probè cum aceto ſambucino vel alliato maceretur atque permiſceatur.* Doſis erit ſingulis matutinis ad pondus avellanæ: id quippe magnum eſt contra peſtem, facileque præparatu, in uſum plebis præſervativum.

Eiuſtamen virtus magis ac magis intendetur, *ſi tantillum pulveris angelicæ, cornu cervini, veri boli atq; ſalis abſinthij adjiciatur.*

De Granatis & nucibus.

Ex *Granatorum* cortice, ut & juglandum involucris viridibus, vegetabile vitriolum, tam colore quam ſapore, cæteriſq; qualitatibus omnibus vitriolum minerale referens, elici poteſt.

CAP.

Digitized by Google

Cap. IX.

De Vegetabilibus alterantibus ſecundariis, videlicet de Succis, Reſinis, & Gummatis.

1. De Vino.

A Stirpibus & arboribus multa depromuntur medicamenta, ex ipſorum videlicet foliis, floribus, ſeminibus, fructibus, radicibus, corticibus, lignis, ex ſuccis prædenſis, concretiſvè liquoribus & gummi, de quibus copioſè antiqui diſputarunt: veras tamen præparationes ipſorum obticuerunt, aut fortaſſis ipſas ignorarunt, de his autem nunc mihi datur dicendi locus. Atque ut à *Vino* exordiar, duo ex ipſo præſtantiſſima conficiuntur menſtrua, quæ reliquarum ferme omnium rerum eſſentias facillimè extrahunt. Unum *vini ſpiritus* ſecundum artem præparatus dicitur: Aliud *acetum deſtillatum & alcoliſatum* vocatur. Ex priori menſtruo per reiteratas deſtillationes & phlegmatum ſeparationes oleum ſpiritui ſupernatans elicitur, multis rebus conducens, & corpora priùs, ut decet, calcinata ſoluens, ſi in proprio ſale ſeminetur, digeratur, & inde tandem diſtilletur. Aliud autem vel proprio etiam ſale, vel melle acuitur, aptiuſque ad ſolvendum redditur.

De Tartaro.

Vini fax, variis modis præparatur ad internos & externos affectus. Tartarum enim crudum in pulverē groſſum redactum ſtpellatur per retortam vitream, cum ſuo recipiente, more *ſtygia*, producit magnam copiam ſpirituum alborum, qui tandem in aquam & oleum craſſiſſimum & fœtidum convertuntur: ſeparatur autem oleū illud ſpiſſum ab aqua, per infundibulum, quod quidem ulceribus exſiccandis & curandis confert. Aqua (*Spiritus*) autem, ſi cum colchotare bis autter diſtilletur, ita purificatur, ut fœtorem prorſus amittat: *ad pellendas autem omnium viſcerum obſtructiones, lienis præſertim & hepatis, atque ad omnes morbos tartareos valdè conducit.* Cui medicamento, ſi vim & facultatem adaugeri velis, ipſum circulabis cum vini ſpiritu in Baln. Mar. per (4.) dies deinde ſeparato menſtruo per B. Mar. remanebit tibi ſpiritus Tartari, ad prædicta optimus.

Sal Tartari.

Si caput mortuum nigerrimum calcinaveris ad albedinem in reverberio, cum calida ſal extrahas, ex ipſo, per filtrum, quod coagulatum ad ignem in humido reſolvitur in aquam ſive oleum, ad faciei maculas & ulcera detergenda.

Cremor Tartari.

Cremor Tartari conficitur ex tartaro albo, craſſo modo pulveriſato, & multiplici aquarum ablutione repurgato, donec clariſſimus evadat:

Fffff 2 huiuſ-

Digitized by Google

huiuſmodi tartari in patinam terream vitriatam inditi lib. 5. vel 6. aquam claram fontanam ut 5. aut 6. (imo plures) digitos materiam ſupernatet, bulliant omnia per horas aliquot: poſito dein vaſe in loco frigido, in ſuperficie concreſcet cremor cryſtallinus, quem ſeparabis cum cochleari perforato: reiterata ſœpius eadem ebullitione poſt materiæ refrigerationem, ſemper cremor adimatur, & fac ut exiccetur in aere.

De eo juſculis admiſce ℥ß. & acidula ea reddes, guſtuique gratiſſima & utiliſſima etiam ad diſſecandos & incidendos humores craſſos & Tartareos in viſceribus nutritioni dicatis. Eadem juſcula apozematum loco offerri poſſunt in pluribus affectibus, quæ ægrotantes cum voluptate aſſument nec ullam ipſis nauſeam, ut reliqua ſolent, excitabunt, iiſdem juſculis addere potes, radices & herbas congruentes, qualeſcunque volueris. Hi cryſtalli ad ℥ j. exhibiti purgant clementer, licet per ſe & ſine juſculo ſumantur.

Tartarus vitriolatus.

Tartareus ſal ex eorum genere, quæ acriùs linguam feriunt, (oleaginoſus ac ſulphureus) uſque adeò tamen acris eſt, ut pote ex vegetabili admodum vitriolico & acerrimo extractus, ut præ aliis omnibus acrimoniam exerat potentiſſimam: attamen ſi cum ſpiritu aut ipſomet oleo vitrioli acerrimo permiſceatur, eius nihilominus acerbitatem & ferocientem ſpiritum ita moderari & coercere poteſt, ut ex utroque fiat coagulum, indeque dulcis & gratiſſimus ſyrupus aut utiliſſimus componi poteſt, qui *orexi aut acrimoniæ, eiusque ardori conducat, nec non omnibus colicis affectibus ſedandis, ex ſpirituum* ponticitate, auſteritate aut acrimonia vitriolica, quam pituitam acidam aut vitream vocant, ſuſcitatis, aptiſſimus ſit.

Balſamus Tartari.

℞. *Tartari crudi* ℔ *ij.*
Salis petræ.
Salis fuliginis, & fæcum aceti an. ℥ *iiij.*
Calcis vivæ ℥ *vj.*

Omnia minutiſſimè contuſa injiciantur in vas non vitreatum, ac ritè obturatum. Calcinentur xij. horarum ſpatio: calcinata ſolvantur in calida, ac per filtrum deſtillentur, poſt coagulentur, & deinceps calcinentur: ter denique calcinationes, ſolutiones, & coagulationes fiant. Tum injiciantur omnia in alembicum, ſimulque acetum deſtillatum infundatur, ut digitos quatuor ſupernatet. Deſtilletur acetum in Balneo mar. ac liquor dulcis emanabit. Tum infunde iterum acetum ut deſtilletur, idque tandiu dum non ampliùs ſit dulce, ſed acidum fiat, & quale priùs infudiſti, per alembicum efferatur. Tunc omnia valido igne deſtillato per retortam: & prodibit oleum fervidiſſimum, cuius vix ſatis prædicari utilitas poſſit.

Hoc eodem modo, ſi voles, totũ ſalem tartari per alembicum pelles:

Digitized by Google

ex quo præſtantiſſimum & ſaluberrimum oleum efficies.

Cap. X.

De Aceto.

ACetum inter omnia vegetabilia proxime ad vitrioli naturam accedit.

Per ſeipſum ſingulare eſt remedium adverſus ictus ſerpentum etiam ipſorum venenatiſſimorum, quales ſunt aſpides, ut teſtatur Celſus lib. 6.c.27. qui de variis præſtantibus remediis contra omnes ſerpentum ictus in genere diſſerens, tandem hæc in ſpecie ſubjungit verba: Hæc adverſus omnes ictus communia ſunt: uſus tamen ipſe docuit, cum quem aſpis percuſſit acetum potius bibere debere: quod demonſtraſſe dicitur caſus cujuſdam pueri, qui cum ab hac ictus eſſet, & partim ob ipſum vulnus, partim ob immodicos æſtus ſiti premeretur, ac locis ſiccis alium humorem non reperiret, acetum quod forte ſecum habebat ebibit & liberatus eſt. Credo (addit) licet refrigerandi vim habeat, tamen habet etiam diſſipandi: quo fit, ut terra reſperſa eo ſpumet. Eadem ergo vi veriſimile eſt, quoque humorem hominis ab eo diſcuti, & ſic dari ſanitatem. Ea propter de aceto quid certi aſſerant, nihil habent, multi etiam magni nominis Medici.

Quod enim acidum ſit, atque ideò refrigeret, frigidum ipſum eſſe volũt. At contra, cum facultatem ejus attenuantem, incidentem ac diſſolventem intuentur, nec non ejus in terram effuſi fervorem, ac ebullitionem, diſcedere coguntur de ſententia, quidque de eo judicent, incerti ſunt. Qui ſi ex Hermeticis didiciſſent, ſeparato vini ſpiritu ex eo ipſum idcircò aceſcere (ut patet etiam experientia) quò enim diutius ſoli aut locis calidis exponitur, eo majorem acrimoniam contrahit ſenſim, quicquid in eo acreum eſt, & de eſſentia quinta vini, vi caloris exhalante, detracta illi ea cœleſti ac æthera eſſentia, qua vinum mira ſuavitate perfundebatur (cum punctione tamen aliqua, ſed gratiſſimè palatum feriente, ex ſingulari illa temperie aciditatis vitriolatæ per dulces & ſulphureos ſpiritus à naturæ archæo vino indita & conciliato) tandem aceſcit, cujus aciditatis cauſa ad qualitates frigidas non eſt referenda, ſed ad occultos illos ſpiritus & ſalis acidos, qui vinculo ſulphureę ſubſtantiæ in officio continebantur in vino, quo ſoluto, luxuriare effrenes ſolent, & occultam ante ſuam naturam, utpote liberam & ſolutam, manifeſtam reddere. Hinc fit ut aceta alia aliis ſint acriora, prout magis vel minus in ſe continent ſalis armoniaci naturæ, nihilque prorſus ſulphureæ ſubſtantiæ. Simplex enim aqua omni ſale deſtituta, nulla unquam frigiditate aceſcere poteſt. Sed quemadmodum ex vino, ſic & exhydromelite, cereviſia, omnique defruto ſeparata, propria aqua vitæ aut æthetea ſubſtantia acetoſa fieri poteſt, eò quod in ſeſe contineant ſalem acidum naturæ.

Digitized by Google

Ejuſmodi ſal acidus eſt, quem Philoſophi mercurium ſuum vocant, aut ſalem armoniacum volatilem ac ſpiritualem (quòd omnium metallicorum ſalium armoniacus vulgaris ſit volatiſſimus) ut qui in farinæ formam albiſſimæ ac ſalſæ ad nubes uſque ſublimatione efferri poſſit, naturamque habet ſiccam & ſpiritualem, quam Philoſophi aquam ſuam ſiccam vocant: quod hic ſal uſque adeo volatilis ſit, ut unà cum aereo aut vapore aqueo attollatur: ex quibus facta eſt compoſiti mixtio: tantaque iſtius ſalis eſt aciditas, ut ſcrupulus unus, aut octodecim aut viginti grana hujus ſalis mundiſſimè depurati ac ſimpliciſſimi, in hydria aquæ communis ſoluta, totam illam mirè acidam reddant.

Atque hic eſt ſal, qui in aceto cum aquoſa ſubſtantia (detracta ſulphurea eſſentia) ſeſe acore ſuo conſpiciendum præbet. At quò generoſius fuerit vinum, eò acrius fermentum aceti, & vehementior eius acrimonia ſeſe prodet, ex quo attenuantes ſpiritus penetrantes & promptè diſſolventes à perito artifice extrahuntur: qui vires & facultates aliundè quàm ab ipſo ſale armoniaco ſpirituali ac volatili cum humore aqueo permixti prodire nequeunt.

Atque ut hoc dilucidius adhuc declaretur, & re ipſa comprobetur, accipe fortiſſimum acetum album vel rubrum: hoc ad ſiccitatem in balneo Mariæ extillato, idque leni admodum igne: ex ſextario, tres partes aut amplius inſtar aquæ fontis limpidiſſimas, ſed acerrimas aut acidiſſimas extrahes, reliqua materia tartarea aut fœcali in imo vaſis ſubſidente, cum acerrimo & mordaciſſimo ſale, qui quòd ſit fixus, & terrenæ aceti parti adhærens, non niſi magna ignis violentia extrahi poteſt. Quo medio acerrimum oleũ, aquæ regiæ naturam æmulans, corrodentiſſimum extrahitur, non caloris ignis ratione, ſed vi & potentia ſubſtantiæ ſalſuginoſæ, quæ cum ſale per ignem ex reliquis fæcibus expellitur in olei ſpeciem.

Sed relicto acri illo igne tartareo, ſumamus nunc explicandam aceti diſtillati aciditatem. Leni diſtillatione elicitur primũ aquoſum quoddam elementare phlegma, quod ex toto corpore ferè inſipidum prolicitur, relicto alio in fundo vaſis liquore, longè acidiore aut acriore, atque idcircò ad diſſolvendum potentiore, qui alioqui antea non uſque adeo acer erat, quòd aquoſo phlegmate ſal armoniacus temperaretur. Cujus quanta ſit copia, ſi noſſe cupis, accipe quantum voles optimi ſalis tartari, qui ejuſdem naturæ eſt, ſed fixæ, per quem ſenſim, ad unciæ unius pondus, ſextarios duos aceti iſtius diſtillati, & dephlegmati, traiiciendo, comperies volatilem ſalem Armoniacum cum ſale fixo acri conjunctam eſſe: quodque ab eo diſtillatur prorſus inſipidum aut dulcidulum reddi, volatili armoniaco ſale depoſito, trajectione in ſale fixo: Ita ut ſupra unciam unam ſalis tartari vini fiat auctio unius aut aliquot ſcrupulorum ſalis volatilis, alterius fixi quantitatem augentis: ſic

qui

qui ex aceto cum aquoſa & acrea ſubſtantia evolaverat armoniacus ſal volatilis, trajectione retineatur in proprio ſale fixo, atque ibi hæreat, deſtituens ſeu ſpolians, abſentia ſua, omni aciditate liquorem, qui diſtillatur, quique idcirco nullius eſt virtutis, aut minoris aqua ipſa pura & ſimplici efficaciæ: ut hinc liqueat quàm exiguo aut pauco fermento ad magnam paſtæ quantitatem, ut loquuntur Philoſophi, acuendam ac augendam opus ſit: citra quod nulla futura ſit acrimonia ex elementari aqua, eaque nullo perfundatur acore aut ſapore, ſi deſit illa ſalis armoniaci vis ac facultas. Hermeticus igitur Philoſophus ac Medicus, in viva rerum anatome probè verſatus, ad controverſa iſta, de qualitatibus aceti, diluenda problemata, quæ inter dogmaticos agitantur, deſignatus, docebit, ſaporem acrem acidum, at attenuantem aceti, diſſolventemque facultatem naſci ex eo, quod res acidæ, ſive aquæ, ſive ſucci ſint, ſale armoniaco perfuſæ ac aſperſæ ſint: atque idcircò acetum, non tantum acre, ſed tenuiſſima ac ſpirituoſiſſima illa ſalis acida eſſentia, penitiſſimas corporũ, etiam duriſſimorum, partes penetrare. Si verò effectus quoſdam refrigerantes exerat, inde fieri, quod ab aceto ſulphurea & ignea vini qualitas, aqua vitæ nempe, ſecreta ſit, citra cujus ſeparationem nunquam poſſit acetum fieri, aut factum nullum unquam aquæ vitæ guſtum aut ſaporem exhibere: eamque acrimoniam, qua fervet, elementaris aquæ ac frigidæ vehiculum eſſe, quo in penitiſſimas partes fertur ac penetrat, ut in ea aqua aciditatem illam contineri, & cum ea conjunctam eſſe, experientia crebra didicimus. Atque hoc exemplo, citra moroſius animi ſtudium ac moleſtiam, citraque occultarum totius ſubſtantiæ proprietatum ſubſidium, ejuſmodi nodi ſolvi poſſent, ac occultarum cauſarum, facultatum ac omnium rerum proprietatum veritas elucere, ut fuſius dilucidiuſque alibi iſta explanamus.

Oleum & ſal aceti.

Deſtillato aceto per alembicum reſidente feces ipſius in fundo vaſis: quæ prius igne violentiſſime exiccatæ ſpellantur per Retortam, exibit oleum rubicundiſſimum & acerrimum.

Hoc ſi rurſus caput mortuum diſſolvas in calida, filtres & coagules ſubſidebit ſal aceti: ad phagadænica omnia accommodatiſſimus.

N. *Plura qui deſiderat de aceto adeat Diæteticam quæ peculiarem ei attribuit locum uti & antidotos antimoniales in quarum deſcriptionibus, multa quoque de aceto, eaque ſcitu digna adducuntur.*

Cap. XI.

De Camphora.

Camphoræ proprietates ſi ſpectemus, perſpicuum eſt (etſi in aqua ardeat) ex ingrato ejus odore, proprietatem illi ineſſe refrigerantem & narcoticam: Hujus

Oleum

videatur propemodum ſuo vſu homines reddere immortales.

Antidotus πάγχρηστος hoc eſt ad multos affectus accommodata.

Antidotus σύμφωνος, à concordi & convenienti efficacia ad affectus, quibus eſt deſtinata, curandos.

Antidotus ἐκλογὴ, quaſi ſelecta.

Antidotus σωτήριος, i. ſalutaris.

Antidotus πανάκεια, ſic nuncupata ab omni medelæ efficacia.

Antidotus ἀργυροφορά, ita dicta ob eius præſtantiam, quod ſcilicet ſit ſumptuoſa, nec mediocrem pecuniæ collectionem exigat.

Antidotus ſanitas, & antidotus myſterium, ita nominata ab admirabili utriuſque effectu in ſanitate perdita reſtituenda, & integra conſervanda.

Illi etiam huc uſque progreſſi ſunt, ut unam ex antidotis ſuis ἰσόθεον, quaſi parem Deo vim obtineat, appellare non erubuerint, quod ſanè non caret ſumma blaſphemia.

Si hic omnes antidotos, in quibus opium principale eſt fundamentum, enumerarem, nunquam daretur finis. In Myrepſo ultra octuaginta ejuſmodi habentur, è quarum numero ſelectiores tantum & nominum ſupercilio ſplendidiores excerpſimus. Si illarum compoſitiones inſpexeris, maximam earundem partem tantum theriacas eſſe intelliges, hoc eſt, compoſitas ex uariis ſimplicibus calefaciendi facultate præditis: & ex quarum pleraque parte ſulphur, euphorbium, & ſimilia ingredientia non excluduntur: ita ut facilè appareat, præcipuos illarum antidotorum effectus in ſedandis illis vehementiſſimis motibus & tempeſtatibus naturæ, quales ſunt omnis generis inquietudines, catarrhi, dolores, languores, vigiliæ, & ſimilia graviſſima ſymptomata, verſari & conſiſtere, nec hujuſmodi vim & proprietatem enarratarum antidotorum aliundè dependere, quam ab opij virtute ſoporifera & narcotica, & ſpecifica ad omnem ſpirituum exagitationem, magnamque humorum commotionem, & ſeditionem compeſcendam atque ſedandam. Vnde præclari illi & eximij Theriacæ effectus, quam à quietis inductione, tranquillam appellarunt (ut jam diximus) nullam aliam quàm ab eodem opio mutuantur originem atque virtutem. Quod ita eſſe vel ex ipſius Theriacæ examinatione colligitur. Nam ſi bona eſt, purgantium medicamentorum effectum & actionem impedit: ſin inefficax, contrà. Si enim valida & vigore efficax fuerit (inquit *Aetius*) purgationem minimè fieri permittit, ſua vi exuperans pharmaci purgativi facultatem. *Si verò aque purgetur homo, velutiſi antidotum non accepiſſet, manifeſtum ſit, eam Theriacam invalidam & exilem eſſe ut quæ retinere non potuit purgativi medicamenti fluxum.*

Quemadmodum enim videmus, pleraque remedia opiatica, & præcipuè quodlibet laudanum (ut appellant) cum opio ritè paratum, ab eodē vim habere, *& virtutem ſiſtendi, & inhibendi*

bibendi quamcunque ſuper purgationem, ſive arte, ſive natura irritatam: ſic quoque eandem vim & energiam in Theriaca, eidem ſolo opio acceptam ferendam eſſe, merito judicamus. E quibus ſanè cuilibet conſiderandam relinquo hujus ingredientis excellentiam, & præſtantiam ſummam.

Opii præparatio.

Notandum eſt, opium in quintam eſſentiam redactum, longè aliam & meliorem præparationem in laudano, quam in Theriaca aſſequi & obtinere: ob quam cauſam non opus habet longiore fermentatione, aut temporis prorogatione. Laudani enim uſus ſtatim poſt præparationem citra ullum periculum conceditur: contrà verò Theriaca ad ſui fermentationem non aliquot ſeptimanarum, ſed plurium menſium, imò annorum ſpacium requirit, antequam tuta & uſui apta evadat. Cujus rei cauſa ſoli opio tribuenda eſt, quod crudum ſolummodo, & abſque ullo præparationis artificio addatur. Si enim cetera totius compoſitionis ſimplicia, vel quodlibet per ſe, vel plura inter ſe invicem mixta conſideres: non occurret ullum, quod non ſtatim quovis tempore uſurpari poſſit, excepto unico opio quod ſolum indigeſtum in cauſa eſt, cur Theriacæ uſus in tam longum tempus pro trahendus ſit, & co uſque expectandum, donec idem opium rite fermentatum, decoctum, depuratum, & noxio ſuo & pernicioſo ſulphure ſpoliatum fuerit: quod temporis ſpatium ſatis longum eſt. Nam (ut ſcribit *Aetius de Theriacæ uſu loquens*) tempore ad concoctionem non modico opus habet, quo matura uſui antidotus fiat, & juſtè concoquatur: ut plurimum vero per duodecim menſium tempus coadunatur, & concoquitur: Et *Aegineta* circa idem propoſitum ſic ait. *Vſus ipſius eſt, ſi res urget in morſis à beſtiis venenatis, & iis qui venenum acceperunt, poſt ſeptimum à præparatione annum.*

Tetr.4. — *ſerm 11 Cap.90.* — *Lib. 7. de re med cap. 11.*

Opium itaque indiget reformatione, quæ non in ſola temporis illa longitudine & uſus dilatione, ſed in vera & legitima ejus præparatione conſiſtit. Deplorandus enim error eſt, nobili hujus Alexipharmaci cõpoſitioni, in tam magna, trium ſcilicet unciarum doſi admiſcere tantum venenum, quale opium crudum, & minus præparatum eſſe conſtat: quod paucorum granorum pondere, vitæ ſpiritum ſuffocat, & extinguit, & lethæum, æternumque ſomnum, hoc eſt, mortem ipſam inducit: ſicut id ſæpenumero contingere ſolet. At contra, ſi illud rectè præparatum fuerit, quod paucis horis & facilimo negocio fieri poteſt, ex noxio innoxium, & ex pernicioſo, & lethifero ſoporiferoque veneno, utile & vivificum anodynum reddetur: quod inſtaurabit, & ſedabit ſpiritus perturbatos, & nimium à natura exagitatos, ipſiſque ſuavem & dulcem inducet quietem.

Vbi conſiſtat vera opii correctio.

Expoſuimus hactenus quanta ſit opij dignitas atque præſtantia, & quam multæ ac præclaræ reperiantur

anti-

Digitized by Google

antidoti, quæ magnificis & ſuperbis nominibus, ob egregios & mirandos effectus, quos in gravibus & deploratis morbis propulſandis exeunt, inſignitæ ſunt, quæque opium, quãvis nulla arte præparatum, pro baſi tamen & fundamento primario recipiant.

Opium itaque, cum in tot remediorum compoſitionibus fulcri vicem obeat: plurimum utique in eo ſitum eſſe videtur, ut probe & exactè cognoſcatur, quid ſit, ante quam in uſum recipiatur.

Ex papavere nigro elicitur duplex liquor concretus, alter ex ejuſdem papaveris capitibus, herbis foliis, & caulibus contuſis, præloque ſubjectis fortiter exprimitur, idque circa finem menſis Maij, aut junij, huncque extractum liquorem in trochiſcos redigunt, & nominant Meconium *juxta Actuar. meth. meden. cap. 6. de Antidotis.* Quod extracti genus unum eſt de extractis antiquorum: ubi in noſtris hodie conficiendis longè exquiſitius & ingenioſius adhibetur artificium, ad tollendam omnem impuritatem, & purum ad impuro ſeparandum.

Meconium quid.

Alter liquor, propriè opium dictus, eſt ſola lachryma, quæ effluens ex capitibus tantum papaveris inciſis, menſe quoque Majo aut Iunio colligitur.

Opium eſt lachryma papaveris.

Veri opij ſigna & indicia ſunt ſecundum Oribaſium ferè hæc: *Probatiſſimus autem liquor eſt denſus ponderoſus, odore ſoporiferus guſtu amarus, qui facile aqua diluitur, lævis, albus, nõ aſper, non grumoſus, quique inter colandum nõ coeat veluti cera, & in Sole diffunditur, & ad lucernam, non atra tamen flamma ardet: quique ubi reſtinctus ſit, odoris vim conſervat.* (Sed addit *Oribaſius* præcita to loco.) *Hunc adulterant miſcendo glaucium, aut gummi, aut agreſtis lactucæ ſuccum,*

Orib. lib. 11. med. collect. à litera M. incipientium.

Idem *Oribaſius* in ſequentibus quoque oſtendit modum colligendi liquorem papaveris ad conficiendum, opium: quem locum de induſtria transferre placet: Nos enim juxta eandem normam & rationem docebimus, ex noſtro quoque papavere opiũ educere, quod ſua præſtantia ac viribus veterum opio longè lateque anteferendum erit. Sed ornamentum hoc acceſſorium ſoli veræ Chymiæ debetur. *Aliqui igitur* (addit *Oribaſius*) *capita & folia contundunt & prælo exprimunt: tum in mortario terunt, & in paſtillos redigunt: idque Meconium nominatur poteſtate multò ignavius, quam liquor ſit. In liquore autem colligendo oportet, cum ros exaruerit, cultello aſteriſco circundante, ne ad interiora deſcendat, ex obliquo in rectum ſummam capitum ſuperficiem incidere, & lachrymam exeuntem in conchulam digito detergere, & non ita multo poſt, redire ſiquidem concreta invenietur, &c.* Hæc igitur eſt ratio & methodus verum opium, more veterum concinnandi.

Præter cætera veri opij ſigna ab Oribaſio, ut ſupra declarata (inter quæ & albedo non ultimum eſt) hoc

Signa veri opij.

unicum in primis conſiderandum venit, quod facilè inflammari poſſit, tanquam lachyma ſulphurea ex papaveris capitibus ſeminum plenis extillata, & tota oleaginoſa, quæ lampadi aut igni admota flammæ concipiendę cauſam præbet, non ſecus ac res quælibet piuguis, ſulphurea & oleaginoſa.

In Meconio autem, ſive opio vulgari idem animadverti difficillimũ erit: ſiquidem in eius præparatione, partes ſulphureæ ab aqueis ſive mercurialibus obtunduntur, ſimulque tam herbæ, ſive folia, quàm capita recipiuntur, ex quibus omnibus contuſis exprimitur ſuccus (inopium nigrum poſtea, ſive mavis Meconium, quod hodie in officinis habemus) concretus: quod tamen vulgare opiũ quodammodo flammam etiam concipere poſſe percipies, ſi lampadi ad moveris. Hoc autem, mea quidem ſententia, tam theriacarum, quam laudanorum compoſitioni æque, vel etiam rectius deſtinari poſſe exiſtimo, quàm verum opium ex ſola lachryma ſuo tempore in ea, quæ fieri poteſt quantitate collecta, factum. Nam cum id adeò ſulphureum ſit, ut ſicut videre eſt ex ejus deſcriptionis hiſtoria, flammam facillimè concipiat & ardeat, & odorem ſuum narcoticum, poſt ignis examen, adhuc integrum retineat, fieri non poteſt niſi interveniente alia præparatione quin cerebro mirum in modum infenſum ſit, idque hoſtiliter lædat, & pernicioſa & lethifera inducat ſymptomata, qualia ipſi tribuit Scribonius libr. de compoſ. medic. cap. 48. Facit autem (de opio loquens) gravedinem, gelationem, & livorem artuum frigidoſque ſudores manare, prætereà ſpirationem impedit, mentem ſoporat, ſenſuſque alienat, &c. Quod ſi ignis ab eo nequeat ſeparare, fœtidum iſtud & narcoticum ſulphur: multò minus id præſtabit, vel calor quidam lentus cinerum, vel coctio quædam ac digeſtio Baln. Mariæ. Nihilominus tamen ut mox patefiet, nos hoc in primis tentabimus, ut in præparatione opij noſtri ordinarij, ſulphur iſtud narcoticum flammam concipiens, odore fœtens & abominabile penitus arte ſecernamus: Et ſic ipſum opium, quod tam ab antiquis quàm recẽtioribus, pro ſummo & nocentiſſimo veneno æſtimatur, in doſi etiam paucorum tantum granorum exhibitum, facilimo artificio transformabimus in utiliſſimum & ſaluberrimum remedium.

Opium à ſulphure ſuo inflammabile eſt.

Opii non præparati incommoda.

Vt ea, quæ diximus, confirmemus, ſcire primum convenit, veteres ſolum hoc papaver, quod utcunque incultis & ſylveſtribus camporum locis natum & repertum fuerit, in uſum recepiſſe, ex quo ſuum opium pararunt: quod vel hoc ſaltem nomine crudius, indigeſtius, & per conſequens inde pernicioſius judicandum eſt, quam id, quod nos temporis progreſſu edocti, è papavere ſativo & transplantato educimus: Hortos enim noſtros hodiè videmus infinito papaveris genere conſitos, cujus flores colorum varieta-

Quanta transplantationis, & cultura utilitas.

rietate & elegantia pulchrè depicti, & nobiſcum quaſi ridentes, animum mirificè oblectant; quod ſoli transplantationi acceptum ferendum eſt, cuius laus ſatis extolli nequit: tanta eſt illius energia & proprietas in rebus amaris edulcandis, & noxiis corrigendis, ſicut & id paucis ſupra delibavimus, adductis quibuſdam exemplis, cynaræ nempe, cichoreæ & hellebori. Huius nimirum transplantationis, & coctionis, Solis ardore & æſtu proritatæ, beneficio, in Natolia & Aſia minori (ubi Turci papaver in magna copia, & ſingulari diligentia plantant, transplantant, & excolunt) ex ſucco eius extracto præparatur ab incolis opium, quod vernacula ſua lingua appellant Maslac, quo plerumque utuntur ad piſi magnitudinem, non pro ſomnolentia, ſed animoſitate comparanda; idem quoque auctum doſi accipiunt in ipſo certaminis procinctu: unde veluti inſani, & furibundi, diſturbato nimirum cerebro in obvia quæque pericula feruntur, neque ipſam etiam mortem expaveſcunt.

Maslac Turcorum opium.

Unde conſtat, opium hodierno ſeculo in terram meliorem, diligenti & accurata cultura transplantatum, & educatum, minus venenoſum eſſe, quàm illud antiquorum. Nobis autem idem transplantationis auxilium conceſſum eſſe æquè ac Aſiaticis iſtis populis, minimè dubitandum. Ac licet radiorum ſolarium tanta apud nos vis & impreſſio non ſit: præſtò tamen nobis ſunt coctiones & digeſtiones, vario ignis regimine excitatæ: habemus quin etiam ignem lampadis, fimi, Baln. Mar. vaporoſ. &c. Sic ars imitando naturam eandem ſuperat, longeque utiliori & exquiſitiori coctione materiale à formali, terreſtre à cœleſti, purum ab impuro ſeparat; quod ignis naturalis per ſe, ſine artis adminiculo vix ac ne vix quidem efficere poſſet: ſicut id omnibus plus ſatis compertum cognitumque eſt, noſque clarius oſtenſuri ſumus, ubi ex papavere noſtro domeſtico & transplantato, opium quoddam parabimus, quod proprietatibus & effectibus ſuis vulgari iſto, quantumvis longiſſime advecto, reſpondeat. Quod tanquam ſcitu dignum monere voluimus, tanquam maximè neceſſarium ad tractationem remediorum, ſive antidotorum narcoticum. Horum enim omnium cùm præcipuum ſit fundamentum ipſum opium, ſuper eo firmum ac conſtans extruere ædificium vix licebit, niſi prius, quid ſit, probè cognoverimus.

Naturæ defectus arte corrigitur.

Jam alibi in ſcriptis noſtris ampliter de proprietatibus opii diſſeruimus, & perſpicuè demonſtravimus, qualitatem eius narcoticam & ſoporiferam dependere potius à ſulphure quodam inflammabili fœtente, & indigeſto, quo plurimùm abundat, quàm à cauſa quadam frigida. Nam & fumus ſulphureus carbonum, & vapor ſulphureus tam vini, quàm croci multò citius hominem in ſomnum præcipitabunt profundum, & lethæum, quàm aqua nivis aut glaciei montium, quantumvis in ſummo exceſſu

Opii proprietas unde.

frigidiſſima. Hæc enim frigiditas caret ſpiritibus vaporoſis & ſulphureis, qui cerebri ventriculos opplentes, eiuſmodi ſoporiferas inducunt affectiones: quique æquè in vino, carbonibus,& croco reperiuntur, ac in ipſo opio, licet non tam noxii ac lethales. Odor præterea opii fœtidus, certiſſimus index eſt eius, qui in eo ineſt, copioſi ſulphuris & olei. Sic ex cęteris ſignis, quibus veteres verum opium diſcernebant hoc quoq; unum erat quod flammam conciperet. Sed cùm de his omnibus copioſè alibi diſputatum ſit, ſatis nobis eſt, hæc paucula tantùm obiter attigiſſe: ut proprietate enumerati opii probè cognita, eò magis id rectius corrigere, & de noxio innoxium reddere queamus, ſicuti paulò poſt videre licebit.

Sulphur itaque narcoticum iſtud & ſtupefactivum, eo quo ſequitur modo inde ſeparandum eſt.

Vera praparatio opii.

Primum accipe opii uncias tres, vel quatuor, aut quantum voles, habita ratione quantitatis laudani conficiendi. Hoc opium cultro quodam in exigua incidatur fruſtula, quæ appoſitè in patina, aut orbe quadrave quadam collocantur, ne ſe invicem attingant, ut melius in ea operari queat calor moderatus, cuius ope & virtute ſenſim exhalabit enarratum ſulphur vaporoſum, fœtidum & narcoticum: fiat autem hæc operatio ſub camino quodam, ubi cavendum, ne fumus fortè naribus exceptus damnum inferat, hicque ignis eo uſque continuabitur, donec opium omnem ferè amittat odorem, & omnino ſiccum reddatur inſtar aloes, & facile in pulverem redigi poſſit. Hæc eſt prima ratio & methodus veræ præparationis opii; quod vix tunc temporis concipiet flammam.

Pulverizatum injiciatur in matracium vitreum capax, & inde extrahatur eſſentia, ſive extractum, & loco aquæ vitæ, qua aliàs pleriquc utuntur ad hanc extractionem, accipiatur acetum fortiſſimum album, vel ſuccus limonum: hi enim liquores vitriolati ſola veriſſima opii correctiva exiſtunt.

Modus huius extracti, ſive eſſentiæ edocendæ, idem eſt ac cæterorum, hoc eſt, oportet opio pulverizato alterutrum ex his liquoribus affundere, ut tres quartuorvè digitos ſupereemineat: & omnia digerere Balneo Mariæ mediocriter calido, donec liquor tinctus ſit, & clarus rubicundusque inſtar granati appareat. Separa id, quod clarum eſt, per inclinationem, & rurſus affunde novum liquorem acidulum, iterumque omnium fiat digeſtio, donec tinctus ſit liquor, non tamen tam intenſe, ut prius: hæc ita continuabis, donec aqua non amplius tingatur, niſi colore ad flavedinem tendente: quam non miſceas cum cetero liquore, quia inutilis planè eſt. Tincturam rubicundam, & claram in Alembicum indas, & per balneum vaporoſum liquorem ſepara, & remanebit in fundo opii eſſentia.

Fæces,

Fæces quæ poſt tincturam extractam remanent ſerventur. Uſus enim illarum erit, vel ad cataplaſmata, anodyna, & dolorificis affectibus, qualis eſt podagra, apta, paranda: vel ad aquas hypnoticas, & ſimilia alia remedia inde concinnanda.

Ex quatuor unciis opii, veri extracti ſive eſſentiæ unciæ duæ, aut circiter remanebunt, quod extractum præcipuum laudani tui fundamentum erit:

Quoniam autem opium multorum remediorum ac laudanorum præcipuum fundamentum, exiſtit: nos hic opii conficiendi modum ex noſtro papavere hortenſi ſubnectemus, qui fit, ut ſequitur.

Elegans methodus conficiendi opium ex papavere noſtro domeſtico & tranſplantato, in hortis naſcente.

℞. *Capitum ſelectiſſimorum papaveris tranſplantati & ſativi* (quod in hortis Franciæ plurimum hodie conſpicitur) *numero centum aut plus minus pro opii*, quod conficies, quantitatis ratione. Colligenda ſunt tum, cum flores erumpunt: quo tempore ſucco maximè abundant. Id accidit in quibuſdam regionibus ſub finem Maji; in aliis ſub finem Junii: prout regiones aliæ aliis ſunt calidiores: In ſumma colligenda ſunt in ἀκμῇ prima, ſive cum primi flores jam explicati appareant: Inter diverſa autem papaveris genera eligendum eſt id, quod flores ferat rubicundos quorum inopiæ alia ſufficiantur.

Enarrata capita optimè contunde in mortario marmoreo cum piſtillo ligneo: Materiam hanc pone in matracio vitreo capaci, ſuperaffundendo hydromel vinoſum vel vinum Camariæ, donec materia optimè irrigata & humectata ſit: vinumque uno atque altero digito tranſverſo ſupereminceat. Omnia ſtent in digeſtione Balnei Mariæ, per 12. vel 15. dies, quo temporis ſpacio liquor intenſiſſimè rubeſcere incipiet. Tum exime hanc materiam è matracio, & ſacculo linteo incluſam cola, & fortiter exprime, ut omnis virtus eius ſubſtantifica, gummoſa & reſinoſa inde eliciatur. Hæc expreſſio, quæ propter admixtum hydromel liquidior adhuc erit, tota injiciatur in alembicum ſive cornutam, ad ſeparandum inde omnem liquorem per balneum vaporoſum, qui modus omnium tutiſſimus eſt, & in fundo remanebit gummoſa quædam & reſinoſa materia: quam, ſi voles, adhuc calentem, liquidam, & quaſi fuſam immittes in patinam terream nitreatam, aqua frigida plenam, & ſubitò coagulabitur in opium, quod manu exime & humiditatem omnem abſterge. Hoc eſt verum probatumque opium, ac nullo modo ſophiſticum.

Nota: Qui neglecto labore cupiet multo elegantius & præſtantius quid inde educere: is iterato digeret primam illam papaverum expreſſionem adhuc liquidam, & cum liquore coniunctam, in Baln. Mar. calido ad ſeparandum inde purum ab impuro, & de ſimplici extracto eliciet veram & excel-

excellentem eſſentiam, quæ reſtabit in fundo, poſt evaporationem liquoris per B. evaporoſum: Et ita habebis opium exquiſitiſſimè præparatum: cuius uſus erit tam ad theriacas, quam alias antidotos narcoticas, quæ omni carebunt noxa & offenſa.

N. *Ex opio, quod ſaporis eſt amari, ſubſtantia vi purgatrice prædita elici poteſt, quod ſc. in toto opio, copioſiore aliarum ſubſtantiarum, ſulphurearum nimirum aut mercurialium mole, ſalina iſta & amara ſubſtantia ſolutiva obruatur, quæ tamen ab aliis ſecreta geminas vires exerit, ut alia ſeorſim ſubſtantia, ſuas quoq; virtutes explicant.*

Cap. XIII.

De Gummatis.

AMmoniaci Vires, præparationem ac pilulas de Ammoniaco. *Vide in Pharm. c. de pilulis.*

Sagapeni vires: *Vide ibidem.*

Vires.

Ammoniacum, Bdellium, opopanax & Galbanum, calida & ſicca ſunt: inſuper magnam habent vim emolliendi, ac digerendi. Ideoque conveniunt ad curationem quartanæ & ſimilium morborum ex fece tartarea genitorum.

Cap. XIV.

De Purgantibus in genere eorumque diſtributione.

MEdicamenta purgantia humores qui in corpore p.n. continētur attrahere, non communi quadam & promiſcua vi, ſed totius ſubſtantiæ ſimilitudine ac proprietate, inſitaque familiaritate, *Hippocrates lib. de natura humana* ſcribit: cuius ſententiam *Galenus* confirmat contra Aſclepiadem & Eraſiſtratum, qui cenſebant, purgantia medicamenta, non humorem unum quempiã attrahere; ſed quemcunque attigerint, in ſuam naturam convertere & transmutare, atque promiſcuè, hirudinis aut cucurbitulæ modo, ſeroſos & tenues humores tanquam purgationi aptiores, prius quàm craſſos trahere poſſe. Sed cùm omnis attractio aliàs caloris vi, aliâs fuga vacui, aliàs totius ſubſtantiæ ſimilitudine fiat, id una qualitatis familiaritate aut totius eſſentiæ ſimilitudine, ut ſcribit *Gal.* completur: quæ quod planè percipi, neque verbis exprimi poſſit, Græcis ἰδιότης ἄῤῥητος, id eſt, proprietas quæ efferri non poteſt, nominatur. Sic paleas ſuccinum prolectat; & magnes ferrum: Qua ratione etiam rhabarbarum dicitur bilem propriè evacuare, Agaricus pituitam, & Senna atram bilem: quamvis præter iſtam peculiarem purgandi vim, unumquodque generalem quandam, alios humores detrahendi, facultatem obtineat: quod eſt judicandum ex multorum medicamentorum compoſitione, quibus utimur variis humoribus expurgandis, quæ ſola & per ſe ad purgandum non ſufficerent, niſi ſimplicia illa communi quadam evacuandi facultate mutuas inter ſe operas conferrent, & communi quadam vi facultatem irritarent expul-

Lib. quos purg. conve. quib. & quomodo. expultricem. Oportet enim (inquit *Galenus*) ut commixta ſibi invicem medicamenta conſentiant, neque ulla in re diſcrepent. Horum autem medicamentorum alia ſunt cholagoga, quæ flavam bilem imprimis evacuant, alia phlegmagoga, quæ phlegma, alia verò melanagoga, quæ atram bilem, deinceps verò reliquos humores educunt. Sunt & alia medicamenta, quæ per venas inteſtinorum & ventris, *ſanguinem* ipſum dejiciunt, quæ quidem impropriè ita vocantur, cùm venena ſint, nec ſolùm purgent, quinimò homines perimant, *teſte Galeno*, cujuſdam hominis hiſtoriam referente, qui herbam invenerat, quæ aſſumentibus, primò ſanguinem, tum demum vitam adimebat. Sed hæc ab omnibus rejicienda ſunt: *Sola enim & vera ſanguinis evacuatio* fit per Chirurgiam aut venæ ſectionem, non per illa medicamenta, quæ acrimoniâ & qualitate quadam maligna, ac lethifera proprietate venas ipſas exedunt & ſanguinem, vitæ theſaurum, non ſine magna ſpiritum violentia, & naturæ perturbatione attrahendo ejiciunt. *Libro de purg. medicam fac. cap. 6.*

Cæterùm iſtorum medicamentorum purgantium tres conſtituuntur ordines.

Primus eſt malignorum, in quibus vi quædam & ſubſtantia venenata ineſt, niſi præparentur ut decet, in quo numerantur.

Inter Radices, { *Elleborus*, *Turbith*, *Hermadactylus*, *Eſula*, *Cucumer agreſtis*, *Aſarum*, *Thymelæa*, *Chamalæa*,

Inter lachrymas, { *Scammonium*, *Euphorbium*, *Sagapenum*, *Oppopanax*.

Inter fructus & ſemina, { *Colocinthis*, *Lathiris*.

Quæ medicamenta, ſi quando purgādi finē non aſſequuntur, corpori multum nocent, ut ſcribit *Galenus*. *Lib. 2. cap. 5. med. facult.*

Secundus eſt benignorum, quæ ſic dicuntur, quod blandè & ſuaviter, ac ſine ulla moleſtia humores noxios, nō quidē univerſi corporis, ſed partium duntaxat quarundam vacuent, alvumque leniendo ſubducant, atque minimùm ab alimenti natura deficiant, cujuſmodi ſunt *cap. 24.*

Inter herbas, { *Malva*, *Mercurialis*, *Viola*, *Roſa*, *Braſſica*, *Beta*,

Item { *Serum lactis*, *Pruna*, *Manna*, *Terebinthina*, *Caſſia medulla*.

Hęc nulla fere alia egent præparatione, quàm vulgari, ut tutò exhiberi poſſint.

Tertius eſt mediocrium, in quo-ſunt *Aloe*, *Agaricus*, *Cnicus*, *Senna*, &

Radices { *Rhabarbari*, *Polipodii*, *Iridis*, *Raphani ſylveſtris*, *Mechoacam &* *Eupatorii Meſue*:

Quæ duo ſimplicia poſtrema nuperrimè innotuerunt: & prioris vires *radix vitis nigra* omninò æmulatur.

Mediocria autem omnia illa dicuntur, quòd humores tantùm minimè idoneos, ſine magno labore evacuent, præſertim ſi bene præparentur, debitaque ipſorum obſervetur.

Cap. XV.

De Extractis.

POtiſſima præparatio horum purgantium eſt extractio. Etenim omnium ſimplicium facultatis purgatricis cauſa hæc eſt, quòd quædam portio tenuior à calore nativo excitata, per apertos ductus irrepit in minores venas, ab his in majores refluit è quibus per jecur in inteſtina devolvitur & in renes ipſos, ſubſequiturque tunc humorum per alvum evacuatio, qui etiam aliquando per urinas excernuntur, in quibus tum color tum odor manifeſtus aſſumpti medicamenti apparet, quod in Rhabarbaro & ſenna quivis experiri poterit. Cùm igitur horum medicamentoru *vapor (quem nos eſſentiam vocamus)* calore nativo exagitatus, ex terreſtri parte exurgens, humorem quieſcentem attenuet, naturamque partis adverſa qualitate ſtimulet, eamque proritet ad excernendum, ipſa etiam terreſtri ſubſtantia ſive fæce in ventriculo & inteſtinis inhærente, quis adeò ſtupidus qui horum medicamentorum ſpagyricam præparationem non laudet? qua nos eſſentiam illam verè purgatricem elicimus, qualitatem malignam auferimus, aut ſaltem obtundimus propriis menſtruis, quæ proprietatibus ſuis concordent, & cum iis ſymbolum habeant: fæcem ſive terram ſeparamus tanquam mortuam, & nocivam, quòd propter craſſitiem tunicis ventriculi adhærens, ipſum multùm offendat. Quod ex Hippocrate teſtatur *Galenus* his verbis: *Lib. quos*
Nam purgans, *inquit medicamentum, purgat*
ut exiguum fuerit, *in fundum ventri- conve. &*
culi deſcendat, *oportet*: *in deſcenſu cat.cap.6.*
verò ſtomachus & quicquid circa ventriculum ſanum eſt, *non ſolùm medicamenti qualitate*, *ſed etiam ſubſtantia inter deglutiendum appulſa inficitur*, *& magnoperè læditur*. Deinde quæ tenuioris ſunt eſſentiæ promptius propriam exercent actionem, quàm quæ craſſioris, teſte *Galeno* multis in locis. Item cùm idem dicat *1. ſimpl.* ea quæ parvam ſortita *cap. 11. &*
ſunt molem corpoream, magis a- *lib. 2.*
gere quàm quæ magnam, laudan- *ſimp.*
da eſt noſtra eſſentiarum extractio, qua tum iſta omnia præſtantur, permanente tamen propria purgan-

Digitized by Google

gandi humoris facultate in medicamento, tum quòd eò validius redditur medicamentum, quò videlicet terra vel fæx inutilis ex ipſo ſeparatur: & admiſtis ſuis propriis menſtruis qualitas omnis maligna adimitur. Quod etiam præſtandum eſſe ſcribit *Gal.* cùm admiſcenda refert ea ſemina medicamentis, quæ malignitatem ipſorum retundant, opus eorum non impediant, quæque attenuare & incidere valeant, ut & craſſos humores ſecare, & vias per quas educi debent, patefacere poſſint: quæ omnia debitè fieri ex noſtris præparationibus docti omnes poterunt judicare.

Lib. quos purg. dec. & cas. c. 8

Obiect. Sed dicet aliquis *eſſentiarum extractionem non adeò neceſſariam, cum præcipiat Actuarius* (*cuius ſententiæ aſſentitur* Paulus) *iis qui afficiuntur imbecilliori ventriculo, Lathyridis grana* xv. *vel xx. ad ſummum integra degluti-enda eſſe, eaque etiam ſi minimè terantur, minimeq́; in corpus permeent, multum tamen purgare, refert.*

Lib. 7.

Lathyris.

R. Locus noſtram non oppugnat ſententiam, quinimò confirmat: quum paulò pòſt, iis qui efficacia purgandi ſunt, præcipiat mandenda eſſe. Quibus ſatis conſtat in tenuiori etiam medicamenti comminutione majorem ineſſe vim, quàm in tota mole, & in ipſa eſſentia multò adhuc quàm in reliquis, validiorem inveniri: quod in *Rhabarbaro* ipſo perſpici poteſt, cujus infuſum potentius purgat, quàm tota ſubſtantia. Quo fit ut non dubitem imbecilliori ventriculo ipſa *lathyridis* grana potius integra, quàm alio quovis modo comminuta præſcribi, cùm ipſa lathyris vires *Eſulæ* proximè æmuletur ſecundum *Gal.* hæc autem medicamenta adeò acria & vehementia ſunt, ut & per inferiora & ſuperiora, magna cum perturbatione, evacuent: eoque magis ventriculum lædunt, quò violentius agunt: Corpus autem, ut ſcribit *Galenus*, admodum exile facilius alteratur, & mutatur ab eo cui admodum eſt: quod autem grandius eſt, non niſi temporis ſpatio, ac vix tandem etiam ſenſibilem alterationem ſuſtinet. Nam eò citius experiemur pipere nos calefieri, quantò acuratius in minima fuerit comminutum: quod & de medicamentis, purgantibus nobis eſt judicandum. Ideo illorum decoctis aut infuſis vulgò, nos verò ipſorum eſſentiis utimur, idque ſalubertimè, & ſine ulla ventriculi aut reliquarum partium læſione. Quinimò vehementiora illa, atque aliàs metuenda medicamenta ita rectè à veris ſpagyr. præparantur, ut ab ipſis & maligna qualitas & acrimonia propriis correctivis prorſus retundatur: ſicque planè in curatione multorum morborum, benignorum vicem gerant. Sic Ellebori noſtra eſſentia bene præparata hodiè multis in locis adminiſtratur, & pueris tutò exhibetur, quod corpus ſine ullo labore ducat. Interim non deſunt multi, qui has ignotas ſibi eſſentias damnant, ipſarum uſum improbant, ac in ipſas livoris ſui virus palam evomunt. Quorum hominum convi-

Simpl. l. med. 7.

Simpl. 2. cap. 12.

Digitized by Google

tia & imperitiam mirari deſino, à Comico edoctus, Hominibus illis injuſtius & iniquius nil quicquam inveniri poſſe, qui nihil rectum putent eſſe niſi quod ipſi faciunt. Cæterum erunt alii qui rationibus devicti, tandem has noſtras eſſentiarum è rebus omnibus extractiones commendabunt.

Hoc unum tamen metuent in ipſis *empyreuma* videlicet inſitum, acceptа quadam ab igne adventitia qualitate, ideoque ipſorum uſum improbabunt, in febribus præſertim, & in calidis affectibus curandis: quibus ſe artis Spagyricę imperitos, atq; de rebus ignotis temerè judicium ferre, ſatis oſtendunt.

De menſtruis.

Eſſentiæ ferè omnes eliciuntur ſolo Bal. aut fimi temperatiſſimo calore, propriis ad id & convenientibus vehiculis ſive mediis, *quæ menſtrua* nobis dicuntur, quod totam rerum vim inſitam attrahant, opera & artificio periti Spagyrici, ſeparando quod terreſtre & mortuū eſt, quodque impurum & fæculentum à puro auferendo, & eſſentiam illam vivificam tantùm colligendo, cujus facultas quaſi ſolutis vinculis exurgens, altius ſe promit, & vires multò quā anteà majores profert, & corporibus ſanandis efficaciores. Quod ſi menſtrua noſtra omnia calida eſſe dicant, plurimum falluntur: ſuccus enim limonum noſtro modo præparatus, menſtruum margaritarum eſt, quod ipſas ſoluit & in tenuiorem eſſentiam vertit, qui tamen ſuccus non eſt calidus, neque calida margaritarum eſſentia, quæ remanet ipſo ſeparato menſtruo. Non enim quicquid tenue fuerit, id & calidum dici debet, ut ſcribit *Galenus*: nam & aquam ipſam tenuioris eſſe eſſentiæ argumento eſt, quod promptiſſimè per pilos & veſtimenta fluat, & tamen talis cùm ſit, neque nos natura ſua calefacit, neque proprium ignis nutrimentum eſt, imò omninò ipſi adverſatur.

De Spir. Vini.

At reſpondebunt vini alcool, eſſentiam, ſive ipſius ſpiritum (quo menſtruo nos ſæpius utimur ad eliciendas reliquarum rerum eſſentias) calidiſſimum eſſe: eſto, an propterea id periculoſum aliquo modo dicetur, quum ſeparetur ex quavis rerum eſſentia ſemper proprium menſtruum, ipſiusque vis omnis adimatur, & ſimplex quodvis medicamentum aucta tantùm virtute cum ſuis propriis qualitatibus remaneat? Deinde ut ad purgantia redeamus, quis ipſa latentem caloris excitandi poteſtatem habere inficiabitur? quibus tamen ea admiſceri debent, quæ retundendo ipſorum malignitatem, attenuare, & incidere valeant, & medicamenti purgationem imbecillam aut tardam celerare, ac efficaciorem reddere, idque ex *Galeni* ſententia. *Lib. quos purgar. & cat. cap. 8.* Ob id *Elleboro*, pulegium, vel ſatureiam, vel aliquid ex iis quæ ſubitò tranſeunt, & ſtomacho non inimica *Paulus* admiſceri debere refert. Item omnes

omnes medici cinnamomum & ſpicam Nardi *Rhabarbaro*.

Raphanum, & cuminum *hermodactylis*.

Cnico cardamomum.

Aloe nucem moſchatam, maſtichem, & caryophyllos.

Agarico, Turpeto, & *ſenna*, zinziber.

Hæc quamvis calida ſint, tamen purgantibus immiſcentur, quæ etiam exhibentur tutò febrientibus, non quod febris gratia fervidæ qualitatis medicamentum porrigatur, ſed quod hinc utilitas major ſubſequatur in extirpandis humoribus febrem excitantibus: Utilitas enim, *inquit Galenus*, major erit moleſtanti humore detracto, quàm nocumentum ipſum expurgantibus neceſſariò corpori illatum, quod fiet adhuc commodius ſi quicquid lædebat, idque ſine moleſtia detractum fuerit, medicamentis præparatis & correctis: quod vulgus medicorum præſtat, quamvis ſimplicium mixtorum caliditatem, quibus utuntur in corrigendis ſuis purgantibus, non auferant, quæ tamen exhibere calidis affectibus etiam non verentur. At noſtrum Alcoolis vini menſtruum quamvis dicant calidum, ita tamen ſpiritualè, (ſi vocabulis artis uti liceat) ut minimo calore exhalet, & à ſuo ſoluto omnino ſeparetur, quod arte ita à fæcibus ſecernitur, ut purior ac tenuior tantum eſſentia remaneat quæ etiam promptius propriam exercet actionem, ſive refrigerandum ſit, ſive calefaciendum, aut etiam purgandum, idquè minori cum periculo, duabus de cauſis: primum quod celerius medicamentorum eſſentia per viſcera permeet, & ita aſperæ ac terreſtres ipſorum partes interioribus hærentes, ulcerare non poſſint.

In hanc ſententiam *Paulus de Colocynthide* refert: *Levigetur*, inquit, *accuratè, quoniam aſperitates ipſius intraneis adhærentes, ulcera concitant, & nervos conſortii lege afficiunt*: Tum etjam quod ex iſtis eſſentiis nociva omnis qualitas (ſi tota prima præparatione auferri non poſſit) aliarum tamen exquiſitarum eſſentiarum permixtione omnino adimatur, aut ſaltem facilius abtundatur.

Sic eſſentia *Aloes* (aliâs ad purgandum tardior) celerrimè evacuabit, & ne illa venas aperiat, nimia tenuitate, oleo noſtro maſtichino facilius corrigi poterit, ut tutiſſimè exhibeatur.

Sed audiamus quid de his omnibus præparationibus *Meſue* ſentiat, qui cum *Paulo & Avicenna* ſcribit comminuendam Colocynthidem eſſe, propter prædictas rationes noſtras, his verbis: *Longam*, inquit, *decoctionem ſuſtinet, eſtque, ut mihi cum Serapionis filio videtur contra filii Ze Zar ſententiam, pulveriſanda tenuiſſimè, ut eius facultas malefica, aliâ illi exquiſitè permixtâ, plenius obtundatur, utque viſcera celerius permeet, neque in ipſis ob partium minus tritarum craſſitiem ceſſet: qua fortaſſe fit, ut in viſceribus pigra retineatur & ea ulceret, præſertim*

Hhhhh 3 cum

Digitized by Google

cum ſenſu perceptibiles fuerint eius particulæ. Quis autem iſta omnia commodius & cum utilitate majore compleri noſtris eſſentiis, quàm tenui ſolo pulvere negabit? Neminem credo, præter aliquem Aceſiam ſtercotarium & artis mediæ prorſus ignarum. Supereſt ut purgantia ſpecialius earumque præparationes tradamus.

Cap. XVI.

De Helleboro.

MEdicamentis vacuantibus validioribus antiqui in gravibus uti erant ſoliti, tum vomitum provocantibus, tùm aliis id genus: helleboro nempe albo & nigro, qui principatum in hunc uſum obtinebant, ex ſententia ipſius *Galeni*, medicorum Coryphæi, quingentis aut ſexcentis, poſt *Hippocratis* tempora, annis nati & florentis, quemque Dogmaticæ medicinæ inſtauratorem omnes profitentur: à quo tamen quàm parum aut inſcitè exitialia illa & violentia purgantia inſtaurata & correcta illo ſeculo fuerint, ex præſcriptis eorum formulis ſalis ſuperque liquet: ut qui ne hellebori quidem albi, quem præcipuè in *epilepſiæ* curam uſurpabat (ut ex ipſius commentariis *in aph. 1. lib. 5. videre eſt*) ullam aut ineptam emendationem admiſerit, quæ violentiam illius in vomitu provocando, compeſceret: quam quidem hellebori vehementiam & in provocanda vacuatione moleſtiam teſtatur bonus *Meſues lib. de ſimpl. cap. ult. de helleboro*, cum accidentibus terroris plenis fieri. Quin & paulò antè verſiculis aliquot, docuit his verbis, quid de eo ſentiret: *Helleborus albus*, inquit, *corporibus noſtris temporis eſt moleſtus, imò eſt eis, ſicut venenum propriè præfocans.* *Meſ. lib. de ſimpl. c. ult.* Celſus *lib. 2. cap. 13.* *hæc de Helleboro* refert: *At ubi longi, valentesq; morbi ſine febre ſunt, ut comitialis aut inſania, veratro quoq; albo utendum eſt, id neq; hyeme, neq; æſtate rectè datur, optimè vere, tolerabiliter autumno: quiſquis daturus erit, id agere antè debet, ut accepturi corpus humidum ſit. Illud ſcire oportet, omne eiuſmodi medicamentum, quod potui datur, non ſemper ægris prodeſſe, ſemper ſanis nocere.* Cujus rei hodierna etiam experientia certam ſatis fidem facit. Quod tamen antiquorum primarium ac potiſſimum fuit medicamentum, quo ad vomitum in epilepſia & gravioribus aliis morbis, quibus congruit, proliciendum utebantur. Ante tamen illius exhibitionem, levia quædam ab iis obſervabantur: lubricantibus enim prius corpus ad laxationem præparabant, idque ex ſententia *Hipp. 4. aph. 13.* quò minus laborioſè excrementa, cùm per vomitum, tum per alvum deturbarent. Ratio etjam temporis, horæ & temperamenti habebatur, ac cavebatur aliquando, ne jejuno ventriculo, at potius cibato & pleno exhiberetur, ut vomit⁹ facili⁹ & minore moleſtia ſuccederet. Quod ad ejus præparationē attinet, ſive quæ fit in turundis majuſculi raphani, in quibus ramēta hellebori infixa per integrū diē macerari ſinebantur:

bantur: quib. extractis taleolæ raphani in oxymel infundebantur, poſtea degluticbantur, ſuper hauſto ipſo oxymelite, ſive quę cum pomo, aut quę cum infuſione in oxymelite fit, aut aliquo alio ejusmodi præparationis modo: inſipidæ prorſus id genus pręparationes, & omni induſtria carentes frigidæq; ſunt, præ aliis elegantibus utriusque hellebori præparationum formis, quas arti ſpagyricæ debemus, quasque variis modis deſcriptas, & maximè utiles ac neceſſarias, hydromelitis, oxymelitis, extractionum, pilularum & tabellarum figura in reſtituta Pharmacopœa noſtra videre licet, quas hic ſigillatim recenſere non ſit opus. Etenim ſine dubio eſt, inter vegetabilia purgantia, helleborum, præſertim nigrum, & aptè & concinnè paratum aſtralibus morbis, ut vocant Hermetici, hoc eſt, tàm altas fixasq; radices habentibus, tamq; occultis ſeminariis ſummum & præſentiſſimum eſſe remedium, atq; idcircò huic tanto tamq; gravi morbo curando & prorſus etuncando ſummè conducere. Quantis autem laudibus helleborum nigrum ipſe ornarit Hippocrates, perſpicuum eſt; ſic n. de eo loquitur: *ut, ſi opportunè & appoſitè, cui congruit, exhibitus fuerit, illius hominis juventutem inſtauret, perfectum illius valetudinem conſervans, temperamentorum corrigens, atq; inde animi mores commoderans.* Quin & addit bonus Meſne, *illius virtute viſcerum omnium corruptiones emendari, puritatemq; humoribus eorum reſtitui: magna facilitate & poteſtate ſubtilem bilem cũ craſſa pituita mixtam hancq; cum atra bile, promiſcua omnia, vacuari & expurgari, nec non ejus efficacia ac proprietate totam ſanguinis maſſam purificari, & ſordibus ſuis elui*; usque adeò venas omnes penetrat, ut ab iis, ex toto corpore, fæces omnes & impuritates pro liciat ac educat, tantæq; virtutis eſſe aſſeruit, ut ne remotiſſimæ equidem partes, ac ne cutis quidẽ ipſa extima, illius attactum fugiant. Quo fit, ut hoc medicamẽtum præſtantiſſimum ſit ac ſpecificum, purgando cerebro, totique capiti, ac omnibus ſenſuum inſtrumentis, nervis, viſceribus, veſicæ & matrici idoneum auxilium, huicq; epilepſiæ morbo, de quo agimus, melancholiæ, maniæ, paralyſi vertigini & hemicraniæ ſingulare præſidium.

Vires hellebori nigri mira.

lib. de ſimpl. c. de Helleb.

Recentiorum doctrina de viribus hellebori.

Atq; hæ ſunt, quas Helleboro laudes tribuit Antiquitas: cujus uſu tamen hodierni Dogmatici, periculum veriti tot ſymptomatum, quæ procreat, utcunq; videlicet præparatus, prorſus ſibi interdicunt.

At cùm tantæ ſit virtutis, morbis repurgandis, & valetudini reſtituendæ accommodatiſſimum ſit medicamentum: aliquot formulas hîc ſubjiciemus remediorum, in quibus purgationibus baſim & principem locum helleboro tribuemus.

Sed inprimis nigrum laudamus, quia a'bus in montib. noſtris frigidis collectus, usq; adeò crudus eſt, exitialis & cõvellens, ut illius uſum prorſus improbem, & rejiciendum ſuaſerim.

Quin

Quin & ex ipſo helleboro nigro, in noſtris montibus decerpto, quanta quamq; gravia oriantur ſymptomata, vulgari more parato, ſæpe vidimus. Idcirco aliquot ejus præparationes, ut tutior illius fiat uſus, trademus.

Suntque præcipuæ.

1. *Syrupus helleboratus minor.* V. Pharm.
2. *Syrupus helleboratus major.* V. Pharm.
3. *Extractum. Helleb. per propriam.* ▽.
4. *Extr. per aq. cephalicas.*
5. *Aliud. cum aq. aniſi.*
6. *Aliud cum ſucco limonum.* V. Pharm.

Quinta Eſſentia ſeu Extractum Hellebori nigri per propriam ▽.

℞. *Igitur veri hellebori nigri purpureis floribus, quiq; recens collectus ſit, non aridi, ſi fieri poteſt, quantum ſit ſatis ad dimidiam alembici partem ex radicibus conquaſſatis & tuſis implendam: ex quibus per balneum maris vaporoſum (quod ad deſtillandum, citra aduſtionem, inſtitutum eſt) tantum aqua ſtillatitiæ educetur, quantum reddi poterit. Sicca autem, quæ reſtabit in fundo alembici materia conquaſſetur, & in matracio colli oblongi reponatur, cui affundatur propria aqua: ac nota: tantum aridarum fæcum conquaſſatarum: eſſe ſumendum, non plus, quantum aqua ſua ſtillatitia ſupernatante ad tres digitos latos ſubmergi poßit. Ponantur omnia in digeſtione balnei ad ſex aut octo dies, dum aqua radicum colore tincta & impregnata rubeſcat. Tum defundatur aqua per inclinationem: quæ iterum ſola balneo maris ſatis calenti, in digeſtionem reddatur. Hac enim coctione ſecunda, quod crudius eſt, magis matureſcit & corrigitur, ac aliquid ſemper impurarum fæcum ſecernitur, quod in forma hypoſtaſis aut ſedimenti in imo reſidet. Deinceps hæc aqua optimè digeſta, cocta & depurata, in parvo alembico reponatur, unde rurſum extilletur dum in fundo vaſis reſtet materia, ſyrupi conſiſtentia, qui verus eſt hellebori balſamus & quinta eſſentia.*

Atque hæc ſit una ex optimis & facillimis eſſentiæ quintæ, non tantum ex helleboris, ſed etiam ex eſula, chelidonia, aliiſq; id genus vegetabilibus extrahendæ methodus.

Si vero radices hellebori nigri recentes deſiderantur, ſed ſiccæ tantum occurrunt (quum non omnibus pervium ſit, utpote à montibus procul remotis, recentibus ſemper potiri) in hunc modum, qui ſequitur, parandus erit earum balſamus, eſſentia quinta aut extractio, quæ Epilepſiis conferat.

4. *Aliud extract. helleb. nigri per aq. cephalicas.*

℞. *Igitur radices veri hellebori nigri, quas menſe Septembri collegeris, ſole in ſigno libræ exiſtente, vel arietis, menſe Martio, circa alterutrum æquinoctium. Tum enim pollent radices virtutibus, & nativo ſuo humore tota madeſcunt. Hæ accuratè mundatæ, vino albo dilutæ ac exiccatæ, contundantur in mortario marmoreo, ligneo pilo. Conquaſſata diſcindantur forci-*

forcipulis, ſicq; in alembici vitrei capacitatẽ injiciantur, iis ſuperfundendo aquarum pæoniæ, florum lilii convall. & florum calend. ana quantum ſit ſatis, ad eas optimè imbuendas ac perfundendas, quaque ſpiritu vitrioli addito acidulæ reddi poterant. Totaque iſta materia ad 24. horas in lento igne in digeſtione hæreat: cujus liquor tandem ſtillatitius in recipiens capitello alembici aptatum, extillet, non ad perfectionem aut ſiccitatem integram: ſed ut facibus adhuc humidis, ſtillata aqua reaffundatur, quæ denuò per alias 24 horas digeſtioni reddantur, ut poſtea prælo, ad id concinnato, totius liquoris ac ſubſt. fiat expreſſio, facibus ſeorſim ſeparatis ac repoſitis. Quæ quidem expreſſio tota alembico iterum reddatur: unde rurſum extillet aqua, dum in fundo remaneat ſyrupi conſiſtentia, aut mellis: atque hæc denuò aqua facibus ſeparatis ac repoſitis ſeorſim in alembico, ut diximus, ſuperfundatur, ut digeſtio eorum repetatur per 24. horas, ac demum fortis prælo totius ſubſtantiæ fiat expreſſio, ſervando ſeorſim facem aridam, & ſuperiori conſiſtentiæ ſyrupi admiſcendo expreſſionem. Aqua verò ſtillatitia faci reddatur, ut priùs, ad infuſionem, quæ poſtea expreſſa ſyrupo adiungatur: idque toties præſtandum ac continuandum, dum nullum amplius radices aut illarum faces ſaporem guſtanti reddant. Quod quidem integræ expreſſionis & radicum eſſentiæ prorſus exhauſtæ ſignum eſt certiſſimum.

Tum verò ſervatos ſyrupos, ut ſuprà diximus, qui ex ℔. j. radicum ad uncias circiter quatuor balſami extrahuntur, in matracium vitreum oblongi colli infundes: quibus tertiam aut quartam partem ſtillatitiarum aquarum ſervatarum adjicies (etenim maiore copia aſſervantur aquæ, quàm ſyrupi) ac in digeſtionem vaſe in Bal. M. repoſito, dum aqua inficiatur colore rubro: tincta aqua per inclinationem tranſfundatur, & ab hypoſtaſi, quæ in fundo reſtabit, quàm optimè fieri poterit, ſeparetur, ac recens denuò aqua reaffundatur ac ſeparetur, idq; tot cobobationibus repetendum, donec tota mellita illa ſubſtantia extracta in aquas illas tranſierit, in eſſentiæ puræ ac clariſſimæ ſpeciem. Quæ cobobatio perfecta fuerit, ſi nihil in fundo vaſis, præter facem quandam inutilem, & omni colore aut tinctura deſtitutam, (quæ ſummum eſt hellebori venenum) relinquatur.

Vbi iſta perfeceris, aut etiam inter operandum, facem in cinerem rediges igne reverberii iuxta artem, idque ubi eam fortiter expreſſeris, ac ſeparatâ lento calore aquâ, quæ tincturas ſuperiores continet, dum remaneat ſyrupi conſiſtentia, aut potius hellebori balſamus pretioſiſſimus, cum extracta ea aqua totus cinerum ſal ex arte prolicietur. Quo aqua gravida & condita ſyrupo illi aut balſamo hellebori reaffundatur, agitando & miſcendo probè omnia: deinde rurſum extillabitur, dum ad conſiſtentiã ſyrupi ac balſami materia rurſum in fũdo redigatur, cui ſuus ſal, in quo vis purgatrix præcipua hellebori poſita eſt, admixtus & coniunctus fuerit. Huj' helleborini balſami ſcrupulus, ſolutus in uno aut altero cochleari ſuæ aquę, aut alterius congruentis liquoris admirandum eſt purgativum, ac maſſæ ſanguineæ excellens mundificativum: quod non epilepſiis tantùm domandis par eſt, ſed omnibus aliis etiam deploratiſſi-

Digitized by Google

mis ac aſtralibus morbis, quales ſunt maniarum ac melancholiarum ſpecies, ſubigendis efficaciſſimum, quibus vulgaria remedia ludibrio eſſe ſolent. Hic non objicienda eſt operationis difficultas, cum ſatis ſuperque utilitate & præſtantia medicamenti ea compenſetur: imò quæ in ea vel tantillum verſatis ſoleat facillima haberi. In qua ſi qui fiunt ſumptus, facilè à divitibus, quibus hæc videntur dicata, magno fœnore perſolvuntur. Illis enim tam eximias præparationes dicavimus: at tenuioris fortunæ aliis, quibus fortè hæc cariora videbuntur & inexpertorum Pharmacopœorum capacitati, præparationes noſtras Balſamicas ut accommodemus, quæ ſequuntur, erunt aptanda. Oportebit enim aquarum pæoniæ, lilii convall. & calendulæ in locum ſubſtituere extractionem radicum hellebori, repetitis decoctionibus factam, cum ſero lactis aut lacte deſtillato, & ſæpe identidem expreſſam, ut in expreſſionem virtus radicum pertranſeat, ac in ea maneat. Quod toties iterandum eſt (nempe, reaffuſio, repetita ebullitio & expreſſio) ut ultima expreſſio nihil ſaporis habeat, quod omnem hellebori ſubſtantiam ac virtutem in aquas aut ſerum lactis aut liquorem expreſſum tranſiſſe teſtabitur.

In l. bras autem ſingulas expreſſi liquoris addantur ſoliculorum ſennæ ℥ ij. caryophil. cinam. mac. ana ʒ j. ß. ſeminum aniſi & fœniculi dul. ana ℥ ij florum roſ. rub. pug. ij flor. m nenuph. p. j. quibus infuſis & expreſſis, ſecundum artem inſtillentur tot ſpiritus vitrioli guttulæ, ut tota mixtio acidula reddatur. Qui per ignorantiam, ſpiritus vitriolati uſum in medicina improbant & reſpuunt, cujus tamen virtus & præſtantia, ſive ad tincturam medicamentorum extrahendam, ſive ad fermentationem omnibus rebus, quibus immiſcetur, inducendam, ſive nimiam calliditatē purgandam, contemperandam, illorumq; venenoſitatem corrigendam, ſatis præjudicari non poteſt: loco ſpiritus prædicti injiciant pro ſingulis unciis ſucci citrii vel limonum (qui naturam vitrioli æmulatur) quantum ſit ſatis ad aciditatem inducendam, *probeque omnia macerentur, digerantur, ac fermententur ad tres aut quatuor dies: quorum poſtea fiat expreſſio: cuius liquor ex Baln. Mar. vel calentibus cineribus deſtillatione educatur, dum, quod reſtat in fundo, mellis conſiſtentiam acquirat: cui adde myrrhæ & maſticis pulveriſat q. ſ. rhabarbari, ſi voles, modicum, ut fiat pilularum maſſula. Ex qua pilula una tantū in doſim exhibeatur: cuius operatio fœlix futura eſt, & ad radices uſq; morbi ac ſeminaria penetratura, ut, quicquid eſt impuri & incorrupti, radicitùs evellat ac exhauriat, quod vulgaria, ut diximus, medicamenta nequaquam præſtare valeant*

Cum prima hellebori eſſentia, quàm, ut meliorē aliâ, uſurpavimus, cujuſq, uſum legitimum promiſimus, conjungi poterit, (ſi ita videbitur) extractum aloës, ſennæ, agarici & rhabarb. vel extractū ſcammoneæ & colocinth. quorum extract. formulæ in noſtra Pharmacopœa reperientur: ex quibus forma opiatæ cōcinnetur, cujus doſis ſit ℈ j. aut admiſcendo myr-

rhæ

thæ & caſtorii & pulveris ſennæ, q. ſ. fiant pilulæ : quarum una tantummodò in doſim exhibita ſemiſcrupuli, aut integri pro robuſtioribus, vehementiſſimè per ſeceſſum operatur, idque citra perturbationem ullam. Si Epilepſia fiat per conſenſum uteri, his addere poteris fæculam bryoniæ & aſſæ fœtidæ eſſentiam ſeu oleum ad libitum.

Alia Eſſentia ſeu Extractum Hellebori.

Extract. ſive eſſentia Ellebori. ℞. Rad. Ellebori nigri *Autumnali tempore collectarum recentium* ℔. j. decoquantur cum aqua aniſi & pulegii (exquibus oleum Chymice extraxeris) in vitreo vaſe bene clauſo in Bal. ferventiſſimo per integrum diem, quo facto, comprimendo ſuccum omninò extrahe, fæces autem abiicito, quod reliquum eſt indas alembico vitreo, ut menſtruum ſeparetur, & remanebit in fundo alembici viſcida quædam ſubſtantia, cui affunde ſpiritum vini optimi, qui materiæ ſupernatet 4. digitis, ponantur omnia in matratio oblongo collo & bene obturato, digeranturque in Baln. per duos aut tres dies : quod clarum & pellucidum eſt, tamen amarum, affunde alio vaſi, novumque denuo vini ſpiritum infunde, faciendo ut prius, donec totam eſſentiam reiteratis digeſtionibus attraxeris, ſemper fæces ſeponendo ut artis eſt : quo facto ſepara prius menſtruum cum calore Balnei, ipſo ſeparato fac circulentur cum novo vini ſpiritu, infuſionis macceris, per aliquot dies: Rurſus optimè ſeparato vehiculo, remanebit in fundo eſſentia Ellebori, mediocris conſiſtentiæ & fuſci coloris, hanc ad multos uſus reſervabis.

Hujus eſſentiæ ſcrupulus j. cui aliquot guttulæ olei aniſi & menthæ admiſtæ fuerint, exhibetur jejuno ſtomacho cum decocto competenti vel aqua lumbricorum, hydropicis. *Item* cum aqua betonicæ, cerebri affectibus, ut maniæ, melancholiæ, vertigini, epilepſiæ & paralyſi confert: bilem enim utramque, & pituitam ſine ulla moleſtia, corpus denique totum excrementis corruptis expurgat, quod quidem *Hippoc. auth*[illegible] incolume & velut juvenile reddit. Neque ſolum noxios humores & excrementa è vaſis attrahit, ſangvinem purificando, ſed à toto corpore & cute ipſa: qua ratione Elephantiæ, Cancro, Eryſipelati, malo mortuo, & Phagedænis valdè conducit.

NOTA.

Paulus ad eoſdem affectus radicis Ellebori nigri mulſa & aqua maceratæ (modò jejunium præceſſiſſet) circiter drachmam unam exhibebat. *Lib. 7. c. 4.* Neſcio autem, cur noſtris temporibus hoc remedium in uſu eſſe deſierit, & tanquam ſummum aliquod venenum vitetur, antiquitus tamen adeò commendatum, niſi fortaſſe Medicorum inſcitiæ tribuatur, quum medicamenti hujus & reliquorum malignitas, facillimè vera ipſorum præparatione adimatur, ut jam diximus.

Aph.16. lib.4. mus. Hocque teſtatur bonus *Hipp*. cum etiam de albo Elleboro verba faciens, hæc refert: *Sanis*, inquit, *corporibus Elleborus eſt moleſtus* (*quemadmodum & omnem medicationem ipſis periculoſam alibi dicit*) *arte autem & induſtria caſtigatus, quando & cui oportet rectè propinatur, & ſalubriter agit*. Sed dicent iſti, tempore *Hippocratis* vel corpora robuſtiora, vel Elleborum in illis oris nullam habere qualitatem malignam, (diverſæ enim qualitatis redduntur ſimplicia ſecundum regiones & loca) neque ſymptomata excitare terrenda ut in noſtris regionibus: in quam ſententiam *Lib. 2. cap.20.* *Meſue de Elleboro* hæc refert. *Albus igitur, quia huius tempeſtatis corporibus eſt moleſtus, quin & velut venenum præſertim ſuffocans, vitetur*. Addit, *Nigri autem virtus ad noſtra uſq; tempora eſt tolerabilis; licet etiam difficilis*: Puto hac ſola ſententia Medicos nonnullos ita terreri, ut contenti aliquorum ſcriptorum lectione, incognita damnent, & quorum nullam experientiam habent, ſine ulla ratione improbent medicamenta: quod & abſurdum eſt & Medico omnino indignum. Tandem reſpondebunt, Medicos tum Græcos tum Arabes violentis illis medicamentis uſos fuiſſe, quod levioribus, Rharbarbaro videlicet, Caſſia, Manna, & ſimilibus carerent, quæ tutò exhiberi poſſunt, & utiliora ſunt. Sed ô egregiam laudem, quam ipſi ex iſtis medicamentis in curatione multorum morborum referunt. An neſciunt Rhabarbarici, extremis morbis extrema remedia (ex *Hippocrate*) adhiberi, atque aliquando attrahenda eſſe excrementa in venis ſangvini commixta, non à ſolis concavitatibus partium, ſed à toto corpore & à remotis etiam partibus? Cerebrum ipſum denique aliquando & totum cadut & ſenſuum inſtrumenta, & nervos, viſceraque reliqua multis in affectibus eſſe expurganda? Quod cùm leviora iſta medicamenta non præſtent, fortiora ſunt eligenda, ut Elleborus præſertim niger (quamvis hodie etiam pleroſque ſummos Medicos in Germania & Italia, albo feliciter uti compertum habeam) ex quo ſi eliciatur eſſentia ut docuimus, illa poterit exhiberi cum ægrorum admiranda utilitate & Medicorum laude, diuturnis morbis, & quibus in ſumma ſuperficie ſuperfluitates emerſerunt, *ut lepris & impetiginibus*: maxima enim illi eſſentiæ vis ineſt & peculiaris, ad educendum quicquid ſangvini commixtum eſt, quod eum corrumpit: exhibetur etiam quartanariis, melancholicis, *hydropicis* & multis aliis affectibus, ut jam diximus: clementer enim & ſine moleſtia ulloque vomitu, totius corporis excrementa expurgat.

N. Aliud Extractum cum ſucco limonum vide in Pharmacop.

CAP. XVII.

De Turpetho.

T*Vrpetum* Meſues (non rad. Thapſiæ Fuchſii) eligatur albiſſimum gummoſum, & mediocriter recens.

Extra-

Extractum.

In pulverem tenuiſſimum redicatur, quod indas matratio vitreo, oblongo collo & hermeticè clauſo, affundendo illi ſpiritum vini: qui ſupernatet materiæ tribus aut quatuor digitis, & ſic omnia ſtent in Baln. tepido per ij. aut iij. dies, quò eſſentiam totam menſtruum attrahat: illud ſeorſim reſervato, deinde novum affunde denuo, donec nihil amplius ex materia elici poſſit, fæces ſemper ſepone, & quod puriuseſt, elige ut eſt artis. Quo facto circulentur omnia, ut ſummum acquirant perfectionis gradum, hinc ſepara menſtruum.

Medicamentum perfectius redderetur, ſi in correctione addideris pro [illegible] eſſentiæ, olei nucis moſchatæ & zinziberis an. ſcrupul. j. Iſtis enim ſic ejus actio intenditur, ut proprietate quadam mirabili, etiam ſine nauſea & aliqua perturbatione, è juncturis & remotiſſimis ac profundiſſimis his partibus pituitam viſcidam & craſſam evacuet: quam aliâs tenuem ſolummodò, idque tardè per ſe adduceret.

Exhibetur hujus eſſentiæ ſcrupul. j. cum vino rubro aut decocto pectorali. Hydropicis etiam & pituitoſis omnibus affectibus confert.

CAP. XVIII.

De Hermodactylo.

Dioſc. 4. cap 79. Gal. ſimpl 6. Paul. li. 7.

EX radice etiam *Hermod. alb.* & electⱷ. Æginetæ *(non colchici ephemeri Pharmacopolarum*, quod Dioſc. Galeno, item & Paulo venenum eſt) eodem modo ut ex Elleboro eſſentia elicitur.

Hæc pituitam craſſam & lentam à juncturis præſertim trahit: ob id arthritidi multum confert.

Corrigi tamen debet cum oleo Cumini & Caryophyllorum, ne ſuo humore flatulento ventriculum lædat, & in ipſo nanſeam excitet.

Exhibetur per ſe vel cum decocto competenti, pondere ſcrupul. j. plus vel minus pro ſumentis viribus.

CAP. XIX.

De Radice Eſulæ minoris Thymelææ, chamelæa, Mezereo, Thapſia.

ESulæ radix purgat ſat vehementer humores inprimis ſeroſos, ideoq; convenit in hydrope aliiſque ſimilibus affectibus. Vide & Lathyridem.

Præparatio fit macerando hor. 24. in aceto & dein exiccando.

Extractum fit 1. cum Spir. Vini.

2. Cum ſuo ſucco expreſſ.

3. Cum propria aqua deſtill. Vide in Pharmacop. c. 31.

De Thymelea, Chamelæa ſeu Mezereo & Thapſia.

Radices, Thymelææ & chamæl. ſive mezerii Serapionis & Thapſiæ ſuccus, quæ partim pituitã, partim bilẽ inprimis autem ſeroſos humores etiam ſuperius, evocant: non tamen ſine mordacitate, cum actia ſint omnia & ignea, valdeque periculoſa (viſcera enim excoriant & venarum ora diſrumpunt) eodem modo quo Elleborus parantur. *Extractã lactariorum.*

Exhibetur illorum extractum ſine periculo, immixto myrobalanorum extracto, ad hydropem & ad ſeroſa excrementa expurganda etiam in articulis ipſis: doſis eſt ſcrup. j. cum un. j. olei amygdalarum dulcium.

CAP. XX.

De Lathyride.

LAthyris vires Eſulæ proximè æmulatur ſecundum Galen. Hæc autem medicamenta adeo acria & vehementia ſunt, ut per inferiora & ſuperiora magna cum perturbatione inprimis ſeroſos humores evacuent, eoq; magis ventriculum lædunt quò violentius agunt.

Lathyridis grana exhibentur, N. 15. vel 20. eaq; integra non minuta, ſi ventriculus ſit debilior ut ſupra dictum.

Ejus extractum fit, cum Spir. Vini ex granis contuſis. Huic addes ol. maſtiches & nucis moſchatæ ad correctionem.

CAP. XXI.

De Cucumere agreſti.

CUcumeris agreſtis radix menſe Majo colligi debet, deinde contundi, deniqué ex ipſa ſuccus optimè exprimi. Qui quidem filtrandus eſt bis vel ter, donec clarus diſtilletur & bene depuratus ſit: cui affunde vini ſpiritum ſantalatum & optimè præparatum, collocando omnia in Baln. per 3. aut 4. dies: quod purum eſt transfunde, denuo vini ſpiritum affundendo, donec nullæ fæces amplius ſeponantur. Tum circulentur omnia ſimul ad majorem graduationem per aliquot dies: quo facto, ſeparato menſtruo, congeletur eſſentia igne lentiſſimo cinerum, donec inſpiſſetur, cui adde pro an. j. olei cinnamomi ſcrup. j eſſentiæ croci ſcrup ß.

Hoc medicamentum ſeroſa excrementa potenter evacuat qua ratione Hydropi u, item ictero & obſtructionibus tum hepatis tum lienis ſummoperè confert, ſi ſcrupul dimidium aut plus pro ægrotantis viribus exhibeas cum vino albo, idque manè ieiuno ventriculo.

Ex ſucco è Cucumeris agreſtis fructibus Autumnali tempore extracto, dum præ maturitate pallent, fit præſtantiſſimum medicamentum, ſi debitè præparetur ad ſeroſa & bilioſa excrementa evacuanda. Elaterium Græcis hoc medicamentum dicitur, cujus præparationem Dioſcor. tradit. 4. ſimpl. ſed efficacius multò reddetur, & ſine periculo exhiberi poterit, ſi ita præparetur. *Extract. Elaterii.*

Hic ſuccus clementer per expreſſionem extractus per filamenta diſtilletur, ita ut fæx omninò ab ipſo ſeparetur, deinde indatur vaſi vitreo oblongo collo, cui affunde ſpiritus vini an. æquales partes, omnia poſteà digerentur in Bal. tepido per aliquot dies, donec fæx & tota impuritas ſecernatur: ſeparato priori menſtruo blando igne, alium vini ſpiritum, infuſionis ſpeci. diamarg. frigidi affunde, & circulentur omnia in pellicano x. dierum ſpatio, ut vis medicamenti augeatur, & ab ipſo omnis malignitas aufe-

Digitized by Google

auferatur: ſeparato denique ultimo menſtruo, coaguletur igne lëtiſſimo, quod fieri intra paucos dies: Hujus cape oñ.j. cui adde olei nucis moſchatæ & cinnamomi añ. ſcrupul.j. fiat mixtura, & ſic obtinebis præparationem Elaterii ſpagyricorum, ſive ipſius eſſentiam.

Mirificè ſeroſa excrementa etiam è juncturis trahentem, & è cerebro evocantem, Arthritidi, Hydropi, Cephalalgiæ veteri, & Epilepſiæ valdè conducentem. doſis ſcrup. dimid.

Exhibentur ℈ij. prò doſi cum decocto pectorali, aut cum aqua Cinamomi.

Cap. XXII.

De Colocynthide.

Colocynthis ſpecies eſt cucurbitæ ſylveſtris cujus fruct⁹ ſive poma ac præcipua medulla officinis in uſu eſt. Purgat pituitam & alios humores craſſos ab omnibus partibus etiam remotis in cerebro articulis, &c. Hinc bilem educit & ſummopere Apoplexiæ, vertigini, Epilepſiæ, aſthmati & aliis affectibus pertinacioribus plurimum confert. Verum enimvero adeò vehemens eſt in purgando ei facultas, ut ſolo, interdum contactu, ac etiam odore abundè & cum magna perturbatione, quibuſdam alvum dejiciat, ſequentibus tamen præparationibus tutiſſimè exhiberi poteſt.

Præparata.

1. *Extractum Colocynthidos*

Colocynthis pulvèretur tenuiſſimè, hinc affuſo ſ vini alcool optimè præparati, ut ſupernatet 6. digitis, digerantur in M. B. vaſe clauſo Herm. tribus ſeptimanis: amittet enim illo temporis ſpacio totam crimoniam. Quòd ſi diutius digeratur, extractum dulceſcet.

Optimum eſt medicamentum ad pituitã & ad alios humores craſſos & glutinoſos à profundioribus partibus attrahendos, idque ſine noxa, quare vertiginoſis, hemicranicis, epilepticis, apoplecticis exhibetur cum ſyrupo roſar. ſimpl. vel comp. corrigitur autem oleo nucis moſchatæ, cinamomi, &c.

2. *Extractum Colocynthidis.*

℞. Poſtquam colocynt. quam im M. B. per aliquot dies macerabis cum uno ac altero liquorum uſitatorum aut aquarum ſtillatitiarum, quæ in correctionem illius uſui ſunt, fortiter prælo exprime. Expreſſio in matratium injiciatur, ſeorſimque reſervetur, ac fæci inſidenti illius recentes aquæ aut liquores ſuperfundantur, itaque rurſum digerenda M. B. reddantur & digeſta denuò exprimantur. Poſtea expreſſiones ambæ jungendæ ſunt, ut in leni MB. omnia ſimul concoquantur ac digerantur: dum appareat hypoſtaſis in fundo vaſis, aut fæcum à liquore puriore ſeparatio: liquor purus per inclinationem à fæcibus ſeparetur, ac denuò in balneo tam diu digeratur, & à fæce ſeparetur, dum puriſſimus reddatur, quod cognoſcetur, ſi nullas amplius fæces deponat. Ejuſmodi conco-

Digitized by Google

concoctionibus & digeſtionibus ad imitationem naturæ elaboratis, tandem elicitur liquor, rubini inſtar rubicundiſſimus & ſplendidiſſimus, qui ingratum ferè omnem iſtum amarorem colochyntidis, noxiamque ſubſtantiam ac faſtidioſam exuerit. Proprium enim eſt digeſtionis munus, ſucceſſu temporis tùm rubefacere, tùm edulcorare ſubſtantias rerum omnium. Poſtremò liquor à reliqua materia, lento Bal. calore per alembicum extilletur: reſtabit in imo vaſe mellita quædam conſiſtentia, quod extractum eſt puriſſimæ colocyntidis ſubſtantiæ magnæ virtutis, ac præſtantiſſimæ innoxiæque purgationis.

Ejusmodi labore ac induſtria, ex quovis alio medicamento extracta fieri poſſunt & debent: quorum ſingulorum ſingulares ſunt & propriæ virtutes ac operationes, ſingulariaq; ac ſibi congruentia menſtrua poſtulant, quibus elaborentur & vires ac proprietates ſuas conſervent. Si tamen viridium ſimplicium, ut hellebori nigri, eſulæ minoris & aliorum ſit copia, ex illis deſtillabitur aqua, quæ capiti mortuo (in imo vaſis relicto) ſuperfundi debet, ut mediante proprio liquore tinctura ac eſſentia præcipua proliciatur, ſemper purum ab impuro crebris digeſtionibus, ac repetitis concoctionibus ſeparando & tandem liquorem prædictum diſtillando dum mellis conſiſtentia aut opiatæ in fundo reſideat: ut jam diximus. Hujus extracti aut liquoris ſerupulus, aut dimidia drachma, vel ſcorſim, vel diluta ſua propria aqua diſtillata, potens eſt & maximè innoxium ſolutivum. Cujus tamen medicamenti, ſi purgantes vires augere velimus, licebit relictas fæces poſt primam & alteram expreſſionem in cineres redigere, ex iisque ſalem extrahere cum proprio liquore: qui liquor ſuo ſale imbutus cum extracto conjungi debet, ac tandem per diſtillationem liquor ſeparabitur, & cum extracto ſal commiſcebitur, redderurque longè potentius pharmacum, & minore doſi exhiberi poterit.

Cap. XXIV.

De Scammonio.

Scammonium violentiſſimum & periculoſiſſimum eſſe medicamentum, omnibus Medicis conſtat, idque multis de cauſis: flatu enim mordaci plurimum vētriculo nocet, ipſumque ſubvertit. Deinde immodicè attrahendo, venas aperit, & ſua acrimonia inteſtina ipſa excoriat, hacque ratione graviſſimos inducit dolores. Qua de cauſa Galenus ipſum cum cydoniis miſcet: alii verò cum galanga, zinzibere, ſem. aniſi, dauci, apii, & lentore, ſem. pſyllii decoquunt in pomo acido vel auſtero, ut mitius reddatur. *Extract. ſcammonii.* *Lib. 1. alim.*

Præparatio.

At ſpagyrica præparatione ſic commodum uſui redditur, ut ſine ullo periculo multis aliis medicamentis immiſceri poſſit, & tutò exhiberi ad purgandam bilem & pituitam.

Electum Scammonium ſolvatur in oleo

oleo maſtiches ſpagyricè extracto cum vini ſpiritu, quo facto digerantur per viij. dies in B. calido in vaſe optimè clauſo: quod clarum erit & pellucidum transfunde, affundendo rurſus novum menſtruum, donec totam eſſentiam attraxeris, interim tamen omnes fæces ſeponito. Tum ſeparato toto menſtruo, affunde denuo vini ſpiritum corallisatum, ut ſupernatet iiij. digitis, circulentur omnia in B. per x. dies aut ampliùs. Demùm menſtruũ extrahe & pro unc. eſſentiæ relictæ in fundo vaſis, adde eſſentiæ veræ corallorum & margarit. an. ℈ j. eſſentiæ croci ſcrup. ß. olei aniſi & cinnamomi an. ſcrup. j. ß. fiat mixtura ad blandum ignem ad conſiſtentiam debitam.

Miſceatur hæc eſſentia ſic præparata cum eſſentia Aloës & myrobalanorum & fit mixtum medicamentum *ad bilem expurgandam perutile, item ſeroſa excrementa è capite educenda.* Per ſe exhiberi poteſt ſcrup. dimid. cum unc. ij. olei amygdalarum dulcium ſine ulla perturbatione, aut læſione cordis, ventriculi, & hepatis, è vaſis ipſis bilem educit.

Cap. XXV.

De Euphorbio, Oppopanace, & Sagapeno.

Euphorbium autem, Sagap. & opoponax, ut præparentur, reſolvi debent priùs in aceto roſato albo in Bal. vaporoſo diſtillato, & per ſetaceũ tranſmitti: hocq; ter faciendum quò terreſtreitas omnis ſeparetur, & puriores remaneant hæ lachrymæ: à quibus abſtrahatur acetum, ut ipſarum emendetur acrimonia, reiteratis ablutionibus in aqua roſarum. Sunt enim hæc medicamenta acria, ſubſtantię tenuis & igneæ: ſed omnium lachrymarum calidiſſimum, tenuiſſimumq; & celeberrimum Euphorbium eſt, & maximè vi ignea flagrans, teſte *Galeno, Lib. 7. ſimpl.* quodq; tam violenter agit, ut valdè ſit ab uſu ipſius cavendum, niſi priùs rectè præparetur. Drachmas enim tres ipſius aſſumptas omnino necare Serapio & Avicenna ſcriptis prodiderunt. Aëtius tamen & Actuarius ipſo uſi ſunt, non ſolùm ad evacuandam pituitam, ſed ad ſeroſa omnia excrementa potenter educenda: & melli ſolummodò immixtum præberi Iſchiadicis Dioſcor. ſcribit. Paulus *Lib. 3. c. 80.* autem Euphorbii cum melle cocti *Lib. 7. c. 4.* drachma pota pituitam amoliri, magis autem aquas refert.

Sed ſequenti præparatione maligna omnis qualitas adimetur, ita ut Paralyſi, Arthritidi, Spaſino, Hydropi, valdè conducat, & pituitam quantumvis lentam, craſſam, & impactam nervis ipſis & juncturis, ſine aliqua perturbatione evacuet. Fit autem hoc modo:

Extractum Euphorbii. Euphorbio per acetum reſoluto ut ſuprà, & abluto, affunde vini ſpiritum, quo eſſentiam extrahes, fæcibus ac impuritatibus ſepoſitis omnia circulato cum novo alcoole ſaccharino per x. dies, deinde ſeparato menſtruo, coagula igne lentiſſimo, addendo ſub finem olei maſtichini ſcrup. ij. olei

aniſi ſcrup. j. eſſent. corall. ſcrupul. ß. fiat mixtura: doſis eſt ſcrup. j. cum decocto competenti ad prædictos affectus curandos.

Extractum opop. ſarc. & ſagap. Sic ex opoponace, Sarcacolla, & Sagapeno medicamenta præparantur, ad eoſdē affectus utiliſſima, quorum vim, purgatricem per inferiora, Græci reticuerunt, ſed ab Arabibus inventa fuit. Purgant autem iſta clementius, quàm Euphorbium: ex omnibus fit mixtum medicamentum purgans craſſam pituitam & viſcidam etiam à remotis partibus, cerebro nervis, juncturis & thorace.

Cap. XXVI.

De Purgantibus benigniori Caſſia, Manna.

Pulpa caſſiæ recenter extracta in vulgari eſt uſu, quam etiam ut lenitivum ſingulare, & benignum planè medicamentum exiſtimant. Sed in me ipſo ſæpiùs contrarium ſum expertus, qui nunquam ea ſum uſus, quin graviter illa fuerim immutatus, quod pleriſque aliis eiuſdem mecum temperamenti accidiſſe etiā animadverti. *Caſſia vehementia.* Cùm enim caſſia ſapore ſit dulcis, facilè bileſcit, in bilioſo temperamento, ut & Manna. *Eiuſdem interna anatome.* Adde etiam, ſi ex ea in balneo vaporoſo proliciatur deſtillatione aqua, ex illa promanare (ut & ex melle) aquam mirum in modum fortem, acrem & mordacem, atq; idcircò ſummè calefacientem. Quæ quidem vis ex igne deſtillationis contrahi non poteſt, quicquid ſecus garriant alii. Quod experientia videre licet, Siquidem ex pulpa melonum, cucurbitarum, cidoniorum, cucumerum, aliorumq; id genus fructuum, qui naturæ proprietate frigidæ ſunt qualitatis, eodem ignis gradu, nihil prolicitur, quā aqua frigida & eiuſdem naturæ, id eſt, frigiditatis, cum fructibus ex quibus eruitur. Nemo enim dat id, quod non habet. Idcircò cùm uſurpabitur caſſiæ uſus, id ſumma cautione & circumſpectè faciendum eſt, explorata videlicet uniuſcuiuſque natura & conſtitutione, cui ea præſcribitur. *Caſſia caute utendum.* Siquidem pituitoſus & obæſi ac craſſi corporis conſtitutione præditus æger, ea quidem uti tutò poſſit, alius verò, citra noxam, & commodè nequaquam queat. Nolim igitur videri illius uſum improbare aut damnare: ſed ex interiori illius anatomia & diſſectione, quam ſæpè aggreſſus ſum, demonſtrare volui, quid intus contineat, nec ubique aut ſemper in omni ſubjecto illius uſum eſſe recipiendum: at ne pleuriticis quidem, etſi omnibus aliis purgantibus, illis interdicatur, ea tuta eſt, licet benignum & temperatum inter alia omnia judicetur eſſe medicamentum. Quinetiam eiuſdem pulpâ ſolâ exhibitâ, uſq; adeò ventriculus diſtenditur & intumeſcit, ut magna flatuum copia perturbetur, ac vehementer torqueatur, quod ea utentibus valdè noxium ac pernicioſum eſt. Si autem ea, in majori etiam doſi, aliquo apto & idonea decocto diluatur, decoctumq; clarificetur, ac colo trajiciatur, adjecta uncia una ſyrupi de cichorio cum rhab. aut ſyrupi

roſati

roſati, ſolutivi, melius agitur cum ægris quibus propinatur ex Medicorum nonnullorum ſententia.

Quin & hoc caſſiæ uſum diſſuadere videtur, quod non mediocris aquæ quantitas ad diſſolvendam unam aut ſaltem duas caſſiæ uncias ſint neceſſaria: quæ tamen doſis eſt omnium minima, ſi in potione ſaltem, aut clarificata propinetur. Sic nihilominus potus fœculentior & ſpiſſior, quique nauſeam moveat, inde conflatur. Sin autem in bolo detur, non idcircò deſinit ſtomachi & ventriculi inflationem una cum nauſea generare: cum, vel ipſius Meſues, qui tantopere eam commendavit, judicio, remedium ſit viſceribus imbecillioribus, mollioribus, & laxioribus, non parum noxium: eò quod facile ab illis retineri nequeat. Secus ac ventriculis ſiccioribus, quos tamen Caſſia perfectè nuſquam purgaverit, contingit.

Stant à parte Auctoris circa caſſiã ſententiæ. Huic ego minime ſolus ſubſcribo ſententiæ, verum plurimi ſunt qui eidem amiciſſimè faveant.

Capivaccius. *Capivaccius* celeberrimus Paduæ Medicus, in eo, quem de peſtilentia inſcripſit, tractatu, à noſtra ſtat opinione: cuius hanc præ cæteris rationem profert quòd ea quæ in peſte adhibentur remedia, aſtrictiva eſſe debeant atque corroborantia, cum nihil ſit quod tam proclivia ad contagium ſuſcipiendum reddat corpora, quàm humiditas, & partium debilitas: quæ à caſſia nunquam non in ventriculis ingeneratur.

Et Dalechampius. *Dalechampius* Medicus nominis celebritate perſpicuus, hanc ipſam ex profeſſo, in ſuo tractatu de peſte, definit, quæſtionem. Suum nominatim appello, quia licet primævus ejus auctor non fuerit, eadem tamen auxerit, & variis, ut ita dicam, eruditionis floribus ornaverit, quæ Raymundus à vinario craſſa quadam indigeſtaque Minerva, in eodem compilarat. Ille igitur Delechampius, poſtquam caſſiam cum rhabarbaro, vel myrobalanis, vel manna, aut alio huiuſmodi correctivo, & purgativo permiſcendam, atque contemperandam, ſecundum varia perſonarum temperamenta conſuluiſſet: memorandam certè, cuiuſdam Cardinalis circa caſſiam temerè aſſumptam, his verbis recenſet hiſtoriam. Hæc qui neſcit (id eſt admiſcere caſſiam cum aliis purgantibus correctivis) ille " caſſia non tempeſtivè data, nunc faſtidium & nauſeam movet, nunc appetentiam hebetat, nunc ventris profluvium moleſtum inducit. Hiſtoria memorabilis Cardinalis cuiuſdam, cuius inteſtina lubrica prorſus & debilia fuerunt, ei cùm imperitus Medicus caſſiæ unicam unam dediſſet, alvus ſic erupit, ut unius diei ſpatio miſer quinquageſies deſederit, ac dyſenteria, ac teneſmo tandem obierit. Hæc Dalechampius. *Hiſtoria memoranda.*

Caſſiæ tamen remedium, ut penitus improbem ut dixi, nõ adducor, nec induco: id tamen magna cum circumſpectione propinandum decerno.

cerno. Quod ad me ſpectat, idem ſemper vel cum decoctione myrobalanorum citrinorum, vel cum aliis purgantibus, quæ ſimul leniant atq; corroborent, admiſceo: ſive illud in modum potionis colatæ & clarificatæ exhibeam, ſive in formam mollis Electuarii: ut apertiùs in meo Catholico & Electuariis lenitivis, antinephriticis, & aliis id genus in mea Pharmacopœa deſcriptis, conſpicietur.

Poterit quoque inde parari

Syrupus caſſiæ.

Ex caſſia cum aqua pomorum, extrahitur eſſentia & tinctura limpida, & rubicunda inſtar vini, v.g.

℞. *Pulpæ caſſiæ ℥ ij. vel tres, ſuperinfunde aquæ dictæ tantum, ut ſupereemineat 4. digitos: & digere in Baln. Mar. lentiſſimo per 8. tantum horas, in quo tempore tinctura apparebit. Ex tinctura diaphana, cum ſaccharo paratur Syrupus, qui ad duas uncias exhibitus ſufficienter purgat & facilis eſt paratu.*

Syrupus ex caſſia & manna.

Si ex caſſiæ & mannæ Calabrinæ æquis partibus, ſervata proportione ſupradicta (non enim opus eſt majorem eius quantitatem ſimul & ſemel præparare, quàm ſufficit pro doſi una) cum iiſdem aquis pomorum aut ſeri lactis, eſſentiam ſive tincturam extraxeris: omnem mannæ ſubſtantiam diſſolvi, & unà cum caſſia in tincturam claram & pellucidam converti videbis; ex qua citra ſacchari additionem parari poteſt ſyrupus caſſiæ cum manna: quo mitiſſimo remedio purgari poterunt prægnantes mulieres, infantes, aliique, qui imbecilliorem habent ventriculum.

Unciis duabus pulpæ caſſiæ & mannæ, adde unciam unam folliculorum ſenæ mundatorum: & progreſſus in cæteris ut ſuprà, fac extractum, ſecundùm artem. Ex quo cum additione modici ſacchari, componitur ſyrupus caſſiæ, mannæ & ſenæ: doſis tantùm eſt uncia una, qua clementer purgantur omnes humores, & eſt inſtar alicuius Catholici. *Syrupus ex caſſia, manna, & ſena.*

Si humiditatem eius per evaporationem in B. M. ſeparaveris, electuarium habebis, quod ad drachmas tres vel quatuor, ſive in forma boli, ſive potionis, diſſolutum cum convenienti liquore exhibebis. Eiuſmodi remedia, tam præparandi modo, quàm virtutis efficaciâ, longè præſtant catholico illi caſſiæque vulgariter tranſcolatis: quæ turbida nimis & magna inſuper doſi exhibita, non poſſunt non eſſe ingrata, & faſtidioſa: ut nihil dicam, de ingredientium impuritate & cruditate, quæ per digeſtionẽ depurantur, dulcorantur, & maturantur, gratioraque guſtui, & ventriculo utiliora redduntur. *Electuarii ex eodem extractio.*

Suprà, de melle diximus, quàm proximè id accedat ad æthercam cœleſtemque naturam, qua etiam caſſiam & mannam longè ſuperat: eiuſdem tamen incommoda tanta eſſe oſtendimus, ut, niſi bene deſpumatum depurgatumq; fuerit, vel Galeno etiam teſte, plus noceat, quàm proſit.

Manna

Manna & Caſſia, nondum præparatæ, cruditatū & impuritatum pleniſſima.

Manna igitur & caſſia, quòd longè recedant à bonitate mellis, ideò deteriora ſunt æſtimanda, ſi cruda, ut moris eſt, exhibeantur.

Veruntamen per digeſtionem & coctionem ritè præparata, noxiam omnem qualitatem exuunt, eamque cum ſalutari & benigna permutant: minori etiam doſi ſumpta, guſtum minimè offendunt; multoque citius, ac ſecurius, quàm antea, corpus evacuant: & tandem in omnibus præcepto ſatisfaciunt Hippocratis, qui citò, tutò, & jucundè mederi jubet.

CAP. XXVII.

De purgantib. mediocribus: Aloe: Rhabarb. Agarico, Sena, Polypodio, Mechoacan, Myrobalanis.

HÆc medicamenta inter verè purgantia ab Actuario & reliquis Medicis, quòd ſingula proprium à tota ſubſtantia humorem trahant, numerantur: univerſum enim corpus, radicitus, ut ita loquar, & cum tanta perturbatione non purgant ſicut cætera: iis præſertim Medici utuntur ad omnes ferè curandos morbos, aut quod illa uſui eſſe poſſint ſine majori præparatione, quàm quæ ipſis eſt nota: aut quòd meliora experiri non audeant, ignotis veris aliorum medicamentorum præparationibus.

Præparationis ſ. extractionis utilitas.

Interim iſtorum mediocrium purgantium vis purgatrix, Spagyrica præparatione augeri poteſt, eliciendo ex illis quod purum eſt, & fæcem purgationi corporum humanorum contrariam, ſeparando. Inde enim multiplex utilitas ſubſequetur, *primum* quòd non lædatur medicamento ventriculus, quum nihil obſtet, quò minùs actionem ſuam præſtet, & citiſſimè corpus afficiat, & ab ipſo viciſſim afficiatur. *Deinde*, quòd ratione minoris quantitatis medicamenti, facilius & lubentius multò ægri ipſum capiant: qui quidem interdum adeò difficiles inveniuntur, ut vitam cum morte commutare malint, quàm illarum craſſarum & turbidarum potionum, plenos calices haurire: quas, etiam in multis, ante ipſarum aſſumptionem, ventriculus abominatur, aut certè ita imbecillis redditur, ut illas nauſeabundus paulò poſt abiiciat, non ſine magna perturbatione, edulam ergo operam veri Medici in iſtius perquirendis medicamentorum præparationibus adhibere debent, ut teneris artis medicæ conſulant: vel ſaltem ægrorum ſaluti.

De Aloe.

Aloe teſtem pituitamque craſſam expurgat, ſed ante, præcipuè è ventriculo & inteſtinis, tum deter-

gendo tum variando, corroborat. Vid. Pharmac. c. 9.

N. Tarda eſt ad operandum, ideoque ne venas mora ob tenuitatem qua prædita eſt, aperiat, corrigitur maſtiche, vel ſuccis Endiviæ violarum &c. Hinc.

1. Aloe extracta ſeu depuratur, cum ſuccis. Vide Pharm.

Cap. 19.

2. Extracta cum Sp. vin. v. Pharm.

N. Extracto huic adde Ol. Caryophyl. & macis ad acrimoniam & erodentem vini retuntendam.

Cap. XXV.

2. *De Rhabarbaro.*

Rhabarbarum purgat bilem potiſſimum autem epati ſpecificum eſt. Corrigitur Cinamomo ſpica & Nardo.

Parantur ex eo.

1. Infuſum.
2. Extractum cum Spir. Vini
3. Extr. cum aq. Endiv. ſucco limon. acetata vid. Extr.
4. Tex.

1. Infuſum.

1. *Infuſum Rhabarbari.*

In Rhabarbari eſſentia vim ineſſe purgatricem maximè argumento eſt tenuis ipſius pars, quæ coctione aliquo modo diſſipatur & deperditur, ita ut purgandi vim hac ratione quadamtenus amittat: quæ à Medicis elicitur, ſi in extenuante aliquo liquore maceretur, adjecto vino albo, & cinnamomo: Infuſum Rhabarbari hoc appellant, quoniam ita vim ſive eſſentiam quodammodo eliciunt ex ipſo Rhabarbaro, fæcibus rejectis.

2. *Extractum Rhabarbari.*

Rhabarbarum pulveriſa, illud include vaſe vitreo, oblongo collo, affundendo vini alcool ut ſupernatet iiij. digitis: obturato vaſe, fac digerantur in Balneo per iij. aut iiij. dies, donec tandem menſtruum coloretur, coloratum transfunde ſeorſim: quod reſervabis, novum menſtruum denuo fæcibus affundendo, donec nõ amplius illud tingatur, & magma, ſive fæx rhabarbari, ſubalba remaneat. Circulatis ritè omnibus ex arte, ſeparetur menſtruum per Balneum & remanebit in fundo, Rhabarbari eſſentia, cui adde pro õn. olei cinnamomi ſcru. ij.

Huius ſi exhibeas ſcrup. j. cum cochleare vini albi, potentius purgabit quàm in infuſione, idque minori cum perturbatione. Poteſt exhiberi hoc medicamentum infantibus, pregnantibus, ſenibus, & ex morbo iam imbecillibus: purgat & educit flavam bilem.

3. *Fex ſeu Remanentia.*

Fæx ſive terra quæ remanet, eſt *aſtringentis facultatis, qua ratione, lienteria, dyſenteria, & alui fluoribus preſcribitur.* N. Quòd ſi quis potentius purgare cupiat, fæcem calcinet in reverberio, tum per aquas, alkali extrahat, ipſumque reiteratis filtrationibus purificet criſtalli inſtar. Eſſentiam

ſentiam extractam ſuo alkali ſuperiniiciat, digerat, & demum diſtillet: hoc enim modo vis omnium medicamentorum augetur. N. Hæc ſalis extractio non eſt operæ precium. Vide etiam Pharmacop.

Cap. XXIX.

3. *De Agarico.*

Extractum Agarici.

AGaricus *craſſam pituitam maximè à ventriculo*, meſenterio, *jecore, liene, & pulmonibus expurgat, à cerebro & nervis debilius trahit, quod vis ipſius ſit imbecillior.*

Exhibentur eius ſcrup. ij. etiam impuberibus & ſenibus.

Sed quoniam aliquantum ventriculum offendit, cum zinzibere vel hujus & ſpica oleo corrigitur. Paratur inde Extractum Agarici vel cum ſpir. Vini vel cum aqua pomonum & ſim. qua acida reddita, vide Pharm. c. 31.

Extract. Senæ Polypod. Mihoacamnæ, &c.

Sic ex *Senna, Polypodio, Mechoacam, Myrabolanis & reliquis hujuſmodi,* elicies extracta ſive eſſentias: quæ omnia exhibebis quando & quibus conferent, additis propriis correctivis pro morbi exigentia, & ægrotantium viribus.

Hæc ſunt quæ de medicamentorum Spagyrica præparatione in medium afferre volui, cum quibus ea quæ in Pharmacopæa dicta ſunt æquis lector conferre poterit, ſic ad penitiores præparationes pertinget & ad ulteriore penetrandi anſam nanciſcetur.

QVERCETANI REDIVIVI PHARMACOPOEA ZOOLOGICA.

Cap. I.

De Principiis animalium.

PHarmacopœa Zoologica eſt, quę de medicamentis ex animalibus agit.

Animalia ut reliquas rerũ naturaliũ ſpecies conſtituunt.

1. Principia conſtituentia Spiritus, Anima & corpus.
2. Principia hypoſtatica, ſal, ſulphur & mercurius.
3. Elementaria, Terra, Aqua & Aer.

Tria illa prima principia in animalibus omnibus reperiri.

1. In Avibus.

A Volucribus ſeu avibus ordiemur, quarũ primordia ab ipſo ovo excutiemus. In ipſis enim ovis, quã uſpiã alibi, naturæ ſuæ luculentiora exhibẽt teſtimonia: ſiquidẽ albumen mercuriũ æthereum teſtatur. Quod etſi mucilaginoſum eſt, ſeminis tamen locum obtinet, ac æthereum ſpiritũ, generationis

Digitized by Google

tionis autorem, & prolificum ſub ſe & in ſeſe fovet, ex quo potiſſimum avis gignitur. Vnde etiam mirum eſt, tot tantasque virtutes ac facultates diſſolventes ac attenuantes in albumine ovi, tanquam æthereo mercurio, deliteſcere: etſi contra vulgaris hominum ferat opinio: qui quod ipſum coagulari ac concreſcere in duritiem etiam lapidis videant, ex ejus uſu in renibus & veſica lapides ac calculos generari judicent, cum ſecus potius veriſſimum ſit & præſtantiſſimum omnium ſalium, vel fixiſſimorum etiam, nec non ſulphureorum naturæ gummatum ſolutivum. Luteum ovi, volucris alimentum, verum eſt ſulphur. At pellicula & cortex non tantum portionem quandam ſalis continent, ſed tota eorum ſubſtātia ſal eſt: idque fixiſſimus, ac conſtantiſſimus omnium naturæ ſalium, utpote qui ad nigredinem perductus, & combuſtibili ſulphure per calcinationem expeditus, omnem ignis vehementiam ac vim ſuſtinet: quod proprium eſt ſalium fixiſſimorum, aut certiſſimæ ac conſtantiſſimæ eorum fixionis. Ejuſmodi paratus ſal nulli non calculo atterendo ac ſolvendo, ſummè idoneus eſt.

Nec in his tantum, quæ dicta ſunt, continentur tria hæc principia, quin & in ipſam perfectam avem tranſeunt. Siquidem in ſanguine & carnibus mercurius exhibetur; in pinguedine ſulphur: in ligamentis, nervis, oſſibus & ſolidioribus partibus ſal deprehenditur, & illa metin volucribus principia ſunt ſubtiliora & magis aerea, quàm in aquatilibus aut terreſtribus. Verbi gratia, ſulphur ſive oleoſa ſubſtantia volucrum ſemper eſt magis tenuium partium, quàm piſciū aut animalium terreſtrium.

2. In piſcibus.

Idem de piſcibus dici poteſt: qui etſi ex frigida aqua & procreati & nutriti, non tamen carent ſuis pinguedinibus calidis ac ardentibus, aut flammæ obnoxiis. Quin & mercurio ac ſale præditi ſint, nemo ſanæ mentis eat inficias.

3. In terreſtribus.

Haud ſecus terreſtria quæque animalia his tribus principiis conſtant: quin & longè nobiliorem perfectionis gradum ea in illis conſequuta ſunt, quàm in vegetabilibus. Siquidem quæ in alimento, hoc eſt, vegetabilibus, quibus veſcuntur animalia, cum ea ſint crudiora, coctione ab animali adhibita, ut ea animal in ſuam ſubſtantiam convertat, fiunt longè perfectiora ac efficaciora. In vegetabilibus enim tantum erant ea vegetativa, quæ in animalibus præter vegetationem, quam retinent, ſenſitiva etiam fiunt, atque ideò nobilioris naturæ ac præſtantiæ. In illis ſulphura referuntur per axungias, ſepa, pinguedines & medullas, unctuoſas, oleoſas ac confragrationi aptas. Salia oſſibus & ſolidioribus aliis partibus repræſentātur, ut mercurij eorū fidem facit ſangnis & reliqui humores, ac vaporoſæ ſubſtantiæ. Quæ tamen ſingulæ illæ diſtinctæ partes

non

non idcirco dicuntur mercuriales, ſulphureæ & ſalinæ, quod ſolo mercurio animali ſulphure animali, & ſale animali, citra aliorum principiorum conjunctionem conſtent; At quod in mercurialibus mercurius, in ſulphureis ſulphur, in ſalinis ſalia dominentur, ut de ſero lactis, butyro & caſeo oſtendimus. Ex quibus tribus animalium principiis, olea, diverſi liquores, ſalesq; diverſi, uſibus humanis tum ad nutriendum, tum medicandum apti, arte chymica eliciuntur, ut alibi docebitur.

In homine ea comperiuntur tanto ſubtiliora & perfectiora, quanto nobilitate & præſtantia reliquis omnibus creaturis antecellit.

In illo enim, tanquam in Microcoſmo, tria hæc principia, tam diverſa, ut in Macrocoſmo, ſed longe ſpirituoſiora ac præſtantiora continentur. De hoc prolixius agitur tomo. I.

Cap. II.

De triplici Mumia.

MEdicamenta quæ, ex Animalibus parantur, ſecundum obtinent perfectionis gradum; habent enim plus efficaciæ, quam quæ ex vegetabilibus præparati ſolent, quæ & minori frigore & calore intereunt, & ipſorum facultas facillime deperditur, ut *vix quicquam* proficiant ad curationes morborum, præſertim cum vulgo non præparentur. Inter Animalia autem, Homo primas iure tenet, ex cuius triplici mumia, *liquida* videlicet, *recenti*, & *ſicca*, aut tranſmarina, varia conflantur ſaluberrima remedia ad infinitos morbos curandos. Hæc ultima mumia Medicis vetuſtioribus tantum cognita fuit: quæ nihil erat aliud, quam humani cadaveris, thure, myrrha & aloë in ſepulcro conditi liquamen: qua condiendi funera ratione, Syriaci, Ægyptii, Arabes & Judæi olim uſi ſunt, ut à corruptione cadavera vindicarent. Quæ nativa mumia, Græcis Piſſaſphaltus, quod illo bituminis genere mortuorum corpora conditentur, dicebatur, qua ipſi utebantur peculiariter & intro & extra, *ad ſanguinem undecunq; prorumpentem* ſiſtendum, *ad cor* & *ventriculum* roborandum, & ad alios infinitos affectus curandos: præſertim quando abjectis oſſium fragmentis, terra & carne exſiccata, *liquorem concretum & collectum in cavis humani corporis* partibus aſſumebant. *De his conſule Strab. Avicennam & Serapio cap. 304.*

Sed vera illa & nativa antiquorum mumia hodiè ſumus deſtituti: carneque exſiccata Medici & Pharmacopolæ in locum ipſius utuntur: idque ſine ulla præparatione, quanvis ex ipſa poſſit ſaltem elici eſſentia quædam purior, quæ quodammodo proprietates & vires veræ mumiæ potius æmulari queat, quàm terrea illa ſubſtantia ſola, caroq; exſiccata, quæ vix quicquam ad corpora ſananda proficere poteſt. Sic ergo illam vulgarem præparabis.

Præparatio Mumiæ ſiccæ.

℞. *Mumiæ electæ* contuſæ & in fruſtula diſſectæ ℔ j. ſpiritus vini alcoliſati, & therebentinati clari menſtrui ana, ut ſupernatet qua-

tuor digitos : indantur omnia convenienti matratio hermeticè clauſo, & putrefiant in calore primi gradus per quindecim dies, donec menſtruum inſtar rubini tingatur : ſeparabis per Bal. menſtruum, quod reſervabis ad eoſdem uſus, & in fundo remanebit tibi mumiæ ſiccæ vera tinctura, quam circulare poteris, ſi voles cum vini ſpiritu per *aliquot dies*. & hac ratione puriorem *ex ipſa mumia* eſſentiam elicies : quæ ſummopere conducit ad curationem omnium venenorum per ſe : aut ſi cum theriaca permiſceatur in peſte præſtantiſſimum eſt remedium, quod ſatis laudari non poteſt. A corruptione omnia corpora tuetur: commodè etiam ad *curationem phtiſis* & *Aſthmatis exhibetur*, *ſi cum conſerva helenii & violarum permiſceatur*: prodeſt *etiam pluribus aliis affectibus*. Fæces verò quæ remanent, ad ſedandos dolores pro topicis in unguentis apponuntur.

Reſtat ut de mumia Chymiatris nota loquar : hanc conſtituunt duplicem, liquidam & recentem, illam ſic præparandam cenſent.

Præparatio mumiæ liquidæ. ℞. Mumiæ liquidæ puræ & electæ, alcoolis vini, ana ℔. j. mixtis optimè vitro inditis, digerantur in fimo calenti, aut Bal. per vij. dies, pòſt deſtillentur ut decet, reiterata bis deſtillatione : rurſum digerantur per xx. dies & deſtillentur tertia vice, relinquatur deinde vas in calore Balnei aut fimi, donec binæ eſſentiæ percipiantur, una aurei coloris, & albi altera. Hæ eſſentiæ eligantur, circulenturque cum ſimili menſtruo, in pellicano per plures dies, ſeparando ſemper fæces, & impurum à ſubtili & puro, reiteratis digeſtionibus & rectificationibus, præſtantiſſimum medicamentum fiet. Hujus exhibetur ℈ j. ſingulis menſibus in plenilunio Epilepticis : morbum enim mitigat, & pellit, eſtque illius proprium alexipharmacum: ſanguinem quoque purificat.

Præparatio mumiæ recentis. Mumiam autem recentem, & electam ſcinde per minima quantùm fieri poterit, indatur matratio oblongo collo, affundendo menſtruum olivarum, putrefac omnia per menſem integrum, vaſe clauſo hermeticè, ut fiat ſolutio. Deinde aperto vaſe, transfunde materiam cucurbitæ vitreæ, quam colloca in Bal. ut vaſe aperto exhalet Mercurius, quod fit cum *incredibili fætore* : *ſic remaneat, donec nullus exeat fætor* & mumia tota diſſoluta ſit. Solutionem infunde in aliud vas, quod ſupereſt, digeratur denuò in Bal. donec prodeat in oleum craſſum & fuſcum inſtar ſyrupi. Quo facto circulabis omnia cum vini ſpiritu optimo in Bal. per xx. dies, ſeparato tandem ſpiritu, remanebit in fundo rubicundum & odoriferum oleum, omnes Balſami naturis habens proprietates, quoque venenatis omnibus & peſtilentibus affectibus valdè conducit.

Tinct. mumiæ. Cape hujus ſic præparatæ mumiæ.

miæ ℥. ij. vini alcoolis optimi ℔. ij. circulentur in vaſe circulatorio per menſem integrum: Menſtruum diſtilletur per alembicum. Denuo digerantur in vaſe hermeticè clauſo, atque ut ſuprà quater reitera, donec ſui corporis naturam omnimodo materia prædicta amittat & in tincturam prodeat: quæ quidem tanta pollet facultate vivifica, ut nulla ſit particula, quam ipſa non penetret, nullum ulcus, nullave corruptio, quam non curet, ſi ipſius exhibeas bis quotidie per aliquod tempus grana quatuor aut quinque cum decocto convenienti.

Cap. III.

De Cranio.

CRanium non humatum proprietate quadam Epilepticis prodeſſe, doctorum multi ſcripſerunt: qua ratione non alienum fore putavi, ſi veram traderem ipſius præparationem. Adaptant autem fæminæ laboranti, cranium muliebre, viro, maſculum.

Veruntamen inter illos non ſatis conſtat de ejus præparatione: cum alii ut exhibeatur, in cinerem album redigi velint: alii citra calcinationem & omnem præparationem, ſed quale eſt per ſe: autumantes uſtione omnem primigenium humorem, vitaleque omne principium abſorberi & exareſcere. In quo falluntur plurimum: ſolamque ſibi externam rerum anatomiam non internam notam eſſe hoc nomine teſtantur, citraque corticem tantum rerum, non circa nucleum aut medullam hactenus eſſe verſatos, ut patefacimus cum de admirandis ſalium virtutibus & effectis verba facimus.

Præparata.

Hic igitur inculcabimus, juxta Hermeticorum induſtriam, cranii præparationem: unde admiranda auxilia, adverſus epilepſiam privatim, eruemus, cujus ſumma & præſtantiſſima ac peroptima præparatio.

Magiſterium: *Fit, ſi unum aut alterum cranium recens, exquiſitiſſimè omni carne denudatum, & in fruſtula aut ramenta conciſum in cornutam aut retortam, ut vocant, immittatur, cuius tubo adhæreat capax recipiens, ne ſtrictius ſpirituum vi & copia, ex retorta arenæ immerſa & inhumata prodeuntium, diſſiliat. In qua operatione igni nequaquam parcendum, qui infra ſupraq; ac circumcirca ita eſt ex arte admovendus, ac aſſiduè perflandus, ut retorta ex incendio incandeſcat ac exardeat: nec ab igne fovendo prius deſiſtendum, quàm ex cornuta ſpiritus albidi in vas recipiens effluere deſierint: quod facilè cognoſcetur ex recipientis vaſis declaratione, cuius perſpicuitas nihil ſpirituum amplius exhalantium, aut rubri olei, unde antea turbabatur, reſtare ſatis arguet. Quo cognito ab ignis continuatione ceſſandum finendumq; eſt, ut per ſe ſenſim extinguatur, & citra tactum vaſa refrigeſcant: à quibus agitandis ſi perſedendum ad horas 24. ut per otium ſpiritus melius*

Digitized by Google

in recipiente firmentur, inſideant ac conquieſcant. Ex quo tandem effundendus erit ſeorſim liquor ſubalbidus, ac inſtar lactis turbidus, qui ex ſingulis craniis ad quatuor circiter aut quinq; uncias extillare ſolet, cui rubrum oleum ſanguinis inſtar, *ſupernatabit ad ſex drachmas, vel ſemiunciam: at faces in fundo retortæ reſidua, carbonis inſtar comminuti nigerrimæ, in cineres albos erunt igne reverberii redigendæ: ex quibus* ſal *aqua pæoniæ aut alia antepilepticarum noſtrarum ſtillatitiâ, eruatur.*

Sal cranii humani.

Phlegma enim unius aut alterius cranii huic rei ſatis eſſe nequeat, niſi forte copioſa ex multis craniis proliciatur. Ejuſmodi autem ſal ſolvatur, filtretur ac coaguletur cum eadem ipſa aqua: idq; multoties repetatur, dum perfectiſſimè emundatus ſit ac depuratus. Interea autem, dum huius ſalis operationi incumbetis, ter aut quater repetetis ac iterabitis liquoris, cum tinctura ſua ſupernatante conjuncti, deſtillationem. Quum autem omnia iſta gravem admodum ac fragrantem odorem ſpirent, ut is detrahatur, trajiciendus erit liquor per modicum colchotaris, ex vitriolo Cyprino *aut Vngarico exiccati, qui vere aureus ac ſummè pretioſus inde evadet, mercurium cum tinctura ſua mixtum, oleo aut ſulphure continens, in quo liquore ſi ſalem ſuum diſſolveris, qui per ſe ſolumq; ſummum eſt* Epilepſiæ *remedium, in perfectiſſimum evadet medicamentum*: cujus ſi duas aut tres guttas ex ſemicochleari aquæ antepilepticæ, aut theriacalis, intra & extra epilepſiæ paroxyſmum exhibueris, idque per menſem ſingulis diebus continuaveris, perfectam hujus mali curationem, favente Deo, conſequeris.

Additio.

Huic magiſterio cranii humani, ut ſupra parati, ſi eſſentiæ aut magiſterii perlarum & corallorum ana ʒj. *addideris, diamoſchi, diacaſtorei ana* ʒß. *ſpiritus vitrioli veri, hoc eſt, cum virore ſuo extracti, guttas* 24. *olei de ſeminibus pæoniæ, guttas* 20. *mellis anacardini* ℥j. *mixtaq; ſimul omnia circulentur in Pellicano in* B. M. *ad tres aut quatuor dies. Quibus exactis liquor exemptus accuratè aſſervetur, & cum opus fuerit* ℈j. *aut ſeorſim, aut ex aliquo alio liquore, quales ſunt ſuperiores, exhibueris, mirandos effectus inde naſci percipies.*

Præparationis Compendium.

Qui tantum temporis & operæ in hujuſmodi præparationibus verentur inſumere, etſi utiliſſimis, compendioſiorem hanc, quæ ſequitur, viam ingredi poterunt: *ut ſcilicet ſumant unum aut alterum cranium, recens excarnatum, & nunquam ſepultum, quod in fruſta comminuant aut ramenta, ex quibus deſtillatione per retortam, liquor cum ſpiritibus, ut ſupra, extrahatur: quod uno die perficitur. Atque totus hic liquor bis per ſe rurſum deſtilletur, ad majorem puritatem inducendam. Quæ operatio integrum diem non exigit. Cuius liquoris unciis quatuor ſi caſtorei recentis* ʒj. *diamoſchi dulcis, confectionis alkermes ana* ʒß. *mellis anacardini* ℥j. *addideris, ſimulque omnia*

omnia probè miſcueris , & rurſum ex alembico igne cinerum ſublimaveris , corallorumque & perlarum eſſentia cum ſpiritu vitrioli extracta ana ℨ j. nec non olei ſuccini guttas xx. oleorum cinnamomi & aniſi ana guttas x. addideris, ſcrupulumque iſtius mixtionis exhibueris ex aliqua convenienti aqua mira percipies, ſi ab una ad alteram Lunam, eius uſum non intermiſeris.

Alia Cranii omniumque faciliſſima præparatio.

Quùm non ſemper cranium recens occurrat , nec pervius ſit omnibus illius excarnandi modus, ut illis, qui de more in anatomiis verſantur : eorum loco uſurpari illa poterunt, quæ recẽs è ſepulchris effodiuntur , & ſi aliorum bonitatem non æquant, quòd minùs mercurialis eſſentiæ, aut nihil prorſus obtineant, quàm quæ recentia ſunt, & nunquam ſepulchro condita , abundè poſſident & retinent: nihil enim in his humo abſorptum eſt, ut in aliis, quæ diutiùs cœmiteriorum terrâ nitroſâ obruta, atque idcircò ab ea omni carne, medullâ & liquore ſpoliata, quem à propria natura mercurialem & ſulphureum obtinent, prorſus exaruerunt & depaſta ſunt. Quod eorum ſalibus non accidit, quos propter fixiorem illorum naturam in reſiduo oſſium reſtantem , terra non attingat, ne dum poſſit abſumere. Hac enim ratione ad infinita ſecula, oſſa & nitida & integra, citra ullũ formæ aut fixioris ſuæ ſubſtantiæ detrimentum, & jacturam perſtare, ubiq; perſpicere eſt. Eligantur autem ea crania , quæ minorem in ſepulchro moram paſſa fuerint, ex quibus ſal , ut ſequitur , proliciatur: quod præſentius & magis ſpecificum Epilepſiis futurũ eſt remediũ, quàm ſi pulvis ſolus aut imparatus, aut etiã ad albedinem calcinatus exhibeatur. Sic quidem ſal qui ex cranio arte extrahitur, in liquorem facilè reſolvitur, qui eò venis noſtris ac ſpiritib. communicabilior & penetrãtior eſt ullo pulvere aut cinerib. terrâ ſuâ & corporeâ mole adhuc obtuſis & oppreſſis. In quo utiq; ſale craniorum, ut & aliarũ etiam omnium rerum abundè primigenius humor & vitale rerum principium inſita ſunt. Hinc fit, ut inter ſimplicia, ea, quæ copioſiore ſale abundant, fortiùs vigeant , & ſtrenuè magis temporum injuriis reluctentur, ut nullis nec rigoribus, nec ardoribus perimi aut vinci poſſint , quo minùs virorem ſuum & vegetationem conſervent, quòd ſecus aliis, eo minùs prædiris, accidit. Idem videre eſt in animalium genere, ut inter illa, qui copioſiorẽ ſalem natura poſſidẽt, ea vivaciora & diuturnioris ſint vitæ. Quin & partes animalis eò abundãtiores, quales ſunt oſſeæ, minùs corruptioni obnoxiæ ſint, & ſeriùs interitum minentur. In iiſdem ſalibus formæ rerũ deliteſcunt, quo id luculentis exemplis paulò pòſt illuſtrabimus , ut unicuique pateat , & oculis ſubjiciatur, ac veluti manibus palpetur , quicquid admirandarum proprietatum & effectuum, in vitali illo principio latitet & contineatur.

Sal cranii ipſo crudo præſtantius.

Quæ ſale abundãt diuturniori vita fruuntur.

Ut igitur facilem, & citra tempo-

ris jacturam ac impenſarum magnitudinem extrahendi è cranio ſalis modum doceamus, quod libenter in gratiã Pharmacopœorũ ac artificum minus ſolertium, ut addiſcant, nec non ægrorum, qui magnis ſumptibus ſua inopia parcere coguntur, ut ex hac facilitate, quam proponimus illis, libenter ſuccurratur, nec ex difficultate operationis, de qua nemo conqueri poſſit, charitas erga proximum refrigeſcat, quam in Chriſtianis cordibus erga fratres ardere par eſt & æquiſſimum, prout ſequitur, præſtabimus.

Præparatio ſalis cranii humani. ℞. *Tria, quatuor, aut etiam plura crania, quæ parum diu in terra delituerint, ut diximus. Ea in fruſta contundantur (ſolùm calvariam intelligo citra maxillas aut mandibulas) quæ prius vino optime deterſa & mundata, poſtea in vinum album infundantur, in quo caryophylla, macis, flores roriſmarini, libi convall. tiliæ, calend. ſalviæ macerata fuerint: quod bis aut ter ſubinde repetendum, ut hoc infuſionis vino optime imbibantur. Atq; ſic parata craniorum fruſta in cupellam terream non vitreatam immittantur, quæ in furno reverberationis, Athanore dicto, poſita flamma carbonum non ligni, in calcem aut cinerem redigantur albiſſimum. Qui quidem cinis in matratium vitreum iniiciatur, cui tantum aquæ roriſmarini ſuperfundatur, ut quatuor aut quinq; digitos ſupereminęat. Obducatur firmiſſimo luto vas, quod abiete & cera conſtet Hiſpanica, ne quid expiret, atq; in B. M. bulliente collocetur, in quo, ad quatuor aut quinque dies in digeſtione & circulatione retineatur: quo tempore aqua, lixivii inſtar, cranii ſale tingetur ac impregnabitur. Refrigerato vaſe, aqua per inclinationem effundatur, & materia recentem aquam ſuperfunde denuo, ut nova fiat digeſtio & circulatio, ut ſupra: idque toties iteretur, donec totus ſal in aquas tranſierit. Iſtius aquæ ſale impregnatæ vel dimidium cochleare argenteum propinari poteſt in curationem vel præſentis vel futuræ epilepſiæ chronicæ. At ſi ab iſta aqua ſalem præparare volumus, omnes iſtæ aquæ impregnatæ in alembicum profundantur, ex quo deſtilletur aqua à ſale, qui in fundo alembici remanebit: quem ſi animus eſt puriorem reddere & cryſtallinum, ſolutionibus, filtrationibus, coagulationibus identidem crebro repetitis, ad ſummam puritatem adducetur, qui & ſolus pretioſiſſimus eſt, ac magnæ virtutis, ſi eſſentiis corallorum, perlarum, & id genus aliarum rerum antepilepticarum, commixtus fuerit.*

Alia eſſentia Cranii humani.

℞. Raſuram cranii hominis non humati, cui affunde ſpiritum vini ſalviati, ut ſupernatet ſex digitos, digerantur ſimul in Bal. per dies xiiij. vaſe clauſo, deinde deſtillentur per retortam, dando ignem per gradus more aquæ ſtygiæ, rurſus infunde deſtillationem capiti mortuo prius contuſo, putrefiant per viij. dies, & deſtillentur ut prius, idq; ter facias. Demum circulentur omnia ſimul per aliquot dies, ſeparatoq; tuo ſalviato menſtruo, in fundo remanebit

nebit cranii eſſentia, coaguli inſtar, cujus exhibeas ℈ ß. cum aqua florum tiliæ in paroxiſmo & ante paroxiſmum.

Vel raſuram non humati cranii decoque cum meliſſæ ſpiritu, & betonicæ decocto, affunde ſeorſim aquã, iterumq; novam affunde, donec nulla vis cranii ampliùs remaneat. Tum aquas omnes in B.al. evapora. Remanet in fundo coagulum, quod iterum reſolve: evapora & coagula, tantiſper dum igne lentiſſimo materia in fundo remanens, ſublimari poſſit. Hoc ſublimatum multùm confert Epilepticis, & alvum ſine perturbatione, (quamvis copioſè) movet.

CAP. IV.

De Viperis.

Viperarum virtutes in curatione lepræ præſertim, quod totũ corp⁹ per cutem expurgent, etiam antiquiſſimi experti medici. Unde Galenus & alii Græci multa de præparatione earum reliquerunt, eaſq; baſin famoſiſſimæ ac antiquiſſimæ Theriacæ fecerunt. Adhibuerunt antè craſſo modo in Trochiſcos, redactas. Nos inſuper alias præparationes ſuperaddemus.

Itaque ſequuntur.

1. *Trochiſci de viperis.*
2. *Confectio viperina aromatica.*
3. *Confectio viperina ſaccharina.*
3. *Confectio viperina juniperina.*
5. *Sales theriacales.*
6. *Pulvis alexipharmacus.*
7. *Viperarum eſſentia.*
8. *Magiſterium bezoardicum animale.*
9. *Tinctura.*
10. *Pulvis alexipharmacus vulnerarius.*

1. Trochiſci de viperis.

Viperas quatuor aut quinque fulviores, ac recens captas ſumito, & de ipſis ad caput & ad caudam quatuor digitorum magnitudinem abſcindito, & tota pelle, interaneiſque ipſarum ablatis: reliqua in olla nova vitreata cum ſale & aneth coquito, donec ſpina de carnibus ſeparetur, ac inde ablatis ac diligenter à ſpinis purgatis carnibus puri panis tritici aequalem portionem ipſis admiſceto, & bene ſimul trita in paſtillos efformato, digitis opobalſamo tinctis, & in umbra ſiccato.

N. Præcipuum horum trochiſcorum fundamentum ſunt viperæ, ſicut jam alibi diximus, ſimulque clarè oſtendimus, quam turpiter lapſi ſint ii, qui pro iis aliud ſerpentum genus quos falſo nomine Thiros appellarunt, introduxerunt.

Conſtat itaque totius antiquitatis ſuffragio & authoritate, & in hunc uſque diem conſtans manet ſentẽtia, viperas eſſe illud ingrediens primarium, ex quo conficiantur trochiſci Theriacales: non verò alias quaſvis ſerpentum ſpecies.

Inter viperas feminæ potiùs deliguntur, quam mares: noſcuntur autem illæ ex dentium numero, quorum quatuor habent: maſculi verò duos tantum. Sed uterum gerentes accipiendas eſſe negant. De ceteris ſignis vide *Aetium*; juxta quæ inſtituendus eſt delectus viperarum feminarum potius quàm marium, aut aliorum ſerpentum, quæ forma ſimili-

militudine ad eas accedunt. *Sunt autem alia animalia* (inquit Aet. de viperis fœminis loquens) *ſubflava, ingentia & agilia: oculos ſubrubros habent, collum anguſtum, latius caput, & caudam acervatim in tenuitatem abeuntem ac carne penitus nudam: ventrem ſinuoſiorem habent, &c.*

Sunt adhuc plura alia ſigna & indicia ab authore notata, ex quibus aptitudo viperarum ad trochiſcorum compoſitionem judicanda eſt. Nam ſi abſciſſis capite & cauda, tanquam immobiles jaceant, ad uſum ineptæ ſunt: *ſi verò prædictis partibus amputatis* (ſubjungit *Aetius*) *motum quendam videris in reliquo corpore ſuperſtitem, & animalia ipſa cruorem aliquandiu in ſe conſervant: hæc ipſa ut optima in Antidoti conconfectionem ſunt admiſcenda.* Et ſicut *Avicenna* circa idem propoſitum his ſcribit verbis, licet non ita difertis: *Quod ſi cucurrerit ex ea ſanguis plurimus,* (loquens de vipera, capite & cauda truncata) *& fuerit motus ejus in illa diſpoſitione plurimus, & mors ipſius tarda, tunc erit electus.* *lib. 2. ſumma 2. tract. 1.*

Temporis præterea conſideratio in prædictis viperis ad trochiſcorum præparationem capiendis, admodum eſt neceſſaria. Quovis enim tempore captæ non ſunt bonæ: qua in re tam inter priſcos, quam modernos diſcrepantiam deprehendo: nonnulli in ea ſunt opinione, viperas non ſtatim, ſimul ac è latebris ſuis prodierint, accipiendas: hæcque fuit opinio *Galeni lib. de Antidotis*: alii verò contrarium ſtatuunt, & volunt, ut in inſtanſtanti ſtatim tempore, ſimul ac captæ ſint, ſi fieri poſſit, aut ad ſummum per unum aut duos dies reſervatæ, in trochiſcorum compoſitionem recipiantur: idque ſine mora ex *Avicenna*: & *Ægin. lib. 2. de re medica cap.* 11. ubi loquitur de ſalis theriacalis præparatione: *Viperas* (inquit) *ſumito recens captas quatuor, &c.* Cui ultimæ ſententiæ & nos ſubſcribimus, idque ob rationem, quam mox reddemus, ubi de cauſis, ob quas veteres moti in tam venenatiſſimo animali, tam præclaram & excellentem venari fuerint antidotum, accurata diſpoſitione diſſeremus. Digna quippe eſt materia, ut in altam & diligentem vocetur contemplationem. *lib. 5. tract. 1.*

Longè antè Theriacæ inventionem, cujus author fuit *Andromachus*, tam viperarum aliorumque ſerpentum uſus in medicina exiſtebat, ut colligere licet ex *Dioſcoride*, qui vixit ferè circa tempora Mithridatis Regis Ponti, qui antidoto à ſe compoſitæ, ſuum proprium indidit nomen, eique magnam conciliavit exiſtimationem. *Dioſcorides* enim *libr. 2. capit.* 16. Loquens de viperis docet, quomodo ſint excoriandæ, capite & cauda truncandæ, reliqua illarum cato in fruſtra diſſecanda, & in oleo, vino, ſale anetho coquenda. Ita coctas viperas comedendas præbebat ad viſus claritatem, ad roborandos nervos debilitatos, ad ſcrophularum generationem inhibendam: ad hæc ſe ex auditu noviſſe ait, quòd ii, qui hiſce veſcuntur carnibus, diuturnam traducant vitam; ubi præterea videre eſt, quomodo eodem authore Sal ex

iis

iis eliciatur, qui enervatos modo præpræſtat effectus.

Hæc præparatio & coctio nihil ferè differt ab hodierna: imò ex vini oleique ſuperadditione præſtantior multò eſt, quam quæ cum ſola aqua fieri ſolet. Hinc recentiores, & qui eos ſecuti ſunt, panem ad diuturniorem conſervationem addiderunt, indeque paſtillos efformarunt.

Ac licet *Dioſcorides* ſuo tempore pleniorem nondum aſſecutus eſſet notitiam de viperinarum carnium præſtantia & utilitate: ejus tamen ſucceſſores ut facili conjectura præſumitur (progreſſu namque temporis magis magiſque accreſcunt inventa & experimenta) ulterius proceſſerunt, periculumque fecerunt, num caro viperarum, adeò ſit efficax ut propr ũ venenum quadam ſimilitudine & familiaritate, à centro ad ſuperficiem attrahat, edomet, & expellat. Sicut nihil novi eſt; rerumque experientia abundè confirmat plura animalia venenata reperiri, quæ ſuo proprio veneno, veræ exiſtant antidoti. Scorpio ſibiipſi pulcherrimum medicamentum eſt, inquit *Celſus lib. 6. cap.* 17. quidam cum vino contritum bibunt: quidam ſimiliter contritum ſuper vulnus imponunt: quidam ſuper prunam eo impoſito vulnus ſuffumigant, &c.

De pluribus tantùm animalibus venenatis locuti ſumus. Nam ex omnibus in univerſum non extrahuntur Alexipharmaca, ſed contra quæ ex ipſis remedia educta putes lethalia ſunt venena. Hinc *Ariſtoteles* 8. *lib. hiſt. animal.* ait: Aſpis anguis, ex quo medicamentum illud putrificum componunt, in Africa gignitur, ad cujus ictũ, nullũ invenitur remedium.

Q. Sed hic nobis notanda & excutienda venit nobilis illa quæſtio, quibus nimirum cauſis & argumentis patres antiqui qui compulſi, huic ſe immiſerint indagationi, ut ex animali tam venenato, quale viperam eſſe conſtat, tam inſigne medicamentum, & antidotum eruerent.

Cùm verò in re tam ardua ac difficili, omnia paulò longius ſim repeturus, philoſophandique rationem non trivialem, aut omnibus obviam adhibiturus, benevolus lector fortè graviter & anxiè tuliſſet, ſi de tanta prorſus tacuiſſem quæſtione aut piſce taciturnior factus, ne verbulum quidem de eadem protuliſſem. Adverſarios autem meos, ex tam innumeris maledicentiæ ac invidiæ telis, quibus me quotidiè impetunt, contracto quaſi callo, amplius non moror: quo fortius enim inſurgunt in honores meos deprimendos, eò auſpicatius & ſplendidius eoſdem indies emergere, vel inviti intuentur: Propugnaculi loco nunc iſtis oppono ſolas antidotos meas, quarum ſolus aſpectus & odor gratiſſimus virus illud viperinum quod in me expuunt procul hinc fugabit, & in auras diſſipabit.

Ariſtoteles *lib. 8. hiſt. animal. cap.* 17. ſcribit: *quòd ſerpentes ſuas veteres deponant exuvias tempore verno, quæ è terra latebris rurſus proreptare ſolent, & autumnali, ſimiliter id faciunt*

ciunt vipere, veris & autumni tempore.

Per *ſerpentis* vocabulum non intelligit quoslibet ſerpentes, quorum genus multiplex eſt, ſed in ſpecie colubros, utpote qui ſunt ceteris communiores, notiores, & numero multò plures: unde vulgò ſerpentes vocantur, quorum exuviæ etiam plerumque in campis inter ſaxa, & dumeta reperiuntur, idque paſſim tam in Francia, quam alibi.

Si ſerpentis nomen generaliter ſumpſiſſet *Ariſtoteles*, ejus ſpeciale nomen, ut de viperis facit, non expreſſiſſet. Sed patefiet in poſterum ex continuata hujus tractionis ſerie, nihil hic à nobis dici ſine cauſa.

Nullum eſt dubium, quin multi olim ſublimi ingenio præditi, viri doctiſſimi, ac naturalium arcanorum perveſtigandorum cupidiſſimi, cauſam, cur exuvias detrahant ſibi ſerpentes & viperæ, rimati ſint, nec non alias circumſtantias probè expenderint, & in primis tempus veris & autumni conſiderarint, quo iſta animalia è latibulis ſuis ſubterraneis egrediuntur.

Unde meridiana luce clarius patet, quod hoc nempe tempore tam copioſo, & per totam ſuam naturam diſperſo abundent balſamo, tamque validiſſimè vigeant ſpiritalibus eſſentiis, & vero nectare vitæ, ſive balſamo naturæ pretioſo & radicali, in ampliſſimo terræ ſinu, tanquam in proprio ſuo loco, matrice, & ſeminario contento & incluſo: ut prædicta animalia tum vetere abjecta pelle, ſe nova induere, & renovare queant.

Sed quia inter reliquos ſerpentes non ſunt, niſi hi duo enumerati, coluber nempe (vulgò ſerpens dictus) & vipera, qui exuvias ſtatis deponant temporibus: præſumendum hinc eſt atque credendum his duobus animalibus, non tantùm ad ſui conſervationem, ſed in aliorum quoque uſum, conceſſum eſſe naturalem quendam inſtinctum, quo deligunt, exugunt, & in alimentum attrahunt, non materiali aut craſſo modo cibum corporeum, viſibilem, & palpabilem (ſiquidem *authore Ariſtotele*, & teſte quotidiana experientia, ejuſmodi animalia, citra cibum aut potum vitam multo tempore ſive ſubtus terràm, ſive ſupra tranſigunt terram) ſed merè formalem & ſpiritualem, hunc nempe ſalem ſulphureum, & precioſum naturæ balſamum, quo omnia animantur & vegetantur, idque potiſſimum, dum circa æquinoctium vernale, calore ſive igne Athanoris, magnæ lampadis cœleſtis, potenter operante, & attrahente, ſublimatur & elevatur: quod naturæ ſulphur per mirabilem hanc ſublimationem, totam terræ ſuperficiem irrorat ſpiritibus balſamicis, ejuſque interiorem ſinum irrigat precioſæ & vivificæ aquæ vitæ, & nectaris naturalis, ſaluberrimo & utiliſſimo liquore: Unde omnia reviréſcunt & efflorefcunt, & quæ mortis ſpeciem referebant, vitam recipiunt,

& re-

& reviviſcunt. Eadem ſublimatio fit etiam ſub æquinoctio autumnali, ſed decreſcente paulatim calore, ſydereoque igne longius regreſſo, magnum terræ ſublimatorium refrigeratur, omneſque ſpiritus vegetales & balſamici revertuntur in ſuum chaos ſive matricem. Serpentes & viperæ, quæ in terræ ſinu & domicilio commorantur, naturali quodam inſtinctu ut diximus, exugunt, & in alimentum alliciunt cibum æthereum qui tam inſigni, vivifica & ſpecifica facultate pollet adverſus venenatam & deleteriam illorum naturam: ut ſi eo ſatis reficiantur & inſtaurentur, non ſolum vim acquirant, & virtutem, ſpolia ſua utroque tempore ſtato exuendi, ſeque renovandi: ſed ob exuberans illud balſamum, quo abunde vigent, inſtar medicinæ inſuper univerſalis ſunt, ad omnem cutem leproſam, ſcabioſam, ulceroſam, & quavis alia labe fœdatam, tollendam & renovandam & ad corpus quavis ex parte vitioſum, putidum, & in fruſta mox collapſurum, ita emundandum, ut in purum, floridum, & ſanum evadat; ita quoque fiunt, eiuſdem met balſami virtute, qua abundant, alexiterium ſummum contra omnia lethifera & præſentiſſima venena. Et hæc quidem de hoc ſubjecto philoſophari placuit.

Si quis forte ſcire deſideret, ex quibuſnam ſcriptorum ac monumentorum codicibus didicerimus, animalia hæc ſubtus terrram hoc radicali naturæ balſamo nutriti poſſe; is ad admirandos eorundem reſpiciat effectus, quos arguit propria exuviarum detractio: facultatem inſuper quam habent lepram, nullis aliis remediis medicabilem, ſanandi rimetur: nec non præclara, quæ ex eis eliciuntur antidota contra omnis generis venena expendat. Quæ quidem ſumma & admiranda effectuum præſtantia aliunde proficiſci nequit, quam ex radicibus, & principiis magnæ iſtius, & univerſalis medicinæ, cum qua ſerpentes illi participare neceſſario colliguntur. Sequitur igitur, ut vel eam ſcientia innata & naturali, peculiariter deligant ac alliciant in profundis terræ latibulis, ubi acervatim congregati, variiſque invicem nexibus implicati, in longum tempus degunt citra alterius alimenti fruitionem; vel neceſſe eſt, ut tum temporis, quando ſpiritus ſulphurei & vegetabiles, qui rebus omnibus animam & vitam, mediante hoc precioſo naturæ balſamo, infundunt, elevati & ſublimati penetrant duriſſimas etiam arborum radices, truncos & cortices ipſiſque vigorem & virorem impartiuntur, floreſcereque faciunt, imo & reviviſcere: neceſſe eſt, inquam, ut hi ſpiritus balſamici, ſimili ratione per ſerpentum corpora tanquam multo molliora penetrent, eaque in medicinam efficaciſſimam, tam pro ſe ipſis, quam pro aliis abunde & largiter condire queant. Hinc ipſis facultas illa deponendi cutem, tempore videlicet, ut iam diximus, ver-

nali & autumnali, quando ſpiritus iſti ſulphurei ſunt in ſua exaltatione: quibus temporibus (ac in ipſo præſertim Vere) videmus etiam arborum cortices, balſamicis ſuccis tum maximè abundantes, truncis ſuis, & ligno ſolidiori non adhæreſcere, ſed facilimo momento ab ipſis avelli & ſeparari: non ſecus ac ſerpentes, qui circa idem tempus, & ab iiſdem cauſis, veterem dimittunt cutem.

Ulterius ſi quis quærat, *cur cæteri ſerpentes & animantia, in interioribus terræ domiciliis habitantia, careant hoc naturali inſtinctu, ut cum delectu in alimentum ſibi attrahant hoc radicale naturæ balſamum, & cur non æquè eodem perfundantur, ac colubri & viperæ.*

Reſpondetur, quòd hæc proprietas peculiariter his ſolis à natura indita ſit animalibus non ſecus ac in Tora, quæ herba eſt venenoſa, accidere videmus: juxta quam proximè connaſcitur Antitora, quæ ut alteri ſit in alexipharmacum, eoſdem ſpiritus ex eadem terra exugit. Præterea reflectamus paulò oculos noſtros ad fucos, veſpas, & hujus generis infinitas alias muſcas, quæ licet dulciſſimum omnis generis floſculorũ, herbarum, ac fructuum ſuccum, in alimentum exugant, inter illas tamen omnes, unica tantùm apis, ut inquit *Riplaus*, naturalẽ illam ſcientiam obtinuit, cœleſtem ejuſmodi mannam in ceram & mel convertendi. Res certè ſummæ admirationis, & myſterii plena. An non idem in ſerpentibus contingere poſſe exiſtimandum?

Si quis interrogando actius urgeat, *quare, cùm tanta ſit huius balſami efficacia, non eadem opera tollatur omne ſimul venenum in ſerpentibus & viperis, cuius ſcintillulas ipſis adhuc inhærere produnt venenati eorundem ictus.*

Huic eaſdem contemplandas opponimus apes, quæ nihilominus aculeum ſuum retinent pungentem, ac venenatum licet totum illarum corpus abundè diffluat cœleſti, dulci, & balſamico liquore, qui proprii veneni aptiſſimum eſt remedium. Idem de ſerpentibus eſto judicium.

Hic Hermeticos philoſophos uno tantùm verbo admonitos velim, ut accurata mentis attentione perpendant, cur poetæ, qui ſub fabulis ſuis ſemper occultarunt ſumma naturæ ſecreta, velleri aureo, & precioſis in horto Heſperidum fructibus cuſtodiendis, terribiles & venenatos Dracones præeſſe finxerint. Ex hoc enim, ſi mentis oculis rem intentius inſpexerint, facilè agnoſcent, in rebus etiam extrinſecus venenatis, opus ſuum magnum, medicinamque ſuam catholicam univerſalem inquirendam eſſe; non videlicet in primo ſtatim operis limine, quod plerumque tactu aſperum, viſu horribile, odoratu fœtidum, guſtu ingratum, qualitate venenatum apparet, hoc eſt, non ab exteriori cortice, ſed ab interiore nucleo, arcanum eruendum: non ſecus ac in externis ſerpentis & viperæ partibus, nempè in corũ dentibus, pernicioſum deliteſcit venenum, ex quorum tamen

inte-

Digitized by Google

interiori corpore ſummum & admirandum educitur alexipharmacum.

Poſſem in hanc rem, pluribus aliis meditationibus haud injucundis, & penitius in arcanorum adyta deducentibus animos omnium in ſummam protrahere admirationem, meque in aliorum gratiam & utilitatem iiſdem magis oblectare: ſed ſatis ſit, philoſophico, & Chriſtiano Medico hic ruminandum conſiderandumque relinquere. Deum nempe & naturam nihil facere ſine admiranda & incomprehenſibili providentia. Qui itaq; omnes omnium effectuum cauſas perveſtigandas recipiet, magnum ſubibit onus, nec habebit unquam, quod de rerum objectatum penuria conqueratur: præſertim illarum, quas Natura in penetralibus ſuis clam abſcondit. Sexcenta enim ſunt alia animalia, quorum certis ſolummodo partibus venenum inſidet, quæ tamen in ceteris, ad varios uſus proſunt. Draco marinus, piſcis, habet ſpinam in dorſo planè venenatam: Hic in partibus tamen ceteris cibus eſt delicatiſſimus. Eodem modo ſerpens & vipera, licet dentibus ſuis venenatis lethalia infligant vulnera, cetera tamen eorundem pars ſalubris & ſalutifera exiſtit.

Sed de his hactenus. *Nunc autem fuſius oculis ſubiiciemus, num trochiſcorum horum præparatio, quæ adhuc hodie in uſu eſt, talis ſit, ut neque additionem, neque diminutionem ullius rei patiatur, an verò correctione & reformatione quadam opus habeat.*

Supra in trochiſcorum de viperis deſcriptione declaratum fuit, quòd à ſola vera & legitima carnium iſtarum coctione, totius magiſterii fundamentum dependeat. Hæc coctio, ſicuti videre eſt ex correctione *Bartholomæi Marantæ* viri celeberrimi, tanti momenti eſt, ut in ea omnis conſiſtat bonitas, aut imperfectio Antidoti. In ſumma ſingulari cura & induſtria opus eſt in carne iſta perfectè coquenda, quæ ab oſſe ſpinæ ſeparata diligenter tundenda eſt in mortario, adiecto pane ex pura & recenti farina triticea confecto, & optimè cocto atque fermentato: inde poſteà formandi trochiſci. Quidam prædictum panem ſeorſim exiccant eumque in pulverem redactum per cribrum traiiciunt, & admixta carne optimè quoque ſeorſim trita, inde efformant trochiſcos, quæ mixtio longè eſt facilior & præſtantior.

De quantitate panis cum dicta carne commiſcendi, diverſa eſt authorum opinio; alii enim addendas cenſent æquas partes, alii mediam, alij tertiam, & alij tandem quintam ſolummodo partem.

Notandum præterea, quod veterum nonnulli inter tundendum & miſcendum panem cum carne viperarum earundem iuſculi adiiciant, ut omnia melius miſceantur & ſubigantur: inter quos eſt *Aetius*: Alii verò de prædicto juſculo nihil prorſus addunt, ut *Agineta* & *Avicenna*, ſolius carnis uſu contenti; quæ ratio præ cæteris communiſſima fuit; juris enim admixtione citius corrumpuntur,

tur, & acidi fiunt trochiſci: Prænominatus *Maranta in correctione enumeratorum trochiſcorum viperarum*, in hanc abit ſententiam, *ut ſcilicet formentur, ſi*, ut ipſemet ſcribit, *fieri poſſit, ſine juſculo, aut ſaltem ipſius exigua quantitate: hoc enim modo celerius exſiccantur: contra* (addit) *ſi panis in juſculo viperarum maceretur, & poſteà ſimul cum carne tundatur, tales trochiſci difficulter exſiccantur*, & ſunt in cauſa, ut poſtea caro putreſcat, & panis fiat àcidus.

Formatis ita trochiſcis, dicti antiqui, ut & adhuc hodiè moderni, ſummam adhibent curam in ijs probè exſiccandis, eos ſubindè vertendo, mox in unum, mox in alterum latus: idque in loco à ventis & pluvijs tuto ac ſecuro: ut juxta nonnullos ſpectent, vel plagam ſeptentrionalem, vel juxta alios, meridionalem, quam Sol maxima diei parte colluſtrat, ſed ſingulari adhibita cautione, ne Solis radij feriant dictos trochiſcos. *Sol namque ut Avicenna* *li. 5. ſumma 1. tract. 1.* ſcribit, *deſtruit & ſpoliat eos virtute appropriata carnibus viperarum, oppoſita venenis, quæ ſunt ex morſione, & venenis ebibitis.*

Hæc ſunt omnia illa, tam antiquorum, quam modernorum myſteria, quæ tanquam notatu digniſſima circa horum trochiſcorum compoſitionem tradiderunt, quos præcipuum hujus magnæ antidoti, hujus, inquam, magnæ Theriacæ adèò ab omnibus hactenus commendatæ & celebratæ fundamentum eſſe diximus.

Cogor equidem fateri, me non ſatis admirari poſſe, quod ij, qui hactenus in Theriaca hac utcunq; corrigenda operam & labotem impenderunt, errores & defectus iſtos non deprehenderint in enarratis viperarum trochiſcis: in quorum tamen correctione (tanquam in re maximi momenti) omnes potius ingenij nervos, neceſſario intendere debuiſſent, quam alijs ſe quæſtiunculis de cinnamomo vero, de opobalſamo, de chalcitide, & ſimilibus hujus antidoti ingredientibus, involuiſſe.

Hic enim eſt præcipuus rei ſtatus, de quo in poſterum nobis agendum erit: ut hoc fundamento, quod imminentem minatur ruinam, reſtabilito, priſtinus medicamenti ſplendor ac virtus, quæ multum defecerunt, minuſque antiquorum elogijs reſpondent, poſtliminio revocentur. Quod propoſitum ad publicum cōmodum juvandum ſolummodo dirigitur, ut nuper ante profeſſi ſumus, ne quis nobis inanis gloriæ, aut temeritatis labem impingat.

Solæ viperæ magnæ hujus antidoti baſis ſunt, ſicut communis fert opinio, omnium calculo comprobata.

Circa has viperas, veteres nihil aliud meditabantur, quàm ut inde conficerent trochiſcos, ea qua diximus methodo: qui in hoc magno arcano fundamēti ſeu baſis obtinebant locum, ſicut aliquoties jam à nobis ſatis abundè dictum eſt.

De his tres movebimus quæſtiones,

quæ

Digitized by Google

quas iam in publicum commodum, ea qua poſſumus diligentia & fide, ſolvemus & eventilabimus.

Prima eſt, num lex ſit quædam Lesbia, quæ inevitabili neceſſitate nos adſtringat huic vulgari trochiſcorm præparationi.

Secunda, an nil addendum, nil detrahendum, aut immutandum ſit in hodierna trochiſcorum illorum præparatione: num verò in meliorem ſtatum corrigi, & reformari poſſint.

Tertia, num ſalva antiquitatis autoritate, dictæ viperæ debeant, aut poſſint in præſtantiores alias remediorum formulas, velut in eſſentias, balſama, confectiones & ſales præparari: quæ ſua vi & energia communes illos trochiſcos de vipera, in omnibus illis curativis ſcopis, quibus alias appropriati perhibentur, longe latèque ſuperent. Illis dubiis ut ſupra, exactè & fideliter diſcuſſis, ſpes nobis certa & indubitata arridet, omnibus aperiendi viam, non ad unam tantummodo, ſed ad varia & diverſa Theriacarum genera componenda, quarum effectus admirandi admodum, cum optatiſſimo ſucceſſu ſeſe prodant, adverſus omnis generis venena, vel in corporibus noſtris nata, vel exhibita & aſſumpta, vel ab animalium venenatorum ictibus ac morſibus in nobis excitata.

Ad primæ quæſtionis ſolutionem quot attinet, abſurdum eſt, exiſtimare, nobis, in compoſitione theriacæ, neceſſario confugiendum eſſe ad conſuetam & vulgarem hujuſmodi trochiſcorum præparationem; quaſi verò viperæ in nullum alium remediorum uſum aptandæ ſint, neque vim & efficaciam ſuam aliter exercere poſſint, quam ſi in trochiſcos redigantur. Cum tamen res longè ſecus ſe habeat, vel ipſo *Galeno teſte,* qui. *ſimpl.* 11. *& libr. de antid.* memorabilem refert hiſtoriam de duobus leproſis, quos ipſemet opera viperarum, non in trochiſcos redactarum, ſed vino impoſitarum, priſtinæ valetudini reſtitutos fuiſſe, teſtis occulatus. Cum enim dictis leproſis, vitam miſeram & ærumnoſam diu agentibus, ex commiſeratione, ad mortem ipſis accelerandam, vinum, in quo vipera caſu immerſa & mortua fuerat, bibendum offerretur: accidit contra, ut hauſto potu oblato, non tantum cutem ulceroſam, ſquamoſam, & fœtidam, cum ſana & florida permutarent, ſed integram inſuper, perfectamque inde ſanitatem recuperarent.

Hiſtoria de duobus leproſis ope viperarum reſtitutis.

Curatio hæc, quæ à *Galeno* citatur, mirabilis admodum, & breviſſimo temporis ſpacio abſoluta, ſolis viperis vino immerſis, & emortuis, accepta ferenda eſt: quod vinum veri menſtrui & vehiculi vicem gerebat, ad eliciendam ex vipera alexiterij vim & virtutem. Nec refert, utrum ipſæ integro manſerint corpore, quia virtus illarum præcipua vino fuit communicata, ex cujus potu uſuque, commemorati leproſi à lepra, quæ nullis alijs, cedit remedijs, perfectè liberati remanſerunt. Ex quo manifeſtè evincitur, viperas nihilominus potenter

Digitized by Google

ter ſuos demonſtrare effectus: licet neque coctæ, neque in trochiſcos ſint redactæ: hincque facilè concluditur, legem de iiſdem parandis non eſſe perpetuo neceſſariam quandoquidem inſignis eorundem virtus & alexiterium alijs modis oſtentatur.

Antiquitati porrò, illiuſque ſequacibus, ut enarratam carnem viperinam in trochiſcos effingerent, cauſa fuit major (ni fallor) difficultas olim, quam hodie, colligendi ejuſmodi animalia. Vnde hoc remedium, in magna copia, ad aliquot annos reſervandum præparare voluerunt, ne toties repetere cogerentur ejuſdem præparationem. Hinc Galenus ſummam requirebat induſtriam in ijs rectè præparandis & exſiccandis, ut integris valentibuſque viribus adſervari poſſent ad duos vel tres annos. Sic noſtro quoque ſeculo accidiſſe legimus, ut loco viperarum, quæ ob inopiam ægrè tum haberi poterant, uſurparentur radices tormentillæ & dictamni. Ante paucos annos, inquit *Bartolom. Maranta*, vix cognoſcebantur viperæ, colligique poterant: *propterea majores noſtri barbaros Medicos ſecuti, pro illa ſumebant tormentillam & dictamnum.* Nunc autem adhibito rectæ rationis judicio, perpendite quæſo, quam egregia & præſtans iſta foret theriaca, & quam aptè hoc ipſi nomen conveniret.

De ſecunda quæſtione ſciendum eſt, vulgarem illam parandi methodum multa opus habere correctione: aliaſque inſuper formulas, multo præſtantiores & utiliores, quam vulgaris eſt, poſſe dari. Quod perſpicuè admodum declarabimus omnibus ijs qui remota craſſa & nubiloſa ignorantiæ cataracta, rem mentis oculis acutius intuentur: quique ingenio minus ſtupido, præ nimio contradicendi ſtudio, antiquis ſuis ſomnijs, mordicus propugnandis non inhærent: quod vitium hodiè adeò commune eſt, ut multi, qui hactenus in cineribus & umbra conſenuerunt, eo contaminati videantur. Sed miſſis verbis, ad rem ipſam accedamus.

Oſtenſum eſt ſupra, præparationem trochiſcorum viperinorum conſiſtere in recta carnium illarum coctione, quæ fit cum aqua communi, addito pauco anetho & ſale donec os ſpinæ promptè avellatur à carne: per quam coctionem virtus illarum prima & ſubſtantifica, penitus, ni fallor, cum juſculo confunditur, carniſque vix dimidia pars vel tantillum ſolummodò reſtat. Interim tamen nonniſi caro ſumitur ad trochiſcorum illorum compoſitionem. Cum cocta fuerit, inquit Paulus, ollam ab igne depones, & carnes diligenter à ſpinis exemptas per ſe contundes nulla juſculi addita parte. Sunt quidam, ut diximus, qui de eodem parum addunt, quod tamen nullius momenti æſtimandum. Nam poſita ejus additione, neceſſariò quoque panis quantitas ad trochiſcos efformandos, augenda erit, & ſic imminuetur trochiſcorum virtus,

rus, manebuntque illi nihilominus corruptioni & aciditati contrahendæ multo magis obnoxii, quam ſi ex ſola carne ſine juſculo confecti eſſent, ut id jam ſupra authoritate antiquiſſimorum Medicorum comprobavimus.

Dic, amabo, quale nam præſervativum, conſervativum, aut alexiterium erit id, quod ſeipſum à corruptione præſervare nequeat? Ad condiendum cadaver, & ad id præſervandum à vermibus & facili corruptione, nonne adhibentur ſal, aloe, myrrha, & ſimilia, quæ balſamica virtute prædita, ſibi ipſis ad diuturnam conſervationem inſerviunt, nec facilè corrumpuntur? At trochiſci viperæ, niſi alterna & frequens illa, de uno latere in alterum, accederet verſio, & deſiccatio, momentaneam facile incurrerent alterationem, & deſtructionem: vel poſt ipſam etiam opobalſami inunctionem, quod ipſis pro ſolemni quaſi corollario, ad diuturniorem conſervationem additur. Hoc confirmat *Aetius* hæc verba ſcribens: *poſtquam vero ſicciores fuerint facti, eos opobalſamo optime oblinito, & in vitreo vaſe aſſervato: ac quicquid pulverulenti, & albi ex eis per ſitum productum eſt, poſt dies aliquot, linteo extergito: perforantur enim, ſi idipſum eis diutius adhæreſcat.*

Tetr. 4. ſerm. 1. cap. 90.

Ad tertiam. Vides ergo, quam imperfecta mutilaque ſit trochiſcorum viperarum præparatio: cuius correctionem tribus modis aggredimur, in quibus ſingulis liquido patebit, virtutem & proprietatem viperarum integram conſervari, imò & accreſcere augerique cum in vulgari illa compoſitione potius imminuatur & diſſipetur, ut paulo ante dictum.

Non ideo tamen confuſe, ſed diſtincto quodam ordine, *tres enumeratas correctiones, & reformationes proponimus: primam* appellare libet confectionem viperinam aromaticam: *Alteram* confectionem viperinam ſaccharinam: *tertiam* confectionem viperinam juniperinam. Ex quibus confectionibus tribus, tria quoque, ſi ita videbitur, trochiſcorum genera efformari poterunt, iiſdem ſervatis nominibus: ſingulorum autem præparationis & compoſitionis formulæ, horum nominum rationem, plus ſatis indicabunt.

Triplex correctio viperarũ.

2. *Confectio viperina aromatica.*

℞. *Carnem de quatuor viperis recens captis, gregaria via præparatam, hoc eſt, capitibus, caudis, & viſceribus internis abiectis, optimè lotam cum vino, & in fruſta inciſam: hanc inde in matracium vitreum capax, ſuperaffundendo aquæ cinnamomi excellentis, & vini canariæ, vel hydromelitis vinoſi ana unc. 5. vel 6. tantum, quantum ad irrigandam ſolummodo dictam carnem ſufficiet:* his adde

Cinnamomi
Garyophyllorum
Macis
Piperis nigri
Zingiberis
Cubebæ
Cardamomi ana unc. ſem.
Summit. Anethi

Hyſſopi
Thymi ana p. 1.
Salis communis p. ſem.
Elect. de gemmis
Pulveris aromatici roſati
Diambræ ana drach. 1.

Dein vaſe clauſo, ut nihil expirare poſſit, pone in Baln. Mar ad bulliendum & omnia decoque ad ignem luculentiſſimum per 7. vel 8. horarum ſpacium, aut donec viperarum carnes in liquorem redacta videantur: Aperto vaſe, omnia effundantur in patinam argenteam, aut terreũ vitreatum vas & mundum, ac inde ſeparatis omnibus oſſibus, colentur & exprimantur omnia perquam optimè, quæ cum inſ. ulo ſive liquore ferè omnia per ſedaceum tranſmittuntur: Et hoc modò habebis eſſentiam, ſeu integram ac ſubſtantificam viperarum virtutem: quæ odoris erat fragrantiſſimi, utpote virtutib. rerũ aromaticarũ imprægnata, quæ balſami ſive opobalſami (ab antiquis additi) locum tenent. Materia excipiatur alembico apto & capaci cum ſuo capitello & recipiente, ut ad ignē baln. vaporoſi exquiſitè ſeparetur omnis liquor, quem ſeorſim ſervabis, & erit ſummum alexiterium, & aqua theriacalis præſtantiſſima: in fundo remanebit gelatina precioſiſſima, in forma eſſentiæ ſive extracti viperarum, & in conſiſtentia inter molle, & durum media: quæ jam, vel nulla accedente alia præparatione, uſui apta erit. Hæc ſtatim cum ceteris theriacæ ingredientibus, ut paulò poſt dicturi ſumus, permiſceatur: vel etiam (ne omnino communem præparandi formulam faſtidire videamur) inde formabuntur trochiſci, addendo tantum quintam partem amyli probè pulverizati. Et ſiccando dictos trochiſcos ad ignem lentum hypocauſti, ſic trochiſcos habebis excellentiſſimos, qui viperarum virtutem ſubſtantificam in ſe perfectè continebunt, & longiſſimo tempore, ſi opus ſit, adſervabuntur: ſiquidem ſpiritum aromatum balſamicorum viribus & armis induti ſunt, locoque communis theriacæ, uſurpabuntur. Imò uſus illorum erit quoque ad alias novas theriacarum formulas fabricandas, prout mali, quod expugnandum eſt, natura & conditio poſtulaverit. Nunquam errabit quicunque in præparandis ejus generis remedijs, hoc tam præclaro & certo innitetur fundamento: quemadmodum & hæc viperarum præparatio, quam modò docuimus, revera ſuper eodem extructa eſt: In hac enim, nec non in aliis carnium harum veris ac legitimis præparationibus, præcipua ac prima hujus magni alexiterii baſis exiſtit.

Si loco aquæ cinnamomi, vini canariæ, ſive hydromelitis vinoſi, ad enarratum carnium viperaram coctionem accipies elixir magnum vitæ, à nobis cap. de aquis deſcriptum, adhuc longè efficacius & præſtantius reddes alexiterium, ita ut opus non ſit addere aromata materialia, eo quod dictum elixir ſatis ditatum ſit ipſorum eſſentiis: imò & omnibus aliis alexitericis & bezoardicis rebus, veluti ex ejuſdem compoſitionis formula clarè conſtabit.

3. Con-

Digitized by Google

3. *Confectio viperina ſaccharina.*

Accipe carnem de quatuor viperis, fruſtratim inciſam ut ſupra: hanc impone patinæ magnæ argenteæ, ſuperaffundendo aquam vitæ fortisſimam, & perfectè dephlegmatam, ut ſupernatet quatuor, aut quinque digitos: admoto igne cum charta accenſa, aqua vitæ flammam concipiet, ſicque ardendo viperas coquet: affunde deinceps novam aquam vitæ, quoties priorem flamma abſumptam perſpexeris: affuſio verò hæc fiat per ampullam ſuperius occluſam, cum collo perquam anguſto: alias hæc aqua vitæ, ignis flamma apprehenſa ardere incipiet. Hæc coctio continuanda eſt, donec carnes illæ ſufficienter coctæ appareant aquæ vitæ quantitas pro unius aurei precio, huic viperarum decoctioni ſatis erit: Tandem fac, ut tota aquæ vitæ ſubſtantia inardeſcat, & conſumatur, ceu in ea, quæ optimæ notæ eſt, probeque rectificata, accidere ſolet. Si quid incombuſtibilis ſuperſit liquoris, is viperarum adſcribendus eſt carni, quam (ſeparatis ſpinæ oſſibus) *tundas in mortario marmareo, admiſcendo ſenſim proprium liquorem, donec hujus opera redigatur in pultem tenuem, & fiat apta, ut per cribrum ſimul tranſmitti queat: eamque poſtea ad ignem lentum reducas in extractum.*

Hæc caro ita præparata, omnique ſua ſubſtantifica virtute dotata, jam idonea eſt, ut recipiatur in theriacæ compoſitionem neque opus eſt, eam prius transformare in trochiſcos, aut aliud quid addere. Sin verò libeat fortè trochiſcos inde effingere, qui longiori temporis ſpacio citra corruptionis metum adſervandi ſint, eos parabis cum duabus drachmis gummi diatragacanthi, in mucilaginem redacti cum ſufficiente quantitate aquæ cinnamomi: mucilagini dictæ adjicies carnis hujus ita præparatæ unc. 4. & unc. 2. vel tres ſacchari candi pulverizati; omnibus ſimul mixtis, confice inde trochiſcos ſive tabellas, quæ ad lentum calorem exſiccata diutiſſimè adſervati poterunt. Commiſcebis etiam cum dicta maſſa ante trochiſcorum confectionem, oleorum nucis muſcatæ & garyophyllorum ana ſcrup. j. ſem. ſive ſingulorum guttas 30.

4. *Confectio viperina juniperina.*

Tertia præparatio carnium viperarum, quæ fit nulla prorſus virium abolitione, ſed potius earundem conſervatione & augmentatione, ſe habet eo, qui ſequitur, modo.

Commemorata caro viperina ſufficienter imbibatur ſpiritu ſalis balſamici, & rerum omnium conſervatoris: idque vel materiali & craſſo tantum modo, carnem dictam ſale aſpergendo marino, ut vulgò ſolet: vel formaliter & philoſophicè eandem imbibendo vero illo nitroſulphureo, ſive ſpiritu acido ſolis philoſophis cognito: quæ ultima methodus omnium præſtantisſima, priori illi longè præferenda.

Hæc caro, ſummo & principali naturæ balſamo ſic condita, appoſite locetur in cribrum ex ſerico fa-

ctum, & quodã inſtrumento, ſive ex ferro albo, ſive ex ligno, ſive panno cerato incluſum, ita ut facta ſuffumigatione, per prædictum cribrum penetrare poſſit fumus; ſitque idem cribrum undiquaque probe munitum, ad prohibendam vel quantulamcunque evaporationem, & ad fumum transverſim id ferientem excipiendum: Hoc autem ſuffimentum ita parato:

Recip. Bacc. iuniperi lib. 1. ſem.
Bacc. Lauri unc. 4.
Myrrhæ unc. 2.
Garyophyllorum unc. 1.
Granorum alkermes
Succini aut Karabes.
Benicini ana unc. ſem.

Omnibus craſſo modo conquaſſatis, & ignitis carbonibus injectis, fiat ſuffitus, in loco convenienti, & carnibus ter vel quater in die ſuffumigandis apto: ipſumque continua ad quatuor, vel quinque dies, donec ſuffumigationis perfectionem odor approbaverit.

Quo facto, carnes prædictas, inter duas ollulas terreas vitreatas, exquiſitiſſimè lutatas, ne quid expiret, incluſas mitte in furnũ, è quo recens exempta ſint panificia, aut qui ſimili moderato regatur calore: ibique ſine continenter ſtare, donec tota harum carnium ſubſtantia, ſimul cum oſſiculis ſuis, in pulverem redigi poſſit tenuiſſimum & ſubtiliſſimum, qui ſubſtantifica carnium virtute nequaquam ſpoliatus erit, ut in communi decoctione uſu venire ſolet, ſed multo auctior & potentior evadet, ſpirituum balſamicorum, ſalis & prædicti ſuffitus ingredientium acceſſione.

Hic precioſiſſimus pulvis, ex hoc venenatiſſimo animali eductus, ſuperat quævis alia alexiteria & alexipharmaca, ſive eo utaris ad compoſitionem Theriacæ, citra trochiſcorum confectionem cum pane, cujus uſus nullius eſt precij (hic enim pulvis poteſt perpetuò conſervari) ſive exhibeas eundem contra omnis generis venena, vel in nobis progenita, vel ex quodam ictu aut morſu animalis, vel ſecus excitata: ſive per ſe ad ſcrup. j. porrigas: ſive inde varia alixipharmaca, quorum is præcipuum & primarium fundamentum ſemper erit, componere velis.

Sed quæras, *cur de re mihi in experta audeam tam fidenter & audacter verba facere?* Reſpondeo, quod propoſitum noſtrum triplici nitatur fundamento, ratione videlicet, experientia, & authoritate.

Suprà audiviſtis rationem, cur viperæ & ſerpentes non tantum in proprijs, ſed & in aliorum exuvijs detrahendis renovandiſque, vim atque virtutem ſuam exerceant, qua de cauſa pro tam inſignibus ac præclaris alexipharmacis hactenus uſurpati fuerunt.

Si igitur trochiſci communes ex carnibus viperarum parati, virtuteque ſua ſubſtantifica per coctionem illam ferè orbati, nihilominus adhuc eximios produnt effectus: non poſſum mihi non perſuadere, quin eorundem effectus, beneficio noſtræ

præpa-

præparationis, quæ viribus & proprietatibus iſtis non ſolùm conſervandis, ſed & augendis, maximè incumbit, longè præſtantiores nobilioreſque ſint futuri.

Porrò, ut id confirmemus experientia, eam cognovit illuſtriſſimus ille, ac verè Princeps Anhaltinus, Dõm. meus clementiſſimus, cui hoc dicatum eſt opus, cujus verba tam dignam amplamque merentur fidem, ut nefas ſit, ea in dubium revocare, qui ex ſolo ſerpente communi, colubro dicta, pulverem eduxit ſine alterius rei additione, ſi neq; magno apparatu ſolemni aut laborioſo, contra omnia venena, vel nocentiſſima & lethifera: certaque & incredibilia hujus experimenta fecit, ac vidit. Horũ inſuper fidem confirmavit (vel præſentibus ipſis DD Laurentio & Lormio illo primario Regis Medico, hoc verò Reginæ, ambobus viris excellentiſſimis & clariſſimis ſæculi noſtri luminibus) illuſtriſſimus Dux de Boullon, heros fortiſſimus, ac unus è præcipuis Franciæ noſtræ Ducibus: qui ſe audiviſſe ajebat ex illuſtri ac generoſo. Comite D. Otth. de Solms in rei veritate ita ſe habere omnia, quæ modò de hoc ſerpentum pulvere diximus. Idem Comes pulveris hujus conficiendi artificium tanquam maximum & incomparabile ſecretum impertivit prædicto Duci de Boullon, indeque magnam ab eo gratiam ſe initurum ſperavit.

Quod ſi ſerpens, uti ſupra enodavimus, ſingulis annis, non ſecus ac viperæ, exuvias deponens, tot tantiſque polleat virtutibus: minimum erit dubium, quin iiſdem, vel etiam præſtantioribus viperæ ſint præditæ: de quarum admirandis effectibus, omnem antiquitatem hactenus mira ſcripſiſſe, palam conſtat.

Supereſt, ut adducta veterum authoritate, eximium noſtrarum confectionum viperinarum ſplendorem, & præſtantiã ſtabiliamus; oſtendamuſque, quantum illæ conveniant, cum antiquorum formulis, qui non perpetuò trochiſcorum, ut ſupra, præparatorũ, ſed juſculorum etiam, ſalium & pulverum viperinorum uſum interdum admiſerunt: ut in ſequentibus amplius declarabitur. Tetr. 4. ſerm. 1. cap. 123.

Mirabile (inquit Aëtius ex Archigene) *Elephantiaſis remedium viperarum uſus exiſtit. Eas vero hoc modo apparatas edere oportet: prin ũm quidem amputato capite & cauda, & detracta pelle, exemptiſque interioribus viſceribus omnibus, carnem aqua purabis aut ter lotam in olla inſtar anguillarum coquito, aqua quidem ſufficiente affuſa & oleo modico cum anetho, & porro: Poſt ſufficientem deinde cocturam iuſculum moderato ſale condiatur, atque ita agro in ſole deſidenti exhibeatur, capite tamen probè velato.*

Si juſculum carnium viperarum ſimplex, cui ex omnibus cardiacis roborantibus, & bezoardicis ſimplicibus, non niſi anethum & porrum additur, quodque plus continet ſterilis, & rerollaceæ aquæ, quam utilis & efficacis eſſentiæ, nihilominus tanti æſtimatum fuit ab antiquis,

ut adverſus lepram, affectum graviſſimum & incurabilem id conducere omnes uno ore affirmarint. Quid dicemus de primis duabus noſtris confectionibus viperinis, quæ aliud nihil ſunt, quam vera quinta eſſentia, ſive extractum totius virtutis ſubſtantificæ viperarum?

Cæcus igitur is erit, quiſquis non primo ſtatim intuitu videbit, quantum hæc duo inter ſe diſtent remedia: mentis inſuper caligine, iudicioque depravato laborabit, quicunque pari efficientiæ virtutiſque gradu, moduloque eadem merietur. Idem enim eſſet, ac ſi vellet juſculum inſipidum, quod non niſi puram putam aquam redoleret, æqua nutriendi lance librare cum optimo quodam reſtaurante, & conſummato, aut quadam gelatina delicatiſſima, & ſumma nutriendi vi prædita.

Quin etiam video ipſum momum hic piſce taciturniorem, ad priores duas confectiones meas prorſus obmuteſcere, eaſque vel propria victus confeſſione efficaciores & excellentiores iudicare, quam ſimplex eiuſmodi iuſculum craſſo modo, iuxta *Aetii* deſcriptionem, coctum.

Contra vero nonnullos, diſpicio in ſulſo riſu ludibrioque excipere tertiam meam confectionem, iuniperinam appellatam, quaſi ea nihil aliud ſit, quam caro viperarum ſalita, infumata, exſiccata, & velut calcinata, & in pulverem vel cineres redacta, idq; vi ignis, qui res humore ſuo primogenio ſpoliet, & ſic omnem agendi potentiam ac facultatem in ipſis corrumpat aut aboleat. Quib' obiectionibus, necnon aliis ſimilibus alibi iam copioſe à nobis fuit ſatisfactum.

Sed ut, omiſſis longis ambagibus, intra præparationis viperarum cancellos nos contineamus, ipſis interim reſpondeamus, & ad confirmationem illorum, quæ diximus, tam authoritates, quam exempla ab antiquis, qui iiſdem remediorum præparationibus uſi ſunt, ſumpta, in medium proferamus. De quorum utrorumq; præſtantia & utilitate, ipſimet judicium ferre poterunt.

5. *Sales viperarum ſeu theriacales.*

Antiqui uſurpabant viperæ ſales, qui *Dioſcoridis* tempore iam in uſu erant, ut per ea, quæ *lib. 2. cap.* ſcripſit, demonſtravimus.

Inter Græcos longo tempore poſt *Dioſcoridem* fuſe admodum de ratione eiuſmodi ſales præparandi tractat *Galenus*: & poſt illum *Ægineta lib. 7. de re med. cap. 11.* omnium autem exactiſſime de iiſdem ſcribit Aetius. *Tetr. 4. ſerm. 1. cap. 97.*

In pauca verba contraham modum, quem tradunt, ſales ejuſmodi præparandi: qui tot ferè recipiunt ingredientia, ac ipſamet theriaca.

Accipiebant autem quatuor viperas, recens captas, hoc eſt, reſervatas tantum ad unum, vel ad ſummum duos dies, quas vivas imponebant ollæ magnæ mundæ, ac ex optima terra fictæ: ſuper has in momento iniiciebant ſalis ammoniaci, aut ſalis albi communis lib. 20. hancque primam perficiebant operationem tempore matutino, quo dicta viperarum *Salium Theriacalium præparatio ſecundum Antiquos.*

ra tardiores eſſe ſolent admotum : Dein viperis hoc ſalis pondere oppreſſis , adjiciebant paſtillos , quos parabant ex ſequentibus in magna doſi, hoc eſt, aliquot librarum pondo: Sunt autem ea,

Gentiana
Ariſtolochia rotunda
Centaurium minus
Cardamomum
Marrhubium
Scordium
Apium
Chamædrys
Semen rutæ domeſticæ.

Et addito melle ex eis quinque vel ſex paſtillos concinnabant , & unà cum ſale ſuperinjiciebant : his inſuper addebant quinque ſcillas prægrandes recenter in minuta fruſtula diſſectas : & poſt enumeratos paſtillos & ſcillas , adhuc ſuperindebant ſalis communis albi lib. 20. Quo facto ollam optimè occludebant operculo, in quo tria erant ſpiracula, eamque forinſecus probè undiquaque lutatam , ut ignem fortius ſuſtinere poſſent furno imponebant : & ſuccenſo igne materiam gradatim fovebant , tandemque flammis vehementiſſimè urgebant. Fumus qui multus caliginoſus & turbatus primum per ſpiracula operculi exibat, ſignum ipſis erat , quod ignis jam ageret in viperas : & tunc ſumma diligentia cavebant, ne ab eodem, quem venenatum judicabant, inficerentur. Tandem cum obſervaſſent , per eadem operculi foramina , flammam lucidam & claram exire, perfectæ viperarum uſtionis indicium augurabantur. Hoc peracto , igneque paulatim extincto , vaſeque per 24. horas refrigerato, materiam illam in cineres redactam, & tenuiſſimè tritam per cribrum tranſmittebant, denuo addendo.

Semen rutæ
Grana Iuniperi
Sem. fœniculi
Coriandrum
Mentham
Piper longum etiam in magna copia.

Et ſimilia alia ſimplicia , quorum plurima pars ingreditur Theriacæ compoſitionem : Omnibus probè invicem mixtis & cribratis , fiebat pulvis, vel potius cinis, aut ſal, & tunc eum nominabant , ſalem theriacalem : nec certè immeritò : ſalis enim ammoniaci, vel ſalis communis quadraginta addebant libras , ut ex deſcriptione illa videre licet.

En totum ſalium theriacalium myſterium antiquorum , in quibus tamen parandis *Galenus* peculiare ſibi reſervabat ſecretum: viperas enim vivas non exurebat (fortaſſis ex metu, ne inde malignum quendam vaporem attraheret) ſed paſtillos ex eis factos quales theriaca excipit, cum reliquis, quæ calcinati debebant, admiſcebat.

Ego verò , inquit Galenus , *beſtias ipſas non exuro , ſed paſtillos ex ipſis , quorum confectionem in theriaca docui , reliquis , quæ cum beſtiis uruntur admiſceo , & ſemel exuro , quo eam , quam in ſe habent , amaritudinem , per exuſtionem abjiciant ; tantam*

tam autem paſtillorum menſuram adiicio, quantum coniectura aſſequi poſſum, quatuor numero viperas excipere, & ſanè ſales verè optimi evaſerunt, utpote, qui neque exuſtione cinerum retulerint ſaporem, neque nigrum colorem, & ob qualitatem uſui gratiſſimi fuerint facti & aſſecuti efficaciorem virtutem & praſtantiam.

His verbis ultimis manifeſtè *Galenus* probat, calcinationis beneficio viperarum trochiſcos & guſtu gratiores, & efficacia præſtantiores fieri, ut opinionem illorum qui incognita cauſa adeo acriter impugnant calcinationem & innatam rei temperiem, ac proprietatem eadem corrumpi, obſtinatè nimis contendunt, funditus evertat. Sed videamus, quæſo circa hanc tractationem de viperarum ſale ac calcinatione, quam apertè quorundam cenſorum opinioni Aetius non ſolum adverſetur, ſed eandem etiam tanquam frivolam expungendam prorſus repudiandamque cenſeat: dum *capite de ſalibus theriacalibus hac verba ſcribit. Quanquam ſint, qui eorum auxiliarem potentiam penitus negent, per exuſtionem diſsipari affirmantes ferarum facultatem:* Ego verò *dicere auſim* (Addit Aetius) *eandem quidem potẽtiam cum theriaca ſales non habere, non tamen eorum vim per ignem perire, cum multa ſint qua per ignis familiaritatem meliora reddita conſpiciuntur, velut eſt aurum*, calx & *ſimilia. Vipera enim integra uſta, intenſiorem & malignam vim per exuſtionem deponunt: temperamentum vero auxiliare* & ſymmetriam *ab igne ſumunt.*

Aet tetr. 4. ſerm. 1. c. 97.

Aetius igitur hac ſua ſententia, de calcinatione & ſalibus thericalibus prolata, confirmat confectionem meam viperinam juniperinam, in qua viperas calcino, & in pulverem redigo, qui deinde pulvis ſive cinis à me ægris præbetur pro ſummo alexiterio, non ſecus ac ſales theriacales, qui à veteribus ad eundem uſum, exhibebantur.

Sed conſideret, amabo, æquus lector, & accuratiori paulò mentis agitatione ſecum pervolvat differentiam inter utramque viperarum præparationem: inter utriſque ingredientium mixtionem: compoſitionis progreſſum, ignis gradus. & quaſcunque alias operationum circumſtantias. Probè inquam, & diligenter conſideret hæc omnia benevolus lector, & ſano incorruptoque prolato judicio tandem decernat: utra ſit præſtantior, & utilior, antiquorum ne, an vero noſtra? At, ut totum penitius intelligatur, omnia minutius examineutur.

Antiqui accipiebant numero quatuor viperas vivas, abjectis neque capite neque cauda (in quibus tamen partibus latere ajunt venenatam illarum vim maximam) nos non tantum has partes, ſed cutem & viſcera interna inſuper ſecernimus: reliqua in fruſtula diſcindimus: cum vino exquiſitè lavamus, quæ præparatione prima (quæ non multum abeſt à trochiſcorum de viperis confectione) nos horrida & inconvenienti illa beſtiarum vivarũ exuſtione ſuperſedemus, nec in periculo illo, quod ab ipſarum venenata

nenata infectione erat timendum, verſamur, ſicut veteres, qui cogebantur obturare nares, & ſibi à malignis vaporibus, qui inter calcinandum exhalabant, & venenata ſua qualitate infectionis periculum minabantur præcavere: veluti ipſimet ſuis ſcriptis palam profitentur.

Ad quatuor numero viperas antiqui adjiciebant ſalis ammoniaci, aut ſalis marini albi & præparati libras quadraginta. Monſtroſa hæc ſalis quantitas & additio, ad tam exiguum viperarum numerum, quæ ad ſummum ad tres vel quatuor uncias tantum cineris aut ſalis viperini reducuntur (in quo tamen ſale omnis fundamenti cardo vertitur) hæc immenſa, inquam, ſalis communis quantitas, quæ non niſi confuſam & ineptam miſturam redolet, me cogit ut antequam ad inſtituti examinis calcem perveniam, confeſtim nunc & clarè oſtendam, huius mixtionis atque compoſitionis modum adeò mancum ac mutilum eſſe, ut in eo vix ulla methodus, menſura, ac ratio appareat.

6. Pulvis alexipharm.

Nos contra viperas condimus ſpiritu ſalis: aut tanta ſalis quantitate eaſdem aſpergimus, quantam ipſæmet ad condituram ſuam & conſervationem capere poſſunt: Et loco gentianæ, ariſtolochiæ, centaurij, cardamomi, rutæ, & aliorum ſimplicium, in magna doſi addendorum, & cum viperis ſimul incinerandorum, nec non eorum, quæ neque incinerata; neque calcinata in magna inſuper doſi adduntur: veluti ſunt baccæ lauri, piper, zingiber, &c. Loco horum omnium, inquam, quæ ob materialem nimis & craſſam ſuam ſubſtantiam, & efficaciam perquam exiguam, nulli alteri uſui eſſe poſſunt, quam ut pauciſſimi huius cineris, è quatuor tantum viperis educti, vim & virtutem obtundant & reprimant: nos eas infumamus, & condimus ſolo ſpiritu quorundam ſimplicium balſamica virtute abundantium, & ita non ſolum in ſuo ſtatu conſervamus priſtinam illarum viperarum virtutem, ſed illam inſuper hoc ſpirituali ac formali artificio, non verò craſſa quadam, corporali & materiali mixtura, augemus.

Quod ad ignis gradus attinet, illi peccant in exceſſu, parteſque mercuriales & ſulphureas, ignis violentia diſſipant, ita ut ſub magna cinerum confuſa mole, pauciſſima tantum ſalis quantitas, in quo tamen præcipua agendi vis & facultas, ineſt remaneat. Ego verò contra adhibeo ignem lentiſſimum, qui activa illa ſubſtantia illæſa, humorem tantum paſſivum, excrementitium & corruptibilem exſiccat & conſumit, adeo ut viperæ hac ratione in pulverem redactæ, integris valentibuſq; viribus, diutius ac rectius conſervari queant.

Proprietates ſalium theriacalium ſecundum Antiquos.

Videamus interim quam inſignes & admirandas virtutes antiqui enumeratis ſuis ſalibus theriacalibus, craſſo hoc modo præparatis, tribuant.

Digitized by Google

Propriè autem, ſcribit Aetius: *In affectionibus cutis curandis ſales theriacales commendantur, cuius generis ſunt leuce, lepra, impetigo, elephantiaſis, alphos, ſcabies, defluvium capillorum. Huiuſmodi enim cutis vitia confeſtim delent, & acria recrementa ſubter cutem redundantia optimè diſcutiunt.*

Suffuſiones incipientes & nondum congelatas egregiè diſſolvunt.

Purgationes item lunares propter obturationem aliquam, aut ſanguinis concretionem ſuppreſſas cient; iidem etiam largum & impetuoſum menſium defluxum ſiſtunt.

Quiſquis eos ſales præſumpſerit, omnes venenorum, & virus jaculantium beſtiarum inſidias evincet: neque etiam cum infectus fuerit, & poſtea ſtatim ſales acceperit, periculum incurret.

Præſtat & peſtilenti conſtitutione inſtante, ad auxiliare hoc, & mali depulſorium pharmacum confugere. Morborum præterea omnium Medici ſales exiſtunt, maximè tamen eorum, qui in renibus exiſtunt: lapides enim in eis atterunt, & planè renes marcidos reſtituunt.

Vertigini, dolori capitis inveterato, morboque comitiali, nulla alia conſimilis medela exhiberi poteſt.

Arquato morbo diuturno laborantes, colici, ſplenitici, hydropici per eos ſanantur.

Tabidos item mirificè ad bonam corporis habetudinem reducunt.

Exolutos à languore perfectè reviviſcere faciunt: ſcio namq; (addit Aetius) plurimos membris reſolutos per ipſos ſanatos.

Ad podagram maximè incipientem, & ad omnes articulari morbo affectos, unicum hoc edulium contractum eſſe videtur.

Quartanis diuturnis, & atrabilariis affectibus omnibus conducunt.

Enecant omne lumbricorum genus.

In ſumma, nullus ferè eſt morbus, quantumvis deploratiſſimus, qui non edometur his ſalibus: tot tamq; mirabiles illis adſcribuntur effectus: miror quod tam præclari remedii uſus, jam quaſi è memoria hominum deletus & prorſus ſepultus evanuerit.

Si præterea ſcire deſideras doſim, ac horam idem remedium exhibendi, quave ſaporis ſuavitate præditum ſit: vide, quid ſubjungat idem Aetius: *Licet autem* (inquit) *tum in prandio, tum in cœna eis ſalibus uti, cum quibuſcunque eduliis eos accipere velis, neque ultra ad eorum acceptionem provocare oportet: tanta enim ipſis inſita ſuavitas eſt, ut magis voluptatis gratia eos confectos, quis dicere poſſit: Licet igitur uſque ad tria cochlearia per diem ex eis ſumere, maximè ſi cibus prius in ventre ſit bene coctus. Qui enim eos accipiunt, concoquunt melius, & cibi appetentiores fiunt: floridius etiam corpus habent, & ſenſus omnes vegetiores.*

Huiuſmodi inſignes & admirandi effectus iſtorum ſalium antiquorum, neque à ſale marino, vel ammoniaco torrefacto, neque à cineribus aliorum ſimplicium, ex quibus componuntur, proficiſci poſſunt: reſtat itaq;, ut accepti ferendi ſint ſolis viperarum cineribus. Quod ſi igitur in tam exigua quantitate, reſpectu aliorum ingredientium, quæ illam millecuplo ferè exuperant, enarrati cineres

tam

Digitized by Google

tam eximios nihilominus effectus oſtentant: quid de noſtro dicemus ſolo & ſimplici viperarum pulvere, qui antiquorum ſales, millecuplo virtutum dono, longè lateque poſt ſe relinquet? Sed dicet aliquis, uſu jam comprobatos eſſe veterum ſales, de meo autem ſimplici pulvere id affirmari non poſſe. Cui objectioni ſolum oppono ſerpentum pulverem, qui ſine alterius rei commixtione tam mirabiles edit effectus adverſus maxima cuiuſcunque generis venena: neque res caret authoritate, & exemplis. Veteres enim ipſi, in curatione graviſſimorum morborum, uſi ſunt viperis exſiccatis, & in pulverem citra admixtionem alterius rei redactis. *Quidam* (ſcribit Aetius præcit. lib. & ca.) *viperas totas extendunt, & ſiccant, poſteaq; terunt, ac eas in potu contra morbum articularem exhibent, &c.*

Hac authoritatum & exemplorum ſerie, ut nihil dicam de argumentis & rationibus inſuper allatis, plus ſatis demonſtratum eſſe exiſtimo: confectionem noſtram Juniperinam, in formam pulveris redactam, eſſe maximum & excellentiſſimum alexiterium, quod virtute ſua ceteris omnibus, ipſiſque ſalibus theriacalibus antiquorum, multis præcurrat paraſangis: ſicut per examen & comparationem, inter utriuſq; compoſitionis operationes præcipuas factam, manifeſtè elucet. Reformabimus etiam paulò poſt ſuo loco ſales theriacales, ipſoſque ex languenti & ſterili cinere, in medicamentum efficax & vivificum reſuſcitabimus, priſtinoque antiquitatis ſplendori & honori reſtituemus.

7. *Viperarum eſſentia.*

Eſſentia viperarum cum ſpiritu terebinthinæ paratur ſequenti modo. Menſe Junio cape quatuor aut ſex viperas, ex quibus & caudam & caput abjicies, cutem inteſtinaque detrahes: carnem verò minutim præciſam, indas cucurbitæ vitreæ, per tres aut quatuor dies, ut in calore Balnei vaporoſi, vel fimi calidiſſimi ſudorem ipſarum pellas: Cave tamen, ne fumi huius aërem è viperarum exhalatu vitiatum & venenoſum inſpires. Quo facto ſuperfunde ſpiritus vini alcoliſati & terebinthinati ſoluti vi añ, ut ſupernatet 8. digitis, digerantur vaſe occluſo hermeticè in Bal. vel fimo calidiſſimo xij. dierum ſpatio, donec tota caro viperarum diſſolvatur in prędicto menſtruo, abjectis fæcibus ſeparetur menſtruum in calore Baln. & fiet coagulum, cui denuo affunde ſpiritum vini Caryophyllatum: fac circulentur in pellicano 10. dierum ſpatio, & ſeparato menſtruo remanebit caro viperarum optimè præparata, ac eſſentificata cui miſce ſubblandum ignem, olei anethi & cinnamomi an. ℈ j. ß. eſſentiæ croci & margaritarum an. ℈ j. cum mucilagine gummi tragacanthi, finge pilulas, vel ſi vis cum pane triticeo arido & trito more veterum paſtillos.

Huius medicamenti exhibetur ℈ j. ad lepram, peſtem, & ad omnes venenatos affectus.

8. *Magiſterium bezoardicum animale.*

Fit ex pulveriſatis viperis beneficio menſtrui ſive ſulphuris aut ignis naturæ, i.e. ſpiritu balſamico ſulphuris naturæ vegetativo, quo philoſophice calcinantur & ſolvuntur. Hac enim ratione virtus earum alexiteria ſummè exaltatur, unde & baſis exiſtit Theriacæ cœleſtis. Vide ſuo loco.

9. *Tinctura è Magiſterio viperarum.*

Fit itidem beneficio illius ſulphuris bezoard. vegetabilis ad emin. dig. 3. vel 4. affuſi. Sic Tinctura elicitur inſtar rubini: rubicundiſſima. Vide Theriacam Diateſſaron regiam Querc.

Alia Tinctura.

His vero cunctis longè prælucet viperarum tinctura: quæ inter cetera opera mirabilia, quæ ex viperis educuntur, facilè primum occupat locum: ſed longiſſimo tempore opus eſt ad eius præparationem.

10. *Pulvis vulnerarius alexipharmacus.*

Ex viperarum cute, aut etiam ſerpentium ſpoliis exſiccatis & præparatis ſecundum artem, pulvis vulneribus ſerpentum & beſtiarum virulentarum, appoſitus multùm confert. Item vulneribus cancroſis & malignis curandis.

CAP. V.

De Cancris.

CRruſtatorum quæ μαλακόςρακα Græcis dicuntur, ſunt quatuor præcipuè genera. Unum dicitur κάραβος, id eſt, *locuſta*: alterum gammarum vocant, quem ἄςακον Galenus appellat: Tertium καρίδα, quem ſquillam dicunt, & quartum Cancrum καρκίνον Græci nuncupant. Quorum diverſa eſſe genera doctis ſatis conſtat. Aſtachi, qui Gallis dicuntur *eſcreviſſes*, locuſtis ſunt ſimiles parumque aut nihil differunt, niſi tantùm chelarum brachiorumque quorundam varietate. Corpus enim caudámque longam habent, in qua pinnæ quinque inveniuntur. Aſt ſolis cancris corpus eſt rotundum, ut qui nullam prorſus caudam habeant, quòd illis minimi ſit uſûs: quandoquidem proximè ad terram vitam agunt, cavernaſque ſubire ſolent, neque plurimùm natant. Quod qui meliùs intelligere velit, poterit conſulere *Ariſt. Plin.* & præſertim Edoard. Wotthonum lib. 10. de different. animalium: *Matthioli quoque commentaria in Dioſcor.* qui omnes docebunt magnum præcipuè eſſe diſcrimen inter aſtacum, & cancrum fluviatilem aut marinum. Sed non ita multùm curandum eſſe de verbis, iſtaque cruſtatorum animantium genera ut plurimùm inter ſe confundantur.

Cineres cruſtatorum illorum animantium, oculorum præſertim, magnam etiam exiccando habent vim attenuandi & reſolvendi fecem illam humo-

Digitized by Google

humoris melancholici, quam tartarum concretum appellant, adeoq; nō abſurdum eſt cancrorum oculos calcinatos in quartanis præſcribi. Exhibentur etiam feliciter calculo laborantibus & ad omnes pellendas viſcerum obſtructiones conferunt.

Aqua Cancrorum.

Cancri aut Gammari bulliant cum aqua ſempervivi maioris in vaſe duplici accuratè occluſo per diem integrum: poſt deſtillentur igne ſubiecto. Aqua ter affundatur capiti mortuo, tum demum reſervetur. Inflammationibus ambuſtis & carciomatis multum confert.

Cap. VI.

De Troglotyde.

Troglotides laudatiſſimum antiquorum medicamentum eſt, ad tartaream affectionem; cuius meminit P. Æginet *lib. c. 35.* ubi hæc ſcripta reliquit: *Hic, Troglotydes; totus ſale conditus crudusq; frequenter commanducatus, calculos jam creatos per urinam expellit, in poſterumq; generare prohibet.* Quod ſi integer comburatur cum pennis, cinis univerſus per ſe & cum piperis momento ex mero & melle pptus, idem poteſt efficere.

Cap. VII.

De cornibus & oſſibus cardiacis, Moſcho, Zibera, & Caſtoreo, præparandis.

Oſſa vel comburuntur, vel decoquuntur cum vehiculis convenientibus, ut ex ipſis tandem elici poſſit purior eſſentia cum vini ſpiritu, quod fiet eadem methodo qua Cranium humanum, ſupra præparandum eſſe jam ſcripſimus. Igitur ſic extracta.

Eſſentia ex oſſe cordis cervi.

Hominis cor quadam ſubſtantiæ ſimilitudine roborat, & ad cardiacam affectionem, ſyncopenquè imprimis utile eſt.

In eo differt eius præparatio à ſuperioribus, quòd cum alcoliſato *Chelidoniæ ſpiritu* fiat, tanquam cum proprio menſtruo.

Eſſentia cornu cervi.

Pro illo oſſe, in eoſdem uſus cornu cervi ſubſtituitur; cuius eſſentia *cum Hypericonis alcoole extracta, infantulis, lumbricis laborantibus, exhibetur.*

Vni cornu.

Cornu Monocerotis, omnium præſtantiſſimum, eodem modo præparabis.

Tuetur cor, & omnem veneni vim obtundit, peſtilentibusq; morbis confert.

Proprium ipſius menſtruum eſt: alcool Meliſſæ.

Ebur.

Ebur etiam ſic præparatur, cuius vires ſunt cordis robur tueri, *& conceptionem iuvare.*

Moſchus & Zibetta.

Ex Moſcho, qui *languidas partes firmat, & roborat, lipothymiamq; & vires reſolutas ſarcit*, extrahitur pretioſa quædam eſſentia cum vini ſpiritu

terebinthinato, tanquam cum proprio ſuo diſſolutivo.

Sic ex Zibetta.

Caſtoreum.

Caſtorei quoque eſſentiam extrahes eadem ratione, cuius guttuſa tremori, convulſioni, & omnibus nervorum vitiis, ſumma cum utilitate exhibetur cum decocto florum Anthos, ſalviæ, & betonicæ. Et foris apponitur in convulſione, præſertim ſi fiat, non ex inanitione, ſed plenitudine, & quando quæ in nervis continentur præter naturam, evacuare oportet.

Cum aqua pulegii, menſes movet, partus & ſecundas elicit: opiumq; alias mortiferum emendat.

CAP. VIII.

De Melle.

Aqua & oleum mellis.

EX melle vitreum alembicum impoſito aquam eximiam primum elicies per Bal. Poſt capiti mortuo, aut fæcibus relictis arenam vel ſilices calcinatos addes, ne regurgitet materia, quam per retortam vitream pelles, ſubiiciendo ignem per gradus: ita deſtillabit oleum pellucidum & flaveſcens ſimul cum oleo craſſo & impuro. Omnia digerentur per quatuor aut quinque dies: poſt rurſus deſtillentur per alembicum intra arenam, manabitque oleum purum & rubicundum aquæ ſuæ ſupernatans. Hæc aqua acidiſſima eſt propè ad inſtar aceti deſtillati: & plurimum adverſus gangrænam conducit. Oleum autem quod inſtar aquæ vitæ ardet, vires habet admirandas, præſertim ſi per dies aliquot circuletur cum vini ſpiritu. Separato enim illo poſtea, remanet oleum dulce & gratiſſimi ſaporis, vulneribus, ſclopetariis & phagedænicis ulceribus, plurimum conducens.

Sal Mellis.

Ex fæcibus quæ remanſerint, igne reverbii prius calcinatis, extrahitur ſal cum aqua propria, vel communi, ſolvendo, filtrando, & coagulando: Idque ter. Putridis omnibus ulceribus confert. Hunc ſalem cum oleo proprio & adurente ex artis præſcripto commiſcebis, atque inde maiorem, quàm dictu fas eſt, opportunitatem auferes.

Aliud mellis oleum.

℞. Mellis à ſua cera non ſeparati ℔.ij. tartari in pulverem redacti ℔.j. putrefiant ſimul in fimo quindecim dierum ſpatio, & deſtillentur per retortam. Emanabit primò aqua candida, tum flaveſcens. Hanc redde capiti mortuo & putrefiant rurſus per quindecim dies. Poſt depelle iterum per retortam, idque ter facito: ac tum oleum mellis præſtantiſſimum conſequêris.

CAP.

Digitized by Google

Cap. IX.

De pinguedinum & axungiarum præparationibus ac oleis.

PRo topicis, ex animalium omniũ axungiis Chymiatri olea extrahunt per alembicum æneum (per veſicam) igne lentiſſimo, in quibus maior reperitur vis attenuandi, reſolvendi & leniendi, quàm in ſolis axungiis non præparatis, quòd videlicet ſubtilium & tenuium partium magis reddantur. Quam ſententiam confirmat *Gal.* 11. *Simpl.* cum de Caſtoreo hæc refert: *Porrò*, inquit, *quoniam impenſe ſubtilium eſt partium, ob id plus valet, quàm alia, quæ ſimiliter ut ipſum, & calefaciunt & deſiccant.* Nam addit, *quæ tenuium ſunt partium medicamenta, iis quæ ſunt craſſarum, plus ſunt efficacia, etiamſi parem ſortita fuerint facultatem, nimirum quia penetrent & in altum ſubeant admotorum corporum, potiſſimum ſi ea denſa fuerint, velut nervoſa partes.* Quæ Galeni verba ſi perpendantur, non exiſtimo fore quenquam, qui non comprobet extractiones & oleorum & eſſentiarum, quibus nos utimur, illarumque uſum in medendo non laudet.

Sic extrahuntur olea ex Axungiis.

Hominis	*Anguillæ,*
Taxi,	*Capi,*
Vrſi,	*Gallinæ,*
Vulpis,	*Anſeris,*
Cervi,	*Anatis,*
Cati,	*Vituli,*

Porci, & ex omnibus *medullis*, quæ omnia reſolvunt, leniunt, & multis affectibus curandis proſunt.

Ex *butyro* eodem modo extrahitur oleum valdè anodynum ad eodem uſus & dolores omnes ſedandos, ex lib. elicitur ℥x.

Ceræ oleum ad reſolvendum, & attenuandum conducit, ſcirrhoſis, frigidiſque omnibus affectibus confert. Debet prius liquari ad ignem, donec nullos amplius crepitus emittat, antequam vaſi imponatur.

Si ad ſingulas ℔. addideris ſalſuginis terræ prius exſiccatæ ℔. ß. extrahes prima vice oleum, candidum aquæ ſupernatans.

Cap. X.

De variis animalium partibus.

EX variis etiam diverſorum animalium partibus, varia deſumuntur utiliaque remedia: Quæ minimis egent præparationibus, ſed quæ tamen in officinis reſervari debent, propter ſummam quam obtinent in medendo facultatem. Nam cancrorum fluviatilium calcinatorum ad albedinem *cinis*, adverſus morſum canis rabidi laudatur.

Cancrorum etiam oculi, calcinati in reverberio, exhibentur feliciter calcu-

calculo laborantibus: & ad omnes pellendas viſcerum obſtructiones cōferunt: quod in Aubertum jam ſuprà oſtendimus.

Vermium terreſtrium aqua diſtillata confert ad hydropem, & ad infantulorum vermes necandos: appoſiti etiam vivi proſunt panaritio. Theo.

Item aqua ſtercoris bubuli menſe Maio collecti Hydropicis etiam prodeſt, & ad curanda cancroſa ulcera.

Vermium millepedum pulvis, ad effectus oculorum.

Vrina quoque Cati diſtillata, ad ſurditatem.

Oſſa, maximè Lupi exſiccata & in pulverem redacta, ad morbum intercoſtalem, ad ictus & puncturas.

Hyrundinum aqua epilepticis.

Aqua ſpermatis Ranarum, ad repellendum & ſiſtendum ſanguinis omne profluvium, & faciei ruborem.

Coagulum Leporis, cum hydromelite potum, ad comitialem morbum.

Oſſa quædam parvula, quæ inveniuntur in prioribus leporis pedibus, ad vrinas potenter movēdas proſunt, ſi pulvis illorum cum vino albo exhibeatur.

Os ſepiæ ad eundem affectum feliciter præſcribitur.

Pulvis jecoris Ranarum exſiccatus, in acceſſione febrium, præſertim quartanarum, rectè aſſumitur.

Nec prætermittam inter cætera remedium ſpecificum & experientia ſæpius comprobatum, ad calculum renum, quod paratur hoc modo: Menſe Martio lapilli quidam in bovis ventriculo inveniuntur, qui ſi aſſumantur cum vino albo, calculum ſolvunt. Menſe etiam Maio in veſica fellis tauri lapillus reperitur, qui ſi vino imponatur, colorem croceum mutato paululum ſapore, contrahit. De hoc vino quotidie recenti affuſo, ſingulis diebus ægri bibant, donec lapis vino impoſitus omninò conſumptus ſit. Hac ratione calculum comminui, & tandem conſumi experientia multis conſtat.

Plura alia ex partibus animāliū parantur remedia, quæ nec per ſe damnari à multis ignaris, nec illorum præparationes reiici debent, quod ipſis incognitæ ſint. Quæ quidem omnia facillimè aſſequentur aliquando, ſi modò ea prima fronte non damnēt, quæ non norint: & impoſſibilia ſibi jam ea credant (non capaces rerum tantarum) quæ tamen inveſtigando & ſedulam manum operi adhibendo, non ſine admiratione, & utilitate ægrorum non mediocri, certiſſima & vero Medico digna comprobabunt.

Finis. Pharmaceutica ſpecialis ſeu ſpagyrica.

QVER-

QVERCETANI REDIVIVI CHIRVRGICA, GENERALIOR AC SPECIALIOR.

Ad Lectorem.

Dolendum, Lector benevole, Authoris noſtri Chirurgiam, quam ante mortem perfeciſſe dicitur, interiiſſe. Ea enim dubio procul chirurgos in multis maximopere ſublevaſſet, ægrorumque valetudinem non parum iuvaſſet. Verum enimverò fruſtra conquerimur de iis quæ mutare vel emendare nequimus. Fruamur igitur iis, quæ in lucem edita nobis reliquit. Hæc autem etſi chirurgiam integram non conſtituant; Sunt tamen quæ eandem maximè illuſtrant. Continent enim præter vulgaria, ſpagyrica quamplurima, quibus chirurgia veluti gratiſſimis ornamentis adornatur.

Quercetani Redivi Chrirurgica generalior.

De principalioribus Medicamentis chirurgo neceſſariis.

QVodnam ſit meum conſilium, & quis in hoc tractatu ſcopus, exponendum eſt: nimirum ut apertè præſcribam deinceps non ea quæ jam pervulgata, & (ut vulgò fertur) lippis ac tonſoribus nota ſunt, ne illos imitari videar, qui farragines & rhapſodias ſcriptitant: ſed viam atque methodum medicamenta arte ſpagirica præparandi, quæ ad ſclopetarios ictus pertinent: quam pleriſque Medicis ac Chirurgis ignotam ſcio. Hocque ſyncerè teſtari poſſum, me duabus de cauſis ad hoc adductum fuiſſe: nimirum ſtudio provocandi Doctiores, ut ſi habent meliora, proferant: tum ut generi humano, inſervirem: cui (proh dolor) nimium nimiumque his funeſtiſſimis & luctuoſiſſimis temporibus iſto medicamentorum genere opus eſt, cum tandiu civilibus ac domeſticis bellis cruentetur. Verùm ut eorum occurram calumniis, qui clamitant, iſta remediorum ge-

nera non tantum difficili & longa præparatione indigere, verumetiam tanti pretii eſſe, ut non facilè quivis iis uti poſſit: de principio proponenda vulgaria & εὐπόριστα remedia putavi: poſt ad ea deveniendum, quæ longè pluris facio: ut certe longè aliis præſtantiora ſunt, quemadmodum ex illorum præparatione cognoſcere licebit: quanquam etiam tenuiorum & gregariorum militum rationem habere inſtitui, ſeparatimque alia quæ ditioribus conferent aſcribere.

Monendi ergò Chirurgi erunt, ut, cum in caſtra proficiſcentur, hæc præparata ſecum afferant, quæ apud Pharmacopœos pleroſque reperientur.

Suppurantia.

Vnguentum Baſilicum utrumque.

Vnguentum Macedonicum.

Tetrapharmacum Galeni.

Vnguentum Reſumptivum.

Emplaſtrum de mucilaginibus quod diſſolvi poterit cum oleo olivarum, ſi opus ſit.

Diachilon ſimplex & compoſitum.

Detergentia.

Vnguentum Diapompholygos Nicolai.

Vnguentum viride Andromachi.

Emplaſtrum divinum ſolutum cum oleo roſato.

Vnguentum Apoſtolicum Avicennæ.

Vnguentum Ægyptiacum eiuſdem.

Sarcotica.

Vnguentum Aureum.

Vnguentum Ceraſeos Meſuæ utrumque.

Emplaſtra de Gratia Dei & de Ianua.

Cicatricem inducentia.

Vnguentum de Minio.

Deſiccativum rubrum.

Emplaſtrum de Ceruſa.

Venenum attrahentia & res extraneas.

Vnguentum Fuſcum Nicolai.

Ad ambuſta.

Vnguenta magiſtralia Medicorum Florentinorum à V. Veckero deſcripta.

Vnguentum de calce viva.

Repellentia & aſtringentia.

Vnguentum de bolo commune.

Vnguentum Roſatum Meſuæ.

Vel ad prædictas intentiones componi poterunt medicamenta, quæ nō alia egent præparatione, quàm vulgari. Εὐπόριστα

Ἐκπυητικὰ, *ſive ſuppurantia.*

℞. *Butyri recentis & olei olivarum an.* ℥.*ij.*

Farinæ tritici ſuo furfure expurgata ℥.*ß.*

Aquæ communis ℥.*iiij.*

Decoquantur: vel

℞. *Foliorum tuſſilag. & malvarum an. m.ij.*

Coquantur ſub cineribus, & cum butyro permiſceantur: vel

℞. Suc-

℞. *Succi radicum liliorum, coactarũ prius ſub cineribus ℥. iiij.*
Axung. gall. vel anſeris, vel porci ℥. ij cum oleo lini, vel olivarum, vitello ovi, & tantillo ceræ.
Fiat unguentum.

Detergentia.

℞. *Mellis ℥ iiij.*
Farinæ fabarum & hordei an. ℥. ij.
Decoquantur cum vino ad conſiſtentiam unguenti: vel

℞. *Foliorum plantag. & apii an. m. j.*
Roſarum rubrarum. p. ij.
Vini rubri ℥. viij.
Decoquantur ad medias: colaturæ diſſolve.
Sacchari rubri ℥. ij.
Terebinth. ℥. j.
Farinæ lupinorum & orobi an. ℥ j.
Aloes,
Myrrhæ an. ℥. ß.
Decoquantur rurſus, & addendo ceræ quantitatem ſuff. reducantur in formam unguenti: vel

℞. *Succi plantag. & agrimoniæ an. ℥. ij*
Mellis roſati ℥ iiij.
Rad. iridis & farinæ fabarũ an. ℥. ß
Permiſce ſub finem *terebinthinæ.* ℥. j. fiat unguentum.

Sarcotica.

℞. *Mannæ,*
Thuris an. ℥ ij.
Farinæ fœnigraci & orobi an. ℥. j.
Excipiantur melle & ovi luteo: vel

℞. *Sarcocollæ in lacte ſolutæ ℥ iij.*
Maſtiches,
Olibani an. ℥. j.
Picis liquidæ & terebintinæ an. ℥. j.
Miſce pro unguento.

Ἐπουλωτικά.

℞. *Cretæ albæ ℥. ij.*
Cineris corii adusti ℥. iij.
Excipiantur oleo roſato: vel

℞. *Calcis vivæ, toties in aqua lota, dũ omni deſtituatur acrimonia ℥. ij.*
Terræ Armenæ ℥ j.
excipiantur myrthillorum oleo.
Ex plumbo uſto, ſtibio uſto, cadmia, pompholyge, parari poterunt etiam medicamenta ad id accommodatiſſima.

Ad venenata vulnera.

℞. *Succi anagallidis purpureæ & cyclaminis an. ℥. j.*
Sulphuris vivi, mixti cum ſaliva hominis ℥. ß. miſce: vel

℞. *Lithargyri ℥. ij.*
Galbani ℥. ß.
Picis græcæ & terebinthinæ an. ℥. ij.
Olei quantum ſuff. vel

℞. *Olei ℥. iiij.*
Sagapeni,
Mumiæ & ſuccini an. ℥. iij.
Thuris,
Maſtiches an. ℥. ij.
Terræ ſigillatæ optimæ & corall. rubr. an. ℥. j.
Picis ℥. ij.
Ceræ quod ſatis ſit ad fingendum unguentum: vel

℞. *Cepas duas,*
Folior. vincæ pervincæ,
Scabioſæ,
Ricini an. m. j.
Decoquantur ſub cineribus. adde *theriacæ* ℥. ß. & cum terebinth. fiat unguentum.

Ad ambuſta.

℞. *Succi cepæ ſub cineribus coctæ* ℥.ij. *olei nucum* ℥.j. *miſce*: vel

℞. *Foliorum hederæ nigræ cum aqua plantag. contuſorum m.* ij. *olei* ℔.j. *coquantur cum* ℥. iiij. *vini albi ad illius conſumptionem: adde ſub finem ceræ quãtum ſufficit*, ut fiat linimentum.

℞. *Laridi ad flammam liquati, & ſuccis betæ & rutæ excepti* ℥.ij.
Cremoris lactis ℥.j.
Mucilag.
Sem. cydoniorum & tragacanthæ an. ℥.ß. miſce.

Repellentia, & ſanguinem cohibentia.

℞. *Succi foliorum caprifolii & foliorum quercus an.* ℥. j.
Roſarum rubr. ℥.j.
Boli Armenæ & ſangu. draconis an. ℥. ij.
Olei roſati ℥. iij.
Ceræ quantum ſufficit: vel

℞. *Pulpæ pomorum decoctorum in lacte* ℥iij.
Mucilag.
Sem pſyllij & cydoniorum an. ℥.ß.
Succi burſæ paſtoris & polygoni an. ℥.j.
Acaciæ & ſanguinis draconis an. ℥. iij.
Terræ ſigillatæ ℥.ß.
Olei myrthillorum ℥.iiij.
Ceræ albæ q.ſuff. ut fiat unguentum.

Porrò quæ ſequuntur remedia pharmacopolis noſtris non ita admodum uſitata ſunt, neque Chirurgis nota: vulneribus tamen ſclopetariis, cæteriſque omnibus commodiſſima, quorum idoneam præparationem ars Spagirica partim demonſtrat.

Suppurantia.

℞. *Rad. altheæ & liliorum an.* ℥.iiij.
Betæ cum rad. m.j.
Butyri recentis ℔. ß.
Lumbricorum vino præparatorum ℥.iij.
Vitellos ovorum 12.
Medullæ vituli & terebinth. an. ℥.v.
Olei olivarum depurati à facibus. ℔.j.

Contuſis quæ contundi debent, ac ritè omnibus mixtis digerantur in fimo calido per menſem: poſt prælo exprimantur, ac igne cinerum coquantur ad unguenti conſiſtentiam: vel

℞. *Succi herbarum tuſſilag. & oxalidis an.* ℥.iij.
Caricas pingues 20.
Thuris ℥.ij.
Reſinæ laric. ℥. j. ß.
Axung. anſer.
Gall. an. ij.
Butyri recentis ℔. ß.
Olei viſci pomorum compoſ. ℔.j.

Mixtis omnibus decoquantur in duplici vaſe, luto ſapientiæ obducto, per ſex horas igne mediocri: calidè percolentur, & ruſus ſolis radiis exponantur, vel coquantur ad ido-

idoneam conſiſtentiam. Hæc celeriter pus movent; atque anodyna ſunt medicamenta, vulneribuſque ſclopetariis accommodatiſſima.

Detergentia.

℞. *Succi centaurii & chelidonij ana* ℥ *iiij.*
Mellis ℥ *iij.*
Florum verbaſci p. ij.
Thuris
Myrrhæ
Maſtiches an. ℥ß.
Olei terebinthinæ ℥ *vj.*
Vini albi generoſiſſimi ℔ *j.*

Putrefiant in fimo calido, & coquantur ut ſuprà ad vini & ſuccorum conſumptionem, igne cinerum, donec reducantur in formam unguenti. adde pro ℥ j. huius unguenti ʒ *j. præcipitati mercur. dulc.* ſi maiore deterſione opus ſit: vel

℞. *Viſci herbarum ſaniculæ*
Pyrolæ
Ariſtoloch.
& vincæpervincæ an. ℥ *ij.*
Terebinthinæ lotæ ℥ *iiij.*
Croci veneris ℥ß.
Balſami tartari ʒ *ij.*
Sulphuris antimonii ʒ *j. ß.*

Imponantur igni cinerum, dum unguenti conſiſtentiam acquirant.

Sarcotica.

℞. *Mucilag.*
Sem. fœnigraci ℥ *ij.*
Viſci herbarum cynogloſſi
Perſicariæ
Conſolidæ maioris an. ℥ *j. ß.*
Olei thuris, & myrrhæ an. ℥ *iij.*
Olei hyperic. ſimp. ℥ *ij.*
Tereb. lotæ vino albo ℥ *ij.*

Stent ad ſolem, vel ad calorem cinerum, donec incraſſeſcant.

Vnguentum de pato.

℞. *Succi pati* ℔ *j.*
Terebinthinæ ℥ *v.*
Olei hyperici compoſ. ℥ *viij.*
Vini albi generoſiſſ. ℔ß.

Digerantur per viij. dies, pòſt decoquantur ad vini conſumptionem: tum demum adde:

Colophoniæ
Ceræ an. ℥ *iij.*
Mumiæ
Carabes an. ʒ *ij.*

Liquefiant rurſus ad ignem, & fiat unguentum, ut artis eſt: vel

℞. *Viſci herbarum pati & conſol. maior. an.* ℥ *iiij.*
Olei terebinth. ℔ *j.*
Flor. hyperici & verbaſci an. m. ij.
Pomorum ulmi ℥ *iij.*
Acinorum popul. arb. ℥ *iiij.*
Spiritus vini ℔ *j. ß.*

Digerantur in fimo equino, vel relinquantur in cal. hypocauſt. in vaſe vitreo optimè clauſo per menſem integrum, deinde exprimantur & colentur: adde:

Thuris
Maſtiches
Myrrhæ an. ℥ *ij.*
Sang. draconis ℥ß.
Mumiæ ʒ *vj.*
Terebinth. ℔ß.
Benioini ʒ *j.*

Circulentur ſimul in pellicano octo dierum ſpatio, deinde moderato

Ppppp 3 calo-

calore deſtilletur vini ſpiritus, & remanebit in fundo pretioſus balſamus.

Ἐπουλωτικὰ *ſive cicatricem inducentia.*

℞. *Aluminis uſti* ℥ j.
Cretæ vitrioli ʒ iij.
Croci Martis
Croci Veneris an. ʒ ij.

Miſce, fiat pulvis, quo uti poteris per ſe, vel excipiatur melle: vel

℞. *Boli Armenæ noſtro modo præparatæ* ʒ ij.
Calcis corticum ovorum ℥ ß.
Succi prunorum immaturorũ ℥ iij.

Decoquantur igne lento ad perfectam conſiſtentiam.

Ad Venena.

℞. *Olei carabes & terebinth. an.* ℥ j.
Olei juniperi ʒ ij.
Seminis urticæ & rad. Gentianæ an. ʒ ij.
Olei ſulphuris vitriolati ʒ j. ß.
Corall. rubr. ʒ j. *miſce*: vel

℞. *Succi pentaphyll.*
Scabioſæ & rutæ an. ℥ ij.
Olei Sulphuris rubei ℥ j.
Olei myrrhæ ʒ ij.
Colophoniæ & gummi hederæ ana ʒ vj.

Miſce pro unguento.

Ad Ambuſta.

℞. *Lardi liquefacti & aquæ ſolani excepti* ℥ ij.
Olei Saturni ℥ ß. miſce vel

℞. *Viſci rad. hyoſcyami & florum papaveris rubr. an.* ℥ j.
Salis-petræ ℥ j.
Mucilag.
Seminis cydoniorum ℥ iij.

Cum oleo caphuræ fiat linimentum.

Repellentia & ſanguinem cohibentia.

℞. *Boli Armenæ Spagirico modo præparatæ* ℥ ij.
Croci Martis
Croci Veneris an. ℥ j.

Excipiantur oleo roſato: vel

℞. *Colcotharis dulcificati*
Cineris ranarum aduſtarũ an. ℥ ß.

Excipiantur ovi albumine.

Quamplurima alia parantur remedia ad eaſdem ſuperiores intentiones, quorum jam formulas propriis quibuſque locis deſcripſimus, quæ judicio periti Chirurgi committo, ut his prudenter, atque ut morbi & affectarum partium ratio poſtulabit, utatur. Reſtat ut de potionibus vulnerariis loquamur, antequam medicamentorum præparationem doceamus.

De potionibus vulnerariis.

POtiones iſtæ vulnerariæ, quamvis humores per inferiora non depellant, valent tamen ad vulnera expurganda: quandoquidem ſuperfluos humores & ſanguinem ab omnibus ſordibus expurgant, ac mira qua pollent facultate & confractá oſſa conſolidant, & læſis ex vulnere nervis medentur, ac Naturæ opem ferendo tandem vulnera illa carne replent, & cicatrices, nullo adhibito alio remedio, obducunt. Cùm autem ex illarum potionum

Digitized by Google

tionum uſu mirandos ac propè incredibiles effectus præſertim in Germania viderim etiam ad deſperatorum ulcerum curationem, commodiſſimum fore non prætermittendam illarum mentionem exiſtimavi. Idq; eò magis quia uſum illarum ſcio antiquitus probatum fuiſſe, nunc autem Medicorum negligentia propè obſolevisſe. Quinetiam compertum habeo illas non ſolùm medicamentorum, ſed & alimentorum loco aſſumi: atque ſymptomatis, omnibuſque incommodis quibus vulnera obnoxia ſunt, occurrere. Simplicia autem ex quibus parantur, ſunt hæc:

Cyclaminus.
Conſolida maior.
Conſolida media, quam Sophiam nonnulli vocant.
Sabina.
Verbena.
Serpentaria.
Perſicaria.
Arthemiſia.
Lilium convallium.
Zedoaria.
Galanga.
Vinca pervinca.
Centaurium.
Ophioglosſon.
Betonica.
Ariſtolochia.
Veronica.
Agrimonia.
Pyrola.
Sperma ceti.
Cancri fluviatiles.
Nux vomica.
Aſtaci.
Mumia.
Macis.
Terra ſigillata.
Bolus Armena.

Horum ſimplicium vim omnem multò meliùs quàm ut vulgus ſolet, elicies, ſi vel in dolium albo muſto plenum ea injicias, ut per duos menſes digerantur: vel ſi diſſectas minutatim virides herbas, aut illarum expreſſum ſuccum in pellicanum cæcumve alembicum imponas, ut in Baln. Mar. per tres aut quatuor dies circulentur. Ultimus enim hic modus illis convenit, quibus uſus vini interdictus eſt, præſertim ſi vulnus in capite acceperint. Deſtillatæ etiam ex ipſis aquæ proderunt, ſi vel per ſe quotidie manè & veſperi (doſi & modo convenienti) aſſumantur: vel ſi unà cum iis vinum album (ſi fortè vulneratis id conceditur) diluatur.

Sequuntur autem vulnerariarum potionum formulæ aliquot plures, ſi deſideras in Pharmac. invenies.

℞. *Conſolida utriuſque,*
Veronica,
Cyclamini an. m. j.
Aſtacos expurgatos num. iiij.
Vini albi menſuras ij.

Circulentur in baln. per triduum. Colaturæ exhibe cochlear unum manè: vel

℞. *Macis*
Oculorum cancri
Zedoariæ an. ℥ iij.
Mumiæ
Galangæ minoris an. ℥ ij.
Nucis vomicæ ℥ j, ß. **Potio danda reliquis morbi temporibus.**

Cral-

Craſſiuſculè contuſa imponantur in vas vitreum, affundendo *vini albi menſ. j. ß.* macerentur lentiſſimo calore per biduum. Doſis eſt cochlear unum manè, & veſperi tantundem. Huius potionis vis tanta eſt, ut laudari vix ſatis poſſit.

Potio vulneraria Cephalica.

℞. *Florum lilii convallii & betonicæ an. p. j.*
Galangæ
Macis an. ℥ iij.
Perſicar.
Chelidon.
Vincæ pervincæ
Veronicæ & centaur. an. m. ß.

Macerentur ut ſuprà, & ad uſum reſerventur.

Potio pector. vulneraria.

℞. *Succi verbenæ*
Betonicæ
Veronicæ an. ℥ ij.
Aquæ cinnam. ℔ *j.* macerentur.

Potio inferioris ventriculi vulnerib. conducens.

℞. *Boli Armenæ ℥ ß.*
Conſolidæ utriuſque an. m. j.
Galang. ℥ ij.

Temperentur cum vino ut ſuprà & ad uſus ſerventur.

Variæ ex ſuprafcriptis ſimplicib. poterunt parari potionum deſcriptiones, quas periti Medici judicio relinquendas cenſui: hoc unum tamen adjungam ipſarum uſum quamplurimas tum ad vulnera ſclopetaria, tum ad phagedænam, cancrum, & omnia maligna ac deſperata ulcera opportunitates habere. Ex quibus omnibus multò etiam maiorem utilitatem Medicus percipiet, ſi potiones præparandas curet cum vulnerariorum ſimplicium eſſentia Spagiricè extracta, quod alibi docuimus.

Elenchus medicamentorum Spagyricorum.

Suppurantia ſunt igitur & Anodyna:
- *Oleum ovorum.*
- *Oleum butyri.*
- *Oleum reſinæ.*
- *Ol. viſci pomorum compoſ.*
- *Oleum hyperici ſimpl.*
- *Olea omnium axung.*

Detergentia:
- *Oleum Myrrhæ.*
- *Oleum maſtiches.*
- *Oleum terebinthinæ.*
- *Oleum mellis.*
- *Viſcus centaurii.*
- *Viſcus vincæ pervincæ.*
- *Viſcus ariſtolochiæ.*
- *Sal faccum aceti.*
- *Balſamus martis.*
- *Crocus veneris.*
- *Mercur. præcipitatus vulg.*
- *Mercur. præcip. dulcific.*
- *Oleum guaiaci.*
- *Balſamus veneris.*
- *Balſamus Saturni.*
- *Balſamus tartari.*

Sarcotica:
- *Balſamus hyperici.*
- *Oleum thuris.*
- *Oleum ſarcocollæ.*
- *Ol. Mannæ.*
- *Viſcus conſolidæ utriuſque.*
- *Viſcus cynoglòſſi.*

Epulotica:
- *Calx teſtarum ovorum.*
- *Calx teſtarum limacum.*
- *Bolus Armena præparata.*
- *Alumen aduſtum & præp.*
- *Crocus Martis.*
- *Creta vitrioli flava.*
- *Ol. ſalis tartari.* } quæ etiam cicatrices decorant.
- *Ol. talci.*

Repel-

Digitized by Google

Repellentia & ſanguinem cohibentia.
- *Oleum viſci pomorum, ſimplex.*
- *Oleum Martis.*
- *Crocus Martis.*
- *Crocus Veneris.*
- *Colcothar ſimplex.*
- *Colcothar dulcificatum.*
- *Bolus Armena præparata.*
- *Calx teſtarum ovorum.*
- *Calx teſtarum limacum.*

Ad venena.
- *Butyrum arſenici fixum.*
- *Præcipitatus dulcificatus.*
- *Balſamus tartari.*
- *Oleum Mercur. corporale.*
- *Oleum antimonii.*
- *Oleum ſulphuris vitriolatum.*

Ad ambuſta.
- *Oleum ovorum.*
- *Oleum lardi*
- *Oleum butyri.*
- *Aqua gammarorum.*
- *Aqua ſpermatis ranarum.*
- *Aqua florum papaver. rubri.*
- *Viſcus rad. hyoſcyami.*
- *Oleum Saturni, eiuſq; Sal.*
- *Oleum Lithargyri.*

Attrahentia.
- *Viſcus ariſtolochiæ.*
- *Viſcus corticis med. tiliæ.*
- *Succinum præparatum.*
- *Magnes præparatus.*

Oſſibus corruptis
- *Oleum myrrhæ.*
- *Ol. Caryophyllorum.*
- *Oleum tartari fœtens.*
- *Oleum vitrioli.*
- *Ol. ſulphuris ſimplex.*
- *Ol. ſulph. vitriolatum.*
- *Oleum antimonii.*
- *Sulphur rubicundum Antim.*
- *Oleum ſalis.*
- *Oleum Mercur. ſublimati.*

Sunt rurſus illorum ſimplicium ſingula, quæ ſingulis partibus vulneratis conducunt, ut

Nervis vulneratis
- *Oleum ceræ.*
- *Oleum juniperi.*
- *Oleum euphorbii.*
- *Oleum ovorum.*
- *Oleum terebinthinæ.*
- *Oleum ſulphuris terebinth.*

Carni putridæ ac corruptæ
- *Sal fuliginis.*
- *Sal urinæ.*
- *Sal tartari.*
- *Sal mellis.*
- *Oleum frumenti.*
- *Oleum mellis.*
- *Ol. ſulph. acidum.*
- *Phlegma vitrioli acidum.*
- *Phlegma aluminis acidum.*
- *Balſamus Martis.*
- *Balſamus Veneris.*
- *Balſamus Mercurii.*
- *Balſamus tartari.*

At quoniam nobilium partium ſemper habenda ratio eſt, in quarum actione vita conſiſtit, ſunt etiam nonnulla quæ exhibita ipſas tueri poſſunt.

Roborant enim

Cerebrū
- *Oleum ſuccini.*
- *Oleum ſalviæ.*
- *Ol. caryophyllorum.*
- *Spiritus vitrioli.*

Cor
- *Aurum vitæ.*
- *Tinctura auri.*
- *Eſſentia Margaritarū.*

Hepar
- *Tinctura Balſ. natural.*
- *Tinctura corallorum.*
- *Oleum Martis.*

Digitized by Google

QVERCETANI REDIVIVI CHIRVRGICA SPECIALIOR, SIVE SCLOPETARIVS.

Hoc eſt:

De curandis vulneribus, quæ Sclopetorum & ſimilium tormentorum ictibus acciderunt.

LIBER.

Cap. I.

Variæ diſputationes de eſſentia morbi ex ictu Sclopetario contracti, ac de veneno, & uredine cum illo complicatis.

Supervacaneum fortaſſe quibuſdam videbitur, quòd hunc de curandis ſclopetariis vulneribus libellum edendum putarim; de quibus cùm aliî, tum præcipuè *Laurentius Ioubertus*, præſtantiſſ. Medicus, nuper admodum conſcripſit, ita diligenter atque accuratè, ut nihil, quod ad vulneris eſſentiam ac naturam pertineat, prætermiſerit: quæ ſi nota & comperta eſt, confeſtim primam & veram curandi rationem oſtendit: quam idem vir doctiſſimus Ioubertus in ſuo libro eruditè ac methodicè demonſtravit. Sed quo minus illius authoritate ab inſtituto meo deterrerer, fecit primùm incommodorum & vulnerum de quibus agitur, gravitas: deinde ſtudium mihi à natura & Deo immortali inſitum, aliquid opis pro mea virili parte, generi humano afferendi: Spero enim me ſalutaria quædam remedia, neque iis qui ante me ſcripſerunt, neque in vulgus nota, prolaturum: quorum uſum ex ſummis quibuſque Medicis ac Chirurgis cognovi, partim cum varias Europæ regiones peragrarem, partim cùm in caſtris unà cum peritiſſimis Medicis verſarer.

Primùm autem exponam, quæ mihi videatur eſſe horum vulnerum ac morborum eſſentia: quam in tractatione primas tenent omnium conſenſu, Botallus, Ioubertus & Paræus; qui morbos iſtos ſclopetarios tradiderunt eſſe complicatos: quaſi conſtent ex ſolutione continui cum contuſione, & dilaceratione plerunque muſculorum, vaſorum, & partium ſolidarum: cui multa ſymptomata contingunt: quæ cùm varia ſint, variam quoque curandi rationem requirunt. Hæ ſunt duæ ſpecies morbi, ex qui-

Digitized by Google

ex quibus diſputarunt ictus ſclopetarios præcipuè conſtare, ac proinde duas remediorum ſpecies propoſuerunt: unam qua partibus dilaceratis & luridis ſuccurratur, utpote *carni, nervis, tendonibus, ligamentis, compactioris, & oſſibus*, idq; [...]tione contuſionis, quę pot[...]la manifeſta plaga cõtingere, & à Græcis ἐκχύμωσις appellatur: neq; tamen idcirco periculi expers eſt: ſed plerunq; magnis ſymptomatis obnoxia, patiturque interdum magnam ſanguinis effuſionem inter muſculos: qui è vaſis ſuis excuſſus continuò putreſcit: itemq; dolores magnos & varios, quos varię defluxiones conſequuntur: variiq; tumores, inflammationes, ad extremũ etiá gangrænæ & interitus partis affectæ: alteram quæ cum evidenti plaga contingit & multò frequentior eſt, & quò maior eſt & profundior, eò periculoſior videtur: glans enim plumbea aut ænea, quò vehementiùs ingreditur, eò magis elidit partes in quas incurrit, qua de cauſſa ſangnis qui in locũ contuſionis defluit, implens orificium venarum & poroſitatem aliarum pertiũ, condenſatur: & à calore naturali deſtitutus (qui reſtinguitur ac mortificatur, propter reſolutionem ſpirituum factum & ratione doloris & dilacerationis tot partium, ſeſeque ad fontem ſuum recepit, hoc eſt, ad cor, propter horrorem, qui concipitur ob ictum lethalem) efficitur coloris luridi, ſimiliſq; in illo evadit ſcharrę, ut vulgò appellant, qui cùm facilè corrumpatur, facilè quoq; ſubjectas partes corrumpit, & præcipuè ſpermaticas: quæ celeriter in ſaniem convertendæ ſunt, quemadmodum antiquorum opinio fert, quò faciliùs iſto modo ſecernatur, quod eſt jam quaſi peremptum & mortuum, ab eo quod adhuc viget ac vivit. Quod ut fiat, uti ſolent chirurgi vulgò *remediis ſuppurantibus & mollientibus*: quorum uſus etſi vulgaribus contuſionibus eſt accommodatus, tamen in iſtis plagis non temerè, nec ſine gravi judicio adhibendus eſt: ac præſertim ſine indicatione, ſumpta ex conſtitutione corporis, temporis & partium. Nam cùm iſtiuſmodi plagæ facilè magnam putrefactionum copiam admittunt, ſæpenumero etiam cum vermibus & putredine intolerabili, non eſt dubitandum, quin uſus illorum medicamentorum, quæ vi ſua putrefaciunt, augeat, exacerbetq; morbum: propter vapores malignos, quibus partes præcipuæ inficiuntur: cerebrum nimirum, & cor, & jecur: unde conſequuntur convulſiones, & phreneſes cum febribus continuis, quas plerunq; mors atq; interitus comitatur. Id autem evenit præſertim in corporibus cacochymis, quorum caro cùm propter ſanguinis putrefactionem malè affecta ſit, non mirandum eſt, ſi vulnera vel periculoſiſſima ſint, vel difficillimè & ægerrimè curentur. In hoc genere aëris quoq; & cœli qualitas conſideranda eſt, itemque partium affectio & ſtatus. Cui nanque dubium eſt, quin Auſter in harum plagarum concava penetrans, & naturalem calorem debilitans, maiorem vim habeat in putrefactionibus adaugendis & vermibus

ingenerandis? quod etiam experientia ipſa quotidie demonſtrat: ut prætercam Hippocratis authoritatem lib. Aphor. 5. & in lib. de Epid. quod alio etiam loco ſignificat, ubi docet ſiccum ſalubriorem eſſe quàm humidum: ac proinde corruptionem omnem ex nimia humiditate, quaſi ex ſua materia, effici. Ad eam rem nobis quoque magnopere proderit cognitio temperamenti partium: propterea quòd vulnera impoſita capiti, ventri inferiori, & partibus humidioribus, ac proinde magis obnoxiis putredini, quamvis contuſæ ſint, exquirent à nobis uſum horum remediorum ſuppurantium: non tamen ſine magno & acri judicio, cùm præſertim multæ offenſiones ex imprudentia & temeritate Medicorũ in hoc morborum genere cõtingant. Neque enim unquam Medicus excuſabitur, ſi cùm plagam tetro odore affectam videat (quod peſſimum eſſe ſignum ſolet) itemque vermibus & ſanie & pure contaminatã (quæ omnia etiam primis quibuſq; diebus propter ſuperiores cauſſas accidere poſſunt) ſatis habeat uti remediis digeſtivis, ut vulgò appellantur, diſputans plagam eſſe contuſam ac propterea ſuppurandam eſſe: præſertim cùm his incommodis animadverſis confeſtim confugiendũ ſit ad alia remediorum genera, *quæ putrefactioni reſiſtunt*, ut incommodis periculoſioribus occurratur, quæ nobis prædicta minitantur, *gangrænæ videlicet*, ac præſertim *ſphacelo*, aut totius partis interitui. Eiuſmodi ſunt *ſales metallici & ſemimineralium*, ex *cupro* præſertim, *ferro, mercurio, vitriolo, ſulphure, arſenico & auripigmento* eliciti: quemadmodum ſuo loco docebimus, ubi de curatione agetur. Nam cũ hi ſales quaſi *Balſami exterioris* uſum habeant, & calore ac tenuitate ſua craſſos humores, qui naturalem calorem ſuffocant, incidant, tenueſq; digerant, & putre[illegible] ſ[illegible]tudine & aciditate obſiſtant, tuentur *plagas illas à gangræna & mortificatione*: viamque muniunt (mixta cum aptis medicamentis, de quibus poſteriùs dicemus) ad facilem & brevem curationem, *idq; ſine ullo dolore*.

Meliora multò remedia, quàm ſimplex præcipitatus vulgò præparatus, quàm Ægyptiacũ illud præſertim, quod Arſenicum & Sublimatum ingrediuntur, & ſimilia, quorum uſum communem & pervulgatum vix eſt ut comprobare poſſim, propter ingẽtes dolores, quibus ii qui curantur, affici ſolent: quorum ſummam ac præcipuam haberi rationẽ oportet. Quod incommodum tamen per veram & idoneam præparationem *Spagyricam vitari poteſt*: magno cum ægrotorum ſolatio & allevamento. Hactenus de primis remediis quæ ad primam indicationem proponuntur: hoc eſt, ad partium dilaceratarum, & contuſarum ſubſtitutionem: qua in re prudentem & conſideratum Medicum eſſe oportet in variandis remediis, & ad varias affectiones & caſus repentinos accommodandis, ut univerſo morbo provideri poſſit: quemadmodum *Galenus* quoq; docuit.

Secunda remedia, quæ ad generaliorem indicationem uſui ſunt, pertinent

tinent ad disjunctas partes invicem cōſolidandas: quod fit potiſſimum opera Balſami radicalis & naturalis, qui in quaque parte continetur, tanquam principalis agentis, & virtute ſua operantis, cum alimento conſentaneo & congruenti, cuius magna vis eſt in efficienda agglutinatione & earundem partium conſolidatione: qui Balſamus tuendus eſt à medico accommodante ſe illi tanquam efficienti & principali cauſæ, & providente, ne vis eius & efficientia impedimento aliquo retardetur: tollente que externas cauſas illi noxias atque adverſarias, & quæ irritandi vulneris & impediendæ conſolidationis vim habent, quam moliri debet, quoad fieri poteſt, & ratione victus conſentanea, & medicamentorum cōgruentium applicatione. Hæc igitur (ut rem ſummatim exponam) ſignificant nobis duo morbi genera, quibus vulnera ſclopetaria conſtare exiſtimantur: ut revera plerumque conſtant: ſolutionem ſcilicet continui cum partium mollium, mediocrium, & ſolidarum contuſione, & dilaceratione: quæ duæ indicativæ curationes (ut ita loquar) nobis ſatis eſſent, niſi bona cum doctiſſimorum hominum venia, qui ante me ſcripſerunt, perfacilè mihi videretur adverſus ipſorum opinionem & ratione & experientia demonſtrare, morbum hunc venenoſitate & u.edine plerumque implicatum eſſe: quæ duo vulneribus immixta alias à nobis curandi indicationes poſtulant. Nec tamen hæc eò à nobis dicuntur, ut pertinaciùs eorum ſententiam tueamur, qui ſtatuerunt venenoſitatem ex pulvere evenire: partim propter eius eſſentiam, partim propter ipſius tranſmutationem: quæ fuit opinio *Iohannis de Vigo*, alioquin doctiſſimi & præſtantiſſimi Chirurgi: renovata nuper à quodam *Alphonſo Ferrio*, Medico Italo, cuius diſputatio eruditiſſim è refutata eſt à *Botallo Medico Regio*, & in re chirurgica excellentiſſimo. Nam illius pulveris compoſitio perſpicuè declarat, eſſentiam eius venenatam eſſe non poſſe: quippe quę conſtet ex ſulphure, ſalepetræ, & carbonibus, quæ ſimplicia omnino veneni expertia ſunt, atque adeo ſalutaria, ſummam vim in maximis depellendis morbis habentia: atque in his ſulphur quo tamen *Alphonſi* diſputatio præcipuè nitebatur, quod conſtat accommodatiſſimum eſſe ad affectiones pulmonicas: ſi modo & aptè & commodè præparetur, quemadmodum jam docuimus, in libello noſtro de medicamentorum Spagyrica præparatione. Idemque licet ex *Galeni*, *Theophraſti*, *Plinii, & Dioſcoridis* ſcriptis cognoſcere: non ex aſſiduo uſu & experimento noſtrę Galliæ, atque aliarum nationum, ubi Medici in difficili aliquo morbo curando anxii ac potius deſperati, ægrotos relegant ad aquas calidas quæ ſunt in Bearnia, aut Germania, aut Sabaudia, aut Italia: quæ per venas terræ metallicas fluentes retinent quidem aliæ ex ſpiritu ſulphuris, aliæ aluminis, aliæ nitri, aliæ vitrioli, aliorumque ſimilium: neque tamen mortiferæ eſſe ſolent; ſed ſalutares, ac præſertim quæ ſulphureæ ſunt ac nitroſæ: quæ multum adverſus paralyſim, ſciaticam.

Digitized by Google

ticam, calculum, inveteratos ſtomachi dolores, aliosque generis eiusdem tartareos morbos conducunt: quorũ cauſa reſolvitur atque expurgatur per urinas, propter vim incisivam & diureticam, quæ à ſpiritu rerum illarum metallicarum promanat, quemadmodum quotidiana docet experientia, cum maxima & propè incredibili deſperatiſſimorum morborum curatione. Atque hæc quidem de ſulphure dicta ſint, quod nulla ratione lethiferum exiſtimari debet: non magis quã ſalpetræ, quod tamen non idem eſſe arbitror cum nitro Dioſcoridis & aliorum antiquorum, ut Botallus exiſtimavit. Id enim ex Macedonia & Ægypto petendum eſſet, ubi antiquitus magna eius copia reperiebatur. In Macedonia quidem propter agri naturam, & nitroſum lacum, nomine Clytim: in Ægypto vero propter aquam Nili, qui extra ſuum alveum & ripas exundas in ſalebroſis quibuſdam locis reſidebat, in quibus progrediente tempore, illius agri ſalſugine imbuebatur: & vi Solis paulatim ita condenſabatur, niſi quis providiſſet, ut in lapidem indureſceret. Eiusmodi fuit nitrum quod Alexandriæ naſcebatur, quod & omnium fuit infimum, & notas ab optimo diſſimillimas habuit. Optimum enim ſubtile & cavernoſum eſſe ſolet: itaque tum à Plinio tum à Dioſcoride deſcribitur. Vt igitur ad ſalpetræ noſtrum accedamus à nitro diverſum, niſi quod qualitatum communionem fortè quandam cum illo habet: quemadmodum ſales omnes inter ſe communionem quandam habent, verè tamen ac non temerè affirmare poſſumus, pulverem tormentarium nullam in ſe venenoſitatẽ poſſe propter ſalpetræ recipere: quippe quod conficiatur vel ex pinguedine quadam è vetuſtis cellarum aut ſpeluncę, & antri veteris parietibus diſfluente, unde ſortitum videri nomen illud poteſt ſalpetræ: aut ex ſolo pingui & putrido ſtabulorum veterumq; cœmeteriorum, ex quibus ſalpetræ elicitur, quod tamen uſitato & quotidiano ſale venenoſius dici non poteſt: ut vel ex eo cognoſci licet, quòd eo non pauci pro ſale utuntur. Et quoniam neminem fore arbitror qui contra pugnare velit, ſecuti præſtantiſſimorum Medicorum authoritatem, concludere poſſumus, pulverem illum tormentarium non eſſe compoſitione ſua venenoſum, cum carbo ex ſalice, aut alio ligno ſicco confectus (quod eſt ingrediens ipſius tertium) omnis veneni ſit expers: quemadmodum puellæ quæ pallore afficiuntur & morbo (quem *Picque* vulgò appellamus) laborant quotidie experiuntur. Multò etiam minus venenati ſunt liquores, quibus plerunque perfunduntur: utpote vinum & aqua vitæ. Hactenus de pulveris eſſentia, qui ſi eius cõpoſitionem ſpectemus, venenatus dici nõ poteſt, quandoquidẽ nihil ex eius ſimplicibus, ſive ingredientibus venenatum eſt. *Quantum autem ad eius tranſmutationem in qualitatem igneam*, nihilo magis venenatus dici poteſt, cum ratio ipſa doceat ignem vi veneni reſiſtere, tum actu, tum po-

ten-

tentia ſua. Et hæc ipſa eius erroris cauſa eſt, in quem *Alphonſus Ferrius* lapſus eſt: cùm in hoc pulvere venenum aliquod exquirit, cuius omnino expers eſt, quemadmodum ex eius partibus atque ſimplicibus ſingulatim examinatis demonſtravimus. Huius rei Germani equites documento eſſe poſſunt, quibus moris eſt, ubi ſe bombardulæ ictu vulneratos ſentiunt, pulveris illius non exiguam copiam in ſcyphum vino plenum infundere: atque illam potionem tanquam ſalutiferam ebibere. Vndenam igitur, dicet aliquis, venenum in iſtis plagis complicatum arbitratis? videtur enim eius rei cauſa in globulo poſita, cùm ictu ferit ac percutit. At, cum (ut plurimum) ex plumbo fieri ſoleat, venenatus eſſe non poteſt: cum plumbum naturæ noſtræ magnopere congruat, eique valdè familiare ſit. Nam & conſolidationem & ad exſiccationem ulcerum vehementer conducit, ſive cum ſua forma & natura metallica ulceribus applicetur: ut cum laminulæ plumbeæ iis ad oras maligni ulceris tumidas deprimendas imponuntur: ſive cum illius mortificati & diſſoluti calx unguentis & emplaſtris adhibetur, ut cum ceruſa & minio fit (qua in re veterum omnium Medicorum valet authoritas) neque tamen in illo uſu ſignum vllum peſtiferum ac venenatum apparet, ut illud omittam, quòd illi globuli plumbei interdum diutiſſimè in eorum qui ſunt icti corporibus, ſine ulla pernicie aut incommodo, permanent. Vt igitur huic quæſtioni non abſurdæ reſpondeamus, ingenuè fateor, plumbum quidem per ſe & ſimpliciter in ſua natura conſideratum, nullam poſſe venenatam inferre plagis illis qualitatem, niſi fortè venenum extrinſecus adhibeatur: quod facilè factu eſſe nemo negaverit. Neque enim cuiquam dubium eſt, quin plumbum (quamvis corpore ſuo grave inter cætera metalla & terreum ſit) tamen & rarum & ſpongioſum ſit, quemadmodum Philoſophi omnes fatentur: quippe quòd conſtet ex ſulphure impuro & combuſtibili: magnaque craſſi mercurii copia impuri & fæculenti (quæ tantæ in fundendo facilitatis & raritatis & molliciei cauſa eſt) ac proptereà facillimè quovis liquore imbuatur. Quod ſi etiam ipſi ferro multò denſiori, ſolidiori, minuſque poroſo (quippe in quo minima mercurii copia ſit) tribuitur, ut etiam venenatam aliquam qualitatem recipiat, dubium nemini eſſe debet, quin plumbum propter cauſas ſuperius expoſitas, multò faciliùs venenatam illam qualitatem admittat, cuius quidem rei varia apud authores teſtimonia reperiuntur. Nam quis neſcit veteres perſæpe mentionem facere telorum venenis imbutorum, quæ venena Græci δηλητήρια nominabant? Vt apud Vergilium Æneid. 9:

Vngere tela manu ferrumque armare veneno.

Et lib. 10.

Vulnera dirigere & calamos armare veneno.

Et

Digitized by Google

Et lib. 12.

Non ſecus ac vento per nubem impulſa ſagitta.
Armatam ſævi Parthus quem felle veneni
Parthus ſive Lydon telum immedicabile torſit.

Sic Silius lib. 1.

Spicula quæ patrio gaudens acuiſſe veneno.

Itemq; Ovid. lib. Triſt. 3.

Nam volucri ferro tinctile virus ineſt.

Sic Homerus Odyſſ. 1.

Φάρμακον ἀνδροφόνον διζήμενος, ὄφρα οἱ εἴη ἰοὺς χρίεσθαι.

Hoc eſt.

Pharmacum homicidam quærens, ut ei eſſet unde ſagittas oblineret.

Sic *Theophraſtus lib. Plant. 9. c. 15.* teſtatur apud Æthiopes radicem eſſe peſtiferam qua ſagittas oblinunt. Idéque *Plinius de Scythis* ſcribit *lib. 12. cap.* 53. De Dacis & Dalmatis; *Paulus Ægineta lib. 6. c.* 88. Et generaliter de Barbaris; *Dioſcorides lib. 6. cap.* 20. Neque ad rem pertinet, ſi quis neget, plumbum ſuam in fundendo craſſitiē exuens, alterius generis ſubſtantiam admittere. Sic enim natura fert, experientiaq; comprobat, metalla omnia per ignem purgari, terramq; fæculentam, ſive ſulphur impurum, exuere; eademque opera multo puriora in ſua ſubſtantia evadere. Hac eadem arte fiunt præparationes cupri, ſtanni, atq; adeo ferri: quod per ignitam fuſionem fæces ac ſordes ſuas exuit, atq; in imum abiicit, quòdq; in eo purius ac ſyncerius eſt, quod *Chalybs* appellatur, remanet, quemadmodum *Ariſtoteles* teſtatur. 4. Meteor. Etſi autem horum metallorum imperfectorum proprium ſit, craſſitiem & ſordes ſuas per vim ignis exuere (quemadmodum ſupra dictum eſt) *nihilominus tamen ſubſtantiam quandam à natura ſua alienam imbibunt.* Cui namque dubium eſt, quin Chalybs inter ea quæ ſolidiora ſunt, ſubſtantia quadam planè contraria temperetur atque inficiatur? Quis dicet acetum, fuligine, ſalem, aquam piloſellæ aut lumbricorum, (raphanorum ſucco per mixtam) eſſe ſubſtantiæ ferreæ? At ferrum in illum ſuccū ſæpius immerſum, ac reſtinctum adeo indureſcit, ut vix quiſquam, niſi re ipſa ſit expertus, fidem ſit habiturus. Idem ex contrario molleſcit extinctū ſæpius in ſucco cicutæ, ſaponis & althææ. Quod idem ſtanno quoque uſu venit, atque etiam plumbo: quæ fuſa & ſæpius in ſucco ſquillæ reſtincta ſic afficiuntur, ut illud ſtridorem exuat, hoc vero mollitiem & nigredinem: quod fieri non poſſet, niſi aliquid ex ipſius temperationis ſpiritu, & virtute retinerent. Perſpicuum eſt igitur, illa quanvis per ignem purgentur, & craſſitiē ſuam exuant, tamen alterius etiam generis ſubſtantiam facilè poſſe imbibere. Atqui abſurdum eſſet exiſtimare, ſpirituum metallicorum, quę generis eiuſdem ſunt, mixtionem eò facilius fieri non poſſe. Sic enim videmus cuprum tingi & flaveſcere per calaminæ & tuthiæ ſpiritum: rurſus idem ſalbeſcere per arſenici, auripigmen-

menti, & aliorum quorundam ſpirituum. Vnde commodè concludetur: ſi metalla (ex quibus generaliter glandes & globuli conficiuntur) ac præcipuè plumbum, natura ſua ſpiritualem ſubſtantiam quæ ſui generis ſit, recipiant, (ex qua veluti ex tam variis aquis mercurialibus fœtidis & lethiferis quæ componi ſolent adhibendo ſuccum *Aconiti*, *Napelli*, *Scillæ*, *Taxi*, *Apiirifus*, & ſimilium ſimplicium, venenatarumque beſtiarum, quæ propter ſubſtantiæ ſuæ diſſenſionem ſubſtantiam noſtram lædunt & corrumpunt) mixtiones venenatas inde confici, *atque plagas reddi iſtiuſmodi veneno ita complicatas*, ut ſolo traiectu ac tranſmiſſu notas eius veneni periculoſiſſimas relinquant, niſi maturè opportunum remedium adhibeatur. Nam experientia nos docet, multas hodie reperiri mixtiones adeo venenatas, & peſtiferas, ut ſi in iis acies ſagittæ temperetur, qua vulnus fiat, & ſanguis profluat, quamvis ſagitta non adhæreſcat, ſed velociſſimè tranſmittatur: tamen venenum adeo ſubtile eſſe & peſtiferum, ut ſenſim à minoribus venis ad maiores ſerpens atque inde ad præcordia progrediens, confeſtim vulneratum interimat. Quæ ideo commemoranda putavi, partim quia ſæpius ea mihi animadvertere licuit (ut alios præſtantes in re medica viros & fide dignos prætercam) partim ut mirificos & propè prodigioſos effectus patefaciam, qui hodie in his caſibus uſuveniunt, neque iccirco impoſſibiles exiſtimandi ſunt, quòd à quibuſdam fortaſſis ignorentur: quemadmodum copioſius in eo libello docere inſtitui, quem de Antidotis meditor, ac ſpero me propediem in lucem editurum: ut verũ & aptum alexipharmacum adverſus illud venenum aperiam. Quare dubium nemini eſſe debet, quin plagæ propter plumbearum aut quarumvis aliarum glandium venenum, venenatæ eſſe poſſint: quantumvis reclamẽt nonnulli quibus neque cum magnis & exercitatis viris verſari contigit, neque varios & mirabiles naturæ effectus animadvertere, quos antiquitati incognitos fuiſſe certum eſt. Verum ut ex hoc diverticulo in viam redeamus, concludimus globulos infici veneno poſſe, non infundendo venenum in foramen aliquod data opera factum, quemadmodum nonnullis placere video: ſed immergendis globulis atque aliquoties extinguendis in illis aquis mercurialibus & ſuccis lethiferis: à quibus illorum ſubſtantia alterari & corrumpi poteſt: inficereque atque imbuere maligna illorum qualitate plagas (tanta illorum ſubtilitas eſt) quantumvis velociter ipſi globuli tranſmittantur. Quod vel ex iis liquet, qui hanc in beſtiis experientiam animadverterunt: quam rationibus aliquot confirmare inſtituimus *in eo libro de Antidotis*, cuius paulò ſupra mentionem fecimus. Veruntamen ut concedamus globulum velociter per corpus permeantem tam celeriter venenum ſuum imprimere non poſſe: at certè tamen frequenter uſuvenit, ut in plaga ſatis diu globulus lateat, neque deprehendi à Chirurgo poſſit. Ve-

nenum autem quod in illo globulo latet (qua dē re dubitaturum neminem arbitramur) annon interea ſatis habet temporis ad partes læſas inficiendas? Nam quo magis ex ſpirituali & ſubtili ſubſtantia compoſitum eſt (quemadmodum ſuperius demonſtravimus) eo celeriores ſunt ac ſubtiliores ipſius effectus: vaporeque ſuo maligno, per venas, arterias & nervos infuſo, ſpiritus naturales, vitales & animales inficit: quos contrarietate & pugnantia quadam ſuffocat, per eoſdem ſe permiſcens: unde vita hominis extinguitur, quæ in viva & idonea ipſorum actione conſiſtit. Hæc eadem venena quò magis ſubtilia & communicabilia ſunt, eò pernicioſiora eſſe ſolent, quemadmodum ex viperarum aliarumq; venenatarum belluarum morſu licet animadvertere. Quod ſi quis pertinaciùs contendat (ut quoſdam feciſſe video) venenum globulo perfuſum vi ignis extingui atque interire: ego contra illud, quo nonnunquam utuntur, argumentum adverſus illos retorquebo. Dicunt ergo huiuſmodi plagas nulla ex parte uſtulatas eſſe, propterea quòd globulus contra durum corpus illiſus non adeo incaleſcit, quin continuò manibus contrectari poſſit. At ego ignem illum nequaquam tantum aut tam idoneum eſſe comperio, ut venenum quo globuli ſubſtantia perfuſa erat, extinguere valeat, præſertim cum venenum illud ita per omnes globuli partes permixtum ſit, ut omnem illius ſubſtantiam maligna qualitate ſua perverterit atque corruperit. Neque me movet, quod *Ariſtoteles lib. de Cælo cap. 7.* ſcribit, tela ita igneſcere aeris pulſu, ut plumbum etiam colliqueſcat, cum res ipſa & experientia quotidiana id eſſe falſum demonſtret: & præſertim in glandibus ſclopetariis, quæ etiam igne adhibito emittuntur, & multo rapidius, quam ullæ ſagittæ feruntur. Præterea ut hoc *Ariſtoteli* concedamus, veterum tamen authorum teſtimonia (quæ ſuperius protulimus) perſpicuè oſtendunt venenum non extingui: tantum abeſt, ut minore multo ignitione idipſum extinguatur. Itaque non tantum incaleſcere dicam, verumetiam hoc amplius adiungam, etiamſi globulus ipſe colliquaretur, vix tamen ſubſtantiam illā quantumvis ſubtilem extinctum iri: ſiquidem adeo cum corpore metallico permixta & perfuſa eſt, ut ipſum etiam magna ex parte alteraverit. Similiter non primis fuſionibus evaneſcit arſenicum, aut ſpiritus calaminæ aut tuthiæ, ſi cum inalbato vel flaveſacto cupro permiſceantur: quamvis in eorum numerum à nobis non referantur, quæ extrinſecus ac procul à præcordiis lethifera ſunt (de quibus ſuperius mentio à nobis facta eſt) propter illorum ſubſtantiam & occultam proprietatem: quemadmodum effectus ſatis dilucidè & evidenter oſtendunt. Speramus igitur ſatis perſpicuè demonſtratum eſſe globulos eo veneno infici poſſe, quod momento temporis tranſmiſſum vim ſuam exerat, præſertim ſi in corpore permaneat: quemadmodum crebro accidere videmus: venenumque illud tam exiguo

Ariſtotel. falſa opinio.

De combuſtione cum hiſce vulneribus cōplicata.

guo igne, ut vix illud calefaciat, tolli extinguique non poſſe. Ex quibus ita diſputatis concludi poteſt, plagas ſclopetarias poſſe cum veneno complicatas eſſe, non propter pulverem, quem veneni expertem eſſe demonſtravimus [illegible] propter globulum veneno delibutum, ut frequentiſſimè accidere videmus. Quam ad rem bonum & prudentem Medicum attentum eſſe oportet, neque temerè pertinacem eſſe: nam ut quotidie iſtud non accidat, interdum tamen fieri poſſe conſtat, neque id tam facilè fortaſſe in prælio aliquo iuſto, in quo vel per ignorantiam, vel per veneni parati inopiam id prætermittitur, quam in urbium propugnatione, aut ex meditato conſilio, cum quis malè animatus ex inſidiis aliquem adoritur: quibus incommodis hoc infœliciſſimo ſæculo Principes ac Proceres magis obnoxii ſunt, quàm milites gregarii. Neque verò hoc loco commemorabimus indicia ex quibus cognoſci poteſt, an plagæ veneno complicatæ ſint, quoniam huic argumento poſterius nobis conſtitutus eſt locus, ſub capite de vera & methodica illarum curatione.

De combuſtione cum hiſce vulneribus cõplicata.

Poſtulat enim hic locus, ut de varietate quæ in iſtiuſmodi plagis reperitur, diſſeramus: nimirum de combuſtione, quæ vel illis iuncta eſt, vel ab iis aliena. Atque ut meam hac de re ſententiam aperiam, non poſſum equidem (multorum doctiſſimorum hominum authoritatem ſecutus) non eorum opinionem improbare, qui ſcripſerunt huiuſmodi plagas cum uredine iunctas eſſe propter globulum, quem putant propter rapidum motum & aerem inflammatum, per quem citus veloxque fertur, adeo incaleſcere, ut cauterii vim habeat: quod etiam colligere conantur ex effectis quæ inde conſequuntur, hoc eſt, ex atrore, eſchara, magnis inflammationibus, aliiſque ſymptomatis eiuſmodi, quibus aptas uredines eſſe conſtat. De hoc vero nolo pluribus contendere, præſertim cum globuli eſſentia conſiderata (qui plerunque ex plumbo conficitur, ac proinde vix ægrèque ignitionem ſine fuſione ferre poteſt) eorum error nullo negotio convincatur: repudiatuſque iam ante ſit ac refutatus multis & eruditis rationibus Laurentii Iouberti Medici præſtantiſſimi, & in Gallia noſtra florentiſſimi: quem prudentia & judicio ſuo utentem, ſpero mihi quoque non negaturum plagas iſtas uredini iunctas eſſe poſſe non propter globulum, quem quis è fiſtula ferrea eminus ac longinquo ex loco, ſed quem è bombardula cominus eiaculatus aliquis fuerit, ut hodie frequentiſſimè accidere videmus, tam ex propinquo illata plaga, ut etiam vulneratorum veſtis aut barba incendatur: idque propter vim ſolius pulveris inflãmati, qui ardens atque ignitus è bombardulę fiſtula foras fertur. Quod ſi quis dicat ignem illum non admodum procul ferri, ex contrario reſpondebo, tam propinquo ex loco emitti poſſe, veluti ſi quis corpus ipſum attingeret, ut ſentiri prius poſſit, quã evanuerit. Rurſus ſi

Digitized by Google

quis argutior quærat, an arma aut veveſtes prohibere non poſſint, quominus ignis ille ſuam impreſſionem in parte læſa efficere valeat. Quantum ad arma, mihi non dubium eſt, quin impetum illius retundant, multò magis quàm thorax ex bubali corio, aliave veſtium genera, quæ ictu etiam cũ interula inflammantur, ut ſæpenumero ipſi vidimus, neque verò tum dubitandum eſt, quin aer inflammatus ſequens impellensq; globulum à quo ictus infertur, imprimi poſſit etiam in parte oblæſa. Verum quid tum dicent, cùm ex bombardula cominus corpori intenta, ictus in apertum ac nudatum hominis membrum impactus eſt? Num omnes milites chirothecis, aut caſſidibus utuntur? annon admoveri ſolet interdum bombardula gutturi, aut manui, aut ori aperto ac nudato? Qui ſolent in acie & præliis verſari, ac multò hac de re certiùs mihi teſtimonium reddere poterunt, quàm ii qui in umbraculis & extra teli jactum (ut dici ſolet) diſputant. Certè ubi id accidit & in partem nudam vulnus cominus impoſitum fuit, negari non poteſt, quin iſtuſmodi plagæ poſſint aduſtione & uredine cõplicari. Quod cùm ita ſit, magno errore ducuntur, qui eas putant ſemper uredinis expertes eſſe, exiſtimantes ignem à ſolo globulo ferri, regulasq; nimium generales ſtatuunt, quæ tamen non paucas exceptiones patiuntur: quemadmodum ex iis intelligi poteſt, quæ de veneno, quod hiſce plagis coniunctum eſſe poteſt, & uredine ſuperius explicavimus.

Hæc igitur habui quæ dicerem de iſtiuſmodi plagarum eſſentia, variiſque affectionibus quæ illas comitari poſſunt: quales, ut plurimùm, eſſe ſolent ſolutio continui, cum contuſione & dilaceratione, à quibus duæ tantum indicationes curandi demonſtrantur: nimirum conſolidatio partium disiunctarum, & ſubſtitutio earum quæ dilaceratæ ſunt: quæ ſi cum uredine coniunctæ ſint (quemadmodum fieri poſſe docuimus) ad tertiam indicationem aut intentionem (ut dicunt) confugiendum erit, *hoc eſt*, ad ignem reſtinguendum, & empyteuma extrahendum. Poſtremo ad quartam, nimirum ad ſalutare aliquod alexipharmacum, quoties aliquid ſubeſſe veneni exiſtimabitur: occurrendo præcipuè periculoſioribus incommodis, atque inveſtigando tot varias indicationes curantes, conſervantes & præſervantes, quot varii morbi cum variis cauſis & ſymptomatibus complicati proponuntur.

Cap. II.

De harum plagarum differentiis, ſignis & variis indiciis.

QVi attentiùs naturam earum partium conſiderant, in quibus huius generis plagæ fiunt, earundemque ſubſtantiam utilem, actionem, poſitionem, ſenſum & figuram: item qualis eſſentia ſit diviſionis, aut ſolutionis continui, qualeſque propriæ ipſius differentiæ ſint, & ratione & experientia cognoſcent, quales quantæque

tæque indicationes ad veram earum curationem exquirantur: comparabuntq; (ut inter ſe reſpondeant) indicationes illas cum variis affectibus, & morbis præſentibus: providebuntq; ne qui nondum orti ſunt, enaſcantur: quemadmodum *Galen. lib. Meth. 4. & 7.* docuit.

Ad hanc rem magnopere conducet propriarum differentiarum cognitio, & conſideratio, magnæ an parvæ ſint, profundæ an planæ: quæ differentiæ à globulis ex variis metallicis materiis & figuris (tanquam à cauſſa procatarctica) oriuntur. Nam illorum alii ſunt longi, plani, magni, minores, tenuiſſimi, qui variis modis humanũ corpus oblædunt: alii univerſum corpus, alii partem duntaxat tollunt: alii per cẽtrum permeant, carnẽ & nervoſas partes dilacerando, aut oſſa confringendo, aut carnem tantùm pertundendo, neq; perforando: pro variis ac diſſimilibus globulorũ ictibus, & prout eminus aut continus emiſſi ſunt: prout præterea corpus ictum eſt, cùm vel nudum eſt; vel tectum, & tectum fortaſſe lorica firma, & (ut nunc loquimur) temperata: ſic, ut transfigi non poſſit: neq; corpus ullo modo vulneratum ſit: aut ſi corpus ictum eſt, plaga non ita magna & profunda eſt, & periculoſa, cùm lorica duritie & firmitate ſua violentiæ ictus obſiſtat: præſertim ſi non maiore machina, ſed exigua tantùm fiſtula ferrea globulus emiſſus fuerit.

Porrò non dubitandum eſt, huiuſmodi omnes differentias ad unum genus referendas eſſe, hoc eſt, ad ſolutionem continui, quæ interdum apparet, interdum occulta eſt. Manifeſta eſt, quæ ſenſu aſpectus & tactus percipitur, ſi evidens plaga appareat cum lurido carnis colore, ac eſchara eſſe videatur, eiq; coniunctus eſt dolor gravis, aut cùm vulnera nervoſas partes lædunt, quod nobis ſignificare poterit (præter vulnerati teſtimoniũ, cuius ad has res momentum permagnum eſt) vulnus ictu bombardulæ factum eſſe, aut ex aliqua ſimili occulta continui ſolutione ſine manifeſta cutis inciſura, quæ Græcis ἐκχύμωσις dicitur: quæ ex ſanguine ſubter carnem & cutim effuſo percipitur: partemque læſam lurido & violaceo colore afficit.

Hæc ſunt frequentiſſima eiuſmodi vulnerum ſigna, ubi tantùm habẽda eſt ratio ſimplicis diviſionis iunctæ cũ contuſione. Sed quoniã ſuperiori capite docuimus illa vulnera poſſe interdum cum veneno & aduſtione complicata eſſe, contrà quam nonnulli arbitrabantur: commodiſſimum erit Medicum operam ſtudiumque adhibere in ſingulis illis affectionibus, per ſua propria & peculiaria ſigna diſcernendis: quæ affectiones poſſunt eſſe (ut ſuprà dictum eſt) cum illis vulneribus complicatæ, ut ſuum cuique proprium remedium exquiratur: ac diligenter animadvertere, quænam affectio perículoſior ſit: quæ (ut *Galenus* docet) non tantùm prima, ſed etiam ſola curanda eſt: quandoquidem interdum cogimur propter illius rationem non modò alias affectiones relinquere, verumetiam novas efficere,

vt ei quæ periculoſior eſt, ſuccurramus.

Atq; hæc nimirum cauſſa eſt, cur horum vulnerum cognitio, quæ cum veneno intromiſſo ratione globuli complicata ſunt (*ut ſup. cap. docuimus*) prorſus neceſſaria ſit: ne interitus inopinatus, qui fortaſſe inde contingeret, imputetur corruptioni aëris, & alijs primis qualitatibus: cùm plerunque culpa in Medicorum imperitia aut pertinacia poſita ſit: ſiquis ſibi contra veritatem perſuadeat hæc vulnera nunquam venenata eſſe, atque hac de cauſſa veram medendi rationem aſpernetur.

Hujus rei cauſſam tribuent fortaſſe nonnulli plethoræ aut cacochymiæ: quam certè ingenuè agnoſco, & ſecundum Galenum fateor, potiſſimam eſſe cauſſam incommodorum, atque etiam exitij vulneribus omnibus inferendi.

Sed etiam ſi ſigna ex quibus venenum arguitur, commune aliquid habeant cum illis, quæ ex bombardularum ictibus accidunt, vbi ſola contuſio complicata eſt: diſcerni tamen atque internoſci poterunt, prout magis aut minùs urgent: prout etiam magna ſunt ſymptomata, & accidentia quædam extraordinaria, quæ ſæpenumerò interveniunt. Itaque ſi caro lividior eſt, quàm vulgarium plagarum, quæ à ſclopetarijs inferuntur, & tanquam emortua, cum totius partis decoloratione, doloribuſque extraordinarijs atque intolerandis: itemque cum inflammationibus & doloribus pungentibus, præſertim in plagarum ambitu, cumque gravedine & torpore totius corporis, plerunque non ſine febribus ardentibus, & ſyncope & alienatione mentis, hæc omnia venenatam quandam qualitatem indicabunt cum illa plaga conjunctam eſſe: præſertim cùm Medicis exploratum eſt, nullam eſſe manifeſtam cauſſam propter quam tam gravia ſymptomata interveniant: quemadmodum interdum vidi uſuvenire in ſimplicibus quibuſdam vulneribus, etiam ſine ulla partium nervoſarum dilaceratione factis. Sed totius hujuſce rei certiora ſigna eſſe poterunt, ſi qua indicia extrinſecus appareant, quæ ex ægroti ſermone cognoſci poterunt, aut familiarium & domeſticorum teſtimonijs: adhibitis etiam conjecturis ex loco, ex perſonis & modo, quo impoſita plaga fuerit.

Signa complicati veneni.

Porrò inter ſigna certiſſima globuli conſideratio principatum tenet, ſi fortè reperiri poſſit. nam inciſus atque in duas partes deflectus, apparet obſcurus, violaceo & purpureo colore permixtus, alio denique quam quo reliqui globuli eſſe ſolent: partes verò poſt inciſuram rutilum quendam colorem habent. Tum enim certò affirmari poterit, globulum veneno aliquo imbutum ac perfuſum fuiſſe: quo etiam ipſius globuli ſubſtantia affectata, ac immutata fuerit: quod potiſſimùm cognoſcere licet ex colore interiore, qui admodum alteratus eſt, obſcuratus & lividus, ſicuti ſuprà dictum eſt. Licebit etiam id cognoſcere per ignem explorato globulo, qui non temerè dictus eſt, aptiſſimus

Digitized by Google

ſimus ad venenorum omnium purgationem. Nam cùm vera quæ dicuntur venena, ſint ſubſtantiæ prorſus ſpiritualis, & aëreæ, facilè vi ignis in auras evaneſcunt, non tamen moderato aliquo calore (qualis in pulſo globulo ſentitur, vt *Ambroſius Pareus* exiſtimavit, qui potiùs temporis progreſſu ea fixaret & retineret, ne volatilia eſſent, & per conſequens ne nocerent) ſed per calorem violentum qualis eſt calor ſublimationis. Sic illo calore exaltatur & evaneſcit Mercurius, itemque Arſenicum, Auripigmentum, aliique conſimiles ſpiritus: eademque de cauſſa purgari non poſſent niſi in collo vaſorum ſublimatoriorum frigido comprimerentur. Itaque ſi ſuſpectus globulus fundatur, ac ſuper igne vehementi ſatis diu retineatur, fumuſque ex illo exhalet ater, fœtidus, & metallum globuli circumfundens (à quo magnopere cavendum eſt) metallumque poſt fuſionem non modò purgatum non ſit, ſed etiam atrum, lividum, & obſcurum appareat: (quod propter venenatum vaporem qui metallum circumfundit, ſolet accidere) ſignum ērit certiſſimum veneni cum globulo permixti, quod cum plaga complicatum eſſe poteſt, quemadmodum ſuprà diſputavimus, idque prout diu aut breui tempore in ipſa plaga permanſit.

Hæc ſunt ſigna, quibus venenum indicari ſolet: quod eò periculoſius eſſe judicabimus, quò vires hominis magis proſtratas videbimus. Præterea *veſicatio, excoriatio, dolor mordens, & ſiccitas cutis contracta atque indurata,* ſignificant aduſtionem propter pulverem inflammatum complicatam. (*Signa complicatæ aduſtionis.*) Quæ faciliùs & certiùs intelligi poterunt ex vulnerati ſermone, qui plerumque indicare poterit, vtrum eminus an cominus percuſſus fuerit: cui rei teſtimonio etiam veſtes aduſtæ eſſe poterunt: eaque omnia diligenter Medicus animadvertet, utpote urgentiora, & quæ malum efficere gravius poſſunt, atque idoneam curationem prohibere: propter copiam defluxionum, aliaque graviſſima ſymptomata, quæ plerunque accidunt: niſi maturè ſalutaribus remedijs provideatur: quemadmodum *Galen.* 4. *Method. cap.* 5. præcipit, docens *curationem ulceris* (quod cum altera quadam affectione conjunctum eſt, cujus curatio debeat antecedere) *non eſſe tanquam ſolius ulceris: ſed prius illam affectionem curandam eſſe, ac tum demum ad ulceris curationem deveniendum.*

De Iudicio.

POrrò his de rebus eò certiùs ſtatui judicium poterit, quò diligentiùs *Galeni* ſententia in ipſius Methodo inculcata conſiderabitur: morbos videlicet tribus de cauſſis graves eſſe. (*Meth.* 4. *cap.* 6.) Primum, propter partis affectæ præſtantiam: deinde propter mali magnitudinem & vehementiam: poſtremò propter ipſius malignitatem. Itaque ſi præcordia, ſi cerebrum, in potiſſima ſui partis ſubſtantia vulneratum ſit, mortiferas eſſe plagas judicabimus: ſic pulmones, diaphragma, ventriculus, lien, renes ſi lædantur

tur (nam hæ quoque ſunt ratione officij principales partes) vt plurimùm ſunt lethales: eodemque in numero ſunt vulnera in inteſtinis accepta, præſertim ſi in gracilioribus & minimè carnoſis facta ſint: itemque in veſica, quia cùm ſint partes membranoſæ, agglutinari non poſſunt: eademque de cauſſa vulnera, quibus caput transfixum eſt, aut ſtomachus, aut ventriculus, periculoſa eſſe concluditur.

Vulnera quò majora ſunt & profundiora cum dilaceratione nervorum & oſſium fractura, eò periculoſiora ſunt: ac præſertim ea quæ accepta ſunt in capite cum fractura cranij: itemq; quæ juncturis propinqua ſunt, propter magna & varia ſymptomata quæ inde conſequi ſolent.

Vulnera in quibus malignitas, ac præſertim venenum complicatum eſt, periculoſiſſima eſſe ſolent, quamvis in ſpecie exigua ſint: quoniam propter contrariam illius veneni ſubſtantiam, & qualitatum exceſſum, non ſolùm temperamentum, verumetiam propria facultatum corporis ſubſtantia planè pervertitur, atq; immutatur: præſertim cùm vulnus factum eſt cum apertura cutis, quæ ſua denſitate prohibere non poteſt (quod alioqui faceret, ac tum præſertim cùm venenum eſſet craſſioris ſubſtantiæ) quin ipſius contagio inficiat ſpiritus, ſanguinem, & humores, & per conſequens communicetur cū partibus nobilioribus, vnde mors vt plurimùm conſequitur.

Cæterùm hæc omnia vulnera eò periculoſiora judicabuntur, quò certiùs deprehenduntur eſſe complicata cum varijs & magnis affectionibus, & ſymptomatis, & corpora erunt cacochyma: idque tum præcipuè cùm in exercitu graſſabuntur (vt ſæpenumerò evenit) morbi Endemij ex aëre promanantes, qui etſi ſubſtantiæ ſit ſimplicis, neque putrefactioni obnoxius, repentè tamen magnam qualitatibus commutationem affert: cùm illis ſordibus & fœtoribus infectus eſt, qui in magno exercitu eſſe ſolent in ea parte, vbi impedimenta ſunt, & cadavera jumentorum, interdum etiam hominum inſepultorum: vnde fœditates, tetrique odores naſcuntur, quibus plerunque milites inficiuntur.

Præterea crebræ commutationes & inæqualitates, quæ ex temporis injuria naſcuntur, maximum hujuſmodi vulneribus incommodum afferunt, ac vulneratos in periculum adducunt: ac præſertim cùm hyems ſicca crebris aquilonibus anteceſſit, ver autem ſubſecutum eſt auſtrale & pluvioſum, vnde quamplurimi ſuperflui humores enaſcuntur, qui varietatè illa commoti & conturbati facilè corrumpuntur: vnde ardentes ac peſtilentes febres conſequentur, cùm aër corruptus ſeſe per illas permiſcuerit: idemque inflammationes, gangrænæ, & mortificationes, atque ad extremum interitus, quemadmodum *Hippocrates in lib. Epidem. teſtatur in tertio Aphoriſmo.*

Neq; verò prætereunda eſt perdita & diſſoluta vitæ ratio in pleriſque nō modò militibus gregarijs, verumetiam ductoribus, præfectis, legatis, ac

ac tribunis: qui plerumque iis veſci cibis coguntur, qui fortè reperti ſunt, ſive frigidi, ſive calidi, ſive cocti, ſive crudi, ſive boni, ſive mali, perſæpe magna leguminum copia, & fructuum ac baccarum plerumq; etiam uti coguntur aquis corruptis, aut vappa, & vino mucido, aut recens infuſo, idque intempeſtivè, nulla expectatâ coctione, contra multorũ conſuetudinem ac naturam, quæ propter illa incommoda corrumpitur.

Ex hujuſcemodi perverſa & depravata vitæ ratione naſci ſolent in exercitu morbi pandemii, vulneribus infeſtiſſimi, propterea quòd illorum ratione ſanguis corrumpitur, humoreſque vitiantur: unde vulnerum malignitas augetur, variaq; ſymptomata contingunt. Ex contrario judicanda erunt vulnera eò minùs periculoſa, magiſque ſanabilia, quò minora erunt, illa incommoda, & quò longiùs aberunt à præcordiis, reliquiſque nobilioribus partibus, ac ſine dilaceratione nervorum, aut oſſium, & malignitatis erunt expertia. Etſi autem Medicus indicarit vulnus planè mortiferum, non tamen continuò æger pro perdito ac deſperato habendus ac deſerendus eſt: verùm ex contrario ſaluraribus remediis ei ſuccurrendũ eſt: quippe cũ natura, præſertim arte adjuta, miracula interdũ edat, quibus ex eventis Empirici laudem ſibi & gloriam captant, magna cum medicinæ infamia & dedecore. Itaque freti illi naturæ bono interdum eorum curationem ſuſcipiunt, qui propè jam ſepulti videbantur, & à Medicis erant deplorati: unde ad Medicos dedecus, ad illos ſummus honos pervenit: quemadmodum biennio ante uſuveniſſe audio nobili cuidam Provinciali, *Vinſſio*, qui cum in exercitu regio contra Rupellam eſſet, & globulo plumbeo transfixus à Medicis deſertus, exiſtimantibus jecinoris ſubſtantiam eo ictu læſam eſſe, tamen à nobilibus quibuſdam ipſius amicis curatus eſt, adhibitis medicamentis ſatis familiaribus. Quod egregium documentum eſſe poteſt mirificorum naturæ effectuum, quæ perſæpe doctiſſimorum quorumque Medicorum judicium fallit: quos tamen nunquam oportet ſalutaribus & extremis remediis adverſus extremos & peſtiferos morbos deſtitutos eſſe: quemadmodum *Cor. Celſus* præcipit, ſatius eſſe remediũ aliquod adhibere, quàm nullam omnino medendi rationem tentare: præſertim in morbis penitus deſperatis.

Cap. III.
De ſuperiorum vulnerum curatione.

SUperiorum vulnerum curatio ſumitur ex duabus generalibus intentionibus, & una particulari nimirum ex Diæta & victus ratione ex evacuatione humorum: poſtremò ex Chirurgia. Atque ut ordinem ac methodum aliquam certam ac facilem inſtituamus, primo loco de diæta & victus ratione diſſeremus, quæ vulneratis præſcribẽda eſt. Illã enim cõſtat eſſe utiliſſimã, & ad eorũ incommoda curanda opportuniſſimam.

Digitized by Google

De victus ratione.

Ea victus ratio, quæ vulneratis præſcribenda eſt, ſicut ea quæ aliis morbis affectis præſtitui ſolet, ſecundum idoneam adminiſtrationem ſex rerum non naturalium completur. Particularis autem conſideratio accepti incommodi magnum habet momentum veluti temporis, aut virium & naturæ, & conſtitutionis ægroti, conſuetudiniſque ipſius, tum in potu, tum in cibo: quemadmodum copioſè demonſtrat *Hippocr. in lib. De ratione vict. in morb. acut.* Nam ſatis conſtat aliam à chronicis & diuturnis morbis, aliam ab acutis victus rationem exigi: eamque pro ratione initii, accretionis, ſtatus, aut declinationis morbi mutandam eſſe. Nemini etiam dubium eſſe debet; & regionum, & temporum rationem (quorum alia ſunt frigida, alia calida, itemque alia pluvioſa & humida, alia ſicca) mutationem aliquam in victus ratione exigere. Neminem quoque negaturum arbitror, quin natura & conſtitutio ægroti conſideranda ſit: cùm inter omnes conſtet, corpora impura, quò magis aluntur, eò magis lædi.

Conſiderandæ præterea *vires ægroti*, ſecundum quas non modò victus rationem, verum etiam aliorum omnium medicamentorum adminiſtrationem accommodamus. Quantum *ad conſuetudinem*, fatentur omnes magnam ejus rationem habendam eſſe: præſertim cùm repentinæ omnes mutationes, eò periculoſiores ſint, quò magis contra conſuetudinem & conſtitutionem ægrotorum eveniunt, quemadmodum *Hippocr. in lib. de vict. rat. in morb. acut.* docet, & ratio ipſa demonſtrat. Nam ſi quis velit nulla rerum illarum habita ratione generaliter omnibus qui ſclopetariis vulneribus affecti ſunt, ſtrictam victus rationem præſcribere, quemadmodum vulgò fieri videmus: neque rationem habere vitæ quotidianæ, cùm nonnulli ter quaterve quotidiè atque adeò quibuſvis horis cibum capiant, nonnulli vini potu ne in morbis quidem ſine ſummo vitæ diſcrimine carere poſſint, certè ſi ſtrictam & auſteram victus rationem præſcribamus, continuò illud eveniet, quod *Hippocrates ſupradicto loco* concludit, ubi de iis ſcribens qui ter aut quater in die cibum capiunt, ait, ſi prandio abſtineant, debiles fore: ex contrario verò, eos qui tenui victu contenti eſſe ſolent, ſi largiùs ederint, aut biberint, aut aliis horis quàm quibus conſueverunt, infirmos ac debiles futuros. Itaque ſecundum illius ſummi viri authoritatem, danda erit opera, ut ex uſitata & conſueta victûs ratione, qua ſanus ùtebatur, eam, qua ægroto utendum eſt, æſtimemus. Nam illud tenendum eſt, Naturam rebus uſitatis, conſuetis & familiaribus delectari: eaſque certiores, ſalubriores & conducibiliores eſſe, (quamvis aliquantiſper ſtudio & intentioni noſtræ adverſentur) quàm quæ novæ & præter conſuetudinem excogitantur, ad ægroti quidem

dem ſalutem ; ſed cum ſubita ex magna mutatione, naturæ maximè adverſaria.

Atque hæc nimirum cauſſa eſt, cur doctiſſimi quique Germani Medici uſitatam illam, & quotidianam vivendi conſuetudinem retinendam putent, uſumque vini vulneratis ſuis permittant, qui alioqui actum jam de ſe exiſtimarent, propterea quod aquæ uſus illis eſt pernicioſiſſimus : quemadmodum vidi uſuvenire non modo in Gallia, verum etiam (idq; felicius) in Germania, ubi vinum, ut plurimum eſt ὀλιγοφόρον & tenuius multo quam in Gallia. Quæ tamen non eo dico, quaſi nolim ægrotis aliam victus rationem præſcribere, quàm eam qua uti, cum ſani eſſent, ſolebant: neque tam imperitus, ut id credam : verum ut Chirurgos admoneam, ne tam auſteram illis vitæ rationem præſcribant, quam vulgo ſolent: ſed ut in qualitate & quantitate ciborum modum adhibeant, prout morbi ratio poſtulare videbitur. Nam in morbi ſtatu, dum propter inflammationes & acerbitates dolor urget, minuenda eſt ciborum copia, & continentia in victu adhibenda, quemadmodum *Hippocr.* docet *libr. De rat. vict. in morb. acut. Aphor.* 10. Quinetiam prout anni ratio fert, vivendi modum præſcribi oportet, cum aliorum ventres calidiores ſunt, aliorum frigidiores: facilioreſque nonnullorum concoctiones, prout vulneratorum conſtitutio patitur. Nam *pituitoſis & phlegmaticis* permittentur quædam, quæ ſanguineis & bilioſis interdicentur, ſicuti *Galenus* docet. Ratio etiam habenda eſt ætatis, vitium & conſuetudinis, quemadmodum ſupra demonſtratum eſt: præbendaque ſunt cibaria iam inde ab initio non ita parce ac tenuiter, ſed paulatim imminuenda uſque ad finem ſtatus morbi: ita tamen ut ægri valetudo præſcriptum illud ferre poſſit; quod præſcriptum neceſſario & accuratè obſervandum eſt. His rebus omnibus conſideratis accedendum erit ad legitimam adminiſtrationem rerum non naturalium, ut inſtituto noſtro ſatisfaciamus.

De Aere.

Aërem igitur deligi oportet ſiccum, & temperatum: talem enim omnis continui ſolutio poſtulat, quæ per exſiccationem conſolidanda eſt. Quod ſi quis forte obiiciat, non eſſe in noſtra peteſtate aërem exſiccatum ægrotis præbere, præſertim cum nihil in rerum natura humidus ſit, quemadmodum *Ariſt.* docet *Meteor.* 2. atque adeo aquam humiditate ſuperet, quæ tamen in ſpecie humidior apparet, quippe quæ propter craſſitudinem ſuam immerſas res madefaciat: quod aër propter partium ſuarum tenuitatem præſtare non poteſt: facilis & expedita reſponſio hæc erit: aërem tamen corrigi atq; eligi talem poſſe, ut ad inſtitutum conſiliumque noſtrum multo accommodatior eſſe poſſit. Nam ſatis conſtat, locorum & domiciliorum alia aliis calidiora eſſe, aut frigidiora, aut ſicciora, aut humidiora. Illa enim quæ ad Septentriones vergunt, frigida ſunt: quæ ad

Digitized by Google

Auſtrum, calidiora: prout Sol iis remotior aut propinquior eſt. Quinetiam regionum ſitus conſiderandi ſunt: nam aliæ ſunt montoſæ, aliæ paluſtres, nonnullæ lacubus, ſtagnis & fluminibus propinquæ: quarum rerum omnium varietate, qualitas ipſius aeris mutatur, ac pervertitur. Quis ignorat Aſiaticos homines alterius eſſe naturæ, quàm qui Europam incolunt? quod *Hippocrates* (*in lib. De aere, locis, & aquis*) varietati mutationique temporum attribuit, quæ regionum naturam aſperiorem dutioremq; efficiunt. Eaque ipſa cauſſa eſt, quamobrem homines montani aut qui proximè flumina aut mare incolunt, alterius naturæ & conſtitutionis ſunt, quam qui urbes aut campos ab aquis remotiores incolunt. Jam vero quid dicemus de ſitu & poſitione urbis Ferrariæ aut Florentiæ: quarum in illa vulnus omne in capite acceptum, peſtiferum eſt: in hac, tibiis impoſita vulnera immedicabilia ſunt? Eadem de cauſſa *Hippocr. his de rebus tractans*, ſcribit: *Auſtrum qualitates ſuas immutare pro ratione regionum per quas fertur, atque ut alia aliis frigidiores, aut calidiores ſunt.* Scribit enim illum primum ex frigidis & glacialibus regionibus oriri, unde venti naſcuntur, quemadmodum *Ariſt. Meteor. 2.* demonſtrat, eiuſdemque eſſe naturæ cuius ſunt ſeptentrionales, unde Boreas gelidus exoritur: ut qui regiones illas incolunt, ſentiunt: poſtea per Solis vias, perq; *Meridiem* delatus, adeo exardeſcit, ut propter Solis calorem frigus ſuum amittat, plantaſque exurat, & Lybiæ incolas æſtu ſiccos aridoſq; efficiat. Inde per mare delatus, eiuſque humorem eliciens magnam illam quam contraxerat, ſiccitatem amittit, humiduſque efficitur; qualis in cuncta Italia ſentitur, & in ea Galliæ noſtræ parte quæ Occitania nominatur. Hæc autem vera ratio eſt, cur eum his plagis adeo infeſtum arbitremur: propterea quod nimirum iſta humiditas calori conjuncta magnam putredinis & corruptionis copiam affert: quemadmodum ſupra demonſtratum eſt. Idem *de Borea* dici poteſt, qui certis in regionibus multo ſalubrior eſt, & putredini reſiſtit: in aliis peſtilentior eſt: adeo ut peſtes aliique morbi ex putrefactione nati, flante Borea increbreſcant. Cujus rei cauſſa tum regionum varietati (ut diximus) attribuenda eſt, tum etiam oppidorum poſitioni: velut in locis aquoſis aut paluſtribus, quorum vitio propria ventorum qualitas immutari atque alterari poteſt: corpora etiam eadem ratione humidiora, pluribuſque ſuperfluitatibus imbuta reddi poſſunt. His conſideratis ſimulque anni temporibus animadverſis (quæ cum varia & diſſimilia ſunt, propter tam multas diverſaſque mutationes, quæ quotidie eveniunt, ut *Hippocrates docuit in libr. De aere, locis, & aquis*, qualitatem aeris immutant) idoneus aër & ad inſtitum noſtrum accommodatus quoad eius fieri poterit, deligendus erit, ubi vulneratus moretur. Sed quoniam vix ac ne vix quidem poteſt id commode fieri, quod plerumq; vulnerati, doloris acerbitate oppreſſi migra-

gra-

grationem,& ſuccuſſū ferre non poſſunt, ac ſæpe iis ipſis in locis manere, in quibus vulnerati ſunt, aut in proximas ſe urbes conferre coguntur: urveruntamen locus ille ubi diu exercitus reſedit, potiſſimùm vitandus erit, quòd aer ille à contagione ſuſpectus ſit: vitanda etiam erunt loca paluſtria & aquoſa, ex quibus vapores craſſi exhalant. Ex contrario ea diligenda erunt loca, ab aquis & paludibus remota, quorum aer purus, limpidus, ac ſerenus ſit. Videndum etiam ut conclavia verſus Septentriones potiùs quàm Meridiem aperta ſint. Quòd ſi frigidior aer videantur, frigiditatem illam igne temperari oportebit, qui in foco conclavis excitandus eſt, ac nonnunquam odoratis rebus corrigi, veluti maſtiche, roſis, baccis iuniperi, aliiſque generis eiuſdem. Æſtate verò irrorationibus utendum erit, veluti oxycrato, conſpergendumque conclave iunco, herbiſque aliis viridibus, foliiſque vitium & ſalicum. Atque hac ratione aer ad vulneratorum ſalubritatem accommodari poterit, corrigique, prout læſæ & affectæ partes poſtulare videbuntur. Nam plagæ in capite aut commiſſuris acceptæ frigidum aerem multò magis propter mordicationem formidant, quàm aliis locis impoſitæ.

De Cibo & potu.

Quantùm ad *cibum*, certum eſt eum præbendum & accommodandum eſſe, prout mali ratio (quemadmodum Hippocrates docuit) itemque vulnerati conſtitutio ferre poteſt, ne quid ſubitò innovetur: nam ſubitæ mutationes (ut anteà demonſtratum eſt) periculoſæ eſſe ſolent. *Cibos* porrò boni ſucci eſſe oportet, neque pleniùs & copioſiùs alere, ac præſertim uſque ad exitum ſtatus morbi: quo tempore parciore utendum eſt cibo, quàm poſteà. Panis ſit aptè fermentatus, & commodè coctus. Præbeatur avicularum caro, veluti turdorum, aliarumque conſimilium, quibus adhibeatur ſuccus mali aurei, limonum, aut ius ex oxalide expreſſum ad excitandum appetitum: item ius panaceum, hoc eſt, ex pane & pullo, elixo priùs cum bugloſſo, oxalide, lactucis, eiuſdemque generis herbis: quinetiam hoc pullaceo iure manè uti ſaucius poterit ad aluum molliendam, pruna quinetiam paſſa ad hunc uſum aptiſſima ſunt, itémque racemi Damaſceni conditi, hordeum mundatum bene coctum, lac amygdalinum, aut ex avena: nam hæc omnia convenientiſſima ſunt, ac præſertim initio cùm ſauciati cibos omnes, niſi liquidi ſint, faſtidiant. Poſt ſtatum morbi, utilicebit perdicibus & pullis, & caponibus tenellis, & ovilla minutatim inciſa cum ſuo ſucco, adhibito etiam citrino. Proderunt denique alii omnes cibi, ſuaves, delicati & ad concoquendum faciles, & boniſucci. Pauperioribus ſatis eſſe poterit panaceum ex vitulina & ovilla carne paratum, pruna paſſa, racemi paſſi, & (ſi facultas ferat) pullus: eiuſdémque generis nonnulla quæ ipſius tenuitas feret. Intereà prohibendus erit uſus ciborum craſſiorum & ad

concoquendum difficilium, & mali ſucci, & avium omnium aquatilium, & paluſtrium: abſtinendum à bubula, ac præſertim à ſuilla & carne ſalſa, rebúſque aliis mordicantibus, itemque ab aromatibus, quæ nonnulli ſpecies appellant. Potus autem illorum erit ex ptiſana, aqua Hippocratica, aqua filtrata & cocta etiam ad eorum uſum qui ſanguinei & bilioſiores erunt: aliis præbebitur (ac præſertim iis qui nunquam anteà diluto utebantur vino) rubellum vinum, tenue, & aqua temperatum: idque etiam ab initio, niſi fortè febris aut inflammatio id prohibeat. Quantùm autem ad corporis laborem aut requiem attinet, obſervandum erit illud uſitatum Italorum proverbium, *La gamba al letto, & la man alpetto*: retinendumque *Hippocratis præceptum ex libr. De ulceribus*, quietem ſauciatis omnibus maximè convenire, laborem verò pernicioſum eſſe: neque ſtultius quidquam à Medico fieri poſſet, quàm ſi corporum exercitium iis præſcriberet; quibus otio & quiete tantopere eſt opus, ac ne interdum quidem ſeſe præ dolore movere licet: veruntamen ejus exercitii loco, adhiberi poterunt frictiones in locis ſanis, ac præſertim in oppoſitis: tum enim revulſionis vim obtinebunt, humorumque defluxum à locis affectis avertent, humoréſque ac ſuperfluitates, quas diuturnior quies generat, exſiccabunt, *ut Hippocr. in libr. De diata* tradidit. Quantùm ad ſomnum attinet, permittendus erit ægroto, cùm id natura expoſcere videbitur. Somnus enim in morbis omnibus ad concoctionem perneceſſarius eſt. Vires enim, per ſanguinis fluxum, dolores, aliaque ſymptomata proſtratas, reficit. Adhibenda tamen cautio eſt, ut ſi plagæ ſunt interiores & veneno complicatæ, moderatior ſit: ne fortè maior humorum copia in partem affectam influat: quandoquidem ſanguis per ſomnum in interiorem ſe partem recipit. *Omnes* autem *animi perturbationes pernicioſiſſimæ eſſe ſolent*, atque in primis ira, quæ ventriculum ciet, & humores fluidiores, ſubtilioreſque efficit, unde maior defluxionum atque inflammationum copia promanat, aliaque in affectam partem eiuſdem modi accidentia quamplurima. Repletionem autem & exinanitionem propterea tacitus prætetij, quia ſeparatim de utraque illarum mox tractare inſtitui, meamque ſemel ſententiam aperire.

Cap. IIII.

De ſecunda intentione, hoc eſt, de humoribus evacuandis per phlebotomiam & purgationem.

NOn temerè, neque ſine magna & gravi cauſſa *Galen. in ſua Meth.* hanc præclaram *Hippocratis* ſententiam commemorat, ac laudat: *Medicum oportere non modò Naturæ imitatorem eſſe, verumetiam eorũ quæ, cùm ſua ſponte eveniunt, conferunt: cum Medici officium ſit, Naturæ defectum ſupplere, eaque acci-* *Meth. 4. cap. 6.*

accidentia perniciosiſſima prævidere, quæ illi accidere poſſunt, idque per indicationes ex morbi gravitate conceptas. Harum duo genera reperio, miſſionem ſanguinis, & purgationem: quarum utraque magnopere ad ſclopetaria vulnera neceſſaria eſt, quæ inter graviſſimos morbos veriſſimè tribus illis de cauſſis numerare poſſumus. Maximè igitur neceſſe eſt, ſanguinem in hiſce vulneribus curandis detrahere, idq; ſtatim de principio, ut defluxus humorum in partem affectam prohibeatur, caveaturque ne phlegmone aliquo moleſtetur: neque mali concoctio expectanda eſt, aut tandiu differendum, dum initium & ſtatus mali præterierit, quemadmodum *Avicenna* credidit, cuius opinio rationi omni adverſatur, atque adeò *Hippocratis* authoritati, qui cenſet, ſi quid movendum videatur, id ſtatim de principio tentandum eſſe. Porrò hæc miſſio ſanguinis facienda eſt, idque in contrariis, ſive oppoſitis partibus: tùm præcipuè cùm veneni ſuſpicio nulla eſt cum illis vulneribus complicati: tùm enim revulſivæ curationes interdictæ ſunt: quoniam venenum eliciendum eſt per ſcarificationes, aut ipſius partis affectæ, aut inferiorum, atq; adeò remotarũ partiũ: cavẽdumque ne longiùs ſerpat (ut ipſius natura fert) in partes nobiles ac principales, quemadmodum planiùs exponemus, cùm de præcipua horum vulnerum curatione tractabimus. Tempus mittendi ſanguinis (niſi per ſanguinis fluxum vel per aliud quoddam accidens aliter cogamur) matutinum eſſe oportet, atque ante miſſionem commodiſſimum erit clyſterem adhibere, ad excrementa ex inteſtinis educenda. Porrò in illa miſſione ſanguinis, obſervanda erit non modò vulneris magnitudo, verum etiam totius corporis plenitudo: pro cujus modo parcior aut profuſior debebit eſſe miſſio. Ætatis quoque rationem haberi oportet, temporis anni, & habitationis, aliarumque rerum quæ periti Medici prudentiæ committendæ ſunt, cui videnda quæ *Galenus in libr. De miſſione ſang. hac de re* tractat.

De purgatione in his vulneribus instituenda.

Purgationem æquè ut miſſionem ſanguinis, in his vulneribus duabus de cauſſis eſſe adhibendam, nempe propter morbi magnitudinem, & vitioſi ſucci abundantiam, licet colligere ex iis quæ *Gal. lib. Meth. medendi quarto* his ſcribit verbis: *Purgatio non in ſola cacochymia convenienter ſuſcipitur, ſed ſicut* (miſſio ſanguinis) *vel propter ipſius abundantiam, vel propter morbi magnitudinem purgatio & propter abundantiam alterius cujuſdam ſucci, & propter vim morbi adhibetur.* Nec ſunt excuſandi qui genus iſtud remedii contemnunt, quaſi nihil aut parum ad iſtorum vulnerum curationem pertineret, cùm & ratio & experientia contrarium iis demonſtret, qui *Hippocratem & Galenum* tanquam duces ſecuti, huiuſmodi vulnerum curationem methodicè tractaverunt. *Purgatio enim* (inquit Hippocr.) *per alvum pleriſque ulceribus prodeſt. Præterea vulneribus capitis, item ventris, tum inferioris, tum ſupe-* *Hipp. lib. de ulceribus.*

ſuperioris, atque etiam articulorum. Addit præterea, quæ exeduntur, & quæ ſerpunt, quæ diuturna ſunt, etiam quæcunque obliganda ſunt, per aluum purganda eſſe. Quod remedium de principio & ſtatim poſt ſanguinis miſſionem adhibendum eſt, partim ut irruentes humores ad partem affectam per oppòſitam (*quam ἀντίσπασιν Græci dicunt*) reducamus: utique ſi in ſuperioribus partibus vulnus illatum per inferiora purgemus: ſin autem in inferioribus per vomitum & ſuperiorem vacuemus, partim ut iam defluxionem parti infixam & inhærentem per παροχέτευσιν & vicinas partes derivemus, quemadmodum *Hippocr. & Galen.* docent. Quòd ſi quis dicat, ex veterum Medicorum ſententia, ſanis corporibus, & in quibus excrementum nullum redundat, qualia plerunque ſunt militum corpora (vix enim alioqui tantos labores perferre poſſent) purgationem non convenire, quòd id & moleſtè ferant & vertigine afficiantur, & celeriùs exoluantur, quæ accommodata ſunt naturæ depellendo: cùm purgans medicamentum proprium educere humorem cupiẽs ipſumque non reperiens, ſanguinem & carnes colliquet, & ex iis quod ſanum eſt & integrum educat. Veruntamen quia niſi evacuentur, in morbos, & graviora ſymptomata caſuri ſunt: nempe in febres, inflammationes, dolores eximios, deliria & cæt. ejuſmodi, quæ violẽta iſta vulnera ferè comitantur, neceſſaria erit commotorum iam humorum purgatio, ut etiam futuris occurramus: atque ut hoc modo, non ſolùm affectam partem, ſed & univerſum corpus in bonam firmamque conſtitutionem reducamus. Ergo cũ gravibus & acerbis iſtis vulnerib. purgatio conveniat, magna cum animadverſione, diligentiq; cõſideratione præſtanda erit. Habenda enim erit ratio conſtitutionis vulnerati, & conſuetudinis, & ætatis eiuſdem, itémque temporis & regionis. Ita quoque in reliquis, & humorem exuperantem & affectum locum ſpectabimus: quæ omnia monebunt, quis humor, & quo modo, & qua parte ſit depellendus. Atque inter cætera eligenda erunt & quæ tutò præberi poſſint purgantia, neque violenta illa quæ *Hippocratis & Galen.* temporibus in uſu erant, adhibenda eſſe cenſeo: propterea quòd facultate calidisſima ſunt, ac proinde febres excitant, ſanguinem commovent, vulnúſque ad flammationem & abſceſſus diſponunt: in quorum numero Elleborus, Colocynthis, & ſimilia, præſertim non præparata, habentur. Porrò commodè uti quis poterit Caſſia, Manna, Rhabarbaro, Senna, Polypodio & Agarico, præſertim illorum extractis: quæ tutiùs in recentibus vulneribus repurgandis, quemadmodum & reliqua in diuturnis & malignis ulceribus commodiùs præberi poterunt. Cæterùm quoniam aluus quibuſdam ne pharmaco quidem ſumpto laxatur, propter variam cuiuſque naturæ proprietatem (ſunt enim qui difficulter purgantur, ſunt qui modica potione ſumpta, ſunt qui olfacta tantùm copioſè

Vide Oribaſ. lib. 7. cap. 22.

Potio pituitoſis conveniens.

pioſè

pioſè evacuantur) cavendum erit,ne purgationem ægris præbeamus,quam prius ipſorum natura perſpecta nobis fuerit: quod ſi ob ſtercus denſatum, atque in inteſtinis exſiccatum evacuatio impediatur,leniente aliquo medicamento per os accepto,ut bolo ex ℥j. caſſiæ parato, cum ſaccharo & ſem.aniſi, prius alvus erit commovenda,vel injecto clyſtere ſubducenda,ung.emollient. *Vid.in Pharmacop.*

Sequenti die aſſumendum erit pharmacum , quod accommodandum erit prout æger pituitæ portione , aut bilis , aut alterius cujuſpiam humoris redundantia gravabitur. Facilius enim peragitur & melior eſt purgatio , qua moleſtus humor ſubducitur. Formulas petere licet ex Pharmac.

Potio pituitoſis conveniens.

℞.*Rad.ireos*
Eupatorii
Pimpinell.& acori an.ʒ iij.
Rad.mechoac.
Polypod.
Quer.recentis & medull.
Sem.carthami an.ʒ ß.
Sem.aniſi
Paſſul.
Glycyrrh.an.ʒ ij.
Herbarum veronicæ
Betonicæ
Scabioſ.an m j.
Florum cordialium an.p.j.
Foliorum ſennæ ʒ ij.

Fiat decoctio. Colaturæ infunde agarici trochiſcati, ʒ ij.Expreſſioni diſſolve *ſyrupi roſarum ſolutivi* ℥ j.fiat potio. Pro robuſtioribus adde *diaphœn.ʒ.jß.aut ʒ ij.*

Potio pro bilioſis.

℞.*Cichorii cum toto*
End.
Acetoſ.
Lactu.
Portul.
Veronic.an.m.j.
Paſſul.ʒ ij.
Iujubarum
Prunorum dulcium,an.pn.iij.
Sem.melonum
Cuſcutæ
Citri
Portul.& aniſi an.ʒ j.ß.
Florum cordial.an.p.j.
Santal.citrini ʒ ß.

Fiat decoctio colata pro doſi, in qua infunde
Rhabarbari electi ʒ iij.
Myrobal.citrinorum ʒ ij.
Cinnamomi ℈ j.
Expreſſ diſſolve
Syr.de cichor.cum rhabarb.& roſ. ſol.an.℥.

Miſce,fiat potio. Pro robuſtioribus adde *elect.roſ.Meſ.vel elect.de citro ſol.ʒ ij.*

Potio melancholicis conveniens.

℞. *Rad.eupatorii Meſ.ſive gratiolæ & tormentillæ an.℥ ß.*
Polypod.
Aſari
Tamarindorum an.ʒ.iij.
Sem. aniſi & paſſul. mund. ana ʒ ij.
Herbarum veron.
Scabioſ.
Borrag.
Bugloſſ.
Fumariæ
Ceterach
Polytrici an.m.ß.

Digitized by Google

Cinnamomi ℥.ß.
Epithymi florum violarum & geniſtæ an.p.j.

Fiat decoctio. infunde *foliorum ſennæ* ℥.ß. Expreſſ. diſſolve *ſyr. perſicorum & de fumar. compoſ. an.* ℥.*vj.* fiat potio. Pro robuſtioribus adde *confect. hameth, vel diapolypod.* ℥.*ij.*

Cùm autem non unus tantùm, ſed omnes humores redundant, & mixti, ac per univerſum corpus diffuſi ſunt, quod plerumque accidere ſolet, ſequens catharticum erit adhibendum, præſertim ſi aliqua veneni ſuſpicio ſit.

ioo- ibus mori- ma- us ex- .con- iens.

℞: *Rad. tormentil.*
Angel. & gentianæ an. ℥.*ij.*
Acori
Pimpinell. an. ℥.*ij.*
Polypod.
Querc. medull.
Sem. carthami an ℥.*ß.*
Intybi latifol.
Cichorii
Veronicæ
Agrimoniæ
Scolopend.
Lupuli.
Fumar. an. m. ß.
Glycyrrh. & uvarum paſſul. an ℥.j.ß.
Prunorum damaſc. pr. iiij.
Sem. end. acetoſ. citri & portul. an. ℥.j.
Sem. aniſi. ℥.j.ß.
Florum cordial.
Geniſtæ & tamaricii omnium p.j.
Foliculorum ſennæ ℥ iij.

Fiat decoctio pro doſi, cui infunde
Rhabarb. ℥.ij.
Agarici ℈.iiij.
Spicæ nardi
Zinzib. an. ℈.j.

Expreſſ. diſſolve *ſyrupi roſ. ſol.* ℥.j. miſce fiat potio quæ præbeatur & reiteretur, ſi opus ſit.

Alia complura parari purgantia medicamenta poterunt, quæ periti Medici prudentiæ committenda erunt: quemadmodum & ipſorum repetitio etiam in morbi ſtatu, ſi vires ferant, & commodum videatur. Quod ſi æger ab horum medicamentorum uſu abhorreat, extractis ſimplicium purgantium ut rhab. Agar. ſenn. commodè utetur. Ex quibus ſingulis, vel decenter mixtis, omnes etiam humores noxios expurgare poterit: quorum omnium idoneam præparationem & doſim *in libr. de med. vegetab. ſpag.* præparatione jam docuimus.

Cap. V.

De tertia generali intentione curativa, quæ per Chirurgiam completur, ac primùm de primo apparatu.

Diximus principiò duas in iſtis ſcloperariis vulneribus curandis indicationes curativas proponendas eſſe: ſi in ipſis ſolam contuſionem, ac non venenatam qualitatem, aut admiſtam aduſtionem conſideremus: ſuppurationē videlicet, & novæ carnis ingenerationē. Quod ut rectè atque ordine fiat, finemq; nob. propoſitum aſſequamur, nonnullæ nobis erunt,

runt, quas ſubalternas dicunt, indicationes obſervandæ: quarum prima iubet glandem prehendi educique, tum & minuta loricæ fragmenta, & aculeos, & mucrones infixos, itemq; veſtium particulas, oſſicula aſpera, & pungentia, grumos, & cætera extrinſecus incidentia, idque ſine dolore, ſi fieri poſſit, revelli: & quæ forſan in cavum inciderunt, ea digitis, aut tenaculis, aut forcipibus denticulatis, atq; inſtar roſtri adun cis extrahi: quorum ferramentorum licet videre varias formas depictas *in libro Ambroſii Parei Chirurgi peritiſſimi*. Glans autem educitur, vel ab ea parte qua ingreſſa eſt, conſtituto ſauciati corpore (quemadmodum *Hippocr.* præcipit) in eam figuram in qua tum erat cum vulnus accepit: aut certe ita proſtrato, collocatoque in lectulo, ut quam proxime fieri poterit, ad eam figuram accedat. Educitur etiam glans interdum per eam partem in quam vi tormenti impulſa ferebatur: propterea quod viam ſibi atque exitum in ea parte munivit: qui tamen exitus, ſi opus ſit, amplificandus erit ſcalpello, vel novacula, quo facilius glans ſequatur, & minor inflammatio naſcatur: præſertim ſi ſpecillo reperiatur, & in carne infixa ſit, neq; magnas venas, & loca nervoſa tranſierit. Itaq; hic nova inciſione opus erit, quæ commodius fiet, ſi parum admodum integræ carnis ex adverſa parte ſupeſſit, &, ſi digiti admoveatur, ſubeſſe glans ſentiatur, neq; quidquam obſtet, quo minus inciſio illa fiat. Hoc vero in utraq; parte Chirurgo ſemper curæ eſſe debet, ut ſcribit *Celſus de telis extrahendis* commemorans, ne forte nervus, vena maior aut arteria lædatur. Quod ſi periculum aliquod immineat, vel ita glans lateat ut reperiri non poſſit, ſatius erit eam tantiſper dimittere, donec natura ſua ſponte ipſam extrudat. Quid enim expedit ingenti vulneri ingens inſuper aliud vulnus addere, & ægram tantis cruciatibus fruſtra fatigare, præſertim cum in multis infixa glans ita latuerit, ut vulnere ad cicatricem perducto poſt annos multos abſceſſu aliquo facto ſua ſponte exierit? Porro primum iſtud propoſitum perficitur etiam medicamentis extranea depellentibus (quorum magnus ſane eſt uſus) præſertim ſi venenata glande illatū fuiſſe vulnus ſuſpicemur. Tum enim maturius adventitia evellenda ſunt. Qua ratione etiam ne virus introferatur, & ad partes principes ſerpat, attrahentia iſta valentiora confeſtim aſſumenda ſunt, quemadmodum in cōtrariis accidentibus mitiora. De quibus in cap. de venenato vulnere alius nobis dabitur ſcribendi locus. Hoc primo propoſito peracto, abſtractis videlicet ex vulnere, quantum facultas feret, omnibus alienis atq; extraneis, deinceps de topicis & prima medicamentorum applicatione nobis agendum eſt. Varia m enim hac de re tum Medicorum ſententiam, tum caſtrenſium Chirurgorum conſuetudinē eſſe conſtat. Alii nanq; ferrum candens, vel cauſticū, vel aliud quoddam exedens medicamentum, omni vulneri promiſcue admovent: alii olea ferventia

De re med. lib. 7. cap. 5.

Tttt 2 oliva-

olivarum vel ſambuci: nonnulli theriacam: alii terebinthinam laudant: alii oleum catellorum tepidum probant. At frequentiſſimè vulgus utitur ſuis ellychniis, ac ſtupis, aceto, ovi candido & adſtringente medicamento imbutis, quibus totum & cavum vulneris infarciunt, & vicinas partes involuunt atque obligant; quem apparatum per integrum diem non movendum eſſe cenſent, fluxionem ſanguinis, ut ajunt, metuentes. Sed quam pernicioſa hæc ſit vulgi conſuetudo, periti omnes iudicabunt. Hæc enim medicamenta emplaſtica craſſæ ac terrenæ ſunt ſubſtantiæ & facultatis adſtringentis, quæ ſubitò exſiccantur, partemq; affectam nimium comprimendo, dolores per magnos cient: unde maiores oriuntur tum defluxiones, tum inflammationes, gravioraq; ſymptomata, quod poros aut meatus cutis obſtipent, humoreſque cogant, & craſſiores efficiant. Quemadmodum ſevum, reſina, pix, cera, butyrum, omniſque fluxilis materia frigore indureſcit, minuſq; cedit tractantis fingentiſque articulis: ſic horum frigidorum medicaminum applicatione ſine ullo diſcrimine, denſantur humores, ægreque diſſolvuntur, cuteque minus ſpirabili reddita ſpiritus oppreſſi ſuffocantur, propter retentam malignam humorum exhalationem, unde nonnullis gangræna innaſcitur, partiſq; totius interitus. Quod ſi ullorum remediorum penuria, & urgens neceſſitas, his uti remediis vulgaribus Chirurgicos cogat, ad ſanguinem immoderatè fluentem ſiſtendum (quanvis id raro his vulneribus accidat) tamen illa eligi (cum datur facultas) vel permutari debent, vel ſaltè frequenter oxyrhodino ſubtepido ſunt imbuenda. Neque vero prætermittendum eſt, multos hodie uti ad horum vulnerum curationem non ſolum applicatione prima, ſed ad perfectam uſq; valetudinem ſimplici aqua fontana tepida, cum qua oleum & acetum alii commiſcent. Quo remedio ellychnia & ſtupas imbuunt: idque cum tam fœlici ſucceſſu præſtant, ut non pauci magicis carminibus & incantationibus hoc tribuant. Quod frequenti tamen experimento probatum eſt, neque a ratione alienum videtur: quippe cum aqua etiam frigida vulnera ſimplicia iuvari *Celſus lib. 5. cap. 26* ſcribat, ac ipſam quocunque modo impoſitam, imo & calentem ipſis prodeſſe alibi affirmet: dolores enim lenit, inflammationes arcet, ac defluxiones ſiſtit, quæ ſymptomata ſtatim in principio prohibenda eſſe, omnes ingenue fatentur. Deinde cum ex Hippocr. ſententia contuſis vulneribus, celerrima ſuppuratione medendum ſit, hoc ipſum tepidæ aquæ fotum præſtare, veterum Medicorum ſcriptis & experientia comprobatur. Cum igitur illa primos & graviores vulnerum impetus aptiſſime ſuſtineant, ac repellant, nemini mirum videri debet, ſi tum demum natura (*quæ in ſe & efficientem cauſſam & Balſamum naturalem continet quo & fracta oſſa conglutinetur, & unitatis diviſio conſolidetur*) & vulnera carne repleat, & cicatrice tandè ipſa obducat:

modo

modò ars naturæ ancilletur; eique miniſtet, atque inſerviat: cavendò ne vulnus à cauſſis externis irritetur, & Balſami curatrix facultas impediatur, ſed ſuo munere fungatur, vulnus ipſum exactè à ſordibus (quæ ſibi impedimento ſunt) linamentis & omnib. modis expurgãdo. Porrò non poſſum non eorum inſtitutum laudare, qui acetum & oleum commiſcenda eſſe cenſent: quo remedio accepimus Vinſſium illum, de quo ſuprà ſermonem fecimus, ante Rupellam deſperato vulnere affectum à nonnullis Italis, alioſque præterea complures curatos fuiſſe. Illud enim mixtum ſymptomatibus occurrit, dolori nempe, defluxioni, & inflammationi: ac præterea putredini reſiſtit. Nam illi ſummo ſtudio ac labore obſiſtendum eſt (cùm huius generis vulnera ei valde obnoxia ſint) ne gangræna aut ſphacelus tandem ſubſequatur. Acetum enim corruptioni obſiſtere argumento eſt, quòd, ſi conditiis rebus infundatur; eas conſervet ne mucore aut limo obducantur. Sic oleum vino vel alterius generis liquori ſuperinfuſum prohibet, ne vel vapeſcat, vel corrumpatur: ſiquidem aërem arcet, omneſque halitus excludit, qui putredinem inferre poſſent, eoque laudabilior mihi videtur ipſius uſus; quò *foris & imbutum & intus aſſumptum* veneni *acrimoniam retundit*, quod cum iſtis vulneribus aliquando commixtum eſſe poſſe docuimus. Quò fit ut illorum comprobem ſententiam, qui olea ferventia confeſtim vulneri admovent: ſalubriter enim adhibentur: partim quòd relaxando efficiant ut interna pravorũ humorum fuligo diſſolvatur: partim quòd impediant; ne externo aëris ac ventorum impulſu cavũ vulneris feriatur. Hoc enim inter cætera obſervandum eſt, ne *diutius aëri vulnus committatur*, ſed quà fieri poterit diligentia occludatur. Aërem nanq; putrefactioni omninò obnoxium eſſe experiuntur, qui *cuiuſque generis fructus in olla ſeriatim collocant*: eamque accuratè operculo obductam *ac luto ſapientiæ*, quod vocant, *obligatam*, ut nihil aëris ſubingredi poſſit, *in putei fundum demergunt, atque ita cum illi fructus ab ambiente* aëre, omniq; aura maligna ſint remotiſſimi, corrumpi nec tabeſcere poſſunt, ſed recentiſſimi inveniuntur, ac ſi nuper fuiſſent incluſi. Quæ à me per tranſennam dicta fuiſſe omnes velim exiſtiment, quò demonſtratem multos curari non incantationibus, ut vulgus putat, ſed remediis, etſi nõnulli iis cum ratione non utantur, rationi tamen conſentaneis: non autem ut Empiricorum cauſſam tuendam ſuſcipiam, qui non verentur in hominum vitam ac corpora graſſari, atque, ut habet proverbium, in iactura vaſis artem figulinam experiri: cùm eos potiùs exterminandos cenſeam, quorum videlicet culpa ac temeritate efficiatur, ut ars medica ſummis alioqui laudibus extollenda, unà cum profeſſoribus deſpecta ſit & negligatur. Sed ne ab inſtituto noſtra recedat oratio, commodiſſimum mihi videtur; ſi in ſcloperariis iſtis vulneribus ſtatim per initia *oleum viſcipo-*

Aer hiſce vuln. contrar.

Fructuũ omnis generis conſervandi ratio.

fol 192. 2.

morum compoſitum vel olea florum verbaaſci vel hyperici vel ovorum, calentia admoveantur, quorum deſcriptionem invenies in pharmacop. quæ præparata habere debent Chirurgi: mirum enim in modum & leniunt & emolliunt, & dolores ſedant, & his vulneribus curandis competunt. Horum defectu olea ſambuci (quod probatur à Iouberto peritiſſimo Medico) lini, ovorũ, lumbricorum, liliorum, & chamæmeli & terebinthinæ aſſumenda erunt. Quod ſi quis his omnibus oleis ſit deſtitutus, butyro calenti aut terebinthina ſit contentus: linamenta interim ſequenti medicamento ſunt inungenda.

Vnguentum magiſtrale.

℞. *Septi hircini.*
Colophoniæ an. ℥.iij.
Medullæ crurum bovis & œſypi humidæ an. ℥.ij.ß.
Butyri recentis ℥.ij.
Succi chelidoniæ & centaureæ an ℥. j.
Oleorum viſci pomorum & ceræ an q.ſ. ut fiat unguentum.

Huius cape ℥. iij. *mercurii præcipitati, dulcificati & noſtro modo præparati, & croci veneris optimè præparati an.* ℥.iij. fiat mixtura, qua inungantur turundæ vel ſetones ſi ipſorum applicatio requiratur. Pulveres præparati eſſe debent, quos ditiores poterunt in capſis aſſervare: quos etiam permiſcere erit optimum cum ſimplici butyro, ſi non eſſet præ manibus paratum unguentum ſupra ſcriptum, cum quo poterit fingi ſatis amplum emplaſtrum, quod circumcludat partes vulneris proximiores. Linamenta autem ſunt imbuenda ſimplici oxyrhodino parato cum aceto roſ. oleo roſ. & viſci pomorum. Partibus autem longioribus tale unguentum adhibendum erit.

℞. *Boli armenæ præparatæ,* *Defenſivum medicamentum.*
Sanguinis draconis & corall. rubr. an. ℥.ß.
Croci martis. ℥.ij.
Baccarum myrthi. ℥.j.ß.
Olei roſ. omphacini. ℥.iiij.
Aceti roſati ℥.ij.
Ceræ ℥.j.ß.
Fiat linimentum.

Hoc interim ſtudioſè ſemper in hiſce vulneribus obligandis obſervandum eſt, ne faſcia ita remittatur ut laxa ſit & quod continet elabatur, neque tamen arctare adeò ipſam oportet, ut vehementiùs comprimendo dolorem excitet, ac proinde fluxionem proritet, quandoque phlegmonem atq; ad extremum gangrænam & cancrum accerſat, quemadmod. interdum uſu venire Celſ. tradit. *lib. 5. cap. 26.* Danda erit igitur opera, ut amborum vitato incommodo, utriuſque fruamur commodo. Linamenta interim prædicta oxyrhodino frequenter imbuenda ſunt, renovanduſq; ab initio apparatus, duodecim horarum intervallo: niſi fortè ſanguinis fluxio metuatur, propter magnæ vel arteriæ vel venæ inciſuram. Quòd ſi fluxus ſit immoderatior, celeriter illi atq; ante omnia ſuccurrendum eſt, quod ſequentibus medicamentis appoſitis & aſſumptis

aſſumptis commodè fiet. Neque tamen id præſtandum cenſeo, quin priùs aliqua ſanguinis copia per vulnus effluxerit.

Unguentum ſanguinem cohibens.

℞. *Croci martis ſubtiliſſimè reverberati,*

Croci veneris an. ℥.ij.

Excipiantur oleo viſci pomorum ſimplici & fiat unguentum. Hoc medicamentum adeò ſanguinis fluxionem ſiſtit, ut propè incredibile videatur; vulnus quinetiam in meliorē ſtatum diſponit. ſuperfluos enim humores digerit, partem corroborat & putredini magnopere obſiſtit.

Aliud.

℞. *Croci martis* ℥.j.

Calcis teſtarum ovorum, &

Colchotaris an. ℥.ß.

Cineris ranarum uſtarum ℥.ij.

Excipiantur oleo viſci pomorum.

Aliud paratu facile nec minus utile.

℞. *Colchotaris aceto præparati* ℥. ij.

Calcis limacum ℥ ß.

Butyri recentis ℥. iiij.

Miſce & fiat unguentum, vel excipiantur ovi albumine.

Commodiſſimũ etiam fuerit in magnis hæmorrhagiis potionibus uti, quarum formulas ſubſcribemus.

Proditioribus.

℞. *Olei croci martis & eſſentia corallorum an.* ℈.j. *cum aqua ſpermatis ranarum vel roſarum, fiat potio.*

Alia pro gregariis, ſed approbata.

℞. *Croci martis noſtro modo præparati* ℈.j.

Calcis teſtarum ovorum. ℥.j.

Syrupi roſarum ſiccarum & myrthillorum an. ℥.j. *cum aqua florum papaveris rubri,*

Fiat potio aſſumenda tribus horis ante cibum: pro quo capiat *hordeatum cum aqua roſarum & ſemine papaveris*, præſertim hora ſomni.

Porrò nullum præſtantius medicamentum reperiri poteſt, tum ad ſiſtendum ſanguinem undecunque prorumpentem, tum ad dolores omnes pacandos & defluxiones reprimendas, quàm Laudanum Opiaticum ſi pilula illius grani piperis inſtar aſſumatur, cujus uſus in hiſce præſertim vulneribus non ſatis prædicari poteſt: ut alias innumerabiles ipſius oppurtunitates ommittam, de quibus alibi.

Porrò his primò completis, tum demùm medicamenta, quæ quàm celerrimè ſuppurent, adhibenda erunt, ſuppurata diligenter repurganda exſiccandaq; ut iuſta naſcatur caro, neq; mollior quàm oportet, neq; durior, & quæ non excreſcat, ut deniq; confracti oſſis fragmenta, ſi qua ſint, à vivo oſſe maturè deducantur. Deinde celeriùs in hiſce ſclopetarijs vulnerib. ſuppuratione maturamus, ne incluſum virus, aut latens ſanies periculum majus moliatur, atq; ut ſic ſuppuratis omnibus, febres, dolores & omnia ferè ſymptomata ex *Hippocratis* ſententia faciliùs conquieſcant. Igitur pro hac intentione in ſecundo

cundo

cundo apparatu vulgus uti ſolet ſuis digeſtivis (ut appellant) ovi vitello, roſato oleo & terebinthina paratis. Qua, ut verè dicam, idcirco probare non poſſum, quòd citiſſimè putreſcant & fœtorem (quod judicium ſemper malum eſt) vulneri inducant.

Alij hydrelæo modicè calido, butyro & ſimilibus ſuppurantibus utuntur, quibuſcum tritici farinam perpurgatam furfure excoquunt, & puſillum croci admiſcent.

Probant nonnulli tetrapharmacum ex pice, reſina, cera, & adipe paratum, cui primas tribuit movendo puri *Corn. Celſus*: ex quibus Macedonicum etiam addito thure conficitur, quo multi fœliciter utuntur.

Alij Baſiliconem ſummopere probant, quòd ſuppurativum ſit optimum, ſemperque in officinis paratum inveniatur.

Laudant alij unguentum Dialth. & quod reſumptivum vocant: nonnulli emplaſtrum Diach. ſimplex & de mucilaginibus, quib. oleū liliorum permiſcent. Quibus omnib. medicamentis cæſas glande carnes ac contuſas in pus celerrimè convertunt, ut *Hippocrati* aſſentiantur. Scribit enim colliſas carnes in ſaniem neceſſariò convertendas eſſe, quò minus etiam hac curandi ratione vulnus phlegmone fatigetur, minuſque vexetur: quæ fuit & ejuſdem *Hippocratis* & veterum omnium Medicorum opinio. Quorum ſuppurantium uſum non poſſum & ipſe non ſummopere probare: Nam cùm inſiti noſtri caloris vim atque ſubſtantiam tueantur; atque etiam humores corruptos in benignius quippiam cummutent, & putridum ſanguinem in pus citiſſimè convertant, hac ratione vulnus in meliorem ſtatum reſtituunt. Hoc tamen unicè obſervandum, ne ipſorum intempeſtivo uſu vulnus corruptione afficiatur: quod ut prohibeatur, addenda erit ʒ. j. præcipitati noſtri pro quaque uncia ſuppurantis medicamenti (cujus præcipitati pondus augeatur ſi fœteat vulnus) quò altius ſubire poſſit, vireſque ſuas ſine periculo exercere medicamentum. Nam illo ſolo medio ſtatim pus conficitur ſyncerum, parſque affectu à putrefactione & gangræna, cui illo præſertim tempore eſt valde obnoxia, conſervatur: quod ego ſæpenumerò certa experientia comprobavi. Neque abſurdum fore putavi; ſi in minùs peritorū gratiam quibus utar remediorum formulis pro hac intentione, præſcribā. Inungantur ergo turundæ, vel ſetones, & quicquid in cavo vulneris apponetur, ſequenti unguento.

Vnguentum paratu facile.

℞. unguenti Baſilici maioris deſcrip. Meſuæ ℥. ij.
Butyri recentis ℥. j.
Præcipitati noſtro modo preparati ʒ. ij. ß.
Miſce pro ellychniis & turundis inungendis.

Vnguentum aliud. Lib. cap.

℞. Ceræ novæ,
Reſinæ,

picis

Digitized by Google

Picis navalis, an.℥.iiij.
Sepi hircini & medulla cruris vitul. ana.℥.ij
Oeſypi humida ℥.j
Olei olivarum
Vel lini, vel viſci pomorum ℔. *j. liquefactis omnibus & tranſcolatis*, fiat unguentum.

Additio.

Hujus *cape ℥.ij. præcipitati noſtri ℥.ij.* miſce. Præſtantiſſimum eſt remedium, quo etiam emplaſtra (ſine præcipitato) ſunt illinenda, & in vulneris ambitu apponenda: vel

℞. *Terebinthinæ Venetæ, & mellis albi an.* ℔.ß.
Vitellos ovorum, numero 12.

Omnibus optimè mixtis decoquantur ad ignem ad pulmenti conſiſtentiam.

Hoc unguento (quod *Calcinatum magnum vocant Paracelſici*) poteris comodè uti loco digeſtivi: putredini enim, ſic præparatum, ſummopere obſiſtit, & hiſce vulneribus ſuppurandis convenit.

At quoniam proprium eſt Naturæ, noſtrique caloris, non autem medicamentorum maturare, omnib. modis calorē inducemus inſito nobis ſimillimum, qui fovendus eſt, ac tuendus, & bombace, & lana ſuccida, & linteolis partem affectam circundantibus, vel aliquo cataplaſmate, quibus omnibus gravia quæque vulnera etiam juvari ſcribit *Celſus*: quæ imbuenda ſunt vel hydrelæo, ex oleo roſarum, & aqua roſarum confecto cui puſillum aceti permiſcere poteris: aceto enim parcè utendum, quod tardiorem efficiat ſuppurationem: vel ſequenti fomento mihi familiari utitor.

Lib. 5. *cap.* 26.

Fomentum emolliens, doloreſque ſedans.

℞. *Foliorum viſci pomorum, minutim conciſorum cum fructibus. m.iij.*
Rad. althea cum foliis
Malvar.
Viol. an. m. ij.
Sem. lini
Fœni græci, an.℥.ij.
Florum chamæmeli
Meliloti. an. p. ij. decoquantur cum lacte.

Nunquam hoc medicamentum me fefellit: inflammationes enim arcet, dolores mirum in modum ſedat, partiſque ſubſtantiam fovendo, pus exquiſitum citiſſimè movet.

Ex præſcriptorum craſſamento piſtato & cribellato paratur cataplaſma, addendo *farinar. lini & fœni gr. an.℥.ij.* *Cataplaſma.*

œſypi humida & medulla cruris vituli an.℥.j.ß.
Vitellos ovorum nume. iiij.
Croci gr. vj.
Oleorum viſci pomorum & roſarum an. quantum ſuff.

Apponatur vulneri, ita ut involvat partes viciniores: loca autem remotiora ad prohibendam humorum defluxionem ſemper unguento de bolo, vel ſequenti, illinenda ſunt.

Defenſivum optimum.

℞. *Pulveris roſarum rubr. & myrtillorum an.℥.j.*

Digitized by Google

Boli Armenæ
Terræ ſigillatæ an. ℥.vj.
Succorum plantaginis
Solatri,an.℥.j.
Aceti roſati ℥.ij.
Olei roſ.omphac. & myrthill. an. ℥.ij.ß.*ceræ* ℥.ij.
Miſce pro defenſivo.

Porrò illis remediis eouſque utendum, bis in die apparatum permutando,ut jam diximus, donec pus aliquo modo laudatum apparere incipiat: tunc enim detergentibus utendum erit, cum quibus etiam ſemper præcipitatus noſter permiſceri in majori doſi poterit,quòd & optimè è vulneribus pus eluat, & corruptioni medeatur.

Detergens optimum, paratu facile pro gregariis.

℞. *Vnguenti Aurei* ℥.ij.
Terebinthinæ & mellis roſ.an. ℥.ß.
farinæ Fabarum ʒ.*ij.*
Boracis ℥.j.*pulveris præcipitati* ℥.iij. *miſce.*

Aliud probatum pro ditioribus.

℞. *Succi perſicariæ & ſymphiti, ana* ℥.ij.
Oleorum terebinthinæ,
Thuris,
Myrrhæ,
*Sarcocollæ, ſpagyricè deſtillatorum, an.*iij.
Radic. ariſtolochiæ rotundæ ℥.j.ß.
Ceræ albæ ℥.j.
Olei hypericonis compoſ.q.ſ.

Additio.

℞. *Huius* ℥.j. *adde mercurii præcipitati* ʒ. j. *miſce pro inunctione ellychniorum.*

Solum unguentum de pæto multùm confert, cujus deſcriptionem in *Antidotario noſtro* invenies.

Uſus ſuperioris cataplaſmatis, etiam eo tempore approbabitur, modò addideris ipſi *farinam orobi, hordei,fabarum, & lentium.* Sequens etiam eo totum prodeſt.

℞ *Maſſæ emplaſtri Diachalciteos* ℥.vj.
Olei viſci pomorum q. ſ. ut fiat cerotii inſtar,quod vulneri ſuperponatur.

Sed quoniam illa vulnera ferè adeò profunda ſunt,ut neque medicamenta, neque turundæ eò pervenire poſſint, injectio per catheterem eſt adhibenda.

Pro gregariis.

℞. *Vincæ pervincæ.*
Pati
Perſicariæ.
*Betonicæ,an.m.*j.
*Florum hyperici & verbaſci,an.pugil.*j.
Radic. ariſtoloch. utriuſque an. ℥.ß.
Thuris
Myrrhæ
Sarcocollæ
Iridis florent,an.℥.ij.

Decoquantur cum vino albo, fiantque injectiones, quoties vulnus tractabis: cave tamen ut nihil vel parum illius in cavo vulneris relinquatur: ſufficit enim modò vulnus optimè abluatur.

Digitized by Google

Pro ditioribus.

℞. *Veronicæ,*
Vincæ pervincæ,
Pyrolæ,
Betonicæ,
Agrimoniæ , & ſymphyti maioris an. m. j.
Rad. ariſtolochiæ rotund. & iridis an. ℥j.
Decoquantur cum phlegmate vitrioli.

Additio.

Huius decocti colati cape ℔ß. diſſolve *oleorum myrrhæ, & maſtiches deſtillatorum ut ſupra, an.* ℨ iij. *olei terebinthinæ* ℨß. miſce, utitor ut dictum eſt.

Purgato igitur, ut decet, vulnere, carne ipſum impleri oportet, quem ſcopum facile aſſequemur, ſi turundas in dies paulatim imminuamus. Hoc enim modo citra ullum medicamentum, ſed ſolius Naturæ opera vulnus carne implebitur, & tandem brevi cicatrice obducetur, modo pondus præcipitati in unguentis augeamus: vel ſequenti medicamento utemur.

Pulvis epuloticus.

℞. *Calcis teſtarum ovorum optime calcinatarum* ℨß.
Boracis, & aluminis uſti an. ℨj.
Croci martis ℨj.

Fiat pulvis. hic optimus eſt ad cicatricem obducendam.

Porro ſi vulnus enumeratis auxiliis ad ſuppurationem perduci non poſſit, videaturque in gangrænam ac partis interitum degenerare: quod & fœtore eximio, fuſco, livido, & nigro affecti loci colore deprehendes, medicamenta quæ erunt idonea ad eiuſmodi corruptionem & interitum, erunt admovenda, quorum deſcriptionem ſuo loco cap. *de gangrena* præſcriptam invenies: occurrendumque erit ſymptomatibus, ſiqua ſuperveniant, ut dolori, phlegmonæ, & reliquis, ut poſtea dicetur. Reſtat enim iam, ut de venenato ac aduſto ſclopetico vulnere agamus.

CAP. VI.

De venenato vulnere ſclopetico.

Curationem eorum vulnerum, in quibus ſola continui ſolutio cum contuſione & vaſorum dilaceratione conſideratur, iam præſcripſimus. Reſtat ut de veneno & ambuſtione (quæ complicata cum hiſce vulneribus eſſe poſſe iam docuimus) agamus: pro illo enim ad tertiam indicationem confugiendum eſt: nimirum ad ſalutare aliquod alexipharmacum quo id è vulnere evelli & evocari citiſſime poſſit: atq; vis ipſius obtundi, ne ſenſim intro ſubiens ac prorepens in principes tandem partes inſiliat, earumq; vires ac ſubſtantiam dirimat: quod fiet partim topicis ſive parti affectæ aut cordi applicatis, partim etiam per os aſſumptis medicamentis. Nam ſi caro vulneris ſit lividior, quam vulgarium plagarum eſſe ſolet, & veluti emortua, cum totius partis decoloratione, laterum punctionibus, atque extraordinariis inflamma-

tionibus & doloribus,cumq; torpore totius corporis, alienatione mentis, & febribus ardentibus : & hæc præſertim ſine aliqua manifeſta cauſſa interveniant, venenum adeſſe iudicabunt omnibus modis : ideoq; qua poterimus celeritate relictis omnibus aliis intentionibus tam gravi affectu occurrendum erit.

Quemadmodum enim ingruente magna tempeſtate, ac ſævientibus undique ventis,nauclerus etiam æſtu adverſo,ventoq; minus ſecundo,celerrime ſaluti proſpicit, ac fidam tutamq; ſtationem ac portum remis veliſq; conſequi conatur: ita Medicus ratione atq; uſu & experientia præditus, prima quaq; opportunitate ſalutare remedium adhibere præſenti tanto incommodo debet, ad ipſius ferociam ſubitò, ſi fieri poteſt, retundendam: idque antequam virus radices agat, penituſq; infixum eſſe contingat, atq; ipſum cor, tum partes principes quò confeſtim properat, occupet. In his enim matura ſectio ſæpe decipit, ſera ſemper.

Igitur ſi ex prædictis ſignis aliiſque conjecturis complicatum eſſe vulnus cum veneno cenſeamus, ad antidota ſtatim confugiemus: adhibito prius integro iudicio, factoque prognoſtico, (ut recte nos admonet
lib.5.cap. 26. *Celſus*) vel ægrum prorſus deſperatum vel ſaltem periclitari, aut recte valiturum familiaribus & amicis indicantes, ne ſi victa malo ars fuerit,id noſtræ ignorantiæ, aut fallaciæ, & artis dedecori tribuatur. Porro præſcripta prius idonea victus ratione, quæ venenis obſiſtat, ſtatim prævidendum eſt,an morbus venæ inciſionem, an vero expurgationem expoſcat; matureq; illa adhibenda ſunt, & cum prudenti judicio, ſive ut primum atq; inter initia evacuatio præcedat, aut ſudore, vomitu, alui profluvio, aut venæ inciſione : ut humores maligni, antequam ſe per venas diffundant, arteriiſque penitus inhæreſcant, expurgentur: atq; ut laxatis meatibus, ac ſpiramentis, fuliginoſi & maligni illi vapores,quibus cor opprimeretur, erumpant,foraſq; promanent.Quod præſtandū eſt, præſertim ſi venenum prius per corpus diſtributum fuerit,& æger humoribus repletus videatur : tunc enim evacuationem etiam per miſſionem ſanguinis cōvenire ſcribit *Paulus lib.5.cap.2.* Deinde ea adhibenda, quæ cor tueantur,ac muniant: ut ſunt *theriaca & mithridatium ex vino aut decocto rad. angelicæ, tormentillæ, gentianæ, biſtortæ, ſeminu citri, acetoſæ & herbarum meliſſæ, veronicæ, & pimpinellæ cum ſyrupo de limonibus, aut alio quodam diluto*; idq; ut naturæ conditio expoſcet, aut exercitato Medico expedire viſum fuerit, in quo mire illum prudentem & oculatum eſſe par eſt, nec à ſcopo aberrare. Cæterum optimum factu iudicavi, ſi remedii cuiuſdam paratu facilis formulam in gratiam poſteritatis præſcriberem, quod exhibitum omne depellit venenum,quod ſæpiſſime probatum fuit: & quanvis familiare, pro inſigni tamen ſecreto habendum eſt.

Alexipharmacum præſtantiſſimum, & multis experimentis comprobatum.

℞. *Rad. aſclepiadis ℥j.*

Rad. valerianæ & tormētillæ an. ℥ ß.

Rad. polypod. querc. ℥ ij.

Ange-

Digitized by Google

Angelica ſativa ℥ iiij.
Angel ſylveſt. & rad. althea. an. ℥ ij.
Vrticarum ℥. j.
Rad. thymelea ℥. j. ß.
Rad. ſcabioſ. & valerian. minoris an. ℥. ß.

Radices omnes evellantur intra 15. Auguſti, & 8. Septēmbris, quæ poſteà incidātur ac reponātur in ollā vitreatā ſigillatam, cum ſuff. q. aceti. Atque ita 12. horas macerentur, pòſt coquantur ſpatio horæ unius cum dimidia. Effuſo tum aceto exſiccentur, donec in pulverem redigi queant. Contuſis omnibus adde acinos herbæ paris numer. 12. cum eiuſdem foliis 36. fiatque omnium pulvis, cujus doſis eſt ℨ. j. cum vino albo.

Alexipharmacum aliud, quod in promptu paratum eſt.

℞. *Mithridatii & theriacæ an.* ℨ. ß.
Margar. præpar. & corall. rubr. an. ℈. j.
Boli armena ℨ. ß.
Syrupi de limonibus ℥. j.
Aquarum bugloſ. & ſcabioſ. q. ſuff. ac fiat potio.

Reiteretur bis aut ter, ſi opus videatur.

Aliud pro ditioribus.

℞. *Auri vita & eſſentia margaritarum an. gr. vj.*
Eſſentia corallorum gr 8.
Terra ſigillata electa ℈. j.
Cum ℥. *duabus aqua theriacalis noſtra.*

Fiat potus ſtatim ſumendus, Hic mirificè cor ab omni veneno & contagione tuetur. Conferunt etiam epithemata regioni cordis applicata ex margaritis, ſantalis, corallis, caphura, & aquis cordialibus,

Cæterùm *Gal, l.* 13. *Meth. med* pro venenatis iſtis vulnerib. curandis geminas aſſumendas eſſe cenſuit indicationes curativas: unam, quæ virus ipſum foras attraheret, alteram quæ ortum inde dolorem alteraret: Primę indicationi occurrebatur excalefacientibus & attrahentibus: ut cucurbitulis, frictionibus, & poſtremò uſtionibus vel ferro vel medicamento factis. Vltimæ autem auxiliabatur per ea medicamenta, quæ qualitatem per contrariam qualitatem alterare poſſent, ut refrigerantibus, ſi eximius calor ægrum fatigaret: & calefacientib. ſi frigus in ipſo demorſo loco ac in toto corpore ipſe ſentiret. Interim vulneri apponendum ſalem eſſe veteres Medici cenſebant, cæpam, rutam, ſinapi, glandes, nuces, dictamnum, ſulphur, & ſimilia medicamēta, quæ magnam vim trahendi haberent: ligamentis quoq;, ſcarificationib. etiam ſcalpello factis utebantur, quò maior vitiati ſanguinis copia è vulnere profluere poſſet: de quibus fuſiùs *Paulus, Ætius, Actuarius, & Cornelius Celſus* ſummi Medici & perpetua commendatione digni ſcribunt. Veruntamen quoniam ipſi neque horum ſcloperariorum vulnerum, neque cuiuſvis Antidori peritiam habuerunt: neq; eorum fortè venenorum, quibus glans plumbea infici poteſt, commodiſſimum fore iudicavi utiliſſima remedia, non vulgaria tamen,

Paul. li. 6. cap. 2. Æt. tetr. 4. ſer. 1. c. 48 Cor. li. 6. c. 27.

hiſce vulneribus venenatis applicanda in medium proferre, quorum uſum ſatis prædicare grata poſteritas non poterit. Primo igitur apparatu (ſi ex prædictis ſignis ſit tibi quædam complicati veneni cum vulnere ſuſpicio) extractis omnibus extraneis, ſi fieri poteſt, vulneris labra ſcalpello ſcarificanda cenſeo, atque cucurbitulas admovendas, ac ſequenti unguento lychinia vulneri imponenda.

Vnguentum venenatis vulneribus conducens.

℞. *Vnguenti Macedonici* ℥.ij.
Olei myrrhæ & terebinthinæ an. ℥.ij
Præcipitati noſtri ℥.j.ß.
Butyri arſenici fixi & dulcificati, ut artis eſt. ℥.ß.
Olei antimonii ʒ *ii. ceræ tantillum, & fiat unguentum.*

Hoc medicamento non aliud præſtantiùs inveniri poteſt ad *eluendum & detergendum quodvis è vulneribus venenum.* Quare præparatum illud habere Chirurgi præ manibus debent, cujus facultatem cùm experti fuerint in hiſce vulneribus & omnibus malignis ulceribus, ut *carcinomatis, gangrænis, & aliis deſperatis ulceribus*, eò magis ipſum cõmendabunt: nanq; ſine ullo dolore operatur.

Aliud præſtantiſſimum.

℞. *Olei mercur. corporalis* ʒ. j. ß.
Olei ſulphuris terebinthinati ʒ. iij.
Arſenici dulcificati ʒ.ij.

Excipiantur butyro ſalem non experto, & fiat unguentum. Apponatur vulneri, ut dictum cum ellychniis & turundis: venenatis, gangrænæ, cancro, phagedænis, & cacoëthis ulceribus curandis confert. Superponatur in vulneris ambitu tale emplaſtrum.

Attrahens medicamentum.

℞. *Ammoniaci, bdellii diſſolutorum in aceto roſato an.* ℥.ij.
Galbani ℥.ß.
Mumiæ.
Thuris,
Maſtiches, an. ʒ.iij.
Caphuræ, ʒ.ij.
Coralli utriuſque & magnetis præparati.
Aſphalthi.
Carabes an. ℥.ß.
Rad. ariſtolochiæ,
Serpentariæ & arundinis an, ʒ.ij ß.
Ceræ.
Picis navalis an. ℥.iij.
Alabaſt. ʒ.iij.
Olei terebinthinæ & ovorum an q. ſuff. ut fiat cerati inſtar.

Hoc medicamentum rectè præparatum tum venenum elicit, tum glandem, ferri, oſſium, lignorum, & veſtium fragmenta ad ſe pertrahit.

Aliud attrahens optimum.

℞. *Gummi cort. med. tiliæ, extractis ut docebitur* ℥.ij.
Magnetis præparati ℥.j.
Succini flavi præpar. ℥.ß.
Opopanacis repurg. cum ſucco ſerpentariæ. ʒ.iij.
Terebinthinæ & ceræ, quod ſatis ſit ad fingendum emplaſtrum.

Aliud

Digitized by Google

Aliud ſpecificum.

Lingua vulpis ſuo tempore evulſa, & ut decet præparata, & exſiccata, glandem etiam ab interioribus partibus ſine dolore attrahit, ſi prius in vino rubro decoction. ariſtoloch. & ſerpentar. madefiat, & parti affectæ apponatur.

Sequens etiam defenſivum toti membro affecto impoſitum multùm confert.

Defenſivum magiſtrale.

℞. *Florum verbaſci,*
Hyperici, & roſarum an. p. ij.
Foliorum rutæ & hyoſcami an. m. j.
Caphuræ ℥. ß.

Decoquantur cum aceto & fiat in forma cataplaſmatis. Dolorem ſedat, ac prohibet ne phlegmone pars moleſtetur.

Hæc medicamenta bis in die permutari poterunt, quibus utendum eſt, donec graviora omnia ſymptomata deſinere appareant: tunc enim vulnus tractandum ac ſi contuſum foret: idque ad longum tempus prorogari poterit, quò viroſa materies ſemper effluat, nec intus contineatur. Vbi verò propoſitum tempus præterierit, quo nullum iminet veneni periculum, vulnus agglutinationem, & cicatricem perducendum erit, ut jam ſuprà præſcripſimus. Quòd ſi vulnus veneni mortifera qualitate, mortis inevitabile periculum adferat, & lethale ſit, neque medicamentis vincatur, haud importunum fuerit, facto prognoſtico, partem ictam amputare, ſi commodè ſectionem ipſa non reſpuat. Hæc de venenato vulnere dicta ſufficiant.

Cap. VII.

De Ambuſto vulnere.

PORrò dicturus de ambuſtione, quæ cum ſclopetariis vulneribus crebrò complicata invenitur, non poſſum ſatis improbare illorum ſententiam, qui ſuadent ſic affectis frigida ac ſummè reprimentia ſtatim applicanda. Illa enim referiunt, non autem eliciunt aut extrahunt ignitum ardorem, eumque magis partibus infigunt & morbum adaugent, ac præſertim acetum, quo vulgus tamen frequenter utitur: adſtrictoria enim ſua facultate aperta vaſa occludit, influxumque ſanguinis cohibet, ut *Aetius* ſcribit. Quin potiùs *Tetr. 4.* muria, aut ſalſilago, præſentanea vi *ſerm. 2.* ambuſtis vim igneam atque urentem *cap. 16.* fervorem extrahunt, doloreſque intenſiſſimos mitigant, atque puſtulas reprimunt, ſi tenui præſertim peplo ſalſilagine imbuto præuſtæ partes ſtatim foveantur. At *Orib. ſynopſ. l. 7.* *Oribaſius & Paulus* ambuſta moderatè detergenda eſſe cenſuerunt: pro- *cap. 6.* inde terram Chiam & Cimoliam & *Paul. l. 4.* Creticam & levem omnem aliam *cap. 11.* quamque aceto (non acri tamen) aut aqua mixtam commendarunt. Recentiores unguentũ de calce ſepties lota, & oleo roſarum admiſta, & aduſtioni applicata probant. Alij ad ebulum in vino coctum & cataplaſ-

Digitized by Google

taplaſmatis forma præparatum confugiunt,& ad illa quæ impreſſum partibus ardorem foras calore prolectant. Hac enim ratione ignis ſi propiùs ipſi pars uſta admoveatur, proprii inſiti mali fit alexiterium, nam reſolutione revocato empyreumate dolorem levat. Nos autem ſequentibus remediis commodè ſæpius uſi ſumus.

Vnguentum pro gregariis empyreuma extinguens, & puſtulas prohibens.

℞. *Olei ſambuci & nucum ana* ℥.ij.
Olei ovorum ℥.ß.
Sepi cervini & medullæ cruris tauri an. ℥.j.
Cæpas coctas, ij.
Ceratantillum.

Ex his fiat unguentum, apponatur parti affectæ.

Ad idem valdè efficax.

℞. *Olei lardi & olei butyri an.* ℥.ß.
Succi foliorum & baccarum hederæ ℥.ij.
Succi corticis, med. ſambuci ℥.j.
Olei ſambuci ℥.iiij.
Saliſpetra, ℥.ij.

Decoquantur ſimul ad aquæ conſumptionem & cum tantillo ceræ fiat linimentum, quod plurimùm aduſtionibus tollendis confert.

•Sunt aquæ ad ambuſta pretioſiſſima: quas *vid. in Pharmaca.* velut ſunt

Aqua ad Ambuſta ex cancris.

Ex hac aqua fove aduſtum locum quinquies aut ſexies in die.

2. *Aqua ſpermatis ranarum mixta cum phlegmate vitrioli multum etiam confert.*

At nullum præſtantius medicamentum ad empyreuma pulveris tormentarii reſtinguendum ſequenti linimento. Inflammationes etiam omnes arcet, & dolores compeſcit, quo ditiores uti poterunt.

Linimentum optimum.

℞. *Salis ſaturni Sacch. rini* ℥.j.
Olei vitellorum ovorum ℥.ij.
Butyri præparati ℥.iiij. *miſce*

Fiat linimentum, quo totus aduſtus locus inungatur ter aut quater in die.

Partibus longinquioribus defenſiva talia apponantur ad prohibendam humorum defluxionem & inflammationem.

Nutritum magiſtrale.

℞. *Succi foliorum nymphea,*
Sempervivi & hyoſcyami an. ℥.ij.
Aquarum ſpermatis ranarum & florum tapſi barbati an. ℥.j.
Lithargyri, vel quod melius ſalis eiuſdem ℥.ij.
Olei viſci pomorum & roſ. omphac. an. ℥.ij.ß.
Aceti roſ. ℥.j.

Tundãtur diu in mortario plumbeo cum piſtillo etiam plumbeo & fiat inſtar nutriti, quo utendum pro defenſivo.

Hæc ſunt topica quæ ambuſtis iſtis vulnerib. cõveniunt. Porro quoniam iſti affectus etiam plerumque morboſis corporibus, cacochymis, ac qui imbecilla ſunt valetudine, accidere ſolent, qui omnibus expoſiti

ſiti ſunt iniuriis, omnibuſque obnoxii incommodis, ut doloribus aſperis atque inflammationibus, unde etiam febres conſequi poſſunt, ac tandem interitus (ſic enim futiles, quaſſataq; naves ac rimoſæ faciliùs tempeſtati ſuccumbunt) omnibus præcavendũ erit, tum exquiſita adminiſtratione victus, tum humorũ evacuatione per pharmacum conveniens, & ſanguinis miſſionem, ſi res ipſa id poſtulet. Quæ omnia prudentis ac periti Medici iudicio committenda ſunt, qui de futuro rei exitu prudenter præſagire poterit, res magnas non aſpernando, neq; parvas exaggerando, ne plus ipſe quã par ſit, præſtitiſſe videatur: hoc ſemper ſecundum Celſum curioſiùs circumſpiciendo, ne quod per ſe exiguum eſt malum, maius Medici negligentia efficiatur.

DE PARRTICVLARI HORVM VVLNERVM CVRATIONE, VARIISQVE ILLORVM Symptomatis.

Cap. I.

De vulneribus cum fractura oſſium.

HOrum vulnerum curatio eò difficilior vulgo videtur, ſi cum oſſium fractura conjuncta ſint. Et id quidem non immerito, præſertim cum maiora oſſa, ut puta crurum & brachiorum, ita confracta ſunt, ut medulla emanet. Quod quidem non niſi cum magna nervorum, venarum, & arteriarum (quæ cuique membro vitam, ſenſum & motum ſuppeditant) diſruptione poteſt accidere: quibus ſublatis membrum corrumpi neceſſe eſt, ac plerumq; omnino interire. Cui rei eò diligentiùs attendere debet Medicus, aut Chirurgus, quo magis vigebit accidentium magnitudo, ut nihil eorum prætermittat, quę ad exactam curationem pertinent: quam optimis quibuſque remediis aggredi præſtat, quàm deſperatis omnibus, atroci & luctuoſo remedio membrum abſcindere: præſertim ac initio, dum pars nondum ſphacelo tentatur. Id à me non fruſtra commoneri, docent nos naturæ miracula, quæ congruentibus adminiculis adiuta, ſolet edere: adeo ut etiam doctiſſimorum iudicia fallat. Qualia multa accidere ipſe hiſce oculis, in caſtris hoc poſtremo bello vidi: atque inter cæteros nobili cuidam viro, nomine Broſſæo, cui cum glan-

Digitized by Google

glande maiuſcula tormento emiſſa brachium omni ex parte ita confractum fuiſſet, ut parum abeſſet, quin etiam caput quod omoplatæ inſeritur, abruptum eſſet: (quæ ſola fuit cauſa, cur Chirurgi membrum non exciderint, quamvis id propter ſphaceli metum facere ſtatuiſſent) factum eſt tamen, ut æger, de cuius vita actum eſſe videbatur (adeò complicatum erat vulnus diverſis ſymptomatis) ſanatus fuerit: ſervato membro, quod etiam nunc qualemcunque uſum ipſi præſtat. Hoc exemplo iunioribus Chirurgis animum addere volui, ut modis omnibus & idoneis remediis conentur partes affectas potius conſervare, quàm curationis initium à membri exeiſione tentare, quod, antequam de certa & explorata membri mortificatione conſtet, fieri non debet: idque cum debita prædictione, & teſtatione. Obiiciet aliquis vires initio maiores eſſe, quibus adiutus æger ingentes dolores ferre poſſit; easque ſenſim morbi magnitudine minui omninoque maturandum eſſe. Sed hoc eſt, ea quæ nondum acciderunt, & de quibus nondum conſtat, utrum accidere debeant, nec ne, tanquam præſentia ſibi proponere. Adde, quod laudabilioris ac perfectæ curationis ſpectatio prius perpendenda eſt, quam aliorum atrociorum vulnerum præcautio tentanda. Neque exiſtimandum eſt, naturæ vires adeo exiguas eſſe, quin ſi maturè ipſi opem feras, id fæliciter perficiat, quod impoſſibile videbatur: noſtramque expectationem ac commune iudicium fallat: quemadmodum iam proximo exemplo demonſtravimus. Vel ſaltem, ſi pars neceſſario præcidenda videatur, hoc fiet commodiùs communi doctorum iudicio, quàm ſola quorundam imperitorum opinione: qui tamen audacter id exequi non verentur.

De capitis vulneribus cum cranii fractura.

Hæc eſt cauſa, cur cum de huiusmodi vulneribus cum fractura aut contritione oſſium complicatis tractare inſtituerim, mihi viſum ſit ab illis initium ſumere, quæ capiti accidunt, tanquam graviſſimis, & periculoſiſſimis: tum propter incluſi cerebri nobilitatem, tum etiam quòd eis faſciæ & ligamenta omnibus (ut dicunt) fracturis convenientia accommodari non poſſint: quæ tamen tum ad repellendum, tum ad phlegmones ſedandos, tum ad pus expurgandum, aut quicquid noxium partibus affectis inhæret, tollendum, inventa credunt: ſine quibus remediis os nullum ſanitati reſtitui poſſe credidit *Galenus, method.6.cap.6.* Eo fit, ut fracto Cranio interdum neceſſe ſit partem aliquam oſſibus denudare, quod vulgò Terebrare dicimus, ut detergere poſſimus, & ſaniei viam patefacere, quæ alioqui meninges, ac tandem cerebrum mortiferè corrumperet. Vt autem ordine de his diſſeramus, & facilior noſtra fiat tractatio, ſubiecti loco proponemus nobis aliquem ſclopetico vulnere in capite læſum. Nam prima omnium conſideratio hæc erit, utrum vulnus ſenſui pateat, an vero lateat, ſola contuſione ſeſe prodens abſque cutis apertione. quod quidem fieri poteſt, ut puta, ſi galea adeo firma ſit, ut

glans

Digitized by Google

glans ex machina emiſſa illam traiicere non poſſit, ſed tantum facta impreſſione contiguum cranium abſque cutis apertione ita comprimatur, ut conteratur. Hoc perſpecto, vulnus (ut decet) decuſſatim novacula incidendum erit: ſectioni verò cum ſtupis vel linteolis admovendum erit adſtringens remcoium ex ſanguine draconis, maſtiche, & bolo Armena, cum ovi albumine mixtis: ſequenti die vulneris labra magis pateant, ac faciliùs de oſſis fractura iudicari queat. Hæc autem variis modis accidere ſolet: Interdum enim altera tantum, interdum vero utraque cranii tabula ictu excinditur: interdum etiam fiſſura apparens fit, quæ ῥωγμὴ Græcis dicitur: vel ſenſum latens, & anguſtiſſima, quæ piloſa Latinis, τριχισμὸς autem Græcis nuncupatur: quæ rurſus aut utramque aut (quod non adeo periculoſum eſt) alteram tantum cranii tabulam penetrant. Patente igitur fractura propriis ſignis, & quamprimum nobis conſtabit, vulnus ſive quod ita inflictum ſit, ſive novacula apertum, ſatis amplum & dilatatum eſſe, ad operationes neceſſarias: primum omnium eximenda erunt omnia, quæ vehementer contuſa, & attrita eſſe videbuntur: denique quicquid meninges comprimere poteſt. Quod ſi magnum aliquod fragmentum (quod ſæpe contingit) adfuerit, illud non omnino & præciſe inſequendum erit, ut docet *Galen. 6. meth. cap. 6.* Satis enim erit, ſi tanta ſit oſſis apertio, ut pus per illam expurgari poſſit. Hæc igitur nobis obſervanda ſunt, ubi cranii exciſio, vel fractura manifeſta apparet. Quod autem ad ea vulnera attinet, quibus ſimplex fiſſura adeſt, ea ſane peritiſſimum Chirurgum requirunt, ut dignoſci poſſint: ſæpe enim hac in re viſum & tactum fallunt. Veteres hoc caſu (ubi videlicet fiſſura Piloſa, vel Capillaris aderat) medicamento quodam nigro utebantur, quod veſtigia nigra in oſſe ad fiſſuræ formam relinquens, ibi fiſſuram eſſe demonſtrabat. Atramentum quo ſcribimus huic uſui accommodari poſſet, cum maſtiche mixtum: vel carbones cum melle roſato, aut (quod melius eſt) tartarum calcinatum ad nigredinem: quod etiam facilè per ſe reſolvitur. Recentiores verò reſtringente medicamento oſſi ſuperpoſito de fiſſura illa iudicant: quo loco enim, & quo citius exſiccatur, (quod accidit à vapore calido per rimam penetrante) ibi fiſſura demonſtratur: quo cognito, ſtatim conſuetis & accommodatis mediis & ſignis indagandum eſt, an utramque, vel alteram tantum ex tabellis ſeu bracteolis cranii, fiſſura penetret. Namque fiſſa tantum ſuperiori tabella, ſatis erit ſi qua fiſſum erit, radulis (quas ξυστῆρας Græci dicunt) vel aptis ad hoc organis eoſque abradatur, dum ad oſſis illæſam partem perveniatur, ut fiat os æquale: ac inde ad reliquam curationem pergendum erit adhibitis medicamentis contuſionibus aptis, de quibus iam ante primò libro tractavimus. Porrò magna cautio adhibenda eſt,

Ægin. libr. 6. c. 90. quo loco exproſſionem depreſſionem. cauteratio-num & in infantibus contuſionẽ inter fracturarum cap. differentias etiam enumerat.

ne vulnera capitis ullo liquore madefiant, teſte *Hippocr. lib. de vuln. cap.* Contra verò exſiccantia & cephalica adhibeantur: vel ſicca in pulverem tantum redacta, aut cum melle roſ. mixta. Sunt autem cephalica hæc: *rad.* utriuſque ariſtoloch. *thus*, *myrrha*, *iris*, *panax*, *farina orobi & cet. huiuſmodi*. *Mercurius* etiam præcipitatus, cum melle roſ. utiliter adhibetur: & oſſium ἐκφιλλοῦν maturat. Quod ſi fortè illa fiſſura uſque ad interiora penetret, ante diem tertium terebrandum erit, aut alio modo apertio in oſſe molienda (ut ait *Hippocr.*) adeo ampla, ut impediatur inflammatio, & ſaniei via patefiat: ita ut omnino tolli & abſtergi poſſit. Id autem circumſpectè admodum, & organis aptiſſimis fieri debet, qualia nobis *Ambroſ. Paræus* in ſuo de cap. vulnerib. libro *rectè depinxit*. Porrò peracta quæ manibus fit in cranii fracturis operatione, diligenter attendendum erit, quando iam os vacillare incipiet, ac iam propemodum exciſum erit, an ei membrana valde adhæreat (hoc enim caſu nequaquam omnino evellendũ erit) ne vis membranæ inferatur: aut ab ambiente aere lædatur: ſed tandiu ſpectandum erit, donec os ſponte à toto ſeparetur. Si verò os plane à membrana ſeiunctum ſit (quod plerumque in huiuſmodi vulneribus à ſclopetis inflictis propter ictus impetum contingit, adſitque inflammatio, aliaque ſymptomata periculoſa, quæ vulneribus illis familiatiſſima eſſe ſolent) molienda erit apertio, etiam antequam fiat corruptio, ſi maturè accerſitus ſit Chirurgus, quẽ periti ſſimũ & ſolertiſſimum eſſe oportet, ut ad unguem loca omnia norit, quibus terebrum applicari debeat: nequaquam enim attingendæ ſunt cranii ſuturæ. Quod ſi vulnus in eas inciderit, utraq; in parte terebrandum erit, illis intactis: idq; eo loco, qui ad pus utrinq; expellendum commodior eſſe videbitur. Summopere etiam cavendum eſt, ne circa ſupercilia, aut inferiores cerebri partes apertio fiat, ne cerebrum ſua mole & gravitate, patefacta via, dilabatur: neve circa tempora, propter muſculum, & vaſa quæ ibi inſunt: id quod *Galenus l.6.c.6. method.* diſertè notavit, his verbis: *Cogitavi præterea accidere poſſe, ut ſi à latere magnum fieret in oßibus foramen, prominaret fortaßis hac parte cerebrum. Eſt porrò & in lateribus non uno in loco etiam nervorum, horumque non levis momenti quidam exortus. His admonitus abſtinui ab eximendo oſſe, quod in latere capitis eſſet.* Sed ad ſuperiores cerebri partes, ullum vel minimum nervum exire negat: quibus docemur in illis apertiones minore cum periculo fieri. Aperto autem, ut oportet, vulnere (ut diximus) Chirurgi detecta membrana ſantalum, quod vocant, applicare ſolent. Eſt autem ſerici ſimplicis rubei fruſtulum detectæ membranæ magnitudine; quod nonnulli oleo tantùm roſato imbutum calidum imponunt: alii verò mel roſatum addunt. *Sunt qui tantum melle roſato imbuant*, veriti ne olei humiditate corrumpatur, & putrefiat membrana: inferciunt etiam turun-

turundas, & linamenta, ut tota vulneris cavitas impleatur. Alij ſuis digeſtivis, ut appellant, de quibus ſuprà jam mentionem fecimus. Alij Maced. vel Baſilicone, alij ceroto alioquo ex emplaſtr. de Betonicâ ſoluto, & in formam vnguenti cum oleo roſato redacto utuntur. Debet enim ex Hippocr. ſententia denudata membrana illico expurgari, & exſiccari: ne temporis diuturnitate intumeſcat, & putrefiat. Poſtquam verò phlegmonis tempus prætcrierit, ad ſarcotica & detergentia progrediuntur: & vulnus tandem cicatrice obducunt, quod fit Cephalicis, & exſiccantibus medicamentis, vt ſuprà diximus. Cæterùm non alienum erit, ſi medicamentorum quorundam capitis vulneribus cum cranij fractura vtilium deſcriptiones proponamus. Ac primum ea quæ ſtatim ab initio & primo apparatu, detectæ meningi imponi debent, deſcribamus.

℞. *Mellis roſati* ℥ ij.
Olei luteorum ovorum an. j.

Miſce & ex eis ſantalum (ſic enim conſueto vocabulo appellare lubet) intinge vel linamenta & calida membranæ impone, vel ſi ἰσχυρότερον medicamentum habere velis.

℞. *Mellis roſ.* ℥ ij.
Olei roſ. ℥ j.
Terebinthina lota ℥ ß.
Miſce & ſantalum imbue.

In tertio, aut quarto apparatu, nequaquam oleo roſ. vel ovorum utendum erit, ſed melle roſato, & oleo hyperici ſimplici mixtis, partibus æqualibus. Vbi dies ſeptima, aut vndecima præterierit, ſequentia remedia meningi detectæ applicanda erunt.

℞. *Mellis roſati* ℥ ij.
Terebinthina ℥ j.
Aqua vita guttas 10.

Miſce omnia ſimul, & calefac in lance, ac ſantalum intinge, & linamenta tenuiſſima, calidaque meningi impone. Semper autem propè adſit vas carbonibus accenſis plenum, ne frigidus aër ingrediens noceat.

Ad idem pro ditioribus.

℞. *Mellis roſ.* ℥ ij.
Olei myrrha ex deſcript. noſtra ℥ ß.
Olei Terebinthina per Balneum deſtill. cum aqua vita ℥ j.

Miſce & utere, ut ſuprà modò pars phlegmone non tentetur. Hoc medicamentum commodiſſimum eſt ad membranam ab omni putredine conſervandam, & cranij fracturis aptiſſimum.

Interim verò utendum erit initiò unguento magiſtrali, à nobis deſcriptio, *ſupra cap.* 5. *pag.* 76. quod circum oſſa collocabis, eoque vulneris cavitatem replebis, & linamenta imbues: omniaque inſuper ejuſdem materiæ emplaſtro conteges. Calcinatum magnum Paracelſic. ad illud etiam eſt efficax. Interim pro abſterſione vulneris, ſequentibus utendum.

Pro gregarijs.

℞. *Myrrha.*
Sarcocolla.
Irid. florentia an. ℥ ij.
Mumia ℥ j. ß.

Xxxxx 3; *utriuſ.*

Vtriuſque ariſtoloch. an. ℥ *j.*
Farinæ orobi ℥ *ij.* ß.
Mellis roſ. & terebinthinæ lotæ.
Aqua betonicæ an. q. ſ. ad unguenti conſiſtentiam:
vel

Pro ditioribus.

℞. *Vnguenti de pæto noſtræ deſcriptionis* ℥ *iij.*
Olei myrrhæ ℥ *iij.*
Olei ſuccini per deſcenſum deſtillati & purificati, ut docebitur ℥ *ij. pulver. rad. ariſtol.* ℥ *j.*
Miſce & utere, ut ſuprà.

Tecta jam meninge, tunc majore exſiccatione opus erit: ideoque ad ℥ j. præſcriptorum unguentorum addenda erit una aut altera drachma præcipitati noſtri dulcificati: tum ut vi ipſius oſſis particulæ fractæ faciliùs decidant: tum ut hypoſarcoſis, ſive excreſcentia carnis prohibeatur: quo medicamento uſque ad finem perfectæ curationis, & cicatricis inductionem utendum erit. Contegenda autem omnia erunt emplaſtro de betonica, aut de gratia Dei, vel Diadictamno à *Galeno* deſcripto, vel ſequenti.

Emplaſtrum cephalicum optimum.

℞. *Succi pervincæ.*
Chelidon. & conſolidæ majoris an. ℥ *j.*
Mumiæ.
Myrrhæ.
Sarcocollæ.
Ireos an. ℥ *j.*
Rad ariſtol.
Rotundæ ℥ ß.
Succini flavi in pul. tenuiſſimum redacti ℥ *ij.* ß.
Terebinth. & mell an. ℥ *iij.*
Croci martis ſubtiliſ. ℥ *iij.*
Ceræ q. ſuff. & formetur emplaſtrum.

Ad inflammationem verò ſedandam utile erit primis diebus partes vulnus ambientes oleo roſato irrigare: applicanda etiam erunt púlviſcula, & ligamenta, quoad ejus fieri poterit accommodatiſſima. Frigidus aër, tanquam ejuſmodi, vulneribus nocentiſſimus omnibus modis vitandus erit.

Victus ratio ſit tenuis: in qua vini uſus periculoſiſſimus ut & reliquorum omnium ciborum, halitus & fumos parientium. Nec ſunt prætermittendæ evacuationes, cùm per ſanguinis miſſionem, tum per inferiora, ſi opus videatur. Semper autem memoria tenenda erit *Hippocr.* ſententia aſſerentis nullum, ne minimum quidem, capitis vulnus ſpernendum etiam ſi ſola cutis læſio adſit: propter varia & magna ſymptomata, quæ intervenire ſolent. Itaque ſumma cum prudentia prognoſtico utendum erit, ad calumnias (quibus plerunque ij qui medicinam tractant obnoxij ſunt) vitandas. *lib. de vul. cap.*

Sunt igitur metuenda maximè vulnera commiſſurarum, magis etiam quæ parti anteriori capitis ac temporum, & ad latera, quàm quæ reliquis locis, ut puta, occipitio infliguntur: quod & *Hippocrates* teſtatur. Ac quò *Signa & Indicia.*

major

Digitized by Google

major erit oſſis quaſſatio, eò vulnus magis periculoſum, ubi præſertim læſæ ſunt meninges: vulnera enim ab ejuſmodi machinis tanto cum impetu fiunt, ut non ſolùm id quod attingunt, conterant: ſed etiam partes vicinas, atque adeò remotiores convellant: hominemque attonitum ac propè exanimatum reddant: quod peſſimum eſt indicium. Quæ omnia eò diligentiùs animadvertenda ſunt, quò meliùs remedijs utaris, certiuſque de rei eventu amicos ægri commonefacias.

Hi quorum vulnera lethalia ſunt, aut ſtatim moriuntur, aut non diu ſuperſtites ſunt: prout vulnus vel magnum fuerit, vel in periculoſum locum inciderit. Interdum qui minùs læſi ſunt (ſed mortiferè tamen) ſi febri corripiantur, ſeptimo die moriuntur, vel 11. vel 17.

Signa mortis. Mortis proximæ indicia ſunt hæc: vulneris color lividus, ſanies fœtida & exigua, os ſubnigrum, puſtulæ in lingua apparentes, oculórum denique rubor: ſed & alia quædam, quæ *ex Hippocrat. ſcriptis lib. de vul. cap.* colligere licebit. His accedit inſtante morte delirium, & convulſio.

CAP. II.

De faciei plagis cum oſſis contritione.

Faciei vulnera. FRactis alijs capitis oſſibus, ut eo quod Baſilare dicitur, vel ambabus maxillis, nullo alio utendum remedio, præterquam congruenti obligatione vulneris, & eorum applicatione, quæ contritis ac contuſis oſſibus adhiberi ſolent. Elicienda ergo erunt omnia extranea, etiam primo apparatu: utpote glans, ſi inhæreat, atque adeò oſſium particulæ à toto prorſus ſeparatæ, & quæ facilè eximi poterunt: alioqui ſpectandum erit, donec natura ſua ſponte illa depellat, ea parte, qua glans ingreſſa eſt, vel quâ exierit, quæ juvanda erit à Chirurgo remedijs conſentaneis à nobis jam *lib.* 1. deſcriptis. Quòd ſi fortè vulneris labra ad extraneorum extractionem, utpote oſſium confractorum, non ſatis aperta ſint, amplificanda erunt ſpongijs præparatis, ac tum demum ferro, ſi res poſtulet. Cæterùm non alienum facturus videor, ſi aliquam deformitatis, quæ propter hujuſmodi vulnera remanet, mentionem faciam: cujus magna eſt habenda ratio, præſertim ejus quæ in facie relinquitur: hominem enim turpiorem reddit, maximeque omnium oculis patet, cùm facies detecta eſſe ſoleat. Si igitur ita è propinquo vulnus inflictum ſit, ut barba cutiſque comburantur, recurrendum erit ad medicamenta quæ combuſtioni convenire jam docuimus. Inter cætera utiliſſimum eſt ſequens remedium, puſtulas enim prohibet, ac pilos gignit, ut à magno quodam viro, qui ſe id expertum eſſe aſſerebat, didici.

Εὐπόριστον.

℞. Succum exporris, ſub prunis coctis, expreſſum, quo partem ambuſtam, & pilis denudatam quotidie ter aut quater innunges.

Aliud.

Aliud ad idem probatum.

℞. *Succi porror. & caparum ſub prunis coctar. an.* ℥ ij.
Aquæ ſeminis ranarum ℥ j.
Olei è viſco pomorum & popul.
Ceræ albæ an. q. ſuff. ad linimentum conficiendum, quo bis quotidie partem uſtam & depilatam inunges.

Si fortè pulveris tormentarij granula, ut ſæpe accidit, cuti inhæreant, acus majuſculæ cuſpide primùm, quantùm fieri poterit, vel alio inſtrumento extrahenda erunt, deinde ſuperponendum quod ſequitur linimentum.

Pro gregarijs.

Butyrum liquefactum in aquam ex ranarum ſemine extractam injice, aut in aquam gammarorum more noſtro paratam, id decies aut ſæpius repetendo donec butyrum lactis inſtar albeſcat. Ejus ita præparati ℥ iij. miſce cum ℥ j. olei luteorum ovorum ex noſtra deſcriptione: fiat linimentum, quo partem pulvere maculatam inunges, eſt enim ad id ſingulare remedium, ut & ad ἐμπύεσμα partis ambuſtæ tollendum.

Aliud ad idem excellentiſſ. pro ditioribus.

℞. *Olei lithar.* ℥ ß.
Aquæ ex gammaris extractæ ℥ ij.
Balſami ſaturni ℥ j.
Aquæ foliorum nymphææ ℥ iij.
Butyri præſcripti q. ſuff. ut fiat linimenti inſtar.

Poſt ambuſtionem autem facies eſt lenienda ſequentibus ter aut quater in die.

Vnguentum faciem Ambuſtam leniens.

℞. *Vnguenti citrini* ℥ ij.
Spermat. ceti ℥ j.
Olei roſarum & liliorum an. ℥ ß.
Miſce.

Aliud præſtantius.

℞. *Vnguenti pomatæ* ℥ ij.
Mucilag. ſem. pſyllij cum aqua roſarum extracti ℥ j.
Caphuræ ℈ j.
Olei amygdal. dulcium ℥ ß.
Miſce.

Porrò ad cicatrices elatas & rubentes ſequenti medicamento utendum erit.

℞. *Olei litharg.* ℥ ij.
Olei tartari & balſami ſaturni an. ℥ j.
Caphuræ ℈ j.
Spermatis ceti ℥ j.
Olei ovorum ℥ ij.
Miſce, utere quater quotidie.

Ditiores óleo talci ad omnes maculas delendas omnium præſtantiſſimo, utentur.

Si fortè propter os exemptum vulneris labra corrugentur & occalleſcant, quod cicatricem fieri prohibet, recurrendum erit ad ea, quæ pauló pòſt ſingulatim de ijs dicturus ſum.

Hæc igitur de capitis vulneribus cum fractura dicta ſufficiant.

De

Digitized by Google

Cap. III.

De vulneribus quibus brachiorum aut tibiarum oſſa rupta ſunt.

CÆterùm hujuſmodi vulnera, quibus oſſa rumpuntur, imponuntur ſæpe brachijs, aut femoribus, aut tibijs: partim quia globuli tormentarij faciliùs oſſibus illis, utpote grandioribus, occurrunt: partim quia membra illa plerunque armis nudata ſunt. Cum igitur aliquis hujuſmodi vulneribus affectus nobis oblatus erit, diligenter erit nobis digito, vel ſpecillo tentandum, atque explorandum, quomodo ruptum os fuerit: ac tum præſertim, cum vulnus humero vel coxendici inflictum eſt, propterea quòd oſſium fractura in illis membris admodum periculoſa eſſe ſolet: quippe, quæ propter extenſionem, muſculos, & nervoſas partes offendat: ac proinde magnas inflammationes inferat, magnoſque dolores, & convulſiones, aliaque graviſſima ſymptomata: ex quibus plerunque interitus conſequitur, niſi maturè remedium adhibeatur. Horum autem remediorum duo ſunt genera: vnum miſerabile, & luctuoſum, ſed tamen ad reliqui corporis ſalutem conſervandam neceſſarium: amputatio videlicet ſauciati membri, cum ita læſum, atque affectum eſt, ut nulla medicinæ faciendæ ſpes ſuperſit. Verùm hujus extremi in extremo malo remedij dijudicatio nequaquam gregalibus quibuſdam Chirurgis committenda eſt: qui ſibi honeſtiſſimum illud nomen tribuunt, ſimul atq; incidendi, amputandi, lacerandi, & (ut veriùs loquamur) dilaniandi rationem didicerunt. Neq; aliud habent remedium præter ſerriculam, cauteria quædam, quibuſcum confidentiam afferunt, quam animi præſentiam appellant: quam equidem pernicioſſimam eſſe judico, niſi cum prudentia, & judicio conjuncta ſit: præſertim qui permagna ſæpe incommoda, nonnunquã etiam luctuoſos interitus ex illa nimia confidentia & carnificina accidere viderim. Verùm ubi morbi magnitudo, & gravitas diligenter perſpecta fuerit, exploratumq; partem affectam alijs nullis remedijs in priſtinam valetudinem reſtitui poſſe: tum verò jure optimo adducentur ij, qui prudentia & moderato ingenio præditi ſunt, & harum rerum uſum ac peritiam aſſecuti, ad ulterius progrediendum: ac tum præſertim, cum inflammationes, aliaque ſymptomata nondum contigerunt: præcidendumq; membrum erit, ſi facultas ferat, ut reliqui corporis ſalus conſervetur, poſteaquam Chirurgus ea denuntiarit, ac proteſtatus fuerit, quæ prædici neceſſe eſt. Neque dubitandum eſt, ubi humerorũ aut coxendicum oſſa rupta erunt (quod magna cum muſculorum dilaceratione accidit, itemq; nervorum aliarumq; partium, unde repentinæ convulſiones, inflãmationes, gangrænæ, univerſiq; adeò interitus conſequi poſſunt) quin diligentia tanta in præcidendo requiratur, quantũ periculũ apparet. Nam ſi è veterum Medicorum numero reperti ſunt, qui rupturæ horum oſſium *Hippocrat. li. de fract. Celſus lib. 8, cap. 10.*

manum ullo modo admoveri vetabant, alij jubebant ſaucium membrũ penitus excindi, etiam cum oſſa paululùm extrinſecus eminebant: ecquid, quæſo, nunc dicerent, cum viderent horribiles rupturas, quæ poſt furiale ac diabolicum iſtud bombardarum inſtitutum accidere conſueverunt? quod inſtitutum multorum artibus conſceleratis ac nefariis ita in dies augetur, ut jam propè neq; ab ullo medicinæ genere comparari remedium poſſit. Quantùm autem ad illud luctuoſum remedium attinet, nimirum abſciſſionem membri, commodiùs erit, de eo, *ſub cap. de Gangrana & ſphacelo* diſſerere. Nam in præſentia veniendum eſt ad alterum remedium utilius ac ſalutarius, quod per manualem (ut loquuntur) operationem exquiritur: quodque modis omnibus tentandum eſt: quemadmodum jam inde ab hujus capitis initio demonſtravimus. Ad hanc rem Chirurgi plerumque duplicem ſibi intentionem (ut appellant) proponunt, quarum una rupturæ rationem habet, & magna oſſium fragmenta jubet ſuam in ſedem, locumque reſtitui, quantùm facultas ferre poteſt: tum ubi reſtituta ſunt, jubet univerſam compaginem faſciis obligari, & comprimi, quæ neceſſariis medicamentis tinctæ, ac madefactæ ſint, ut incommoda, quæ accidere poſſent, prohibeantur ad extremum etiam ferulas adhiberi, quas nonnulli etiam in primo apparatu comprobant, quò firmior compactura reddatur, quam omni ex parte non diſſolvunt: ſed vel laxant, vel conſtringunt, prout res poſtulat, idque uſque ad diem quadrageſimum: niſi fortè aliud flagitent: pruritus, inflammatio, dolor, aliaque incommoda: quibus tamen mederi conantur, adhibita commodiſſima ratione victus, aut ſanguinis miſſione, aut purgatione, aut medicaminibus topicis, quæ idonea videntur.

Altera intentio rationem habet vulneris, vetatque illud contegi, & involvi faſcijs ad fracturam oſſium accommodatis: propterea quòd frequentem curationis renovationem poſtulat, ut excrementa & adventitiæ quædam ſordes (quas natura reijcit) exitum reperiant: ob eamque ipſam cauſſam confeſtim nonnulli ſetonem (ut appellant) adhibent: ſi per vulnus traijci commodè poſſit, quem medicaminibus idoneis inungunt: alij uſu turundarum contenti ſunt, & vulneris labra paululùm dilatant, ſi res poſtulet, ac præſertim inferiora, quò faciliùs omnia ſupervacanea & ſordida dilabantur: atque ita partes affectæ tractabiliores, & ad curandum habiliores reddantur. Quas turundas in dies ac ſenſim eò breviores faciunt, quò magis vulnus curatur, novaque caro adnaſcitur: eamq; ad rem idoneis utuntur medicamentis adverſus ictus ſclopetarios, fracturis oſſium complicatos: de quibus in priore tractatu diſſeruimus. Atque ad extremam complendam intentionem hoc potiſſimùm ſpectant, ut præcipiant, tantiſper dum callus conficitur, bonis & ſucculentis uti cibis, ſed præcipuè conglutinantibus: idque tum maximè, cum

cum ea vulneris ratio & conditio eſt, ut ad oſſium conſolidationem propendere videatur. Hanc viam & rationem plerique Chirurgi hodie tenendam cenſent, in hujuſmodi vulneribus, quibus oſſa fracta ſunt. Quod illorum conſilium non magnopere probare non poſſem (præſertim cum præſtantiſſimos viros in eadem ſententia conſentientes habeant, qui hanc eandem viam & rationem uſurpant) niſi res & experientia ipſa me perſpicuè docuiſſent, ac planè ſub oculos ſubjeciſſent innumera incommoda, quæ ex ferulis & arctioribus illis vinculis accidunt. Frequenter enim ſymptomata inducunt, dolores, inflammationes, & gangrænas, quibus hæc vulnerum genera plerunque obnoxia ſunt. Quinetiam exhalationes prohibent eorum humorum, qui in ijs abundant, & plerunque naturalem calorem ſuffocant: atque adeò gravium ſymptomatum notitiam impediunt, prohibentque ne tam facile ipſis remedium adhibeatur, quàm res ipſa flagitat: niſi fortè admodum ſerò, cum neceſſitas cogit vincula illa orbicularia, & obliqua diſſolvere: hoc eſt, tum fortaſſe, cum illa incommoda adeò inveterata erunt, ut non tam commodè per remedia coerceri poſſint, quàm facilè fuiſſent, ſi maturè, ac tempori proſpectum illis fuiſſet. Quare vulgares & uſitatæ ligaturæ ſimplicibus fracturis convenientes, in plagis quæ oſſium fracturam habent, meo judicio, adhiberi ſine periculo non poſſunt: ac præſertim ijs, quæ ſclopetarijs ictibus infliguntur: quamvis fracturis illis complicatæ ſint, ut ex ſuperioribus argumentis exiſtimari poteſt: quam ad rem attentum eſſe Chirurgum oportet, ne quid temerè & imprudenter admittat, cujus eum nimiùm ſerò poſteà pœniteat. Cæterùm optimum fore judico, ſi ſtatim ab initio oſſa in ſuam ſedem, locumque ac naturalem formam, & eam quæ ſauciatum minùs cruciabit, reſtituantur: etiam antequam inflammatio affectum membrum invalerit; atque utendum eſſe cenſeo veris & idoneis remedijs, quæ utrique affectioni conducant, hoc eſt, plagæ & fracturæ. Et quoniam idem illud vidi obſervari à peritiſſimis, & nobiliſſimis Medicis, quos cum alijs locis, tum etiam apud Germanos notos habui, non prætermittendam putavi eam artem, quam in vulneribus cum fractura oſſium curandis tenere, ac ſequi conſueverunt: præſertim cum illam ſclopetarijs vulneribus iccirco aptiſſimam eſſe judicem, quòd ligaturas illas a. ctiores & uſitatas, non aliam ob cauſſam improbent, niſi ob dolores, inflammationes, gangrænas, quæ propter illas conſequuntur: quibuſq; vulnera ſclopetica præter cætera omnia, obnoxia eſſe jam diximus. Poſtquã igitur vulnerati loci oſſa in ſuam naturalem ſedem reſtituta erunt, & membrum ſuo loco idoneè collocatum, curataq; plaga, ut res poſtulabit, extendendum erit Cerotum, quod ſequitur, ſuper linteo priùs oxyrho-

dino madefacto: ac tum adhibendum erit vulneri: propterea quòd fracturis omnibus opportuniſſimum eſt.

℞. *Reſinæ.*
Ceræ an. ℔. *j.*
Pulver. cort. tiliæ ℥ *iij.*
Succi geranij ℥ *iij.*

Coquantur ad ceroti conſiſtentiam & apponantur.

Aliud quo ipſe ſemper utor.

Catagmaticũ Quercetani.

℞. *Gummi rad. conſol. major. & viſci pomorum & popul. an.* ℥. *iiij.*
Succi geranij ℥ *vj.*
Lapid. ſabuloſ. Rhenenſ. vel argill. rub. aut boli Armenæ ℥ *iij.*
Pulver. cort. tiliæ ℥ *ij.*
Vitellos ovorum 20.
Terebinthinæ ℔. ß.
Olei lumbricorum ℥ *iij.*

Coquantur omnia bene permixta, uſq; ad ceroti conſiſtentiam: aptiſſimum eſt remedium ad vulnera fracturis complicata, atque ad arcendos dolores, inflammationes, aliaque ſymptomata. Commovendum autem erit xxiiij. horarum intervallo ad primos apparatus, ac paucorum dierum ſpatio mirabiles effectus in fracturæ conſolidatione perſpicies. Interea applicanda erunt in ipſo vulnere, & ipſius ambitu remedia idonea, & defenſiva, de quibus ſuperiùs commemoravimus. Porrò danda erit opera, ut pars affecta idoneè locetur, & involvatur laminâ plumbi, inſtar tibiæ aut brachij inflexa, ut opus videbitur: aut corio elixo, cui corrigiæ alligabuntur, quibus oſſa, quæ prius agmentata fuerint, firmius contineantur: quæ certè, quam minimùm fieri poterit, labefactari, aut ſua ſede commoveri non oportebit, tum, cum ſaucius curabitur, & vincula illa diſſolventur. Interea utendum erit potionibus vulnerarijs ad hanc rem aptiſſimis: quarum opera vidi fracturas ſanari, poſteaquam oſſa ſuam in ſedem reſtituta fuerant. Idque potiſſimum in Germania obſervari vidi: ac memini me Reyſtadij non procul à Rheno didiciſſe, loci ejus incolas uti lapide quodam, qui in illa vicinia naſcitur, & ab effectis Beinbruch appellatur. Vnam enim illius drachmam in vino rubro exhibent, in quo priùs vinca pervinca madefacta fuerit per noctem, idque manè, per dies quatuor aut quinque: atque hac ratione dolores eximunt, graviaq; ſymptomata, fracturaſq; intra quatuor aut quinque dies ſanant, magna cum omnium admiratione: cujus rei oculatus ipſe ſum teſtis, ejuſque rei Mathiolus in cõmentarijs ſuis mentionem facit. Eodemq; lapide uti præterea ſolent in formã cataplaſmatis redacto, cum geranio contuſo, & oleo olivarum vel roſato, tam fœlici ſucceſſu, ut ſine ullo dolore, ac inflammatione, partis oſſa coagmententur: quod incredibile videri poſſet, niſi præter me innumerabiles alij oculati & idonei teſtes extarent. Quãobrem conjecturam facio, genus illud medicamenti ad hæc ſclopetaria vulnera fracturis oſſium cõplicata eſſe accommodatiſſimum. Magna enim jam operis pars effecta eſt, cum oſſa confracta tam facilè, & tam brevi tempore ſanantur, ſine ullo ſymptomate: præſertim

Lib. 5. cap. 109.

ſertim cum id non prohibeat nos vulnus, tanquam contuſum, & quemadmodum decet, tractare. quinetiam viam nobis compendiariam ad brevē curationem patefacit, & ad ſauciatum ſublevandum accommodatiſſimam. Sed quoniam non ubiq; lapidis illius copia eſt (cuius tamen recondita apud ſe fragmenta pharmacopolas habere deceret) utendum erit ea potione vulneraria, quam *in Antidotario* docebimus ad plagas cum fracturis ſanandas eſſe aptiſſimam: cuius formulam *in cap. de Potionibus vulnerariis* deſcriptam invenies: Interea Catagmatico meo utendum erit renovato, ſi opus ſit, quod ad idem remedium eſt aptiſſimum: cui adiungi poterunt (cū nullus erit ab inflammatione timor) gummi aut ſuccus Ariſtolochiæ, ſerpentariæ, borrax, crocus martis ad callum obdurandum & partem confirmandam. Quod ſi quæ parvulæ eſſent oſſis particulæ, quas reiici opus eſſet, tum hac iniectione utendum erit,

℞. *Succi ariſtoloch.*
Serpentariæ,
Iridis,
Vincapervincæ an. ℥.iij.
Vini albi ℥. vj.
Aquævitæ ℥.iij.
Myrrhæ,
Sarcocoll.
Maſtiches,
Iridis,
Guaiac. an. ʒ. j.
Aloës hep.
Mumiæ an. ʒ. ß.
Caryophyll. ℥. j.

Circulentur in Bal. iiij. dierum dierum ſpatio aut decoquantur ad tertiæ partis conſumptionem, poſt colentur & aſſerventur, ut iis cum res & tempus poſtulabit, uti liceat cum ſyringe, aliove inſtrumento aut cōmodiùs eſſe videbitur. Hæc iniectio præterquam quod ad oſſium ſalutem præſtantiſſima eſt, plagam optimè perpurgat, eamque carne ſenſim replet, aptiſſimaque eſt ad perfectam curationem adiuvandam.

Quod ſi fortè os corrumpatur, & in cariem degeneret (quemadmodum frequenter uſu venit propter aerem qui per vulnus ſeſe inſinuat, & fracturis pernicioſiſſimus eſſe ſolet) ſequenti remedio utendum erit: quamvis illud quod ſuperiùs præſcripſimus ſit maximè conſentaneum.

℞. *Olei myrrhæ deſtillati per deſcenſum & purificati cum vini ſpiritu* ℥. ß.
Olei caryophyll. ʒ. ij.
Olei ſulphuris cum colchotare deſtillati ʒ. j. ß.

Miſce omnia, & cum uti voles, os corruptum bis terve contrectato cum xylo in hoc medicamentum intincto, quod ad extremum ſpecilli alligaveris: ac tum os à carie ſanabitur, ſimulque quod corruptum eſt, brevi dilabetur.

Aliud.

℞. *Olei tartari deſtillati per retortam*
Olei guaiaci an. ℥. ß.
Olei ſulphuris, & vitrioli an. ʒ. j.
Miſce, & utere ut ſupra.

Digitized by Google

Aut

℞. *Balſami mercurii* ℥ ß.
Olei Antimonii ℥ iij.
Salis Saturni ℥ ij.
Miſce omnia ſimul.

Nullum hoc medicamento præſtantius, aut exquiſitius exoptari poteſt, magisq; ad hanc intentionem noſtram accommodatum. Nam etiam ulcera maligna & deplorata ſanat. Interea emplaſtrum illud vulneri, & eius oris ac labris impones, quod eſt ad oſſa corrupta extrahenda commodiſſimum, atq; ad integram vulneris conſolidationem aptiſſimum.

Cæterum ſi fortè oſſis aliquòd fragmentum exiturum arbitraris, & vulneris orificium pluſquam ſatis opus eſt, anguſtetur, atque arctius nimio ſiat, non erit difficile illud dilatare, adhibitis turundis ex gentiana & ſpongia præparata confectis, *ad vitandos dolores, atque inflammationes*, ſi fortè vi fragmentum illud evellendum eſſet. Ad hanc rem manuali operationi parcendum non erit: velut inciſioni, raſuræ oſſis cum ferramentis idoneis: ſimul etiam cum cauterio actuali, quod ſummum & extremum eſſe remedium ſolet.

Cap. IIII.

De ſclopetariis vulneribus, quæ per alias corporis partes ſine fractura penetrant.

VEruntamen ſi per pectus, aut latera, aut inferiorem ventrem ictus permanet, conſiderandum erit, an plaga in cavum ingrediatur & ſi ingrediatur, an principalem aliquam partem offendat, ut idonea de vulnere judicatio fieri poſſit, prout in cap. de ſignis & iudiciis docuimus. Nam ſi corpus non transfodiat, non aliud curationis aut tractationis genus poſtulat quam id quod generatim & universè ſuperius expoſuimus. Sin ſecus evenerit, quædam erunt magis propriè, ac ſpeciatim obſervanda. Nam ſi in pectus plaga infixa ſit, neq; glans totum corpus perfoderit, danda erit opera, ut evellatur: ſimul & alia omnia extranea & adventitia eximenda ſunt, ac ſummo opere conſiderandum erit, ecquid ſanguinis in capacitatem thoracis influxerit. Quod ſi acciderit, diligenter educendus erit, collocandumque atque inclinandum ægri corpus in eam partem, quæ commoda videbitur: aliaque generis omnis idonea erunt adhibenda remedia, quæ uſui ad illud conſilium eſſe poterunt: dilatandumque vulneris orificium, ac tantiſper cum hiatu relinquendum, dum res poſtulabit, quo faciliorem exitum habeat. Hac enim ratione quamplurimis incommodis occurretur, quæ naſci ex ſanguinis illius retentione poſſent: quibus huius generis vulnera maximè obnoxia ſunt. Et his caſibus potiones vulnerariæ maximo uſui eſſe ſolent: ſanguinem enim concretum diſſolvunt, atque adeo ne coaguletur, impediunt. Eas autem exhibebis ægro, etiam primo quoque die, tum etiam veſperi: quemadmodum cognoſci licebit ex *ultimo cap. Antidotarii de potionibus vulnerariis.* Reliquam

quam curationem perficies iiſdem artibus ac remediis, quæ in ſclopetariis aliis vulneribus adhibentur. Vnum illud ſeparatim ac ſingulariter obſervabis, ut medicamenta (quæ ad cavũ vulneris ferri non poterunt, ad vim & efficientiam ſuam expromendam, niſi in formam liquidam redacta ſint) varietur, eorumque forma mutetur: fiantque idoneæ iniectiones, prout rei neceſſitas poſtulare videbitur. Quas ex iis medicamentis conficies: quæ in priore tractatu noſtro præſcripſimus. Iniectiones illæ fieri debent per catheterem, quem omnibus aliis inſtrumentis aptiorem eſſe comperi, quoniam ad ſe denuò retrahit quod prius expulerat, quemadmodum horum remediorum ratio flagitat. Turundas poſtea filo alligabis, eaſque in plagæ concavum immittes, ea longitudine, quę convenire videbitur, ad orificium vulneris patens, atque apertum perpetuo retinendum: ut cum interior pars purgata & mundata fuerit, carne ſenſim adnaſcente repleatur, priuſquam hiatus coaleſcat, ne alioqui putredini exitus intercludatur. Porrò dum æger curabitur, vitandus eſt aer frigidus: utpote his malis incommodiſſimus. Si utraque ex parte hiatus ſit, turunda erit utrinque imponenda: eoque diutius apertum orificium illud retinebis, per quod putredo & ſanies faciliorem exitum habere poſſit. Quod ſi quid calli forte obducatur (ut accidere ſolet) adhibendum erit remedium, quod poſterius magis idoneo loco explicabitur.

Quantum ad victus rationem attinet, ea ſervanda erit, quæ in alterius generis plagis præſcribi ſolet: frigida nimirum, ſicca, & tenuis: Ab acribus ſanè & aſtringentibus cibis tẽperandum erit: idque præſertim ab initio, quoniam tuſſim commovent, & anguſtæ reſpirationi cauſam præbent quæ frequenter miſeros ægrotos in hoc vulnerum genere diſcruciat. Ex contrario pectorica magnopere conducunt: veluti ficus, uvæ, hordeum mundatum, & cætera generis eiuſdem. Sanguinis miſſio magno quoque uſui eſſe ſolet: itemque vacuatio per clyſteres, & alia remedia, ſi corpora ſint cacochyma.

De vulneribus inferioris ventris. Eadem hæc etiam in ventris inferioris plagis erunt obſervanda: quarum curatio non eſt abſimilis aliarum, quas in cæteris ſclopetariis vulneribus præſcripſimus. quanquam his potiones vulnerariæ maiori ſunt uſui, propterea quod in his partibus ad quas profluunt, commodius vim & efficientiam ſuam expromunt. Miſcedæ autem hæ potiones erunt, prout intentiones poſtulabunt: eoq; plus corroborantium adhibendum erit, ſi qua pars nutritionis oſtenſa fuerit (velut iecur, aut lien) quam etiã fomentis extrinſecus adhibitis tueri oportebit. Interdum etiã curantur hæ plagæ admotis idoneis clyſteribus, cum partes inferiores attingunt. Quod ſi per corpus permanent, & dorſi ſpinã attingãt: utendũ erit iis medicamentis, quæ adverſus capitis vulnera præſcripſimus. Ideq; iudicium ſtatuendũ erit, ſi forte medulla è ſpina dilabatur, quod de reliquis ſtatuitur. Por-

Digitized by Google

Porrò quoniam ſæpenumero accidit, ut ictus à ſuperiore parte in inferiorem ferantur, & in membrum aliquod penitus immittantur, neq; tamen glans exeat (qua de cauſa exitum habere putredo & ſanies non poteſt) conſiderandum erit, an ſine periculo poſſit in inferiore parte exitus aperiri. Quod facilius effici poterit, ſi digitis glans ſentiri poſſit, quam eadem ratione multò commodiùs educere poterit: quemadmodum iam antè à nobis dictum eſt, cum de extraneis & adventitiis rebus extrahendis agebamus. Quod ſi hoc fieri non poſſit, tum utendum erit compreſſionibus, & ligaturis arctioribus, ut hac ratione putredo faciliùs effluat, cum verſus ſuperiorem partem comprimendo impellitur. Iniectiones ad has ſinuoſas plagas ſunt accommodatiſſimæ: quoniã alia medicamenta uſque ad illarum intimam partem ferri non poſſunt: dandaque opera erit, ut quam minimum illarum injectionum intus relinquatur, atque quod reſidebit eadem ſyringe qua inieciſti, retrahas. In hoc vulnerum genere turundæ ex ſpongiis præparatis aptiſſimæ ſunt: quoniam putredinem eliciunt, eaque imbuuntur, vulnuſque exſiccant. Et quoniã perſæpe os vulneris obdureſcit (quæ res perfectam conſolidationem impedit) ſequentibus remediis utendũ erit. Sunt enim & ad hæc incommoda & ad omne fiſtularũ genus aptiſſima, neq; ferramentorum uſu opus erit: quod extremum remedium vulgares Chirurgi adhibere conſueverunt.

Ad Callum & Fiſtulas curandas.

℞. *Olei mellis deſtillati igniu expreſſione ℥.ij.*
Olei Saturni & Mercurii ſublimati an. ℥.j.
Olei petrolei & caryophyllorum an. ℥.j.ß.

Excipiantur terebinthina & apponantur cum ellychniis aut turundis parti affectæ.

Aliud optimum.

℞. *Antimonii ℥.iij.*
Mercurii ſublimati ℥.j.ß.
Mellis ℥.vij

Mixtis omnibus ut artis eſt, deſtillentur per retortam vitream mediocri igne, exibit oleum *ad calloſa & maligna omnia ulcera, fiſtulas, cancrum, & gangranam curandam præſtantiſſimum.*

CAP. II.

De Symptomatum quæ hiſce vulneribus occurrunt correctione.

SÆvioribus ſymptomatis, quod vires nimiopere convellant, aut etiã proſternant, in primis diligenterque ſuccurrendum, morbi etiam propria cura prætermiſſa, omnes Medici ingenuè fatentur. Atque ea quidem ſymptomatis curatio eſt, nõ qua ſymptoma, ſed qua aut viriũ labefactarũ, aut gravioris cuiuſdam affectus cauſa exiſtit. Dolor enim excrucians, intemperies, phlegmone, febris, convulſio, paralyſis, gangræna, ſphacelus, quoniam gravia, nimiumq; infenſa & periculoſa ſunt ſymptomata, quæ iſta præſertim vulnera comitantur, leniẽda

da ac tollenda protinus ſunt, quod & vires debilitent, & morbos periculoſiores ingenerent. Atq; tunc ipſa methodus immutanda eſt, ne violentia ſymptomatum illorum, laborans juguletur, aut ſaltem ne ipſorum ſævitia crudeliùs ipſe torqueatur. Atque primum eo auſpicanda erit curatio, à quo ægro periculum impendet, in eamque primum medentis conſilium dirigi debet. Nunquam enim ad integram curationem perduci poterunt illa vulnera, niſi eiuſmodi ſymptomata prius arceantur. Itaque operæ pretium duxi idonea methodo & ordine ſingula pertractare, & ſingulis ſua quæ conveniunt remedia paucis præſcribere.

De dolore.

Dolorem lenimus *anodynis vel paregoricis medicamentis*, quæ temperata exiſtunt, corporique noſtro conſimilia, vel ordine primo calida tenuiſque ſubſtantiæ, idque fomentis & linimentis.

Fomenta parantur *ex decocto radicum althea, capitis veruecini, malvarum: ex floribus verbaſci, chamameli, meliloti: ſe m. lini fœnigræci cum lacte.*

Linimenta autem fiunt ex *mucilaginibus ſeminum pſyllii, fœnigraci & althaa: ex butyro, axungiis gall. & taxi: ex œſypo & oleo viſci pomorum.*

Narcotica etiam *dolores leniunt*, quod inducto ſtupore partis ſenſum obtundant, torpidioremque reddant, ut doloris urgens cauſa minimè percipiatur. His utimur cum dolor acerbior vires diſſolvit, ſyncopeſque metum affert, & ex nimia inflammatione ſuboritur.

℞. *Radicum hyoſcyami & nymphea an.* ℔. ß.

Digerantur ad ſolem *in aceto roſaceo & oleo nenupharino* per aliquot dies: deinde exprimantur, & ex colatura locus dolens tepide foveatur.

Inungatur poſtea ſequenti linimento.

℞. *Succi foliorum hyoſcyami & ſempervivi an.* ℥. *ij.*
Olei viſci pomorum, & nenupharis an. ℥. *j.* ß.
Butyri recentis ℥. *ij.*
Ceræ novæ ℥ *j.*

Miſce, fiat linimentum.

Hoc ſtudioſe Medico ſemper obſervandum, ut doloribus præcavēdis ſedulam operam adhibeat: ſemper enim aliquid mali portendunt. Et hæc de dolore ſufficiant, ſuperius enim jam multa remedia ad hanc intentionem præſcripſimus.

De intemperie.

Si intemperies calida affectum locum obſederit, quod ex dolore & veſicatione facilè deprehendes, affectum locum infrigidabis unguento nutrito vel caphurato albo cum populeone. Sequens multum proderit.

℞. *Succi plantaginis,*
Solatri,
Sempervivi. an. ℥. *j.*
Boli armenæ. ℥. ß.
Lithargyri loti aqua plantaginis, & tuthiæ præparatæ an ℥ *j.*
Olei roſ. omphac. & nenupharis an. ℥. *ij.*

Digitized by Google

Aceti roſacei & ceræ tantillum, ut fiat unguentum.

Porrò ſi intemperies frigida adſit (quam mollities oſtendit) corrigitur vini fomento cum quo anethum, ſemen lini & flores chamæmeli decoxeris. Ex quibus etiam parari poteſt aliquod cataplaſma. De hæmorrhagia nullam iccirco mentionem facimus, quod de illa jam ſuperius ſatis ſuperq; tractaverimus.

De Febre.

Ne febris ſuperveniat, ſtatim de principio occurrendum erit: ipſamq; cohibere oportet victus ratione tenui & frigida, venæ ſectione, & medicamentis humores peccantes purgantibus. Quod ſi etiam vigente morbo (quod ſæpius evenire vidi) febris vulneratos corripiat, humores erunt cõvenienti aliquo apozemate concoquendi, & denuò purgandi. Cui rei ſummam curam diligentiam impendere debet Medicus, omnibusq, modis iuvandus æger, ne morbi acerbitate interitus ſubſequatur.

De Convulſione.

Conſtat inter Medicos convulſionem tribus fieri modis: ſcilicet inanitione, quod accidit ſuperfluis ac copioſis evacuationibus, & immoderatis hæmorrhagiis, quam periculoſam *teſtatur Hippocr. aphor. 3. lib. 5.* tum repletione ſive plenitudine, quod cõtingit propter tumores præter naturam qui in vulneribus derepente evaneſcunt: & propter immoderatum frigus, quod nervos in unum cogit, cohibet atque implet: quod *Hippocrates etiam Aphor. 17. lib. 5. expreſſit*: tũ cerebro per conſenſum affecto ratione doloris, cum vel nervus punctus eſt, vel cum acres, mordaces, & venenati humores naturam permutant ac corrumpunt: unde dolores *Hippocr.* etiam auctore excitantur, ex quibus propter ſenſus vehementiam convulſio exoritur.

Convulſioni autem ex inanitione ſic medendum erit: primo inſtituatur victus ratio humectans, nutriaturque æger ſorbitionibus ex lacte amygdalino, hordeato, aut iure aliquo cõpetenti. Paretur balneum in quo humectantia quædam & lenientia decocta ſint, ut ſunt capita & extremitates vervecum: item rad. althææ, malvarũ, violarum & viſci pomorũ folia, quod (niſi hoc vulnus impedit) æger ingrediatur, vel ſaltem pars affecta foveatur. Deinde liniatur oleo viſci pomorum & violarum, vel aliquo unguento ex prædictis parato. Et quoniam hic affectus, ſi confirmatus ſit, & cum nervorum ſiccitate, incurabilis *Galen.* habetur *lib. Meth. med. ſeptimo*; ad præſtantiora remedia confugiendum eſt, nempe ad tincturam auri & balſami naturalis: nam ſi qua ſuperſit ſalutis ſpes, in illis duobus iam commemoratis conſiſtit. *Convulſio ex inanitione.*

Quod ſi convulſio ex plenitudine fiat, curabitur victu tenui, primis ſaltem diebus exſiccante & calefaciente: vitanda tamen vini potio, quod fluxiones proritet, & nervis noceat. Vini autem loco exhibendum hydromel malvaticum, aut aqua cinnamomi. Tum demum evacuatione partim à *Convulſio ex plenitudine.*

toto

toto corpore, mittendo ſanguinem & commodè purgando: partim ab ea parte quæ convellitur, quod fiet *unguentis Agrippæ, Aregonis & Marciati: oleis caſtorei, vulpis, lauri, & ſimilibus*: quibus abundè repurgato corpore cervix & univerſa ſpina, itemque affectus locus inungi poterit. Sed ſequentia mihi utiliora videntur.

℞. *Axungiæ cervi.*
Taxi,
Vrſian, ʒ. j.
Olei laurini ʒ. j. ß.
Olei vulpini,
Caſtor,
Terebin.
Iunip.
Lumbric. an. ʒ. ß.
Vnguent. Agrip. & Dialth. an. ʒ. ij.
Terebinth in aqua liliorum lotæ ℥ j.
Euphorbij. ℈. j.

Cum modico ceræ fiat unguentum vel

℞. *Reſinæ,*
Picis navalis an. ℥ j.
Colophoniæ & ceræ novæ an. ʒ. ij.
Olibani,
Maſtiches,
Ceruſæ an. ʒ. ß.
Salis nitri,
Sang draconis,
Terebinth.
Olei roſ.
Salis ammoniaci,
Olei vitell. ovorum an. ʒ. ij.
Caphuræ ʒ. j.
Matris-perlarum ℥ j.
Carabes ʒ j.
Magnetis ℥ ß.
Vitrioli albi ʒ ij.

Fiat emplaſtrum ſecundum artem.

℞. *Balſami,*
Gummi elemi & hederæ an. ʒ. ij.
Oleorum ceræ,
Terebinthinæ, & iuniperi deſtillatorum modo chymico an. ℥ ß.
Olei caryophyllorum & benioini an ℈. ij.

Miſce, & fiat in formam linimenti, quo iniungatur ſpina dorſi & pars affecta: vel

℞. *Balſami viſcipomorum,*
Hederæ & hypericonis an. ℥ ij.
Olei ſalviæ & terebinthinæ an. ʒ. j.
Olei iuniperi ℥ ß.
Olei tartari fœtentis ʒ. iij.
Axungiæ taxi ʒ. iij.

Miſce utatur ut iam dictum eſt.

Interim utatur ſequentibus aſſumptis.

℞. *Aquarum lilij convallii & iuniperi an.* ʒ. j.
Olei ſuccini ℈ ß.

fiat mixtura: vel

℞. *Aquæ cinnamomi & florum tiliæ an.* ℥ j.
Olei iuniperi per ebullitionem aquæ extracti guttas iiij.
Olei ſuccini ℈ ß.
Spiritus vitrioli guttas ij.

fiat mixtura.

Porro ſi convulſio per ſympathiam ratione doloris excitetur, dolor ſtatim prædictis remediis *in cap. de dolore* erit leniendus. Quod ſi ex virus acrimonia, & venenato morſu (quod iſtis vulneribus plerumq; acci- *Convulſio per ſympathiam.*

dere ſolet) convulſio efficiatur, ad ea quæ iam de venenatis vulneribus præſcripſimus, occurendum eſt. At ſi ex nervi punctura, aut inciſione morbus contingat, quod etiam ut plurimū evenire vidi, non ratione ictus ſclopetici iam impreſſi (qui potius nervos ipſos contundit, quam pungat, vel incidat) ſed Chirurgorum inſcitia, qui glandem vel extrahere vel aliqua inciſione uti nituntur: plerumque nervos vulnere tranſverſo offendunt, unde convulſio exoritur: præſertim ſi illos attingunt qui ad muſculos perveniunt. Tunc enim, ut tam gravi affectui occurratur, eligenda erunt illa medicamenta, quæ ſubſtantia tenui ad imum uſque nervi læſi penetrare poſſint, ut nos admonet *Gal. in libro Artis med.* quæque digerant, ac dolores mitigent. At è contrario, quæ cruda & frigida ſunt, quæque obſtruunt & perſpirationem prohibent, vitanda ſunt. Idemque *Galenus* vetat uſum aquę calidæ, tanquam nervis vulneratis adverſiſſimæ, quod illorum ſubſtantia ex refrigerata concretaque humidiore materia conſtet. Quæ cum eiuſmodi ſint, per ea quæ ſimul calefaciunt & humectant, reſolvitur ac putreſcit: qua ratione ipſis adverſatur, quamvis alioqui reliquas phlegmonas valde mitiget: cuius rei quoſdam monitos eſſe velim, qui promiſcuè curandis hiſce vulneribus illo remedio hodie utuntur. Quin potius oleum iaſminum ac præſertim ſabinum vetus utiliſſimum eſſe nervorum puncturis, ſcripſit *Gal. lib. 6. Meth. med.* Idem quoque & terebinthinam & reſinam approbavit, itemque ſulphur vivum (quod omnino tenuium partium eſſet) valde conducturum illis vulneribus eodem libro ſperavit: ſed eo magis olea & terebinthinæ, & reſinæ, & ceræ, & ſulphuris & ſabinæ (chymico modo extracta) proficiunt, quo illa tenuioris multò ſubſtantiæ deſtillatione redduntur: atque ſic valentius exſiccare poſſunt, quod in puncturæ nervi curatione obſervandum eſſe ſcribit *Galenus lib. 6. Meth. med.* his verbis: *Nervi vulnerati curatio medicamenta poſtulat, quæ & tepidum calorem excitent, & valenter (ſine moleſtia tamen) deſiccare poſſint. Tum quæ ex ſubſtantiæ ſuæ natura, & trahendi vim habeant & tenuium partium ſint.* Interim hoc unum eſt obſervandum, robuſtis nēpe corporibus valentiora medicamēta, imbecillis mitiora eſſe adhibenda. Hac igitur ratione ſequens remedium commodè adminiſtratur.

℞. *Olei ſulphuris terebinthinati.*
Olei ſabinæ & terebinthinæ an. ℥ ij.
Olei vitellorum ovorum ℥ ß. miſce & applicetur calidè parti affectę.

Aliud.

℞. *Olei butyri,*
Reſinæ an. ℥ ij.
Olei euphorbii deſtillati chymicè & olei baccarum iuniperi an. ʒ ß.
Olei terebinthinæ ℥ j. ß.
Olei vitellorum ovorum ℥ j. *miſce.*

At ſi morbus præſcriptorum medicamentorum applicatione non vincatur, totus nervus erit præcidendus: præterea enim nullus metus inſtat ex

Gal.

Digitized by Google

lib.6.meth. med. cap.5. *Gal.* ſententia, niſi quòd mutila particula manebit.

De Paralyſi.

Paralyſi ſive nervorum reſolutioni, quæ ex iſtis vulneribus plerunque etiam accidit, occurrendum & idonea victus ratione, medicamentis tum aſſumptis, tum etiam admotis: ut fomentis cataplaſmatis linimentis, unguentis & ſimilibus. Alij probant *oleum jaſminum*, *ſalviæ*, *caſtorei*, *de lateribus*, *vulpinum*, & ſimilia. Conferet autem plurimum, ſi ſequentibus remedijs chymicis æger utatur.

℞ *Aquarum lilij convallij & florum lavendulæ an.* ℥ *iiij.*

Fac cum his decoquatur *ſacch.* ℔. ß. ad perfectam coctionem: extra ignem adde *olei ſuccini flavi per deſcenſum* deſtillati & rectificati ℈ j. ß. *olei cinnamomi & eſſentiæ ſalviæ an.* ℈. ß. fiant rotulæ, quibus æger ſæpius utatur.

Probatur autem pro topicis oleum ſequens.

Oleum ad paralyſim & contracturas præcipuum.

℞ *Olei hypericonis* ℔. *j.*
Terebinthinæ ℔. ß.
Olei laurini ℥ *iiij.*
Olei ſpicæ ℥ *j.* ß.
Granorum juniperi ℔. ß.
Caſtorei ℥ *j.*
Euphorbij ℥ *ij.*
Caryophyllorum.
Macis & nucis moſcatæ.
Cinnamomi an. ℥ *j.* ß.
Florum lavendulæ.
Salviæ & lilij convallij an. m. ij.
Maſtiches.
Myrrhæ.
Thuris an. ℥ *ij.*
Mumiæ ℥ *j.* ß.
Pingued. taxi ℥ *iij.*

Digerantur omnia per menſem in fimo, deinde deſtillentur in alembico æneo ſecundum artem. Hoc oleo inungantur membra paralytica & contracta: eſt enim medicamentum efficaciſſimum.

De Syncope.

Syncope tanquam graviſſimo & mortis finitimo affectui, cui præſertim iſti vulnerati obnoxij ſunt, aut ex immodica ſanguinis profuſione, aut ex vehementi cruciatu & dolore, ſubitò occurrendum; atque ſpiritus & vires conciſæ refovendæ ſunt, modico alimento dato intervallis; ut expreſſionibus, gelatina, deſtillatis, vino & aromaticis. Pulveres cordiales approbabantur vetuſtioribus *ex margar. ſplend. raſ. eboris; ex folijs auri & fragmentis pretioſorum lapidum; qui exhibebantur cum vino aut ſyrupo conſervationis citri.* Nos autem commodiùs vel tinctura auri & corallorum, vel eſſentijs illorum omnium lapidum utendum eſſe cenſemus: quod ratione jam demonſtravimus *in noſtro lib. de Med. mineral. ſpagyr. prepar.* in quo illorum etiam omnium præparationem docuimus.

De Gangræna & Sphacelo.

Varia ſymptomata ac vitia hiſce vulnerib⁹ ſuccedere ſcripſimus, quorum tamen non aliud gangræna pejus, aut magis deplorandum: quòd ſit corruptionis incipientis indiciũ, quæ

Zzzzz 3 oritur

lib.4.cap.19. oritur ſecundum *Paulum*, vel quia inflammatio non diſcutitur, neque in pus tranſmutatur: vel ſecundum alios, *cùm humorum copia ut in magnis inflammationibus & ingenti obſtructione exemplaſticorum* uſu, ut ſuprà annotavimus, quæ perſpirationem prohibet, atque venenata & maligna aliqua qualitate inſitus partis calor extinguitur & præfocatur: cujus etiam indicium magnum eſt ſanies.

Cui niſi quis præſentiſſimas adferat ſuppetias, metuendum eſt ne pars corruptione extincta & emortua vicinas partes invadat: & in mortificationem, quam ſphacelum aut ſyderationem dicunt, degeneret. *Signa Sphaceli.* Quæ percipitur cum pars livet aut nigreſcit; tumida, mollis, & cadaveroſa apparet, idque ſine ullo arteriarum pulſu, nec dolore, nec ſenſu ullo: ut etiam ſine ſenſu doloris altè ſcalpellum adigi poſſit. Hanc ſyderatam & emortuam partem celerrimè amputare & reſecare radicitus aut proximè amputare & reſecare radicitus aut proximè ſanam partem oportet: gangrænam autem rupta omni mora curare. Quod fiet corruptum ſanguinem copioſè ſcalpello ex affecta parte evacuando, & ea medicamenta, quæ putridis deſtinata ſunt, imponendo: ut ſcribit idem *Paulus*. Vulgus Chirurgorum poſt ſcarificationes, aut ſectiones locum affectum aqua ſalſa, aut ſalſo aceto abluit. Alii vnguento Ægyptiaco, quod Pharmacopolæ paratum habent, utuntur. Quòd ſi iis remediis mali aſperitas non remittatur, ad efficaciora, ut ad cauſtica & quæ cruſtam inducunt, utpote ad trochiſcos Andronis & arſenicum recurrunt: vel ſi neceſſitas id exigit, ferro corruptum à ſano ſeparât. Portò ſequentia medicamenta gangrænis multùm conferunt. Primùm ex parte affecta ſanguis corruptus educatur, & ſequenti lotione abluatur.

℞. *Fuliginis* ℥ *iiij.*
Mellis ℥ *ij.*
Aceti optimi ℔. *j.* decoquantur ad medias: vel

℞. *Succi raphani & chelidoniæ an.* ℥ *ij.*
Olei mellis ℥ ß.
Phlegmatis aluminis acidi ℥ *iiij.*
Saliſpetræ ℥ *ij.*
Salis fuliginis ℥ *j.* ß.
Miſce pro lotione: vel

℞. *Phlegmatis vitrioli & aluminis an.* ℥ *iiij.*
Aceti ℥ *ij.*
Pulver. rad. ariſtolochiæ ℥ *j.* ß.
Salis tartari ℥ *j.*
Myrrhæ ℥ *j.* ß.
Caphuræ ℥ ß.
Bulliant omnia ſimul ad medias pro lavamento, quod reiteretur ſæpiùs.

Aliud.

℞. *Tartari calcinati ad albedinem* ℥ *ij.*
Cineris corticum ovorum & rad. ariſtoloch. vel ſarmentorum an. ℥ *j.* ß.
Salis nitri,
Caphuræ an ℥ ß.
Phlegmatis vitrioli & aluminis an. ℔. *j.*

Bulliant ad medias & fiat capitellum, quo utendum ut ſuprà, ſcari-

Digitized by Google

ficata priùs affecta parte cui apponantur ſequens ceratum.

℞. *Ceræ & picis navalis an.* ℥ *iij.*
Liquoris myrrhæ ℥ *ij.*
Colophoniæ ℥ *j.* ß.
Olei frumenti & ovorum an. ℥ ß.
Fiat ceratum ſecundum artem: vel

℞. *Mellis* ℥ *ij.*
Croci martis,
Croci veneris an. ℥ ß.
Pulver. myrrhæ & ariſtoloch. rotundæ an. ℥ *ij.*
Caphuræ ℥ *j.* ß.
Phlegmatis vitrioli acidi an. ℥ *iiij.*

Decoquantur ad conſiſtentiam unguenti: adde *mercur. præcipitat* ℥ ß. Hoc inungantur ellychnia & turundæ: vel

℞. *Butyri arſenici fixi* ℥ *ij.*
Mercur. præcipitati ℥ ß.
Olei myrrhæ ʒ *iij.*

Excipiantur melle priùs loto cum *ſucco chelidoniæ.* Iſto medicamento nullum efficacius aut valentius inveniri poteſt ad gangrænæ curationem, modò priùs totum venenum, atque auram malignam, atram & fœtidam ex arſenico ademeris: quod fiet ipſius fixatione ut docebitur in *noſtro Antidotario ſpagirico.* Non enim alioqui poſſum illorum comprobare ſententiam, qui Arſenicum non præparatum ad *gangrænæ curationem* adhibendum cenſent, cùm ſit ſepticum & putrefaciens medicamentum, quodq; qualitate ſua maligna & venenata, carnis quam attigerit ſubſtantiam corrumpat, & in putredinem cadaveroſam deducat, quæ multò etiam deterior eſt, quàm ex gangræna. Quocirca ipſius uſus valde periculoſus (hæc pace multorũ dixerim) niſi priùs, ut jam dictũ eſt, rectè præparetur. Interim optimũ erit, ſi ſuperponatur aliquod cataplaſma paratum ex farinis lupinorũ, orobi, lentium & fabarum, quæ decoqui poterunt cum oxymelite, aut priore capitello. Quòd ſi hęc omnia medicamenta nihil prodeſſe, ſed jam in ſphacelum, ex prædictis ſignis, gangrænam degenerare percipias: membrum ſic emortuum, ſi fieri poſſit, ita ocyſſimè abſcindendũ eſt, ut nihil putridi prorſus relinquatur: quod nonnulli filo ex alumine plumæ confecto, & imbuto in oleo mercur. ſublimati (quod alij aquam inferorum nominant) ſine dolore præſtant. Alij autem ſerra, & tum demum ferro adurente & candenti utuntur: ita enim ex Galeni conſilio, celeriter ſanguinis profluvium compeſcunt, putredinem arcent & partem affectã roborant. Ceſſante autem putredine & hemorrhagia, medicamentis utuntur cruſtam detrahentibus, ut macedonico, butyro & ſimilibus: atq; tum demùm curatio reliquis ulceribus cõmunis adhibenda eſt. Non interim prætermittenda eſt idonea victus ratio, tenuis & refrigerans, neque miſſio ſanguinis revulſiva, aut medicamenta ſanguinem depurantia, ſi opus eſſe videatur: atque illa, quæ cor (vitæ principium) tuentur à putrida & fœtida illa aura maligna, à parte affecta ſublata, ægroto exhibenda ſunt.

FINIS.

A01 1460915

Digitized by Google

A01 1460915

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

D. 7.

XXX
C. 8

Digitized by Google